
COMMENTARIA
IN
RITVS M.C.V. REGNI NEAPOLITANI
D. CAROLI PETRA
BARONIS
VASTI GIRARDI ET CACCABONI
TOMVS SECVNDVS

COMMENTARIA
LVCVLENTA, ET ABSOLVTA,
In Vniuerſos Ritus M. C. V. Regni Neapolitani.

IN QVIBVS

PRÆTER ERVDITIONEM, AC RERVM NOTABILIVM
copioſam ſupellectilem, Ius commune per eoſdem Ritus confirmatum, limitatum, locupletatum, caſtigatum, aut quoquomodo innouatum declaratur.

CONCINNA,
ET FACILI METHODO, FERE OMNIGENÆ IVRIS MATERIÆ,
Pontificiæ, Ciuiles, Criminales, & feudales, necnon omnia, quæ ad praxim eiuſdem Regni pertinent, explicantur.

VARIAEQVE SVPREMORVM SENATVVM, præcipuè S. R. Romanæ, & Ciuitatis Neapolitanæ, etiàm adhùc non impreſſæ deciſiones, reconditis Priſcorum, Recentiorumquè Patrum doctrinis munita vtilitèr, & quàm lepidè ſubnectuntur.

OPVS
MAGISTRATIBVS, ET CAVSARVM PATRONIS PERIVCVNDVM
Pragmaticis omnibus, atq; in forenſi Palæſtra verſatis, maximè commodum, ſtudioſis, atquè eruditis non inſulſum.

AVCTORE
DON CAROLO PETRA
BARONE TERRARVM VASTI GIRARDI, ET CACCABONI, aliorumq; feudorum, & in ſubſellijs Neapolitanis Aduocato.

TOMVS SECVNDVS.

CVI LOCVPLETISSIMVS ELENCHVS ACCESSIT.

OMNIBVS EADEM.



CONSISTAM IN ÆQVO.

NEAPOLI; Typis Hieronymi Faſuli. 1664.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM FACVLTATE.

SERENISSIMO
HISPANIARVM PRINCIPI
CAROLO.

D. Carolus Petra Baro Vasti Girardi, & Caccaboni F.

ETsi ea me tibi, Serenissime Princeps, Iura obstringunt, vt integrũ mihi non sit aliorum præsidiariam lucubrationibus meis auram colligere; diù tamen mihi mentem anceps cogitatio distraxit, studiosissimíne Subditi cupido, an temeritas videretur, ilicò in splendida Infantis nomina inuolare; quanquàm enim humanissima tanti Principis Maiestas, ad eas Tibi dicandas, tuoq; nomine decorandas, me inuitabat, ingenita tamẽ muneris tenuitas, meum deterrebat animum, reuocabátque. Verebar ne perindè facerem, atque nullius tituli riuulus, qui aquas ab Oceano hausit, vectigalémque guttam in Oceanum ipsum exonerat; sed quod de Artaxerse tradunt, animum mihi fecit, vt qualecunque hoc munus sit, ad Aram Tuæ Serenitatis appenderem. Ille frigidæ ab Rustico porrectæ, non minimum pretium fecit, quum omni exuto supercilio, accepit, atque libauit. Ipse verò huic obseruantis animi pignori æternitatem, immortalitatémque donabis, si tantùm intueare. Habent hoc Principes, quod quemadmodum Sol vapores illustrat, sic ipsi vilia queque munuscula, nobilissima faciunt, si vel æquis oculis aspiciunt. Pompę etiã natalitiæ, quas tibi recens orto Parthenopęa

hęc Ciuitas concordibus animis instituit, fecere, vt ego, qui de natali tuo immortaliter gaudeo, animi erga Te mei peculiarem declarationẽ haberem, ad plenam Tibi, absolutámque Principis gloriam auspicandam, ab armis, nimirùm, & literis. Equites cōciues mei, pręliorum simulacris, bellicam Tibi virtutem pręnuntiarunt; & ego, literario hoc munere, auguror Te cunctarum rerum futurum apprimè peritum, vt sui non desint Hispanijs Cęsares, & gladio illustres, & calamo. Tuum est è cunis quoquè illud fouere, atque insultantes eidem inuidentię angues, nouus Hercules, contundere. Quod denique superest, accipe, non modò priuatum, verùm etiam commune Populorum omnium, vel auspicium, vel votum. Adolescas, Augustissime Infans, ad paterni nominis ornamentum, ad subditorum salutem, ad Imperij magnitudinem; itaut nullus in Orbe terrarum sit locus, in quo non domineris; Nemo sit qui benignitatis Tuæ auram non excipiat, quinimò tuus ipse Parens Rex Inuictissimus, à filio Carolo, sedula virtutum æmulatione, se victum valeat gloriari.

IN


D. CAROLVS PETRA BARO VASTI GIRARDI ET CACCABONI ÆTATIS ANN. XXXVI
Vincit Iure LEO
Sitonat hinc CAROLVS
Vincuntur hinc GIGANTES
Fulminat inde PETRA

IN COMMENTARIOS
DOM. D. CAROLI PETRA
Iuris Consulti Neapolitani,
SVPER
RITIBVS M. C. V.
GABRIELIS TONTOLI RVBENSIS EPISCOPI.

EPIGRAMMA.
AD LECTOREM.

Parthenopes Aulæ quæris si noscere Ritus,
Has PETRAE illustres perlege sæpè notas
Tempore quid lapsum, quid iam sit moribus ortum
Ritè agere, & validè dicere iura, docet.
Hæc tibi PETRA, iubar iaciens, obscura reuelat.
Si laceras, dentes conteret ipsa tuos.

ILLVSTRISSIMVS DOMINVS

DON CAROLVS PETRA

PRÆSTANTISSIMVS, ATQVE PEREGREGIVS IVRECONSVLtus, Baro Terrarum Vasti Girardi, atque Caccaboni, ac aliorum feudorum, et in Subsellijs Neapolitanis Aduocatus.

ELOGIACVM ANAGRAMMA:

O Vir,

tutò

Regalis Olor,

dum

Commentaria,

Luculenta, et Absoluta

In Vniuersos M. C. V. Regni Sirenis

Ritus

Agis, perficis, ac edis ad auras,

vtrum

Bartolus, an Baldus quippè

coruscas?

ritè

satis

Vterque:

Al-

ALLVDITVR AD STEMMA.

ILLVSTRISSIMVS DOMINVS

CAROLVS PETRA

PEREGREGIVS, AC CELEBRATISSIMVS
Vtriusque Iuris Doctor Vrbis Neapolitanæ, Baro Vasti Girardi,
Caccaboni, ac aliorum.

Elogicum Anagramma purum.

Clarè Vir,

Aureus Leo,

Gigantis Caput,

Semperuiuum,

sub Astro,

in Caeruleo Campo,

organicis barbitis,

lauris,

melleis tubis,

Iridos, ardorisq; radijs

rutè

coruscant.

Grammata versa canunt sàt lauros, stemmata, pompas;
Hinc Vox desistit fundere rauca melos.

D. Lucas Carlucius Canonicus Altamuranus D.D.D.

DON PAVLI PEPI
EX BARONIBVS CONTVRSII,
I.C., ET ADVOCATI NEAPOLITANI.

Ad Auctorem eius Sororium.

Epigramma.

INdignata ſcelus, legeſq; exoſa nefandas
Se tulit ad patrios caſta Virago ſinus;
Inde profanatæ dum proſpicit ardua gentis
Iura, ait, ò hominum flebile conſilium!
O' vtinàm ſanctum recolens fas deuius orbis
Pareat,& ſortem deuocet axe ſuam.
Cùm videt, atque tuum miratur Petra volumen
Et dignum tanta Virgine ſpectat opus,
Et ſtupet, atq; ſuos miratur ab axe triumphos,
Miratur noſtris reddita iura plagis.
Indomito quondàm quæ ſe ſubduxerat orbi,
Virgo petet dociles ad tua verba lares.

ANTONIVS GALISIVS V.I.D.

AD AVCTOREM.

ESt petra, quæ ferri circumuaga ſpicula tangens,
Recto illa immoti dirigit axe poli.
Aſtrçæ prçacuta acies quantùm orbe vagatur!
Nititur hanc ſenſu flectere quiſque ſuo.
Solus eam, vt magnes, ſtabili regis ipſe tenore.
Tu benè ius dices, Tu PETRA firma Dices.

CÆ-

Cælij Sabini Altamurensis, genere Romani; inter I. C. inglorij ad incomparabilia M.C.V. Ritus Commentaria nouissima.

DOMINVS CAROLVS PETRA

Anagramma purum.

EN TV MICAS ARDOR POLVS.

OCTASTICON:

Non ego, sed Doctor, iàm Cælius [a] ille Sabinus
Tollere debèret nomen ad Astra tuum.
En tu ritè micas claris virtutibus, ardor,
Tuquè micas legum lumine ritè Polus.
Fundamenta tenes Astręæ Petra triumphis
Tu Petra Iuris ades, tu Pretiosus Onix.
Tu Lapis Heraclius monstras, dum tangeris, aurum,
Indice Iustitiæ gemmea dona paris.

a *De quo in l. 2. §. fin. de orig. Iur. & in l. si verò 20. de ædil edict. Tacit. lib. 1. Annal. Aul. Gell. Noct. Att. lib. 7. cap. Cott. in memorab. tit. de Iur. perit. & Vulpian. toties ad Cælium Sabinum scribit.*

Michaelis Angeli Gizzij I.C. Neapolitani.

AD EVMDEM.

DOMINVS CAROLVS PETRA IVRISCONSVLTVS, AC BARO VASTI GIRARDI.

Anagrammatismum.

TV RITVS VICARIÆ PRORSVS GLOSANDO, MVLTA ARDVA CITO SCRIBIS.

mut. n, in t.

ANA-

Anagramma litterarium Don Ioannis Hieronymi de Caſſone Terrę Putignani Prouinciæ Barenſis ad Authorem.

PRÆINSIGNIS VTRIVSQVE IVRIS PERITVS CAROLVS DE PETRA, TERRARVM VASTI GIRARDI, ET CACCABONI DOMINVS MERITISSIMVS.

Anagramma puriſſimum.

PRISCOS, AC MODERNOS NIMIS VIRTVTE SVPERAS. IN RITIBVS PARATVM CARAVITAM AGGREDERIS, DESTRVIS, VIRILITERQVE VINCIS.

Aliud Anagramma Arithmeticum eiuſdem.

Peritiſſimus Doctor Carolus Petra, Terrarum Vaſtigirardi, & Caccaboni Dominus.

Lux Iuris, àc ſplendor. In Rituum commentarijs, Carauitam, & alios iurè ſuperas.

P. D. Dionyſij Petra Ordinis S. Petri Celeſtini S. T. Lectoris.

Ad Auctorem eius Germanum.

Vt mores hominum, Rituſque ediſcat Vlyſſes,
Per Syrtes, Scopulos, ac Freta ducit iter.
Si tu vis mores, Rituſque ediſcere legum
Vna tibi iam nunc eſt adeunda, PETRA.

P. Michael Angelus Preti Societatis Ieſu alludit ad Stemma Auctoris.

Petra, Gigas, Sedum, Leo, Sydus; ſtemmata palmis
Herculeis pandunt nobiliora ſimul.
Robora Petra; Leo decus; Aſtrum Lumina; Sedum
Æternant Famam; grandia geſta Gigas.

Epi-

Epigramma.

P. Caroli Pepi Clericorum Regularium Minor...

Alludens etiàm ad Stemma Auctoris eius Sororini.

QVale Leo torui resecat dum colla Gigantis
Fulget in occiduo cœdis honore solo:
Sic tibi iuridicos reseras dum (Petra) recessus
Iuridico surget gloria prima foro.

Aliud.

IVra Leo terris, cœlis dant iura Gigantes:
Sic eris ipse Leo, sic eris ipse Gigas.

D. LEONARDI MARTENÆ S. T. D.

Epigramma.

LVdere milennis gressus ambagibus olim
Visa per innumeras dædala tecta vias.
Præstat opem haud dubiam: torta dum Cannabe, tectis
Magnanimum reuocat eressa puella virum.
Nexibus haud aliter mortales ludere iuris
Millenis sacræ semita visa domus,
Carolus hinc ducit, torto non stamine, docto
Sed calamo & legum nobile pandit iter.
Cede puella viro: iam cedite stamina Petræ:
Vos vnum: ducit sed Petra mille Viros.

D.De-

D. Dominici Pepi V.I.D. ad Auctorem eius Sororinum.

EPIGRAMMA.

Saxa olim ad sonitum resoni volitantia plectri,
   Cadmæas, fama est, condere posse domos.
Carolus ast, vna quam fert cognomine, Petra,
   Non Vrbem tantùm: Condere regna potis.

Aliud.

D. MICHAELIS, IN SECVLO D. PROSPERI ORDINIS Sancti Benedicti Cassinensium Auctoris fratris.

SVetas pone tubas: nunc fas tibi, garrula terræ
   Filia, non binas, sumere mille tubas.
Aurea materies ollis; procul ænea: quando
   Aurea nunc Caroli scripta canenda tibi.

EIVSDEM.

Distichon.

GRandia Pyrræ Orbi renouas miracula: saxis
   Illa homines reparat, Carole, tuque petris.

Eiusdem.

Aliud.

QVam struis hęc ædes, dum dant fundamina petræ,
   Carole; nulla æui damna tulisse potis.

CA-

CAROLI
DE LELLIS.
I. C. Viri patritij, & Aduocati Neapolitani.

AD LECTOREM.

QVanquam eorum, qui laboribus suis publicam lucem impertiunt; vt suarum scilicèt scriptionum rationem reddant in ipso librorum aditu, atq; vestibulo, morari tantispèr Lectorem, intersit: tamèn suspiciente animo concepta Operis huius dignitas tantùm me rapuit; vt illam testandi causa, in alienum Regnum irrumpere, alienamque Prouinciam, ac ius vsurpare, non dubitauerim. Etenim fateor, in tot tantisq; quibus hæc elucubratio cumulatur laudibus, maiorem quidem esse, præstantioremquè; quod tantum Auctorem fuerit consequuta. Et sanè (liceat mihi, quæ alioqui verecundus Scriptor prohiberet, non erubescentibus litteris enarrare) & sanè, inquam, quæ decora, quæ ornamenta, quæ veræ, solidæquè gloriæ insignia, Viro huic incomparabili vnquam defuere? quanta in ipsum emanat ex Gente Nobilitas, ex Proauis claritas? quantus ex ipso emicat splendor virtutum? quanta in ipso est rectè agendorum peritia? quanta deniquè in omni litterarum genere sapientia? Profectò si duo sunt, quæ amicum Togæ virum à bellorum tumultibus abhorrentem, omnium sententia, admirabilem reddunt; insita scilicèt luculentæ Familiæ dignitas, & amplum scientiarum patrimonium: proh quantam in admirationem inducit ex vtroque, noster hic Scriptor eximius! Quò autem de Generis primùm celebritate pauca præloquar; tàm præclarum esse illud autumo, vt tùm ob vetustatem, tùm ob viros domi, militiæquè conspicuos, qui ex eo claruere, non multùm, vel magnorum toto Regno Procerum Excellentissimis

Familijs concedere videatur. Progenies enim hæc ex Petreio Romanæ Gĕtis lumine, suum ducit exordium,[1] de qua quidem inclyti veteres Historici Sallustius, ac Valerius eloquuti sunt, & potissimùm Tacitus[2] in hæc verba. *Equites illustres Romanos, quibus Petra cognomentū.* Belgij primū, deindè Papiæ,[3] Insubriæ Nobilissima in Vrbe, sapientiæ Athenæo, gratiarū domicilio, virtutū omniū Emporio, ac veluti Patria pia, antiquissimis temporibus non mediocri splendore floruisse, satis constat. Viuunt enim etiam nùnc in ea Ciuitate, viuentquè immortalia apud Posteros, gloriosa illa nomina Atdizonij, & Manfredij, quorum ditioni Petræ Castrum, & Bissonij, aliaque non ignobilia Oppida paruere. Viuunt Guilielmi, militiæ, reiquè bellicæ summi Moderatores, Ioannes Cæsareæ Maiestatis vicibus honestissimè functi, ac nummis excusis æternitati commendati; Isnardi, legatione obita apud Pontificem Maximum, ac Residentis Cæsarei titulo spectatissimi. Viuunt Galeatij, & Mauritij Vigeuanensis Ecclesiæ Protomystæ, duo clara Religionis lumina.[4] Viuunt Brunori, apud Maximilianū Sfortiam militares Duces. Viuunt Clementes, Comitatus Saluianensis dignitate præstantes, alijquè plures, quàm quos numerare fas sit, fama virtutis insignes viri in ea Ciuitate viuunt.[5]

Enimuerò, seù simultatum inter contribules causa, seù magis, quia vnam illam Ciuitatem, quamùis amplissimam, angustum tot Heroum procreatrici familiæ Theatrum videret Deus, ad alias quoque Vrbes, Papia illam demigrare coegit. Hinc, anno 1234. Beltramo Prætore,[6] alios Placentia, præcipua Galliæ Togatæ Ciuitas, excepit; ibiquè Petrus Antonius I C. eximius, ac in illo Senatu Præses, inter primos eminuit; cuius *de Fideicommissis, & de Iure acquisito per Principem non tollendo*, euulgata monumenta adhuc extant perennatura. Alij Genuam, & Florentiā se recepere. Alij deniq; ad nostras oras appulere, Petrus. s. Villatum Cibeuini, & Carpinonij, anno 1269. Dynastijs insignitus, & Ioannes Pater Roberti; quorum memoriam (feudatarij enim Regis Caroli Primi erant) in posteris excitant forenses publicæ tabulæ, anno 1272. subsignaræ.[7] Hoc ipso, inquā, tĕpore, & priùs, progenies Petra in Principibus Regionis huius Familijs, adeò generosa visa est, vt in ea viros, virtutum pompa spectabiles,

sum-

1 *Gio: Pietro de Crescenzi nella corona della nobiltà d'Italia, ò vero compēdio dell'historie delle Famiglie Illustri, p. 1. narra. 23. cap. 4 pag. 646. P. Franc. Maraccio, Clericus Regularis Congregat. Matris Dei in Hierosiren, siuè Od. Paraphrast. in Cantic. Profetar. in dedic.*

2 *Tacit. annal. Romæ, lib. 11. nu. 15. & 16.*

3 *Io. Dom. Bon. ad lector. in princ. annot. D. Prosperi Petra ad Grāmat. decis.*

4 *Guicc. lib. 12. Giou. lib. 15. Mauritius Petra, Episcopus sub Paulo III. interuenit in Cōcilio Tridentino, vt in Catalog. legatorum Patrum f. 331.*

5 *Hos & alios memorant Crescenzi, & P. Maraccius loc. adduct.*

6 *Crescenz. loc. cit.*

7 *Robertus Ioannis, & alij Petra inter feudatarios, soluentes Regiæ Curiæ adunam, leguntur in instrumento de anno 1272. in bergamena existente in Archiuio M. R. Curiæ Siclæ in Arca lit. D.*

summo Magistratuum gradu sublimes, omnium disciplinarum luminibus perillustres, ditionibus auctos, dominatu potentes, deque publica re optimè meritos non desideraueris. Nàm quid memorem Guilielmum legatione Regia apud Etruriæ Magistratus perfunctum; [8] quid Michaeles duos, alterum Regij Equitis dignitate, atquè Oppidi Macchiæ Baronatu ornatum, [9] alterum inter Sacri Consilij primùm Senatores adscriptum, mox etiam non sine maximo laudis fructu eiusdem Senatus Præsidis munere decoratum; [10] quid & alterum Michaelem, qui nominatur Miles, & fidelis Regis Caroli Primi; [11] quid Ioannem, qui eidem Regi mutuauit pecuniam, [12] Angelum feudatariũ sub Roberto Rege [13] Littũ, [14] Matthæum, [15] Antonium, [16] Masellum, [17] Nicolaum, Flastonum, Iacobum, Odum; [18] quid Nicolaum Ioannem, eiusquè descendentes, Antoniũ, Antonellũ, Ioannem, alterumq; Antoniũ, & Nicolaũ; [19] quid Prosperum seniorem, qui morte præuentus Habitum Hierosolymitanũ recipere nõ valuit; [20] quid Donatũ Antoniũ Nicolai filiũ, & Patrẽ Prosperi prędicti, Io: Hieronymi, & Io: Leonardi, Franciscum, alios denique innumeros Castrisanguinis, Collisalti, Montisalti, Rocchettæ, Clauicorum, aliorumquè insignium Oppidorum Dominos, [21] intus in Ciuitate, iuxtà ac foris in acie commendabiles, nec minus Patriæ vtiles armata ferro manu, quàm stylo, qui connubiali confarreatione, sanguinisquè arctissima coniunctione cum Familijs Nobilissimis sese colligarunt, nempè, Blanca, Merlina, Camporesca, Floria, Valignana, Capograssa, Tortella, Capuana, & alijs sexcentis, quas recensere opus non est? [22] Nec sub silentio inuoluam Io: Leonardum Baronem Vasti Girardi, Donati Antonij, Baronis Collisalti; Montisalti, & Rocchettę, ex Catharina Quatraria, filium, Auctoris Proauum, hominem litteris satis excultum, pacis, militiæquè studijs addictissimum, non vno tandem nomine celebrandum. [23] Hic ex Margarita, ex illa Campanilium stirpe, quæ ex vetustissima, ac nobilissima Arcadum Vrbe Heræa effluxit, Auctoris Auum D. Prosperum Petra suscepit, [24] Virum ætate sua innocentia morum, ac Iurisprudentiæ fa-

c 2

8 In Thesaur. Regis Ferdin. I. f. 31.

9 Rex Carolus Primus attẽdens grata, & accepta seruitia, eidẽ Regi præstita, per Dom. Michaelem Petra Militem, donat eidẽ Terrã Macchiæ striatæ, in Registro Caroli I. sig. 1284. lit. B. pag. 319. quod cõseruatur in M. R. C. S.

10 Michael Petra Viceprothonotarij Magistratũ sub Ferdinando seniore gessit, ann. 1459. & 1460. deindè 13. Ianuarij 1464. à Rege vocatur Miles V. I. D. Regius Consiliar. vt in exeq. 25. an. 1462. ad 64. f. 270. at. in Arch. R. Cam. Et in anno 1468. S. C. Præsidens allectus 10. Febr. vt ex deplomate, quod rescribit Top. de orig. Tribunal. p. 2. lib. V. cap. 4. n. 17. & meminit p. 2. lib. 3. cap. 1. num. 13.

11 In Registr. Caroli Primi, signato 1272. lit. C. f. 73. it 2.

12 In d. Registro signato 1276. lit. E. fol. 4.

13 Inter cæteros Barones, & feudatarios facientes mõstram, legitur Angelus Petra in fasciculo sign. n. 25. f. 118. de an. 1315. sub Rege Roberto

14 In Regist. Caroli II. Regis Roberti Primogeniti, & Vicarij Generalis, sign. 1327. lit. B. fol. 227. nominatur discretus vir Littus Petra ammasiator Regiæ familiaris, & fidelis.

15 In eodem Registro f. 17. at. legitur Iudex Matthæus Petra, magister Arattarum, & forestarum Curiæ.

16 In Registro Reg. Ladislai sign. 1390. lit. B. f. 56. nominatur Antonius Petra familiaris, & fidelis dicti Regis.

17 In registro Reginæ Ioannæ II. sig. 1415. sine lit. fol. 189. at. legitur Sapiens vir Masellus Petra, Iurisperitus, electus Syndicator a Regina prædicta ad syndicãdum Gubernatorem Ciuitatis Capuæ.

18 Istis in Cedulario Regni anni 1464. quod conseruatur in Arch. Reg. Cam. numerãtur inter Barones.

19 Antonius filius Colæ Ioannis pro Casali Collisalti soluit releuiũ sub die 15 Nouemb. 1468. in lib. 1. informationum Prouinciæ Aprutij, citrà anni 1450. fol. 66 a. Antonellus, & Io. filij Io. Petra soluunt releuiũ ob Patris mortẽ sub die 26. Nouebr. 1491. in lib. 1. originaliũ releuior. d. Prou. an. 1450. f. 164. & Rex Ferdinandus confirmauit Castrũ prædictũ Collisalti in beneficiũ Antonij, Nicolai, Io. Antonij Petra, die 6. mensis Maij 1564.

20 Prosper Petra voluit recipere habitũ Hierosolymitanũ, fuit à Fratre, Io. de Valeta tunc Magno Magistro demandata informatiõ de nobilitate capienda, vigore breuis expediti Militæ die 19. Mens. Decẽb. 1550. Io. Maria Rojas Portalẽ Vicecancellario, deindè decessit die 11. Nou. 1551. vt constat. ex proc. S. C. inter Io. Antonium Guardia, & Donatũ Anton. Petra, pag. 137. penes nũnc Lauranum.

fama notissimum; ideòquè dignissimum, quo, & in publicis rebus gerendis Proreges sæpè vterentur, quiquè ab Rege ipso Catholico inter Consiliarios, quos Sanctæ Claræ appellant, designaretur; & à laudatissimis legum Coriphæis summis præconijs extolleretur; cuius Commentaria in Consiliarij Antonij Capycij, ac Thomæ Grammatici Decisiones, veluti locupletis ingenij prædiues, & optima hæreditas, in pretio habentur ab omnibus. [25] Iste in vxorem sibi delegit D. Iuliam de Ebulo, ex Triuenti Comitibus, & Matre de Sangro, [26] qui D. Vincentium genuere, Auctoris Parentem, I. C. peregregium, Baronem Vasti Girardi, aliorumq; Feudorum, qui Caccaboni Oppidum suæ Genti, sub cuius ditione iàm pridem fuerat ab Anno 1322. [27] iterum restituit. Multam hic in Reipublicæ commodum operam contulit; maioremquè sanè contulisset, & incredibilem, nisi podagræ morbus, quo laborabat, inhibuisset. Ecquis tumultuante superioribus annis in morem furiæ insanissimæ popello, ac Regiæ quodammodò Maiestatis, & Reipublicę caput face, ac ferro petente, ipsum fide in Regem, pietate in patriam, studio in Rempublicam superauit? quorum causa, nè Penates quidem patrios Regijs auxilijs, ingenti cum fortunarum suarum iactura alacri animo tradere dubitauit. [28] Quamobrem non vereor dicere, Familiam hanc in Cælo natam, atque adeò de Cælo profectam; ex qua tot Heroum pręstantissima capita floruere.

At omnia hęc, si cum Auctoris nostri pręcipuis, maximisquè dotibus conferantur, ampliores in ijsdem profectò pręrogatiuas, vt paria illis sint, desiderabimus. Neque enim ille, aut sapientia, aut opulentia, aut nobilitate à Maioribus suis, vndiquè spectabilibus, degenerat, atque deflectit. Matrem inspice. Est D. Septimia ex Illustrissima Familia Filonardi, Romana, ex Dominis Babuci in Hernicis [29] (filia Germanici, & Lucretiæ Cenci, Sororis Eminentiss. Tiberij Episcopi Iesi,) & proneptis Eminent. Cardinalis Ennii, ac neptis Emin. Philippi Filonardi, & Pauli Emilij Archiepiscopi Amalphitani, Nuntij Apostolici in hoc Regno; Marij Archiepiscopi Aueniononensis Prolegati, ac Nuntij ad Ladislaum Regem Polonię, ac Cęsaream Maiestatem Ferdinandi II. Hyacinthi Episcopi Terracinæ; Antonij Episcopi Veroli; Ennij Episco-

21 *Donatus Antonius Petra, Vir Catherinæ Quatrariæ legitur Baro Castri Sanguinis in instru. cōdito inter Presbyteros Matricis Ecclesiæ dictæ Terræ die 6. Martij 1563. manu Not. Onufrij Valentini: fuit etiam Baro Terræ Rocchettæ, Collisalti, Montisalti, feudi de Brīōda, & Io. Hieronymus, ac Io. Leonardus filij soluerunt releuium sub die 7. Sept. 1566. vt in lib. 4. original. releu. ab anno 1548. fol. 114. 115. 117. & f. 399. D. Franciscus Petra, Baro Terræ Clauicorum, vt in hodierno Cedulario, fuit Pater D. Theresiæ Petra, Vxoris Andreæ Capuano, de Sedili Portæ nouæ.*

22 *Petrus Gattula Canonicus Salernitanus in præfat. ad lect. in annot. Prosp. Petr. ad Capyc. dec. Io: Grāde inferius citand.*

23 *Gattula adducto loco.*

24 *Idem Gattula, & Io: Grande citat.*

25 *Prosper Petra, Baro Vasti Girardi cum tres, & viginti ageret annos, Gubernator, & Iudex Ciuitatis Suessæ extitit, postquā officio Auditoris Generalis Cōmissariorū cū omnimoda potestate contra exules in Aprutiensi Prouincia, bis functus erat, teste Episcop. Io: Hieroñ. Campanil. ad Rit. Cur. Archiep. 33. lit. A. in fin. fuit deindè Auditor Prouinciarū Principatus Citrà, & Basilicatæ, sub die 9. Nouembr. 1602. in offic. 1. fol. 72. & posteà Prouinciarum Capitanatæ, & Comitatus Molisij, quamuis in ea Prouincia eius Terrā Vasti Girardi, & alia finda haberet, quod munus renunciauit sub die 10. Iunij 1617. in par. 17. fol. 20. & Hispaniarū Monarca agnoscens huius viri merita in Consiliarium Sanctę Claræ elegit, quo honore morte præuentus frui non potuit, Nicol. Top. de orig. Tribunal. p. 2. lib. 5. cap. 1. nu. 16. p. 375.*

26 *Gattula loc. cit. & meminit Ciarlant. nell' historia del Sannio, fol. 500. lib. 5.*

27 *Raul Petra sub Gulielmo II. Rege possedit Terram Caccaboni, vt in registro anni 1322. sub signo A. pag. 13. ad 03. & notat P. Borrell. de Baron. Regni sub dicto Guilelmo fol. 76.*

28 *Omnia constāt ex attesta-*

ſcopi Florentini & Alexandri Aquinatis Antiſtitis. Eadem Soror Petri Fräciſci, Epiſcopi Anagnini, & Marcelli (adhùc ſuperſtitis) Epiſcopi itidem Aquinatis.30 Innumeros alios prætereo, qui ex hac Stirpe, vel Vaticano oſtro, vel hoſtili ſanguine purpurati, vel bellica virtute, vel vrbana prudentia celebres cötinentèr prodiere, ab annalibus recenſiti.

Inſpice deniq vxorem. Eſt D. Cęcilia Pepi, ex Baronibus Conturſij, cuius quidē Gentis, ob innumera ornaměta, dignitatē ſūmā, quis honorifica quātūuis teſtificatione conſequi ſatis poſſit? ſiuè enim perſcruteris originem, vetuſtiſſimam inuenies; 31 ſiuè ditiones indages, dominatus occurrent; 32 ſiuè ſanguinis claritatem ſpectes, primarum ſedium Proceres in hoc Regno, ſe genere ipſi proximos non diffitebuntur, 33 ſiuè tandem oriundos ex ea homines perquiras, vel cum pugnaci Pallade haſtam tractantes, vel cum eadem quieta in bonas artes incumbentes, ſexcenti obuiam erunt, quibus non poſthabuerim Io: Nicolaum, & Bartholomæum S. Conſilij Senatores, Marium, & Hortenſium Fiſci Aduocatos eximios. 34 Sed omnium inſtar ſit Hortēſius, Scriptoris Socer, quē in Iudicis M.C.V. & deindè Conſiliarij munere, ſub die 23. Apr. 1657. ciuiū cō.nēdationē, ac ſtudia promeritū, ipſoq; inſuper decernente Hiſpaniarū Monarca, ſuper Regio ſuimet Patrimonio, dudū auctoritate Præſidis cohoneſtatum, die 11. Octobris 1663. magnificentiſſimo Regentis Magiſtratu cumulandū exhibuit ipſi Regi Comes de Pignaranda, Prorex vigilātiſſimus.

Sed externis, alieniſquè potiùs ornatibus iàm contenti, proprios Auctoris delibemus; parce tamen, nè in verecundam ipſius modeſtiam peccetur. Hic cum ea conditione, ac lege, vt imperaret, ſcilicèt, ſuſceptus eſſet in lucem; nàm Germanorum natu maximus, Patrimonij poſſeſſionem, Oppidorumquè Imperium, & adminiſtrationem iure adiuit, perenni ſcientiarum ſtudio litterariæ Reipublicæ inſeruire non reputauit indecorum: vndè in illud toto pectore incumbens, eos breui progreſſus fecit, vt ætatis ſuæ quartodecimo anno, in legalium rerum Academia iàm tùm Principatum gerentem, Iuris Theſes publicè tueri, Doctorum ingens Corona, non ſinè admiratione, ac plauſu ipſum ſuſpexerit; dignuſq; tùnc viſus fuerit, qui Legis peritiæ laurea (breuibus annis, non tàm priuilegij diſpenſatione, quàm meritorum magnitudine ampliatis) potiretur,

ſtationibus primatum Procerum, & magnatū huius Ciuitatis, & ex proc. S. C. a me viſis in Banca tùnc Lombardi, & fatetur P. Marace. cit. loco, & huic viro dicatum fuit opus Galtery in prax. inſtrum.

29 *P. D. Bernard. Clauell. Congreg. Caſſineuſ. in opuſculo l'antica Arpino lib. 1. pag. 20.*

30 *Ennius Filonardi Epiſcopus Verulanus anno 1503. fuit Prolegatus Bononiæ, & Imolenſis Gubernator, Nūtius pluriès ad Principes, ad Nationes, ad Prouincias miſſus, & à Paulo III. Cuſtos Molis Adrianæ, & deinde Cardinalis creatus fuit, & Epiſcopus Albanenſis, ad Cęleſtia euolauit die 19. Decēb. 1549. ætatis ſuæ ann. 83. Hæc, & alia maiora de hoc ſummo Viro enarrant Ciacon. to. 2. f. 1514. lit. C. ſub Paulo III. & Andreas Victorellus in addit.*

Philippus Filonardi ortus anno 1582. a Paulo V. Epiſcopus Aquinatenſis creatus, & Prolegatus Auenionis, & die vltima Maij 1615. ab ipſomet Paulo Purpuratus Princeps declaratus fuit, ac collegatus Auenionis: deceſſit Romæ acutiſſima febri, de menſe Septē 1622. cum quadrageſimū annū tātum attigiſſet, Ciacon. lib. 2. fol. 1934. in vita Pauli V. & pleniùs Vghell. in Ital. Sac. to. 1 pag. 447. nu. 44 & 45. memor aliorū Antiſtitū huius familię.

31 *Hæc familia Pepi originē trahit ex Ciuitate Florentiæ, vt elaret in porta Caſtri Conturſij ſcriptione vetuſta, & teſtatur P. Io: Baptiſta de Vrſo in ſuis inſcriptionibus fol. 230. & 264. P. Petrus Anſolon. Clericorū Regularium minorū, in relat. ſua de famil. in 2. edit. pag. 351. n. 60. & gauiſa fuit prærogatiuis Sedilis Portænouæ huius Ciuitatis, Camill. Tutinus dell'origine de' Seggi di Napoli, cap. 10. fol. 101.*

32 *Stephanus Pepi Barò Sieignani anno 1186. P. Borrel. de literar. antiquit. repetit. f 6. Alferius, & Robertus Pepi feudatarij reintegrati fuere ad multa eorum feuda, tempore Regis Caroli Primi 1277. vt legitur in volum. reintegrat. feud. in Archiuio maiori Regiæ Cameræ, fol. 22. 64. àt. & 108. Gulielmus in anno 1276.*

vna

tur; & ipsum prius laureatum Doctorem admiraretur Parthenope, quàm virum videret, & orantem causas audiret Forum, ea certè ætate, qua plerique alij Iurisprudentiam vix à limine salutarunt,& illicò Excellentissimus tùnc Regni Prorex in Consultorem huius Ciuitatis, præuia Electorum nominatione,cōfirmauit, 35 & Fiscalem Tribunalis Reu. Cappellani Maioris Regalis Cappellæ deputauit.

Quod si Doctrinæ, quam plenè possidet,postulatis argumenta; dabo,sed pro pluribus, quæ proferrem in medium, sit vnum hoc ab illo excusum, editumq; in lucem Opus,cuius vtilitati summæ, atque præstantiæ quis eruditiorum hominum non debet tributa laudationum,& plausus? Vides, vt ab his monumentis nobilitati forenses Ritus quodammodò recreentur, seque ipsis meliores appareant? Apparuere certè iàm pridèm(elapso scilicèt seculo) in euulgatis à Prospero Carauita enarrationibus satis dilucidi: sed modò in Commentarijs hisce,quàm nitidiore facie,quā venustiore specie,quàm cultiore stylo, quàm pleniore succo,quàm expurgati fece, quàm liberati sordibus antiquitatis! In iisdem enim,amice Lector, ingeniosas argumentationes, reconditas abstrusasq; eruditiones suauissimas narrationes offendes;varias itidèm causas, singulares decisiones, & congruentem praxim,& id totum, non priuata tantùm Municipij huius nostri Iura illustrat, ac firmat; sed vniuersas etiam vbique locorum Leges, communi adiumento tuetur. Quamobrem nostrum hoc præterlabens seculum, excussa propemodum ex animo veterum Scriptorum gloria, ac Antiquorum nominis, famæquè ferè oblitum, istas præ omnibus elucubrationes merito suspecturum fore,confido;crebròq;sub oculis habiturum semper in manibus: vndè mirùm, quantum de ijs, sibimet placebit, atque in tanto Viro continentèr gloriabitur.

Sed nè diutiùs, ad meliora te properantem, benigne Lector,detineam,finem impono illarum laudum testimonio,de quo nulla ætas conticescet, quod nulla dies oblitterabit. Postremò veniam à te exposco,&obsecro,vt, quod diù te in principio detinuerim, scriptionum istarum dignitati,ac Nobilissimi,& nunquā satis laudati Auctoris, 36 meritis tribuas,quibus non lingua,sed stylo; non voce,sed litteris præeundum fuit. Vale.

CA-

...ma simul cum alijs Equitibus Neapolitanis mutuat etiam Regi pecuniam, vt in Archiuio Reg. Siclæ, in Registro d. Regis Caroli.lit.A. fol.4.àt.

Longissimo temporis spatio fuerunt Barones Terræ Contursi,Mazzell. in descript. Regni Neapol. in Prouinc. Principatus Citra, nella Terra di Contursi, pag. 77. potissimùm Marcus Antonius,nedum dictæ Terræ,sed & aliorum Oppidorum, Engen. in descript. Regni Neap.fol. 66. idem in Neapoli Sacra fol.280.

33 *Inter alia matrimonia hæc notantur,D. Portia Pepi, filia Marci Antonij, Vxor D. Bellisarij Aquaniue, Neritonensis Ducis,Engen.loc.citato. Zazzera delle Famiglie nobili d' Italia, nella Famiglia Acquauiua,D.Hortensia Pepi vxor Claudij Capycij,Cāpanil. nella famiglia Capece, Horatius Pepi fuit Vir Victoriæ Strambone de Sedili Portus, Cornelia Pepi Vxor Cesaris Minutulo,P.de Vrso cit.tract. pag 231.Engen. in sua Neap. Sacr.in add.*

34 *Mazzell. cit. fol. 77. Engen.in dict.pag.66. Top. de orig.Tribunal.p.2.pag.374.n. 34.P. Vrso mem. loc*

35 *Die 17. Nouembris 1645.vt in libro 7.conclus.huius Ciuitatis,fol.27.àt.*

36 *Auctoris decora in partem recensent, P. Io:Baptista Marac.loco cit. Io: Grand. in libello de bello exulum in dedicat.excusso Neapoli anno 1654 cum addit. Io: Baptistæ Thori(qui libellus Typis datus in anno 1612. fuit Prospero Auctoris Auo dicatus)P Thomas Carafa nelle dicerie, Neapoli iterùm in lucē,anno 1650. in dedic.Top.de orig.Tribun. p.2.lib.5.cap.1.num.16.in fine Franc.Rumm ad Afflict. de Iur proibomis.§ 9.ad 2.notab. sub num.12.pag.286. Flauius Vetrilius apud D. Ioseph.Spera in dissertat.forens. fol.142. & apud Io.Baptist. Vetrigl.in sin prax. rerum notabil.tom.1. & alij.*

CANONICA APPROBATIO.

IN Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Philamarino Archiepiscopo Neapolitano hac die 25. Iunij 1661. fuit dictum, quod Dominus Iulius Caponus reuideat, & in scriptis referat eidem Congregationi.

Paulus Garbinatus Vic. Gen.

Can. D. Matthæus Renzi S.T.D.
& Consult. S. Off.

EMINENTISSIME DOMINE.

LEgi, iterùmquè alacri animo perlegi Luculentissima Commentaria in omnes Ritus M.C.V. summo ingenio contexta, ac elaborata à nobilissimo, & perspicacissimo I.C.D Carolo Petra Barone Valli Girardi, ac Aduocato præstantissimo, & nil in illis reperi, quod orthodoxæ, veræq; iè fidei, & pijs moribus consonum non sit, qua de re, dum Emin. Tuæ visum iàm fuerit, dignissima prælo, ad communem vtilitatem, & disciplinam, sentio. Neapoli die 18. Iulij 1661.

Emin. Vestræ

Humillimus Seruus
Iulius Caponus.

IN Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Philamarino Archiepiscopo Neapolitano sub die 17. Septembris 1661. fuit dictum, quod stante relatione Reuisoris infrascripti, Imprimatur.

Paulus Garbinatus Vic. Gen.

Can. D. Matthæus Renzi S.T.D.
ac Cons. S. Off.

REI

REGIA APPROBATIO.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

DOn Carlo Petra Barone del Vasto Girardi supplicando espone à V.E. come desidera dar in luce vn Commento da lui fatto sopra li Riti della Gran Corte della Vic. però supplica V.E. cõmetter la reuisione di quelli, à chi li pare, acciò possa poi ordinare, che si stampino, vt Deus.

Magnif V.I.D. Iulius Caponus videat, & in scriptis referat Suę Excellentię.

Galeota Regens. Musettula Regens. Vlloa Regens. Carillo Regens.

Prouisum per S.E. Neap. die 24. Maij 1661. Anastasius.

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

DOn Caroli Petra Baronis Vasti Girardi Commentaria in Ritus M. C. V. elucubrata, ac luculenta Ex. Tuæ iussu, perlegi: quàm sapidè, Deus bone! quàm iucundè. Vir hic in paucis à iurisprudentia, ac bonarum litterarum studijs instructus, ab ipso ætatis suæ Vere, non genio, sed ingenio indulgens hæc nobis ex vtrarumq; florilegijs mella congessit. Æmulatus namq maiorum suorum decora, genere, doctrina, virtutum ornamentis præstantium; non tàm videtur æquasse illa, quàm etiam superasse. Auspicijs proindè, sinuque Excell. Tuæ foueri dignus, qui de Repub. vniuersa mereri, tam citò potuit, tàm benè. In hoc enim opere (quod imperio Exc. Tuæ quantociùs in publicam lucem compelli, etiam, atque etiam voueo) tantum abest, vt Regiæ quicquam iurisdictioni aduersetur, vt potiùs & eidem, & toti Reipubl. litterariæ maximoperè conducturum videatur. Hæc iudicij mei est alea, minimè sanè pęnitenda, si Exc. Tuę, ex quo tota dependet, iudicium arrideat. Die 8. Iunij 1661.

Excell. Vestræ

Seruus humillimus

Iulius Caponus.

Visa retroscripta Relatione. Imprimatur, & in publicatione seruetur Regia Pragmatica.

Galeota Regens. *Carillo Regens.*
Musettula Regens. *Vlloa Regens.*
Nauarra Regens.

Prouisum per S.E. Neapoli. die 21. Iunij 1661. *Villanus.*

RI-

RITVVM.

Qui in hac Secunda Parte explicantur,

SVMMA AC ELENCHVS.

RITVS CLXXIII.

Item, quod si aliquis, vel si aliqua citatus. pag. 127.

Citatus, vel citata super tenore instrumenti, in quo continetur pęna pecuniaria, & iuramentum, si de periurio, & pœna accusentur, & in peremptorio termino compareant cum sacculo parati, quamuis lapsò termino solutionis, nullatenus proceditur contrà eos supèr pœnis prędictis.

RITVS CLXXIV.

Item, seruat ipsa Curia, quod si aliquis, vel aliqua interrogata. pag. 134.

Interrogatus, vel interrogata super tenore instrumenti, si confiteatur, instrumentum esse verum, sed illi se satisfecisse, vel neget esse verùm, detinetur, dato termino ad probandum defensiones suas, nisi in promptu doceat per instrumentum publicum, vel aliam scripturam authenticam.

RITVS CLXXV.

Item, in casu præmisso. pag. 136.

Interrogatus super tenore instrumenti, si in promptu per publicum quietationis instrumentum doceat se satisfecisse, non detinetur; Detinebitur tamèn Aduersarius, tanquam calumniator, & periurus.

RITVS CLXXVI.

Item, seruat ipsa Curia, quod quamuis. pag. 139.

Originalia documenti, & si de Iure remanere debeant penès acta, Curia tamèn seruat, ea restituere partibus, facta collatione.

RITVS CLXXVII.

Item, quod quacunq; citationes, pag. 141.

Citationes quęcunquè in fascio ponantur citationum; non in processibus.

RITVS CLXXVIII.

Item, seruat ipsa Curia, quod si debitor. pag. 141.

Liquidare potest instrumentum filius, vel hęres defuncti creditoris, modò constet ipsum esse hęredem, contrà verò hęredem debitoris haùd procedit liquidatio.

RITVS CLXXIX.

Item, seruat ipsa Curia, quod si aliquis, vel aliqua, interrogatus. pag 146.

Disponit idem, quod præcedens Rit. 171.

RITVS CLXXX.

Item, seruat ipsa Curia, quod postquam ille, qui fecit citare aliquem. pag. 148.

Rescribit primum effectum contumacię, vt creditor scilicèt pònatur in possessionem bonorum debitoris, super tenore instrumenti citati, àc contumacis effecti.

RITVS CLXXXI.

Item, seruat ipsa Curia, quod si fit præsentatio. pag. 150.

Qui instrumentum pręsentat in Curia

 dum,

dum, eaquè probata, condemnatur creditor ad ei restituendum instrumentum pro rupto, & casso; Donec verò causa præuentionis pendet, non proceditur ad interrogationem, & nihilominùs condemnatur creditor ad tarenos auri sex Curiæ applicandos, prò qualibet vncia debita.

RITVS CXC.

In primis, quod vbi aliquis habet. pag. 172.

Præuentio per debitorem, vel eius fideiussorem facienda est in ipsamet Curia, aliàs nullius erit roboris, nisi creditor sit Clericus, quo casu fieri potest in Curia Ecclesiastica.

RITVS CXCI.

Quod nullus admittatur. pag. 176.

Ad accusandum quisnã admittitur.

RITVS CXCII.

Item, quod nullus laicus. pag. 180.

Conformis est Ritui præcedenti.

RITVS CXCIII.

Item, si quis, vel si qua accusauerit. pag. 182.

Accusans, vel denuncians, eiusquè pater, mater filij, fratres, sorores, nepotes, & neptes carnalis, accusari, vel denunciari non possunt ab accusato, nisi eodem die, vel ex nouo delicto.

RITVS CXCIV.

Item, quod nullus Clericus. pag. 185.

Clericus non admittitur ad accusandum de crimine, etiàm citrà pœnam sanguinis, nisi suam, vel suorum prosequatur iniuriam & cum obligatione pœnali, facta per laicum prò parte ipsius Clerici.

RITVS CXCV.

Item, quod nullus laicus pag. 187.

Dicit idem, quod Rit. 191. & 192.

RITVS CXCVI.

Item, quod nullus admittatur per ipsam Curiam. pag. 188.

Ad accusandum de vsuraria prauitate, quisnam admittatur, & cum qua obligatione.

RITVS CXCVII.

Item, seruat ipsa Curia, quod accusator. pag. 194.

Accusator, accusatione pẽdẽte, accusari, vel denunciari nõ potest, dũ tamẽ paratus sit, accusatione finita, accusationibus, vel denunciationibus coram quocunq; Iudice cõpetente respondere, & de hoc nihilominus cauere.

RITVS CXCVIII.

Item, seruat ipsa Curia, quod vbicunquè in termino. pag. 195.

Citatus ad se præsentandum in Curia, infrà terminũ peremptoriũ, si non compareat vltima die termini, accusatur contumacia, & sequenti die, ad petitionem accusatoris, vel Aduocati Fisci condemnatur ad pœnam fideiussionis,

ELENCHVS.

nis, & bannitur simulquè condemnatur fideiussor ad ipsammet pęnam fideiussionis.

RITVS CXCIX.

Item, seruat ipsa Curia non recipere. pag. 196.

Non recipit Curia denunciationem aliquam, nisi cum obligatione de probando quod denunciatur, & de non concordando cũ parte, & tunc procedit ad dationem capitulorum.

RITVS CC.

Item seruat ipsa Curia, quod quandò aliquis Clericus. pag. 199.

Clericus aliquem denuncians dare debet laicos fideiussores, qui prò eo se obligent in casu, quo denũciationem non probauerit, vel cum parte absquè licentia Curię se concordauerit. Recipitur tamen denunciatio absq; ista obligatione, si denuncians sit miserabilis persona vel Ecclesiastica.

RITVS CCI.

Item, seruat ipsa Curia, quod quandò venit. pag. 201.

Non recipitur denunciatio filiifamilias, nisi cum obligatione cum consensu patris, vel nisi bona habeat castrensia, vel quasi, cum quibus soluere valeat pœnam.

RITVS CCII.

Item, quod si partes voluerint. p. 206.

A lite, vel accusatione, quis non valet desistere, cõcordando se cum parte absq; Curiæ licentia, & quandò debeat comparere accusator, vel accusatus. Quod si partes in iudicio desistant soluent pœnam Ritu præfinitam.

RITVS CCIII.

Item, seruat ipsa Curia, quod si accusi accusator. pag 209.

Quot soluet tarenos accusator si desistat antè, vel post litem contestatam, & quid in ciuilibus sancitum sit.

RITVS CCIV.

Item, quod plerumq; contingit. p. 211.

Praxim indicat seruandam, cum banniti, vel ciuiliter condemnati non comparent Curia sedente, sed de sero.

RITVS CCV.

Item, si aliquis bannitus, vel bannita. pag. 213.

Bannitus, vel bannita per Regni officialem prò quocunquè delicto, potest per Curiam Vicariæ prò eodem crimine puniri, ad petitionem, seù denunciationem eiusdem accusatoris.

RITVS CCVI.

Item, seruat ipsa Curia, quod si aliquis bannitus. pag. 217.

Bannitus, & condemnatus ad tertiam, vel sextam partem bonorum, comparere potest eodem die quo condemnatur, & modus traditus, quo rescribi debeat talis comparitio.

RITVS CCVII.

Item, seruat ipsa Curia, quod si in vna citatione. pag. 224.

Pluribus citatis in vnica citatione, si actor, vel accusator vnum condemnari, vel bāniri fecerit, alios condemnari, vel banniri facere non potest, sine noua citatione, & processu, quod si eorum vnus tanquam obediens comparuerit, & fuerit licentiatus, omnes alij licentiati dicuntur, & sinè noua citatione condemnari, & banniri non poterunt.

RITVS CCVIII.

Item, seruat ipsa Curia, quod primo die Iuridico. pag. 230.

Nemo primo die iuridico post quascunque ferias condēnatur, quod potiùs de æquitate, quàm de iure procedit.

RITVS CCIX.

Item, seruat ipsa Curia in sero. pag. 232.

Curia regitur in sero hora vesperorum, non de mane, nec aliquis condemnatur, aut bannitur, nisi primo per Tubictam Curiæ alta voce vocetur.

RITVS CCX.

Item, seruat ipsa Curia, quod nūquam aliquis licentiatur. pag. 233.

Nemo licentiatur à Curia, nisi primo condemnari faciat aduersarium suum ad pœnam stabilitam.

RITVS CCXI.

Item, nota, quod si aliquis vadat ad Curiam. pag. 234.

Fideiussores si quis dederit prò aliquo bannito, de iudicio sisti, & soluerit ius bāni, extrahitur bannitus à banno, quod, & in ciuilibus seruatur cum posito in possessione bonorum debitoris, ex primo decreto vigore condemnationis ad tertiam partem bonorum mobilium.

RITVS CCXII.

Item, nota, quod nullus bannitus. pag. 237.

A quo tempore capi possit bannitus.

RITVS CCXIII.

Item nota, quod nullus bannitus componitur. pag. 238.

Quandò componatur bannitus de mora carceris.

RITVS CCXIV.

Item, quod si bannitus veniat. pag. 239.

Bannitus veniens ad Curiam cum denatijs in manu, & fideiussoribus de iudicio sisti, soluat ius banni, & præstet fideiussores, extrahitur à banno, & non componitur de tempore. Quod cum ciuiliter condemnatis simile seruatur.

RITVS CCXV.

Item, quod illi, qui sunt banniti. pag. 241.

Banniti si compareant eodem die, quo fuerint banniti, tenentur infrà

fià tres dies præstare fideiussores de iudicio sisti, & intelligitur retractum bannum, & tertiaria. Similitèr, & condemnati ciuilitèr; si compareant eodem die vsquè ad primum somnum, retractata intelligitur condemnatio.

RITVS CCXVI.
Item, quod de quolibet bannito. p. 242.

De quolibet bannito extrahente se à banno, vel de pluribus, simul, vel separatim fiant vnum, vel plura publica instrumenta, debitis solemnitatibus roboranda. Quæ tamèn quidquid continere debeant, rescribit Ritus.

RITVS CCXVII.
Item, quod post receptionem. pag. 245.

Alia præscribit incumbentia officio Commissariorum.

RITVS CCXVIII.
Item, seruat ipsa Curia, ab eo tempore. pag. 246.

Qui facit aliquem citari ciuilitèr, vel criminalitèr, vt tali die compareat, si non compareat, sed compareat ipse citatus, poterit contrà citari facientem accusare contumaciam, & triduo elapso, ad citati petitionem condemnabitur ad sextam partem bonorum mobilium, quod si non compareat citatus, accusatur contumacia, & elapso triduo, condemnatur ad tertiam partem mobilium modò ciuilitèr sit, sin criminalitèr, condemnatur ad dictam tertiam, & bannitur.

RITVS CCXIX.
Item, quod tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. pag. 248.

Si terminus datus partibus ad probandum incidat in diem feriatam, sequenti die non feriata, parte non comparente, accusatur contumacia.

RITVS CCXX.
Item, si aliquis, vel aliqua bannitus. pag. 250.

Bannitus, vel bannita in banno perdurans citatus, vel citata etiã in causa ciuili, non admittitur ad comparendum per procuratorẽ, nisi contumacia purgata, quam si non purgauerit infrà mensem, capi poterit de persona.

RITVS CCXXI.
Item, si datus terminus. pag. 262.

Terminus datus si incidat in diem feriatam, contumacia partis non comparentis accusatur præcedẽti, vel sequenti die non feriata.

RITVS CCXXII.
Item, quod causa tàm in ciuilibus. pag. 262.

Rescribit idem, quod Ritus præcedens.

RI-

RITVS CCXXIII.

Item seruat ipsa Curia, quod contumacia. pag. 263.

Testium contumacia accusatur proximo die, quo comparere debebant, deindè expectantur triduo. Fideiussores tamèn non expectátur triduo. sed die elapso, si non comparuerint, condemnantur ad pœnam.

RITVS CCXXIV.

Item, nota, quod vbicunquè contumacia. pag. 264.

Si dies, quo debuit accusari contumacia fuerit feriatus, accusatur die iuridico immediatè sequenti, & si plures fuerint, primo sequēti iuridico illa accusatur, fit tamen mentio, quarè non fuit accusata contumacia, & nominatur proptèr tale festum.

RITVS CCXXV.

Item, nota, quod tales primæ. p. 265.

Primę contumaciæ accusantur die, quo non regitur Curia, dummodò dies sit, quo potuisset regi, aliàs spirat citatio.

RITVS CCXXVI.

Item nota, quod si feci te citare ciuiliter. pag. 268.

Citatus ciuiliter, vel criminaliter, si accusata contumacia expectetur triduo post vltimum tempus, & non condemnetur, àc compareat accusatorem vocans, eiusq; accusans contumaciam, licentiabitur.

RITVS CCXXVII.

Item, nota, quod in omni casu de mundo. pag. 269.

Summatus fuit in Rit. 225.

RITVS CCXXVIII.

Item, quod nullus priuilegiatus. pag. 276.

Priuilegiatus priuilegiatum non trahit ad Curiam, nisi sit Curialis, non priuilegiatum vetò trahit, sed iutar, quod perhorrescit, Curiale excepto, qui non iutat, trahitquè priuilegiatus etiàm ex iure cesso, sed quandò.

RITVS CCXXIX.

Item si Clerici. pag. 283.

Clerici quandò trahant ad M. C. priuilegio Clericorum. Et qui nam trahant priuilegio curialium.

RITVS CCXXX.

Item, quod si mulier vidua. pag. 288.

Mulier vidua, vel pupillus prò crimine citatus in Magna Curia, si velit declinare forum aliàs cōpetentem, personalitèr in ipsa Curia comparere debet.

RITVS CCXXXI.

Item, si pupillus, vel vidua trahit. pag. 295.

Vbi

Vbi priuilegiati concurrunt ad forum declinandum priuilegia cõquassantur, & actor sequitur forum Rei.

RITVS CCXXXII.

Item, quod omnes Curiales. *pag.299.*

Curiales omnes, siuè ad gagia sint ipsius Curiæ, siuè non, trahunt aduersarios suos ad dictam Curiam, sed non trahuntur ab aduersarijs suis in aliis Curijs.

RITVS CCXXXIII.

Item, Clericus, pupillus, viduarum. *pag.* 307.

Qui nam priuilegiati trahant ad Curiam aduersarios suos ciuilitèr, vèl criminaliter.

RITVS CCXXXIV.

Item, si pupillus, vel pupilla citatus. *pag.* 318.

Pupillus, vel pupilla quando non audiatur, si velit declinare forum.

RITVS CCXXXV.

Item, seruat ipsa Curia, quod nullus Clericus. *pag.* 324.

Clericus volens forum declinare M.C non auditur, nisi personalitèr veniat in Curia cum documentis Clericatus, eiquè datur terminus ad probandum, quo impartito, statim censetur remissus.

RITVS CCXXXVI.

Item, quod in quibuscunquè causis ciuilibus, vel criminalibus. *pag.* 334.

Excommunicationis exceptio proponenda per partem etiàm contrà testes productos, & producendos, àn, & quandò admittenda.

RITVS CCXXXVII.

Item, quod nullus admittatur ad denunciandum aliquem de vsuraria. *pag.* 343.

In vsuraria prauitate nemo admittitur ad denunciandum, sed benè ad agendum via ordinaria.

RITVS CCXXXVIII.

Item, quod post terminum datum ad probandum non recipiantur. *pag.* 357.

Post terminum datum ad probandum non recipiuntur scripturæ, vt ponantur in processu, sed vt eas teneat Magister Actorum, scripta in eius præsentata post terminum.

RI-

RITVS CCXXXIX.

Item, quod in quacunquè causa ciuili. pag. 361.

Actor, & Reus infrà terminum datum ad probandum, præsentare debent instrumenta, aliasq; cautelas, nisi essent nouitèr reperta quæ produci possunt vsquè ad conclusionem, vel nisi personæ essent priuilegiatæ.

RITVS CCXL.

Item, seruat ipsa Curia, quod post terminum pag. 364.

Post terminum, datum ad probandum non recipiuntur scripturæ, vt ponantur in processu, sed vt eas teneat Magister Actorum, & scribitur in eis præsentata post terminum.

RITVS CCXLI.

Item, seruat ipsa Curia, quod quandò aliqua acta. pag. 365.

Acta Curiæ in causa ciuili, vel criminali, si inducantur ad probationem alterius causæ vertentis in eadem Curia, fidem non faciunt, nisi oblata petitione de producendis actis prędictis.

RITVS CCXLII.

Item, seruat ipsa Curia, quod dato termino. pag. 366.

Dato termino ad probandum, possunt Partes, & procuratores earum producere possunt, quæ producturi sunt, absquè requisitione alterius partis, & debent recipi per Subactuarios, etiàm quandò Curia non regitur, modò dies non sit feriatus.

RITVS CCXLIII.

Item, quod causæ ciuiles non tamen feudales. pag. 367.

Causæ ciuiles, non tamèn feudales, mouendę in M. V. Curijs, per quos sint decidendę, & infrà quod temporis spatium.

RITVS CCXLIV.

Item, quod instantia causarum feudalium. pag. 372.

Instantia causarum feudalium, tàm principalium, quàm appellationum duret per annum integrum ad plus, à die litis contestatæ incipiendum.

RITVS CCXLV.

Item, quod termini dandi, & statuendi. pag. 385.

Termini ad probandum, & testes, àc instrumenta producendum, esse debent competentes, arbitrio Iudicis.

RI-

RITVS CCXLVI.

Item, quod causæ criminales mouendæ. pag. 388.

Causæ criminales in M. V. Curijs mouendæ, per quos sint decidendæ, & infrà quod tempus.

RITVS CCXLVII.

Item, quod teneantur Iudices. pag. 390.

Iudices, postquam fuerit in causa conclusum tenentur infrà decem dies causas expedire, & quantum possunt lites abbreuiare, & subterfugia Procuratorum, àc Aduocatorum amputare.

RITVS CCXLVIII.

Item, seruat ipsa Curia, vt instantia in ciuilibus. pag. 391.

Quo tempore perimatur instantia, tùm in ciuilibus, tùm in criminalibus.

RITVS CCXLIX.

Item, quod omnes interlocutoriæ. pag. 412.

Cui assignentur interlocutoriæ, quæ partes tangunt.

RITVS CCL.

Item, quod relatio ipsarum causarum. pag. 419.

Quomodo facienda relatio causarum, Iudicibus hebdomadarijs commissarum.

RITVS CCLI.

Item, si appellans fuerit negligens. pag. 422.

Appellans si fuerit negligens, in non prosequendo appellationem per mensem immediate post copiæ processus præsentationem, poterit appellatus appellationem prosequi, nullo expectato tempore, quouis iure præscripto.

RITVS CCLII.

Item, si contingat, causas per supplicationem. pag. 427.

Supplicatio sentétię exequutionem non impedit, non tamèn in expensis, nisi causá debitę terminata per sententias.

RITVS CCLIII.

Item, in eisdem Curijs. pag. 435.

In causa appellationis procedi potest sine libello, & in litis contestatione, incipitquè per aperturam processus.

RITVS CCLIV.

Item, in Curia ipsa. pag. 436.

Dicit idem, quod Ritus pręcedens.

RITVS CCLV.

Item, in causis appellationum. pag. 437.

Summatur in Ritu 253.

RITVS CCLVI.

Item, seruat ipsa Curia, quod appellatio. pag. 439.

Appellatio, quibus in casibus remittatur.

RI-

RITVS CCLVII.

Item, in causis duarum. pag. 445.

Non appellatur in causis ciuilibus duarum vnciarum.

RITVS CCLVIII.

Item, non appellatur ab omnibus sententijs. pag. 451.

Ab omnibus sententijs absolutorijs M. C. latis ex mero officio, vel criminalitèr procedendo, non appellatur.

RITVS CCLIX.

Item, non appellatur vigore certarum reginalium. pag. 458.

Non appellatur à sententia cōdemnatoria, lata contrà homicidam, nèc à decreto ipsius M. C. ciuili, vèl criminali.

RITVS CCLX.

Item, seruat ipsa Curia, quod quandò aliquis appellat. pag. 473.

Appellans, siuè principalis sit, siuè procurator, infrà legitimum tempus præsentare debet apostolos, & processum, & literas obtinere responsales ab ea Curia illi Iudici à quo fuit appellatum.

RITVS CCLXI.

Vbi verò, denunciatus velit litigare. pag. 487.

Denunciatus si velit litigare, & non componere cum Curia, vel velit componere, sed modica pecunia, tùnc Curia ipsa ad anteriora procedit, rarò tamèn venitur ad sententiam ferendam ex capitulis, quod si veniatur quandò sit appellandum, quoduè Ius in appellatione seruandum, & quandò appellandum non sit, præsens Rit. rescribit.

RITVS CCLXII.

Item, seruat ipsa Curia, quod quandò aliqua causa. pag. 491.

Exequutio sententiæ semper fit per Magnam Curiam, quouis casu causa deuoluatur ad eam.

RITVS CCLXIII.

Item, nota, quod quandò appellatur. pag. 506.

Cum appellatur, citatur pars ad videndum aperturam processus, & datur terminus ad ponendum.

RITVS CCLXIV.

Item, seruat ipsa Curia, cognoscere. pag. 507.

M. C. V. de quibus causis cognoscat, Ritus præscribit.

RITVS CCLXV.

Item, si contingat Iudicem ordinarium. pag. 511.

Quid seruandum cum Iudex ordinarius, delegatusuè allegatur suspectus.

DON

D O N
CAROLI PETRA
BARONIS VASTI GIRARDI
ADVOCATI NEAPOLITANI

In omnes Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ Regni Neap.

Luculenta, & apprimè necessaria Commentaria.

R I T V S CLXVI.

ITèm, quòd si qui debitores, aut debitrices quarumcunquè personarum, seù eorum fideiussores (ex quibus debitis publica instrumenta appareant, & in dictis Curijs, seù altera ipsarum præsentantur:) de mandato ipsarum Curiarum, seù alterius ipsarum citentur, vt in certo termino peremptorio eis dato, in ipsa Curia personalitèr compareant, responsuri super tenoribus instrumentorum ipsorum: simili modo comparere debeant personalitèr creditores debitorum ipsorum, responsuri super his, quæ versa vice de iure competunt, ad releuamen debitorum eorundem, ipsisquè partibus in Iudicio comparentibus, interrogentur principales debitores, seù eorũ fideiussores super tenoribus instrumentorum, quæ præsentabuntur in ipsis Curijs, seù altera ipsarum per creditores eorundem (præstito priùs per eos de veritate dicenda corporali ad Sancta Dei Euangelia, iuramento,) & facta responsione per ipsos principales debitores, seù eorum fideiussores, per quam confiteantur, quòd instrumenta ipsa, & contenta in eis vera sint, quantumcunquè asserant, se satisfecisse dictis eorum creditoribus de debitis contentis in instrumentis iam dictis: nisi in promptu, & in ipso instanti doceant de satisfactione ipsa, si in-

instrumentis contineantur pœnæ pecuniariæ, vel iuramenta; vel alterum eorundem, statim incarcerantur,& datur ipsius debitoribus,seù eorum fideiussoribus,terminus,ad probandum solutionem prædictam, & similitèr detur terminus dictis creditoribus ad probandum, si qua eis competunt ad præmissa, & interim donèc probent legitimè solutionem prædictam: debeant in vinculis causam dicere, quam solutionem si infrà dictum terminum non probauerint, teneantur ad pœnas pecuniarias, & iuramentorum contentas in instrumentis iam dictis; & nihilominùs satisfacere debeant eorum creditoribus de debitis memoratis, & si fortè dicti principales,seù eorum fiduiussores asserant, dicta instruméta fortè falsò modo confecta: vel alitèr voluerint dicere, & allegare, quod instrumenta ipsa non valeant, detur etiàm eis terminus ad probandum falsitatem prædictam, qui si falsitatem ipsã, vel defectus alios huiusmodi, infrà ipsum terminnm, non probauerint, teneantur propterea ad pœnam debitam: præter dictas pœnas in dictis instrumentis cõtentas, proùt hactenùs in Curijs ipsis, & qualibet ipsarum extitit laudabilitèr obseruatum. Et si debitores in continenti, vel in vinculis existentes, probauerint solutionem, falsitatem, vel defectus prædictos, tùnc, & eo casu, creditores ipsi puniuntur pro qualibet vncia in vno augustali, quę pœna pro medietate applicetur fisco,& reliqua medietas parti læsæ persoluatur, & eo facto, debitores ipsi de facto liberentur.

SVMMA RERVM.

1 *Si qua procliuitate æs alienum omnes accipiunt, ea cura, ac diligentia acceptum dissoluere curarent, nihil ferè esset in Ciuitate, quod humanam societatem valdè læderet, aut concordiam inter ciues turbaret.*

Deploratur omnium ætatum, ac temporum vitium, nostrorum verò præcipuum, vt nihil faciliùs homines faciant, quàm alienas pecunias contrahere, nihil, de quo minùs cogitent, quàm de Creditorum suorum rationibus, ac fortunis.

Cæsaris Augusti dictum recẽsetur, qui culcitram Equitis Romani, maximis nominibus obnoxij defuncti, emi iussit.

2 *Ad reprimendum temporum nequitiã, hominumquè perfidiam Regina nostra hoc in Ritu formam præscripsit liquidandi instrumenta.*

Huic Ritui Neapolitani Regni salus inclinata recumbit.

Ritus iste fauorabilis, non odiosus est.

3 *Ad huius Ritus dilucidationem non pauci DD. multa scripserunt, illiquè recensentur.*

Prospero Carauita plurimùm Regnicolæ debent, cum Ritus illustrauerit, & solertissimus huiusce, & aliorum Rituum fuit enucleator.

Marin. Freccia fuit verè Author operis de præsentationibus instrumentorum, & non Berardinus Siriphilius, vt Camillus Borrellus opinatur.

4 *Causa præsentationis instrumentorum dicitur criminalis.*

5 *In causa ciuili, quando sententia M. C. V. est conformis cum sentẽtia S. C. quamuis reclamatio admittatur, attamèn, ad instar causæ criminalis, in causa liquidationis instrumenti illa non admittitur.*

6 *Plura requiruntur, vt præsentari valeat,*

leat instrumentum, iuxta formam Ritus, remissiuè.

7 *Nomen, instrumentum, genericum est, & non subalternum genus, sed generalissimum.*

Comprehendit propterea multa, quæ narrantur.

8 *In hoc verò Ritu specificè de publico, iurato, & guarētigiato pertractatur.*

Eius diffinitio traditur, remissiuè.

9 *Instrumenta, iure communi, paratam non habent exequtionem.*

Pacta, quod executionem habeant, & debitor carcerari possit, an valeant.

Executionem tamèn obtinent, si guarentigiata, seù confessata sint, potissimū in hoc Regno, vigore huiusce Ritus.

Dominus Consiliarius Hortentius Pepi, Authoris Socer, qui scripsit, vti fisci patronus, ordine Suæ Eccellentiæ electus, in causa Regij fisci cōtra Gasparē Romer. & Io: Vādein. laudatur.

10 *Guarentigia in instrumento oritur ex promissione facta, cum pœna, & iuramento.*

Ex clausula cùm potestate capiendi, pactum executiuum in instrumento resultat.

11 *Similia pacta, vti solita apponi per Notarios peritos, habentur pro appositis, etiam si omissa fuerint.*

Consuetudo quanam sit attendenda, (vt clausulæ consuetæ pro appositis habeantur) eiusdem nè Notarij, qui illud instrumentum, absque dictis clausulis confecit, vel potiùs sufficiat consuetudo Notariorum in genere?

12 *Pactum rescissorium omissum pro apposito habetur.*

13 *Notarius àn possit addere hypothecam in instrumento per errorem, vel simplicitatem omissam.*

14 *Valeat nè diem omissum propria authoritate apponere.*

Instrumētū continens aliquid in imargine, sinè die, & testibus, non probat.

15 *Pacta, quod ob nō solutionē tertiarum, vel ob alienationem corporis, super quo census est constitutus, possit sors repeti, valida sunt.*

16 *Pactum huiusmodi licitum àn sit in contractibus vitalitijs.*

17 *Debitor promittens, cum iuramento, soluere in tribus terminis aliquam summām, si cessauerit in vno, cogi nè possit, via Ritus, ad soluendum integram omnium terminorum quantitatem, & quid existente pacto.*

Fideiussor àn culpa debitoris in eamdem incidat pœnam.

18 *In solutione reditus, àn sit attendendus valor monetæ, iuxtà tempus venditionis census, àn verò solutionis, & àn valor, qui fuit in loco contractus, vel solutionis.*

Locus contractus, vbi dicitur.

19 *Instrumenta faciunt probationem probatam, & veritatem patentem.*

Habens instrumentum pro se iurare non tenetur, summam in eo contentam, sibi deberi.

20 *Soluens vigore instrumenti liquidi, contractum non approbat, ad instar soluentis vigore sententiæ, executionem habentis paratam.*

Guarentigiæ definitio, & cur dicatur instrumentum guarentigiatum, remissiuè.

21 *Contra tertium possessorem rei specialitèr hypothecatæ pro censu, àn detur via executiua.*

22 *Vt subsistat instrumentum, à persona publica debet esse confectum, eaquè à Rege creata.*

Et consecutiuè non à Notario Apostolico, quod declaratur.

23 *Quid verò si confectum fuerit à Notario communitèr pro tali habito, vel Notario inquisito, aùt condemnato de falso.*

Notarius, si posteà efficiatur iuris doctor, àn possit instrumenta facere.

24 *Teneatur nè Notarius contrahentes cognoscere.*

25 *Quid verò, si extrà Regnum celebratum fuerit, àn in hoc Regno liquidari possit.*

26 *Instrumentū à Notario vassallo confectum, nullitati subiacet, ex Cap. Reg. Ladislai, siuè prò, siuè contrà Baronem, tàm si celebretur, quàm si reassumatur.*

193 *Rei*

Si

1 Si qua proclinitate æs alienum omnes accipiunt, ea cura, ac diligentia acceptum dissoluere curarent, nihil ferè esset in Ciuitate, quod humanam societatem valdè læderet, aut concordiam inter ciues turbaret. At, omnium quidem vitium ætatum, ac temporum fuit, nostrorum verò præcipuum, ac maximum est, vt nihil faciliùs homines faciant, quàm pecunias alienas contrahere, nihil, de quo minùs cogitent, quam de creditorum suorum rationibus, ac fortunis. Quot vitam lautissimè, ac splendidè ducunt, familiam plurimam, atque inutilem nutriunt; domos regio propè more ornatas iactant, villas, equos, delicias emunt, non suis, sed alienis pecunijs? Dum intereà miseri creditores, maximis rei familiaris angustijs premuntur, plenam ærumnarum vitam traducere, cum liberis, coniugibusque coacti, ac propter debitorum potentiã, & gratiam, non fructu solum pecuniæ suę, sed & spe eam amplius recuperandi destituti? Quid hoc indignius? quid iniquius? quid humanæ societatis legibus alienius? Aliquem in eius pecunijs se iactare, quem in summa rerum egestate versari videat, ac necessitate confici? Abundare illum alieno, huic deesse suum? Re propria dominum vti non posse, exteros illa ad luxuriam, libidinemque abuti? Quid cum ira; atque indignatione audatur, si hoc non auditur? Potuisse Equitem Romanum, maximis nominibus obnoxium, placidissimè totas noctes dormire, miratus olim Cęsar Augustus (de quo apud *Macrobium lib. 2. Saturn. cap. 4.*) per iocum, culcitram ipsius defuncti exoptasse, atque emisse dicitur, si fortè, & ipse animi sollicitudines, quibus propter æs alienum noctes traducere insomnes cogebatur, in ea sepelire posset. Qua admiratione, si nunc viueret, afficeretur tot in aliena pecunia, altissimum dormientibus veterinum? Illud vnum nobis, inquiunt, curæ esse oportet, vt genialem vitam, dignãque sorte nostrã, & generis splendore viuamus. Cætera viderint hæredes, ad quos res nostræ deuenerint; illis de nominibus dissoluendis curæ sint. Prò stultum consilium? Hæredes nè magis de dissoluendis debitis eorum cogitabunt, quam ijdem ipsi, qui contraxerunt? An non magis, & ipsi ad posteros suos transmittent sine fine? Quid aliud est ciuilem vitam conuellere, iustitiæ scita, (quæ iurium adæquationẽ, & (vt ita dicam) iustationem maximè intendit) peruicaci ausu pessundare; fidem, atque humanitatem è medio tollere, si hoc non est?

2 Ad reprimendam igitur temporum nequitiam, hominumque perfidiam, & fallacias, quos nec conscientiæ stimuli, nec propriæ existimationis, aut fidei ratio satis mouent; multa, ac valida remedia excogitarunt legum iussores, quorum efficacissimum videtur, quod Regina nostra hoc *Ritu* præscripsit formam liquidandi instrumentum tradens, cui soli Ritui Neapolitani Regni salus inclinata recumbit, teste *Cõsil. D. Ferdin. Arias de Mesa, var. resolut. lib. 3. cap. 45. sub num. 1.* illumque fauorabilem, & non odiosum esse certum est, argumento statuti excludentis fœminas propter masculos, *Minad. in consil. in aliquibus, verbo, filiorum, num. 35. & consil. 12. num. 13. Mart. de successi. legal. 1. par. quæst. 13 art. 6. num. 7. Fusar. de substit. quæst. 676. nu. 7. Gratian. discept. forens. cap. 449. num. 20. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 18. num. 4.*

3 Ad cuius *Ritus* dilucidationem, multa, & copiosè scribunt *Prosper Caranita*, (solertissimus huiusce, & aliorum *Rituum* enucleator) teste *Franc. Mar. Prato to. 1. discept. for. c. 1. & c. 22.* necnon *respons. crim. 38. nu. 6. & ad Paschal. de patr. potest. par. 2. c. 9. vers.*

vers. Ego verò, & pract. obseru. 63. n. 5. & ei plurimum debere M. C. V. & Regnum totum, ob illorum explicationem, & multa præclara, quæ gessit fatentur communiter exteri, & nostrates, potissimum *Tartaglia in prax. rer. ciuil. cap. 1. sub num. 46.* idem *Prat. lib. 1. discept. forens. add. cap. 1. ante n. 1. vers. existentibus igitur*, *Anichin. de prauent. instrum. cap. 2. q. 2. n. 22.* *P. Gaetanus Andr. in seculo Cæsar de Afflicto, contron. iur. resolut. cap. 48. vers. adeò quod*) *Berardinus Pandus*, *Marinus Freccia in tract. de præsent. instrumentor.* (cuius *Marini* Neapolitani Patritij, ac Regij Consiliarij celeberrimi dignum fuit opus, teste *addit. ad Rit. 54.* rescripta apud *Reg. Tap. Iur. Regni Neapolitani lib. 2. sub tit. de offic. magistr. iust. pag. mihi 281. versic. reliqua de materia*, & non fuit ille compositus *à Berardino Siriphilio* Auunculo *Camilli Borrelli* eruditi viri, vt malè ipsemet *Camill.* testatur, *p. 2. summ. decis. tit. de instrum. liquid.* & opera *Pauli Fusci*, diem functo, *Marino*, vtpotè manuscriptum inter suos codices repertum in lucem editū fuisse; & *Camilli* effatum insequitur *Franc. Maria Prat. lib. 1. discept. for. 15. num. 99.* & repetit *respons. crim. 32. num. 14.* & iterùm dixerat *ad Muscatell. par. 1. de fideiussor. modo 11. verbo Auriga*) *Franciscus Antonius de Iudice Roberto*, quem summum practicum præconizat *Anichin. cit. tract. c. 2. q. 7. sub nu. 5.* *Annibal Troysius*, *Ioannes Franciscus Scaglionus*, *Ioannes Berardinus Muscatellus*, *Ioannes Paulus Galterius*; idemmet *Borrellus*, *Reg. Carolus Tapia*, *R. Scipio Rouitus*, alijquè non pauci, qui tùm ex professo materiam pertractarunt, tum obitèr de liquidationibus instrumentorum verba fecerunt, vt propterea aliqua tantùm supersint, quæ moderniorum authoritatibus, & declarationibus adijciamus.

4 Eorumq; primum erit, eiusmodi materiam, siuè causam præsentationis instrumentorum esse criminalem, vt probamus *sup. Rit. 55. tom. 1.* & firmant validè quidem *Frecc. p. 5. nu. 1. & p. 11. q. 3. num. 4. Caranit. in Rit. 182. n. 9. & Ritu 300. Afflict. decis. 64. nu. 2. Præs. de Franch. decis. 562. num. 5. & 15.* vbi addentes, *Galter. de præsent. instrum. in verb. audiantur excusatores, num. 1. fol. 132. Muscatell. de fideiuss. par. 2. q. 2. num. 12. Ricc. decis. 170. par. 3. Minad. dec. 2. Nouar. quæst. forens. 79. n. 6. & 7. par. 1. D. Reg. de Marin. lib. 1. resol. quotid. c. 58. n. 15. Dom. Reg. Galeota controu. 54. nu. 17. cum seq. Dom. Reg. Capyc. Latr. decis. 45. num. 17. & decis. 58. num. 5. Dom. Præs. Merlin. to. 2. cap. 22. num. 2. & cap. 24. num. 16. & 17. Dom. Consil. Staiban. centur. 2. resol. forens. 109. nu. 58. Pater de Afflict. controu. iur. resol. cap. 21. nu. 26.* qui contrarium astruit *cap. 48. num. 50.* ex *Reg. Sanfelic. dec. 230. num. 5. Troysio in hoc rit. n. 34. & Reg. Capyc. Latr. consult. 48. à n. 57. lib. 1.* quem nouissimè insequitur *D. Io: Francisc. Marotta discept. forens. cap. 9. n. 23.* At *D. Reg. Sanfelic.* impugnatur *à D. Prat. resp. crim. 31. n. 32.* & ad *Paschal. add. p. 2. cap. 9. versic. ego vero.*

5 Hinc quamuis in causa ciuili, quando sententia M. C. V. est conformis cum sententia S. C. reclamatio admittatur, *Io. Maria Nouar. lib. 1. qq. for. cap. 15.* attamèn in causa liquidationis instrumenti reclamatio non admittitur à decreto S. C. concordi cum decreto M. C. V. prout si fuerit per M. C. interloquutum, esse ordinariè agendum, & confirmatum per S. C. & hoc ad instar causæ criminalis, in qua sententiæ conformes, non alitèr admissa reclamatione, exequutioni demandantur ex antiqua consuetudine, & stylo S. C. cuius meminit *Præs. de Franch. decis. 510. num. 17.* vt in terminis causæ liquidationis instrumenti perpendit *Thor. par. 3. compend. decis. verb. reclamatio*

6 Alterum verò, plura requiri, vt præsentari valeat instrumentum, iuxtà for-

mam

mam *Ritus*, coaceruata per *Frecc.p.1.* §.1. & cæteros memoratos Auctores, ex quorum relatis requisitis vtiliora seligemus, super quibus alia plura scitu digna annotabimus.

7 Quin, aduertimus, nomen instrumẽti genericum esse, imò non subalternum genus, sed generalissimum, vti ens concipi posse, *Petr. Gregor.in syntagm. iur. vniuers. lib. 48. cap. 14. de actionib. & lib. 42. cap. 34. n. 11.* insequiturquè *Sebast. Medic. tit. de definit. par. 2. definit. 5. num. 2.* & hoc nomen instrumentum, cum genus sit, nec analogum, nec equiuocum propriè dicitur, cum generi propriè sumpto illa non conueniant, aduertit *Raudensis* post *Philosophum, de analog. in cap. 7. num. 6. in fin.* vocando igitur equiuocum *Galter. in prax. p. 1. primæ partis, rubr. 1. num. 1.* eo quod sub vno nomine plura sub specie diuersa significet, fallitur; Hinc instrumentum dicitur omne id, quo mediatè aliquid fit, etiam in ordine ad aliud, *Petr. de Nubula in sua prax. artis notariatus par. 3. c. 7. num. 1. 2. & 3.* & pegmata, canales, & cetera, instrumenta domus nuncupantur, *Alexander ab Alex. dierum genialium lib. 5. cap. 24.* ibidem *Tiraquell. pag. 580.* Porrò ferula instrumentum gymnasticum est, quo pueri ad virtutem vigent, idem *dierum genialium lib. 2. cap. 25. fol. 180. in margine*, Musicorum nuncupantur instrumenta, *Tiraquel. de nobilit. cap. 31. num. 1.* Instrumenta venefica sunt, quibus ad amorem, odium, aut ad mortem inuoluendum, quis vtitur *Grillas. de sortileg. num. 6. vers. 3.* Bellum na continet instrumenta, *Paris de Puteo de re milit. cap. incip. duo in singul. nu. 3.* Apparatus domus dicitur instrumentum, *Suetonius in vita Augusti cap 75.* Charta, & papyrus instrumenta sunt, *Bart. in l. si quis legatum, ff. ad l. Corneliam de falsis, Afin. de exeq. cap. 9. p. 1. num. 4.* & demùm etiam homines sub appellatione instrumentorum comprehenduntur, *Petr. de Vbaldo de duobus fratribus num. 64. vers. 1.* ibidem declarans; Accipitur quoquè instrumentũ pro omne, quod aliquid instruit *Affl. in c. vnic. vers. vectig. ti 1. quæ sint regalia*, & omne, quod causam instruit dicitur instrumentum, *l. 1. de fide instrum. Curt. senior cons. 78. num. 10. Afinius in prax. Iudic. §. 22. cap. 4. n. 5.* & iura, ac actiones illorum veniunt appellatione, *Ioannes Coppus de fructib. cap. 4. num. 11.* necnon confessio facta in Iudicio, *Afin. §. 1. cap. 23. num. 6.* Testes, *in l. in exercẽdis, C. de fid. instrum.* vltimæ voluntates, *Glos. in l. si idem, C. de codicillis, l. 1. ff. quemad. testam. aperiantur, Præs. Merlin par. 2. contr. 2. nu. 6. & 7. Prat. lib. 1. discept. forens. cap. 9. num. 13.* & tandèm, qualibet scriptura, etiam priuata, *l. scriptura, C. qui potiores in pignor. habeantur, Authent. contra qui propriam, C. de non numerat. pecun. de Gregor. par. 3. lib. 48. cap. 14. num. 1. Christin. dec. Belgic. lib. 3. tit. 21. Anichin. de præuent. instrum. cap. 1. q. 5. num. 97.*

In hoc verò *Ritu* non de instru-
8 mento in genere generalissimo, nec de subalterno, sed specificè de publico, iurato, & guarentigiato pertractatur, cuius diffinitionem diuersimodè DD. tradunt, nempè *Lanfranch. de Ariado tit. de instrument. fide, & productione num. 4. Ioan. à Grass. in tit. de substantial. procurator. §. instrumenta, Speculator* (vir summa doctrina refertus, licet Iuuenis fuerit annorum triginta, teste *Io. Sicardo in tit. Iur. Consul. Vitæ*, quem insequitur *Cotta in suis memoral. verb. de Iurisperitis*) *in §. 7. de de instrum. edit.* à quo rescripsit *Afin. de exeq. §. 1. cap. 5.* necnon *Prosper Carauit. in hoc rit. num. 6.* vt ipse quoquè fatetur, quam *Specul.* definitionem improbat Hispanus, *Gabriel de Pareia tom. 1. resol. 2. num. 8.* sed insequuntur *Didac. Perez l. 5. tit. 8. lib. 3. ordin. Glos. verbo Cartas, y Contratos Amator Roder. de execut. cap. 1. art. 4. num. 3.* alias tradunt, *de Iudice Robert. consid. 1. num. 1. Galter, in princ. prax.*

prax. num.5. quæ omnes si contineant substantialia, & notata à Bart. in l. 1. de testament. & Bald. in l.cum quis, C. de iur. & fact. ignorant. ac Decio in l. omnis diffinitio, num.2. de regul.iur. dùm non comprehendunt indiuidualitèr instrumentum, de quo loquuntur, sed sub se amplectuntur quaslibet scripturas, lectorum Iudicio remittimus.

Nos verò ad alia conuolantes, di-
9 cimus, instrumenta iure communi attento, subitaneam, & paratam executionem minimè habere, ex text. quem viua voce didicisse à Iasone, testatur Cagnol. in l. in testamentis num.8. ff. de regul. iur. dum esset scholaris, in l. minor 25. annis, ff. de minor. Fab. de Ann. cons. 81. num.2. Osasc. dec. Pedemont. 129. num.2. Frecc. de præsent. instrum. par. 6. num.4. Fusc. sing. 43. lit. P. Petr. de Greg. de cens. q.8. nu.2. Pyrr. Englerm. in Consuet. Aurelian. tit. 19. cap. 3. Valasc. consul. 107. nu. 1. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. §. 1. sub n. 1. Castill. decis. 109. nu. 31. Altograd. cons. 17. num. 19. to. 1. & alij, quos laudat Thor. p. 1. voto 84. Iudex Francisc. Maria Prat. lib. 1. discept. forens. cap. 29. num. 1. & lib. 3. cap. 28. num. 1. Anton. de Canario de exequut. instrument. quæst. 7. num. 17. Franc. Marc. decis. Delphin. 393. vol. 1. Cotta in memor. instrumentum publicum, Antonius Thesaurus decis. 26. num. 1. & 2. adducens text. in l. si pacto quo pęnam, Cod. de pact. Dom. Reg. Rouit. in Rub. de instrum. liquid. num. 1. Cons. Rocc. to. 1. notab. 70. de liter. cambij n. 189. Nouar. lib. 1. qq. for. c. 153. n. 1. latèq; explicat Cancer. var. resol. p. 2. cap. 3. à n. 1. quinàn valeat pactum, quod exequutionem habeant, exquirunt Mantica de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 3. num. 14. Balb. decis. 226. Amescua de potest. in se ipsum, lib. 2. cap. 21. & quo debitor se ad carceres obstringit, Alber. Brun. de cess. bonor. quæst. 20. Schneidenuin. to. 2. qq. iur. controuers. par. 1. de contract. q. 55. & statutum disponens, vt debitor vinculis mancipetur, si pecuniam non soluerit, de Graff. de except. in prælud. n. 88. Brun. de cession. bonor. q. 20. princ. num. 4. Coler. de process. executi. p. 1. cap. 6. num. 39. Marc. decis. 396. p. 1. Baeza de inop. debitor. cap. 1. num. 35. & 36. latè Dom. Franc. de Cuenca, & add. in tract. de deposito, clausul. 30. à num. 1.

Illam tamen obtinent, si guarentigiata, seù confessata sint, vt in Regno, vbi interuentu Iudicis Cartularij, qui dicitur Iudex ad contractus, efficitur guarentigiatum instrumentum propter præceptum, quod interuenit de soluendo coram ipso, confesso à cōtrahentibus debito, Marant. in specul. aur. p. 4. distinct. 18. num. 4. Carauit. in hoc ritu num. 5. & 7. Muscat. in prax. fideiussor. par. 1. mod. 13. num. 11. Galter. par. 1. rub. 1. num. 13. Benedic. de Barz. in tract. de guarentig. q. 1. Guid. Pap. decis. 117. Boer. dec. 295. n. 6. de Franch. dec. 341. ibiq; Amendol. Reg. Rouit. in rub. de instrum. liquid. num. 38. quod etiam haberi apud Hispanos, & ferè per totam Italiam, testantur Marsil. singul. 7. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 3. de instrum. guarentig. num. 6. Padill. in l. 1. C. de iur. & fact. ignorant. Salust. Tiber. de mod. proced. in caus. lib. 1. cap. 39. sub nu. 2. Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. §. 1. sub num. 1. Valasc. consult. 107. nu. 3. Guid. Papa decis. 117. Boer. dec. 295. num. 6. Visconti ad Franch. dec. 181. & seruari Florentiæ, fatetur Mandos. de inhib. q. 31. num. 5. & apud Tuscos, Paris in tract. de reassumpt. instrum. rub. 19. num. 20. In Regno Siciliæ vltrà, Graff. de except. in 10. except. num. 41. Petr. de Greg. de censib. q. 8. n. 1. apud Gallos, Boer. in Consuet. Bituric. tit. 2. §. 27. in princ. prout est instrumentum Camerale, Staib. resolut. 71. num. 12. p. 1. Vt propterea in hoc Regno nostro vigore huiusce Ritus, illa habere exequutionem paratam, ex Carau. cæterisquè comprobent de Frāch.

dec.

*dec.*341.*n.*1. *Nouar.lib.*1.*qq.for.c.*153.
*n.*1.*Gallup. in prax.* S.G.*p.*2. *cap.*21.*n.*
31. *Dom. Conſil. Rocc. reſponſ. lib.* 2.
*reſponſ.*90. *ſub num.*5. *D.Præſ.Merlin.*
*centur.*2.*cap.*24. *num.*8.*&* 9. *controu.*
forenſ.Dom.Reg.de Marin.reſol.quotid.
*lib.*2. *cap.*73. *num.*3. doctiſsimus, &
integerrimus *Dom.Conſil.Hortenſ.Pepi*
meus Socer in compend.fact. & iur. ab
ipſo edito vti fiſci patrono de ordine
S. E. electo in cauſa Regij Fiſci con-
tra Gaſparem Romer. & Io: Vandein,
verſic. in præſenti namque cauſa.
10 Oritur etiam guarentigia in inſtru-
mento, & illius parata executio dedu-
citur abſque ſtrepitu, & figura Iudicij,
ex promiſſione facta cum pœna, &
& iuramento, exiſtente clauſula, pro
quibus omnibus obſeruandis, ex *Gait.*
de credit. cap. 3. *tit.*1. *num.*33. & hoc
eſſe indubitatum in Regno, teſtatur *D.*
*Conſil. Rocc. loc. cit. num.*11. imò ex
clauſula cum poteſtate capiendi, pa-
ctum exequutiuum in inſtrumento, re-
ſultat, *Alex. conſ.*85. *nu.*4. *lib.*6. etiam
contra tertium, & ſingularem ſucceſſo-
rum, ex *Marant.* & alijs, tradit *Rodriq.*
*de ann. redd. lib.*2. *cap.* 9. *num.* 57. &
in puncto *Reg. Sanfelic. dec.*312.*num.*
14. *lib.*2. *Gizz. in obſeruad dec.Reg.*
*Capyc. Latr. dec.*58.*num.*2.

Quin, in hac Ciuitate, maximè quia
11 ſimilia pacta ſolita, & appori ſunt con-
ſueta per Notarios peritos, habentur
pro appoſitis, etiam ſi omiſſa fuerint,
Felin. in cap. ex literis il 3.*num.*13.
de fid. inſtrum. Afflict.in conſtit.Baiu-
*los omnes, num.*13.*cum ſeq.* & alij, quos
laudat *de Cuenca de depoſito, clauſ.*38.
*num.*29. necnon *Capyc. deciſ.*159.*Reg.*
Rouit. in pragm. 1. *de cenſib. num.* 36.
*Præſ.Merlin. controu.lib.*1.*cap.*75.*n.*4.
Dom. Reg. de Marin. reſol. lib. 1. *cap.*
281. *in princ. Thor. in compend. deciſ.*
*vol.*2.*verbo, Pactum reſciſſorium, Dom.*
*Iudex Franc. Mar. Prat. lib.*2. *diſcept.*
*cap.*15. *num.*91. quos improbat *Carol.*
Anton. Moccia in ſylua caſuum forenſ.
*cap.*25.26.27. *&* 28. & àn attendatur
eiuſdem Notarij, qui inſtrumentum
abſq; his ſolemnitatibus confecit con-
ſuetudo, vel ſufficiat illa aliorum No-
tariorum, idem *Moccia* extricat *cap.*56.
*Reg. de Marin. lib.*1. *cap.* 196. *Thor.*
*par.*3. *compend. deciſ. ſect.* 1. *verb.In-*
ſtrumentum extendi.

Verùm, quod pactum reſciſſorium
12 omiſſum pro appoſito habeatur, ita vt
contractus reſcindi poſſit, ceſſante ſo-
lutione tertiarum, communis eſt opi-
nio, vſu, & rerum iudicatarum authori-
tatibus munita, apud *Trentacinq. conſ.*
59.*num.*5. *lib.*1. *Thor. voto* 60. *n.*21.
& voto 84. *nu.*138. *par.*1. *& voto* 35.
*par.*2. de qua dubitat *Gizz. ad Capyc.*
*Latr. deciſ.*115. *num.*14. & àn Nota-
13 rius poſſit addere hypothecam in in-
ſtrumento, ſi per errorem, vel ſimplici-
tatem eam omiſerit, dùm de conſuetu-
dine, vel de ſtylo illa apponi ſolet;
Surd. deciſ. 213. *Farinac. de falſit. q.*
157. *num.*52. *Capyc. dec.*159. *nu.*39.
*Gratian. to.*3. *diſcept. forenſ.cap.*548.
*num.*36. *Dom.Conſil Hodier. ad Surd.*
*deciſ.*135. *Mantic. de tacit. & ambig.*
*lib.*2. *tit.* 10. *Marta clauſul.*276. *lib.*
1. *& clauſ.*33. *lib.* 4. *Macerat. lib.* 2.
*var. reſol. cap.*39. declarans, quæ poſ-
ſit Notarius ſub clauſula, &c. ex-
tendere, & quod ſtipulationem poſ-
ſit Notarius apponere, licet non roga-
tus, notat *Caualcan. dec.* 43. *num.*33.
maximè, data poteſtate extendendi ad
conſilium ſapientis, *Scal. in tract. de*
conſ. ſapient. par. vlt. cap. 2. Poterit
14 quoq; Notarius propria authoritate
diem, quem omiſit in inſtrumento ap-
ponere, quando contrahentes, vel alij
non aduerterunt errorem, *Fontanel. de*
*pact. nupt. clauſ.*1. *num.*23. quod ſim-
plicitèr admittit *Guid. Papa deciſ.*582.
num. 1. & refert *Io. Carol. Antonel. de*
tempore legal. lib. 2. *cap.* 29. *nu.* 3. &
quod inſtrumentum continens aliquid
in margine ſine die, & teſtibus non
probet, ſcribit *Anna ſingul.*247. & in-
ſequitur *Auus meus ad Gram. dec.*106.
*ſub num.*8.
15 Pacta verò, quod ob non ſolutio-
nem annuorum cěſuum, ſiuè tertiarum
(vt

(vt nostratum vtar vocabulo) vel ob alienationem corporis, super quo census est constitutus, possit sors repeti, valida sint, ex pluribus, & frequentissima praxi in supremis Regni tribunalibus, ostendit *Prat. add. cap.* 15. post *Reg. Tap.dec.S.C.*25.*Camill.de Medic.cons.* 39. *Mastrill. decis.*95. *Paschal.de vir. patr.potest.p.*2. *cap.*9. *sub num.*10. *Apicell. de tutam. pauper. tit.* 2. *sub n.*41.

16 Sed àn huiusmodi pactum licitum sit in contractibus, seù censibus vitalitijs, itaùt, ob defectû solutionis cēsuum vitalitiorum, illi rescindi possint, negatiuè decisum tradit *Reg. Rouit. in prag.* 2.*de cens.n.*4.*Thor.in suppl. comp. dec. verbo, Instrumētum liquidari àn possit.*

17 *R.Tap.add.dec.*25. Sed debitor si promittat cum iuramento soluere in tribus terminis aliquā sūmā cessauerit, deindè in vno, cogi nè possit via ritus ad soluēdum integram omnium terminorum quantitatem, & affirmatiuè, odio perjurij, respondere *Bero. cons.* 126. *nu.*6. *Anchar. iun. quest.* 51. *num.* 14. *p.*3. *Roland. cons.*31. *nu.*7. *vol.*2. *Paschal. de patr. potest. add. par.*2. *cap.*9. *n.*8. & decisum memorat *Caualcan. dec.*43. *num.*19. *par.* 1. *ex l. si quis maior, C. de transact. Dom. Consil. Roec.lib.* 2. *resp.*90. *num.*12. at contrarium sentit *Polidor. Ripa obseru.*59. aboleto, vti nimis duro, *text. in d.l. si quis maior*, teste *Corn. in eod. text. Seraphin. decis.* 819. *&* 1136. & *Ripa* effatum verius esse tradit *Mar.Giurb. obseru.*96.*num.* 6. *par.* 1. quin *Sesse decis.*100. hoc protendit, etiam existente pacto, quod si defecerit in vna pagha, contractus possit in totum rescindi, quod non admittit *Reg. Rouit. in prag.*1. *n.*15. *sub tit. de vsur.* subnectens, omni iure eiusmodi pactionem validam, & licitam esse, authoritate *Paris de Puteo de reintegr. feud. cap. sequitur modo quotidiana quæstio, num.*33. S.C. placito roborata. Sed àn fideiussor, culpa debitoris in eamdem pęnam incidat, inquirit *Giurb. indic. obseru.* 96. *à num.*8.

18 Sed nū in solutione, & luitione reditus sit attendendus valor monetæ, iuxtà tempus constitutionis, seù venditionis, àn verò solutionis, resoluunt *R. Rouit. decis.*33. *Reg. Capyc. Latro dec.* 48. *num.* 4. & ibi *Gipt. Guid. Pap. q.* 493. *Panorm. in cap. olim de censibus, Thor.par.*3. *compend. decis. verbo, Depositum capitalis*. Quamquè quæstionem examinat *Vilhelmus Radelantius dec.posthum.Cur.Prouin.traiectine* 40. & de validitate pacti, *Andreoli controu.* 351. *lib.* 2. & àn attendi debeat valor, qui fuit in loco contractus, vel solutionis, *Ceuall. comm.contra cōm.q.*733. *n.*13.*Surd.dec.* 227.*Gratian.discep.for. to.*1. *c.*11.*n.*9. *Caualc.decis.*16. *nu.*42. *lib.*2. *Farinac. dec.*597. *n.*1.*Thes.dec.* 174. *num.*1. *& eius filius in tract. de augum.mon..a* 4.*par. num.*54. *impresso inter quast. forens. Seraphin. decis.* 944. *Mising. singul. obseruat. cent.* 4. *obseru.* 1. & locus contractus intelligitur, vbi est facta conuentio, non vbi est factum instrumentum, *Bertaz.de clausinstrument. clausul.* 30. *Glos.*12. *nu.*7. *D.Consil.Hodierna ad Surd.decis.*227. *num.*4.

19 Talia propterea instrumenta facere probationem probatam, & veritatem claram, ac patentem, deducunt *Hond. cons.*24. *num.*51. *vol.*2. *Franc.Milan. decis.Sicil.*8. *num.* 22. *Cæs. Barz. dec. Bonon.*91.*num.* 21. *& decis.*94. *nu.*9. *Ann. cons.*17.*num.*23. *Bellon. dec. Iennuen.*59. *num.* 9. *& decis.* 71. *num.*8. *Vin. decis.*5. *num.*10.*Veral.decis.*421. *num.*1. *lib.*2. *Osasch. decis.* 72. *num.*4. *de Franch. decis.*379. *num.*1.*Gratian. decis. March.*44. *num.*1. *Merlin.decis. Lucens.*55.*num.*1. *Glorit. in cap.super literis num.* 325. *de rescript. Reg. de Marin. lib.*2. *quotid. resol.cap.*55.*n.* 7. *Prat. respons.crim.*26. *à n.*1. & proindè illud probatio probata dicitur, veritas apparens, & noli me tangere, *Prat.* post alios, *lib.*1. *discept.forens.cap.*19. *num.*12. *& cap.* 27. *num.* 35. facitquè rem notoriam, & liquidam, idem *Prat. cap.*9. *nu.* 34. & pro illo in dubio præsumitur, *Annichin.de prauent.instrum.*

cap.

cap. 1. q. 4. n. 153. aduertens ob hoc *num. 154.* habentem instrumentum iurare non teneri, quod summa in eo contenta sit debita, dummodò validè, & rectè perfectum sit, *Gramm. dec. 27. num. 4. ex l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Amend. ad Franch. dec. 273. num. 8.*

20 Hinc soluentem vigore instrumenti guarentigiati non censeri contractum approbasse, sed soluisse, nè sit periurus, ex *Boer. decis. 100. num. 15.* aduertit *Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 6. tit. de solut. num. 93.* & de obligato in forma Cameræ, loquitur *Roman. cons. 369. num. 10.* ad instar soluentis vigore sententiæ ad euitandum illius exequutionem, quæ paratam habet, qui non dicitur illam approbasse, & condictione indebiti solutum repetere non prohibetur, vt notabilitèr aduertit *Dom. Consil. Hodiern. ad Surd. decis. 74. n. 6.*

Guarentigia definitur à *Ripa obseru.* 344. & cur dicatur instrumentum guarentigiatum, *Thoro voto 84. n. 128. lib. 1.* quæ verò paratam habeant exequutionem, enarrant *Ricc. collect. 600. par. 3. Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 58. lib. 1.* & de censualibus contractibus, *Ricc.* ipse loquitur *collect. 41. par. 1.*

21 Contra verò tertium possessorem rei specialitèr hypothecatæ pro censu, etiam non discusso principali, datur, vigore *Reg. Pragm. 1. de censib.* via executiua, quoad quoq; capturam personalem, quod admittendum putat *Reg. Rouit. ibid. num. 20. vers. quod ego*, in iudicio executiuo tantùm, per *pragm.* introducto contra tertios possessores, non autem in Iudicio ordinario assistentiæ, quod intentaretur contra tertios possessores. Verū *Laganar. in add. ibid. lit. B.* nimis duram memoratam præconizat *pragm.* contra tertium executionem personalem concedentem, quod ante ipsum aduertit *add. incerti authoris* post *tract. de Indic. Robert. & alior. pag. 145. in non.* confutato *Foller.* aliter sentiente, *Visconti in conclus. iur. verbo, Instrumentum quando est illiquidum*, & nouissimè *Io. Franc. Marotta* luculentèr exponit *cap. 31. discep. for. à num. 66.* nùm *memor. pragm. 1. de cens.* in M.C.V. seruetur, & quatenus nō, àn idem in inferioribus huiusce Regni Tribunalibus seruari debeat.

22 Vt autem subsistat instrumentum à persona publica debet esse confectum, eoq; à Rege creato, dicit *Frecc. par. 1. §. 1.* ad quem pertinet creatio, *Isern. in cap. 1. quæ sint regal. verbo, Ad Iustitiam expediendam, Luc. de Pen. ad l. 1. C. de Tabul. lib. 10. num. 2.* eiusq; vice ad Prothonotarium in Regno, *R. Tapia lib. 2. iur. Regn. rub. 36. de offic. Notarior.* & consecutiuè non à Notario Apostolico, monet *Ann. sing. 245. & 246.* & in nouissima *add.* eius filius, quod deducitur prætereà ex notatis per *Afflict. decis. 245.* vbi plura notat *Vrsill.* opinatur autèm ipsemet *Ann. indic. loco*, in causa ordinaria sufficienter probare, quod veritate, necnè innitatur videnda sunt, quæ ea in re cumulant *citat. Galter. par. 1. rub. 1. nu. 21. Carau.* memor, *Ricc. collect. 612. par. 3. & decis. 125. Cur. Archiep. to: 1. Reg. Rouit. in prag. 2. num. 12. de contractib. Reg. Capyc. Latr. decis. 82. num. 25. Masull. ad Capyc. dec. 201. in princ. Franc. de Petris cons. 61. num. 17. Molf. ad Consuet. Neap. p. 10. Auus meus ad Capyc. dec. 153. & decis. 201.* memor *sanctionis editæ à Cardin. Granuelano, & est 2. sub tit. de contract.* qua constitutum fuit, nè amplius in causis prophanis exequi valeant instrumenta rogata à Notario Apostolico, extenditquè ad testamenta, *Viscont. in concl. iur. verbo, Instrumentum, Consil. Staib. cent. 2. resol. 159. num. 24. lib. 2. ex Carau. in pragm. 1. §. 8. nu. 22. de Senat. Consult. Maced. Staiban. seniore cons. 56. num. 2. Thor. par. 1. compend. dec. verbo Testamentum Clerici*, & alijs, firmatq; *Reg. de Marinis lib. 2. quotid. cap. 228. num. 2. Danza de pugn. DD. lib. 1. tit. de instrum. cap. 2. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. nu. 483.*

23 Sed instrumentum factum à Nota-

rio

rio communitèr pro tali habito subsistat, necnè affirmatiuè decreuit *Rota Romana in vna Auximana instrumenti anno 1589. coram Cantuccio*, *Fulu. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 21. R. Rouit. in prag. 1. de Notar. matricul. Thor. voto 78. num. 21. to. 1.* & de illo confecto à Notario inquisito, vel condemnato de falso, loquuntur *Mari ad Gramm. decis. 27. à num. 1. Nouar. q. forens. 99. nu. 3. par. 1.* Verùm Notarius, si posteà Iuris Doctor efficiatur, possitnè instrumenta facere, vt valeāt, *Berlich* inquirit *dec. 27.* quem laudat *Georg. Christophor. Valsboro in tract. de statu, & priuil. DD. cap. 18 §. 130. q. 78.*

24 Et àn teneatur cōtrahentes cognoscere, negatiuè tradunt *Carol. Ruin. cons. 189. num. 18. vol. 1. Ioan. Matienzo lib. 5. tit. 4. de testam. l. 2. Gl. 7. n. 6. Boer. dec. 118. num. 6. de Franch. decis. 262. Auus meus ad Gramm. decis. 60. num. 19. Ricc. collect. 713. par. 3. Thor. par. 1. compend. decis. verbo, Actuarius*, satis namquè est, quod acquirat notitiam eo modo, quo potest, scilicèt videndo personas paciscentes, *Gratian. discept. forens. cap. 497. num. 4. Mart. in summa decis. verbo, Notarius, c. 58. & c. 59. to. 1.* Sed multum vtile, & curiosum esse, vt plenè illos cognoscat, tradit *Borrell. in summ. decis. tit. 18. de fid. instrum. num. 60.* cuius meminit *D. Ioseph de Ninno ad Franc. de Cuenca de deposito, claus. 3. sub num. 1.* & quæ obseruare debeant Actuarij ad hoc euitandum in obligationibus penès acta, statuit *prag. 16. de Actuar.* & nos multa tetigimus *in tit. 128. to. 1.* quibus addimus, quæ scribit *Thor. par. 3. compend. decis. sect. 1. verb. Fideiussio apud acta, & fideiussor àn teneatur.*

25 Quid verò, si extra Regnum confectum fuerit, nec seruata forma constitutionis huius Regni, videndus est *Thor. in suo compend. decis. verbo, Instrumentum, §. 12.* & affirmatiuè ex *Caran. hoc in rit. num. 61.* respondet, vt possit liquidari, & quod debitor non audiatur, nisi in vinculis, scripsit *Cons. Rocc. to. 2. notab. 100. num. 397.* & dixerant *Reg. Capyc. Latr. dec. 82. n. 23. lib. 2. & Reg. Sanfelic. dec. 311. nu. 6. lib. 2.* firmatquè *Borrell. memor. tit. 19. par. 2. de instrum. liquidat. n. 125. & num. 158.* conferuntq; quæ ipsemet scripserat *ead. par. 2. tit. 18. de fid. instrum. num. 106. & in comment. de Reg. Cathol. præstant. cap. 30. num. 62.* vt præteteà illud confectum extrà Regnum à Notario Imperiali, vel Apostolico, in quo testes descripti non se subscripserunt, si fuerit in Regno exhibitum, præsentari via *Ritus* potest, vti confectum seruata forma iuris communis, quod descriptionem testium duntaxàt, absq; eorum subscriptione exquirit, & attenditur consuetudo loci extrà Regnum, vbi confectum fuit, determinatum per S. C. in causa Francisci Iappone, eo quia illud confectum erat Beneuenti à Notario Apostolico, absq; testium subscriptione, cum legalitate tantùm Vicarij eiusdem Ciuitatis, refert *Aloysius de Leo in l. 1. num. 7. C. de nouo C. faciendo*, cuius meminit *Thor. d. par. 1. verbo, Instrumenta, & par. 3. sect. 1. verbo, Instrumentum confectum nec nō voto 84. p. 1. n. 248. Elisens Danz. de pugn. DD. tit. de instr. cap. 1. num. 15.* executio namq; instrumenti in Regno non de decisiuis, sed de ordinatiuis Iudicij dicitur, attenditurquè propterea ipsius Iudicij locus, *Monter. dec. 9. num. 42. & 51. Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam, q. 5. nu. 27. Sesse de inhibit. cap. 4. §. 11. n. 48.* & laudato nostro *Caranita in hoc ritu num. 61. & 63.* insequitur *D. Io. Franc. de Cuenca ad comanda, siuè depositi instrumentum, clausul. 40. à num. 8. & ibidem D. Ioseph de Ninno add.* alios adducit, *Thor. add. par. 3. sect. 1. verbo, Instrumentum confectum in loco.*

Illud quoquè nullitati subiacet, si à
26 Notario vassallo confectum fuerit, ex *cap. Reg. Ladislai, incip. Non sine prudentis*, cuius Regis æquam sanctionem

in

in viridi esse obseruantia, testes sunt *Affl. in Constit. Regn. in terris demanij, de indic. rub.77. lib. 1. nu. 15. vers. Sed contrarium, Camill. de la Ratha de feud. par. 10. dilucid. 51. num. 6. & 7. Muta in cap. Regni Siciliæ to. 5. c. 264. sub num. 2. Ricc. collect. 614. Scaglion. super Ritu M. C. 163. Reg. Rouit. cons. 91. num. 2. lib. 1. Galter. verb. in publica forma num. 19. Consil. Carleual de Iudic. lib. 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 7. sub num. 557. Gait. de credit. par. 3. tit. 1. num. 322. Thor. par. 1. compend. verbo, Instrumentum confectum, par. 2. verbo, Instrumenta, & voto 84. num. 261. p. 1. Nouar. lib. 1. qq. for. cap. 156.* siuè pro, siuè contra ipsum Baronem, vt confutata *Patris Molfesij* contraria sententia, firmat *Anus meus in annot. nou. ad decis. Capyc. 153. num. 2. circa medium,* & post alios, *Episcop. Carol. Marant. tom. 3. respons.* 90. quod non minus procedere in reassumptione instrumenti per alium Notarium, quam in illius celebratione, docuit idem *Afflict. in Constit. Baiulos num. 62.* cui subscribit *Scaglion. in comm. ad pragm. tit. de instrum. infrà octo dies, nu. 1. pag. 154.* etiam ad conductorem iurisdictionis, extendunt *Visconti ad Franch. decis. 118. Ricc. decis. Cur. Archiep. 154. n. 5. par. 2. & collect. 2739. Nouar. par. 2. quæst. forens. 45. n. 7.* quod non admittit *Dom. Reg. de Marin. lib. 1. quot. c. 280.*

27 Quin, protenditur *Ladislai* dispositio etiam ad Notarios vassallos incolas, & commorantes in Baronum oppidis, ex eiusdem *cap.* verbis expressis, ibi, *Vel in eis, aut ipsarum altera, siuè alijs commorantes.* Tùm ex ratione causæ finalis in eodem capite expressa, ibi, *Vt instrumenta fiant per illos tantum ex dictis Notarijs, quibus nulla possit esse causa timoris.* Notario autèm incolæ, vel commoranti magna, imò maior subest timoris causa ergà dominum loci domicilij, vel habitationis, cuius magistratibus parere debet, *l. incola 29. C. ad municip.* quiq; incola Ciuis loci domicilij constituitur, *l. si in patria, C. de incolis lib. 10. Bald. in l. cunctos populos num. 13. C. de Summa Trinit. & fide Cathol. Amaya in l. Ciues, num. 112. C. eodem de incolis, Rouit. cons. 48. vol. 1.* subnectens per R. C. determinatum incolam tractandum esse vti Ciuem, insequitur *Consil. Staiban. resol. 92. num. 28. tom. 1.* sed quorsum plura? hanc aleam expresè sustinet in terminis *c. Ladislaus, Mart. inter decis. Pisan. vot. 186. Episc. Ricc. collect. 2315. Reg. de Marin. quotid. resol. lib. 1. cap. 280. & ad Reuerter. dec. 386. num. 4. Nouar. add. q. 156. sub num. 1. par. 1. & Laganar. in addit. ad Reg. Rouit. in pragm. 1. lit. D. vers. dubitari possit, de Notar.*

At nè inconcussa hæc sententia sine
28 nostri amplissimi Senatus authoritate prodeat, adducitur scitum emanatum in causa Vniuersitatis meæ terræ Caccaboni, cum hæredibus Francisci Antonij Marchisciano Baronis terræ Castri Iudicum, & Roccæ Rasi, prolata, namq; ad beneficium ipsius Baronis, sententia pro eius credito ducatorum bismille capitalis cum tertijs liquidandis, factoq; calculo, Vniuersitas coram legum Coriphęis S. C. nullitates proposuit, inter quas illa potior fuit, contractum sententia rescissum à Notario Frãcisco Ciancio rogatũ fuisse, origine Bucchianici Ciue, & incola præfatæ Terræ Roccæ Rasi, in qua relicto originali patriæ lari vxorem duxit, domicilium, sedemq; rerum suarum animo permanendi defixit, & rè plenius discussa, me pro meo oppido patrocinante, manauit, è Regni Areopago decretum, nullitates aduersus sententiam deductas obstare, de mẽse Maij 1654. extititquè confirmatum alio decreto de mense Iunij 1655. *referente tùnc Consiliar.* integerrimo viro, & emeritissimo *Regente Thoma de Aquino,* in banca Figliolæ.

29 Quin, in fortioribus terminis, idem Tribunal iunctis classibus, hoc determinauit in causa Scipionis, & aliorum de Castellis hæredum quondam Murij,

cum Anna Maria Carrafa, cum enim mediante sententia S.C. *referente olim Dom. Consiliar. D. Francisco de Ocampo*, sub die 29. Ianuarij 1625. fuisset declarata valida dispositio in terra Roseti, per Portiam de Castellis, facta sub die 1. Octobris 1625. manu Notarij Annibalis Brandi (de qua decisione memor est *Thor. par. 2. compend. decis. verbo, Testamentum*,) propositis aduersus eam nullitatibus, & præsertim, quod instrumentum asserti testamenti dictæ Portiæ, fuerat rogatum à dicto Notario Annibale, tunc incola dictæ terræ Roseti, in beneficium Fabritij Carrafæ eiusdem terræ Baronis, & sic sententiam fuisse latam contra expressum casum, *cap. Reg. Ladislai* decreto S.C. sub die 25. Octob. 1628. iunctis Aulis, cum adiunctis, fuit declaratum, nullitates obstare, quod in gradu reclamationis fuit confirmatum sub die 16. Martij 1649. *referente Dom. Cons. Aloysio Gamboa*, iunctis etiã Cons. duarum Aularum, in cuius causę determinatione interuenerunt D. D. Don Franciscus Merlinus Marchio Ramontis S.C. Præses, Consil. Franc. Anton. Musettula Aulæ Decanus, nùnc Regens, Io. Franc. Marcianus, D. Thomas Martinez, deindè Regentes, Donatus Coppula Dux Canzani, nunc Regni Secretarius, necnon Cons. Iulius Mastrillus Dux Mariliani Aulæ alterius Caput, pręfatus Aloysius Gamboa causæ Commissarius, Io. Baptista Iouinus totius S.C. ad præsens Decanus, & D. Benedictus Trelles Marchio Toralui Hispanus, nunc Regens emeritissimus, & dignissimus, penès Vincent. Borrellum Act. Magist. Ex qua determinatione, liquet fuisse declaratum *cap. Ladislai* sanctionem locum vendicare in

30 testamẽtis, & codicillis ad beneficium Baronis; de hac *decis.* meminit *Dom. Reg. de Marin. lib. 2. quotid. cap. 230.* quod firmarunt *Grammat. dec. 66 n. 5. Affl. in d. constit. in locis demanij, nu. 11. Reg. Tap. in repetit. cap. prad. lib. 3. iur. Regn. tit. de fide instrum. Gait. cap. 3. num. 845. & in append. cap. 3. n. 27. pag. 427. Tasson. de antef. cap. 9. obser. 3. num. 23. Galter. in d. rub. in publ. forma 2. edit. num. 20.* idem *Dom. Reg. de Marin. memor. cap. 280.* reiecta aduersa opinione *Fab. de Anna ad singul. 244. Anna Patris, Pr. s. Mormil. in constit. Regn. in locis demanij, f. 131. Ricc. collect. 614. lim. 2. Viscont. & Amend. ad decis. 118. de Franch. Capiblanc. de Baronib. pragm. 1. nu. 221. Gallupp. in prax. S. C. par. 2. cap. 21. num. 11. Nouar. lib. 1. q. forens. 156. num. 13. Thor. in compend. decis. verb. instrumenta confecta, cart. 272. & d. verbo, Testamentum*. Siquidèm præfati *DD.* numerum non constituunt, & cohærent tantummodò super humeros *Fabij de Anna*, qui si cadet, omnes illo innixi corruent, perfunctoriè *Ann.* loquitur, nulla ratione, vel authoritate fretus, dumtaxàt *Bald. in l. Testamentum, C. de testam. num. 4.* cuius sermo in casu est diuerso, ibi enim tantummodò dicit, quod si statutum annullat contractum ratione vectigalis non soluti, non annullat testamentum, non enim dicit, si statutum annullat instrumenta, quæ à Notarijs publicis rediguntur in publicam formam, vel scripturam, non annullat instrumenta testamenti, contractus enim differt à testamento, quia verba contraxerunt non referuntur ad Ius testandi, *l. verba contraxerunt, ff. de verbor. signific.* quin, cum casus propositus à *Bald.* materiam contineat odiosam, scilicet, contractum annullandi, ob vectigal non solutum, cum Gabella sit odiosa, *Bart. in l. si pupillus, §. ult. ff. ad l. falcidiam, Tiraquell. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. num. 12.* in materia pęnali, & odiosa non fit extensio, etiam ex identitate rationis, *De Franch. dec. 11.* & proindè de memorata *Bald.* doctrina ab *Afflict.* adducta pro dubitandi ratione *in const. Regni instrumentorum robur, n. 3.* nulla fuit habita ratio, ipso teste *Thor.* salua eius pace, adducens S. C. decisiones satis in hoc errauit; ideò n.

Sc-

Senatus declarauit, diſpoſitionem vali-
dam, & non teſtamentum, nè illud ap-
probare videretur confectum à Nota-
rio ſubdito contra formam *cap.* in per-
niciem vniuerſalem totius Regni, nè
daretur occaſio falſa fabricandi teſta-
menta, in quibus maior vigere debet
ſuſpicio, ratione tradita à *Fabro de er-
ror. pragmat. par. 3. decade 77. error.
1. col. 3. verſic. nimirum, & error. 2.
verſ. longè maius.* Teſtamentum verò à
Barone factū manu Notarij vaſſalli, àn
31 ſubſiſtat, affirmatiuè ex *Anna* deducit
de Marin. add. c. 280. atq; in his termi-
nis procedit deciſio S. C. in cauſa te-
ſtamenti quondam Camilli Portij Ba-
ronis terræ Centulæ, cuius meminit
Gallup. cit. & fuit edita copia in dicto
proceſſu Annæ Mariæ Carrafa, f. 275.
àter.
32 An verò *cap.* prædictum procedat
in Barone habente dumtaxàt iuriſdi-
ctionem criminalem, negatiuè reſpon-
di, fretus *Capyc. deciſ. 27. Franch. deciſ.
131. Capiblanc. de Baron. prag. 8. p. 2.
num.* 265. firmantibus, dominum terræ,
& territorij Baronem ciuilem eſſe, cri-
minalem verò habere iuriſdictionem,
quæ inhæret officio, circa criminum
cognitionem, vt propterea dominus
in potentia, ſi crimina fiant, dicatur, &
non Baro, quia non iurat fidelitatem,
nec aſſecuratur à vaſſallis, minuſquè
adiutoria conſequitur, ſed contradicūt
*Affl. in conſtit. Regni in locis demanij
num. 4. Nouar. mem. cap. 156. num. 2.*
Si extendatur *capit.* memoratum ad
obligationes captas ab Actuario vaſ-
ſallo, extricat *de Franch. dec.* 131. &
negatiuè reſpondet, & diximus in *Rit.*
128. Benè autem plenè probatur, No-
tarium eſſe vaſſallum ex fide Baptiſma-
tis, & Vniuerſitatis, præſentatis ta-
mèn Curia pro Tribunali, *Maſcard.
concluſ. 1087. num. 7. Genua de ſcrip.
priuat. lib. 5. q. 2. tit. de lib. plebanorum,
ſiuè Curati, verſ. Et vt paucis, Reg. Ca-
pyc. Latr. dec. 166. num. 35. to. 2.*
33 Inſupèr vt præſentari ad formam
Ritus poſſit inſtrumentum, aliud con-
uenire debet, vt ſit publicum, ita ſan-
cientibus verbis huiuſmet *Ritus* in eius
initio; vt tamen publicum dicatur, alia
plura concurrere debere, ediſſerit idem
*Frecc. ead. par. 1. §. 2. Canar. in prax.
liquid. inſtrum. rub. 1. par. 1.* Aliud eſt
requiſitum, quod in publica ſit forma
34 redactum, iuxtà *Conſtit. Baiulos*, alte-
ramquè *inſtrumentorum robur*, & co-
pioſè congeſta per *Galter. par. 2. rub.
2. Ann. ſing. 252. Reg. de Marin. lib. 1.
quotid. reſolut. cap. 186. num. 15. & lib.
2. cap. 139. num. 14. Prat. obſeru. 24.
num. 22. Thor. par. 1. compend. verbo,
Inſtrumentum, & voto 84. num. 247.
par. 1.* quæ quidem reſumptio non
validè fiat, niſi octo conueniant, enar-
rata per *Afflict. dec. 6. & in ead. conſt.
Baiulos à num. 58. ad num.* 82. alioſq;
Authores, quos *Ann.* commemorat *ſin-
gul.* 254. potiſſimùm, quod illud ſit
ſcriptum, & ſubſcriptum propria manu
35 publici Notarij, qui teſtium nomina, &
cognomina exprimere, obſtringitur,
*Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6. Gl.
3. par. 7. num. 49. Franciſcus Anton.
de Robert. de liquid. conſid. 1. num.* 11.
laudatus à *de Cuenca de depoſit. clauſ.*
42. & cuius loci teſtes ſint habitatores,
*Alex. conſ. 153. nu. 4. vol. 2. de Cuen-
ca memor. loco num.* 4. qui teſtes inſtru-
mentum in forma reaſſumptum, vt fi-
dem faciat, ſubſcribere debent, *de Ro-
berto num. 14. Frecc. par. 1. num.* 16.
quos idem *de Cuenca* memorat *clauſ.
43. num. 1. Barthol. de Capua in add.
Conſtit. Inſtrumentorum, num. 4. Mart.
vot. 21. num. 7. & vot. 141. num. 1.* &
tres requiruntur, ſi exceſſerit inſtrumē-
tum libram, duo verò ſufficiunt, ſi infrà
36 libram, quod àn procedat, ſi capitale
non excederet libram auri, ſed benè
cum tertijs decurſis, deciſum fuit poſſe
liquidari, apud *Reg. Tap. dec. S.C.* 15.
cuius meminit *Thor. par. 3. compend.
deciſ. verb. Inſtrumentum, ſi exceſſerit*;
data verò conſuetudine, duorum teſtiū
ſubſcriptionem ſufficere, etiam pro
magna ſumma, deciſum ſcribit *Thor.
par. 1. compend. verbo, Inſtrumentum*

confectum, par. 2. verbo, Instrumentum, & voto 84. *num.* 251. *par.* 1. *Staiban. senior cons.* 13. quod si instrumentum quod præsentatur liquidandum, sit subscriptum per testes illiteratos, facto per eos signo Crucis, potest liquidari, si certum est in loco, vbi contractus fuit celebratus, nō adesse alios literatos, .s. qui scribere sciant, quod si fuerit dubiū, & tunc supersedetur, donec auditis partibus aliter prouidebitur, iuxtà *Carau.* distinctiionem in hoc *Ritu n.* 9. quem insequuntur *Galter. in prax. instrum. par.* 1. *rub.* 2. *sub num.* 27. *Tartagl. in prax. ciuil. cap.* 1. *num.* 19. Hinc licet signum testium non sufficiat pro subscriptione, ad hoc, vt creditor vti valeat beneficio *l. scripturas, C. qui potior. in pign. hab.* vt obseruat *Surd. decis.* 137. tamèn restringitur quando in loco, vbi fuit confecta apoca, litterati abessent, & scribere nesciētes, *D. Cons. Hodier.* ad eamdem *Surd. dec. num.* 3.

37 Illud verò in eam formam redigere vtrum, & quando possit alius Notarius præter notata in illa *decis.* 6. *Afflicti*, edisserunt *de Franch. decis.* 300. *Galter. cit. rub.* 2. *num.* 28. & 46. quiduè mortuis Notario, & Iudice, viuis aliquibus ex testibus, vel vno ipsorum, aut omnibus defunctis, *D. Consil. Rocc.* examinat *respons.* 12. *tom.* 2. & praxim scripserat *Tap. de fid. instrum. ad dict. Constit. Baiulos*, §. *cæterum num.* 5. & meminit *Sanfel. dec.* 182. *lib.* 2. aliaq; notat *Mari ad Gramm. dec.* 106. *à n.* 1.

38 Stipulatum verò per Notarium iam mortuum, & reassumptum per alium attestantem se habere hanc facultatem, non potest liquidari, si aliundè, quam ex fide, & attestatione eiusdemmet Notarij non constat de potestate illud reassumendi, *Thor. in suppl. compend. decis. verbo, Liquidari, f.* 375. decisum subnectens, quod iterùm citetur debitor, ex quo instrumentum erat reassumptum per Notarium, de cuius potestate reassumendi instrumēta aliorum non constabat, nisi ex assertione eiusdem Notarij, insequuntur *Pater de Affl. controu. iur. resol. cap.* 30. *n.* 20. consentquè *de Franch. decis.* 300. & *Surd. cons.* 440. *num.* 8. *lib.* 1. etenim Notario tantùm est credendum de ijs, quæ geruntur inter partes tempore actus, & de quibus fuit rogatus, *Bart. in Auth. si quis in aliquo, Cod. de eden. Mascar. de prob. concl.* 1096. *num.* 3. & *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de Notarijs, nu.* 23. & probat *text. in* §. 1. & 2. *Auth. de tabellion.* non autem de gestis de præterito, *Canonist. in d. cap. quoniam contra, de prob.* nec de ijs, quæ sunt extra contractum, *De Puteo de reassump. instrum. q.* 21. *num.* 2. nam neq; probat, si faciat fidem de alio instrumento, quod dicit confectum de sua manu, *Afflict. decis.* 48. *n.* 2. *Laganar. ad Rouit. in prag.* 1. *de Notar. lit. C.*

39 Præterquam etiam si de licentia prædicta fuisset Notarius rogatus, eius attestatio facta in instrumento reassumpto nullam pręstat fidem, versatur enim in re tangente sui commodum, & authoritatem, quam sibi ex dispensatione attestatur concessam, & quisq; in re propria testimonium dicere prohibetur, *l. omnibus, C. de testib.* nec ipsi soli absq; testibus creditur, *Reg. Galeot. controu.* 66. *num.* 45. *Cyriac. controu. forens.* 244. *num.* 51. *tom.* 2. *ex* §. *si verò absunt, Auth. de hered. & falcid.* §. *Sed etsi Instrumenta, Auth. de fid. instrum. Menoch. de arbitr. Iud. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 105. *sub num.* 39. *D. Consil. Staib. cent.* 2. *resol.* 130. *n.* 18. *res.* 144. *n.* 8. *res.* 161. *n.* 18. & *resol.* 197. *nu.* 103. & 110. proùt nec Iudici creditur super eo, quod fundat suam potestatem, & à quo pendet validitas actus, quem gerit, ità ex *Felin.* & alijs probat ex communi *Mascard. concl.* 35. *n.* 2.

40 Quinimò hoc casu sumus in genere prohibitorum, nam agitur ad conualidandum actum contra formam constitutionis, & ad probandam dispensationem, sine qua actus ipse corruit, ideò huiusmodi Notarij assertioni non est adhibenda fides, ad *text. in l.* & *si fortè, ff. de Castrens. pecul.* & *in l. qui testamen-*

mentum, *ff. de probatio.* vbi non statur assertioni eius, qui actum facere prohibetur, nec ei est credendum de requisitis ad validitatem actus, *Carlen. de Iud. tom. 2. disp. 8. sect. 6. num. 96. & Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. inspect. 7. num. 202.* sicut in terminis donationis inter personas prohibitas, vt substineatur ex causa meritorum, sunt probanda merita, nec de ijs statur assertioni donantis, vt ex *Gl. in l. si donatione, C. de collat. Fontanell. de pact. nupt. clausf. 4. glos. 7. par. 2. num. 16. Menoch. consf. 112. num. 26.* de communi *Guttier. de confirmat. iuram. cap. 5. n. 16. par. 1. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 29. num. 19. & Cutell. de donat. to. 1. discurs. 2. par. 13. num. 14. & seq.*

41 Anquè prædicta militent in instrumento reassumpto aliena manu, viuo Notario, qui nimia negotiorum mole prægrauatus, illud tantùm subscripsit, inquirit *Mocc. in Sylu. cas. forens. cap. 3.* & idem *P. de Afflict. add. cap. 30. n. 5.* & tangit post *de Franch. dec. 300. Annus mens ad Gramm. decis. 106. num. 11.* & an possit liquidari instrumentum, si in eo alius Iudex ad contractus fuerit

42 subscriptus loco alterius Iudicis præmortui, non constito de illius morte, *Thorus* tangit *par. 3. compend. dec. sect. 1. verb. Instrumentum an possit liquidari, & voto 84. num. 68.* Etenim de iure Regni vltra testes, & Notarium, requiritur in confectione instrumenti interuentus Iudicis ad contractus, vt in *add. Constit. Baiulos omnes, & Constit. Instrumentorum, & Franc. Ant. de Iudic. Robert. de liquid. Instrum. consid. 1. num. 11.* qui inter partes contrahentes habet iurisdictionem in Regno voluntariam, sicuti obtinet Notarius alijs in in locis, *Galter. in prax. par. 1. prim. par. rub. 5. num. 12. Borrell. de magistrat. edict. lib. 14. num. 19.*

43 An verò inuocationis diuini nominis omissio, vel diei, mensis, & anni, vitiet instrumentum, examinant *Fontanell. de pact. nuptial. clausf. 1. num. 1. fol. 9. tom. 1. Ranchin. ad Guid. Pap. dec. 19. Io. Carolus Antonell. de tempore legali. lib. 2. cap. 29. num. 1. Raudens. de Analog. cap. 200. Borrell. consf. 75. n. 8. & in summ. par. 2. tit. 100. num. 17. Ioseph Gonzal. variar. qq. cap. 1. Reusn. decis. 1. lib. 1. Andr. Gaill. pract. obseru. lib. 2. obseru. 7. num. 6.* & alij, quos refert *Mari ad Gramm. decis. 106. num. 12. D. Franc. de Cuenca de dep. clausf. 1. Sesse decis. 113. num. 17. vol. 2. add. ad de Cuenc. clausf. 4. lit. E.*

Nullam porrò ansam, nullum effu-
44 gium, nullas cauillationes, fraudes deniquè nullas omisere debitores, quibus æris alieni solutionem infinitis dilationibus protraherent, creditorum in se actiones eluderent, Iudicum aures ad phalerata mendacia, fucatasq; querimonias, delinitas flecterent, nunc debita obtegentes, nunc negantes, nunc cauillos afferentes, creditoribus etiam minitantes, eosq; perterrefacientes; Ritus, statuta, leges omnes, & iura proculcantes. Quid de vsu, ac more nostri temporis dicã, de quo ex *Henriq. de fideiuss. cap. 15. num. 7. & Victorin. Strigel. lib. 2. ethic. fol. 277. Gratian.* tradit *discept. forens. c. 380. n. 19. to. 2.* quo obęrati non licitum sibi solùm putant, sed necessarium mentiri? de qua re *Plutarch. opusc. de vitand. vsura.* Quam benè eos Cameleõti cõparabat Theodoricus Ostrogothorum Rex, in omnem se colorem fingenti, cuius verba rescribit *Henriq. num. 7.* ex *Marq. Frefeb. de fama publica lib. 2. c. 13. n. 15.* quorum impudentia, vsq; eò deuenit, vt nouissimè non erubuerint asserere ea instrumenta præsentari non posse seruata forma *Ritus*, in quibus licet anni reperiatur descriptus cum cæteris solemnitatibus, vna Indictio defuerit.

Indictionẽ enim, quæ componitur ex tribus lustris hoc est, quindecim annis, iuxtà *Glos. in cap. inter dilectos, in verbo, Indictionis, de fide instrum.* describi in instrumentis debere, indixit *text. in auth. vt prepon. nom. Imper.* & concinit *prag. 2. sub tit. de Notarijs*, ibidemquè *Reg. Rouit.* & alij *DD.* quos recen-

censet *Gais.de cred.c.3.tit.1. n.162.* & voluerunt *Natt.cons.47. vol.1. Daniel Venat. in Analysi iur. Pontific. lib.2. tit.22. Ludou. decis.* Luccens.13. *Nicol. Intrigl.super Bulla, & pragm. de ceasib. lib.1. q.88. num.3. Staiban.senior cons.* 13. At haùd obstantibus debitorum clamoribus, pluriès in gratiam creditorum decisum fuit, potissimum sub die 23.Octob.1660. iunctis Aulis M.C.V. *referente Dom.Iudice D. Stephano Padilla,* & prouisum, quod pœna ponatur in libro inserui, vt liquet ex processu Iulij, & fratrum de Cesareo, cum Ioãne de Franco, in banca Actuarij Brezzani.

Etenim ob huiusmodi indictionis omissionem, non vitiari instrumen-
45 tum, firmarunt *Robert. consid.1. num.9. Couar.pract.lib.1.c.12.num.1. vers. de indictione,* & alij *DD.* laudati per *Farinac.quæst.156.par.1.* Quod vt probetur, præmittendum duxi, indictiones annorum, temporisq; supputationi subseruisse etiam ante Christi Natiuitatem, Author est *Accursius in l. 1. §. vltim. C. de Inst. Codi. confirm.* cui videntur consentire Iuris vtriusq; Interpretes, præsertim *Gl. in dic. cap. inter dilectos, Spec. lib. vlt. rationalis cap.2. & in tit. de instrumen. edit. §. Breuiter num.5.* cuius origo forsan deducitur à noua illa indictione, quam Caio Antistio, Lęlio, Balbo Consulibus anno quarto, ante Christum natum, Augustus instituit, authore *Dione lib.55.* quem, & *Alciat.* laudat *lib.8. Patergon. c.1.* vbi tametsi credibile id esse existimet, verũ consentaneum profectò est, indictionem illam, cuius *Dion.* meminit, Christi Natiuitatem præcessisse quo ad edictum, eius verò executionem initiũ habuisse ab eo anno, quo Christus natus est, ex *cap.Luca* 2. vnde poterit defendi, quod *Spec.Luc.Pennensis,* & alij opinantur, nempè indictiones ab eo cepisse edicto, cuius *Euangelista dic.c.2.* meminerit, ita sanè, vt indictionis computatio Inceperit ab anno edicti, præuia deliberatione, & maturo Consilio Romæ instituti, ac decreti, non ab eius executione, quæ primo anno Christi Natiuitatis contigit.

46 Indictionum autem calculus in hunc qui sequitur modum assumitur. Annis Christi additur triennium; omnisq; annorum numerus per quindennia diuiditur, vt tandem annus, qui superest, indictionem cõstituat: quemadmodum præter *Accursium, Speculatorem,* & alios, docet *Beda lib.de natura rerum cap.47.* quos enumerat *Couarr. var. resol. add. cap. 12. num.6.* signaturq; indictio à primo anno vsque ad ad quindecim eo numero, quo annus hic excurrens: quo fit, vt tertia indictio sit annus tertius, qui excurrit post factam per quindennia omnium annorum contributionem. Anni igitur mille sexcenti, & quinginta à Christi Natiuitate in quindennos diuisi, efficiunt centum, & decem indictiones, reliqui à Natiuitate sunt decem anni, quibus adduntur tres: Et ideò annus sexagesimus supra millesimum sexcentesimum à Natiuitate, decimam tertiam designat indictionem. Quæ quidem indictio incipit à kalendis Septembribus; quod constet eo mense tributorum exactores proprium munus auspicari, *tex. in Auth.de collectorib. in princ.* quem ad hoc citat *Alc. dic.cap.1.*

47 His notatis. Dicimus primo, Iustinianum Cæsarem apponi, indictionẽ instrumentis constituisse, *in dic. Authent. vt prapo.nomen Imperat.* & ita fieri debere, nisi consuetudine id omissum fuerit, *Bart. in l.si quis, §. si initium, ff.de edend.num.12.* cuius opinio magis communis est, authore *Felin.in dic. cap. inter dilectos num.12. & Affl. in constit.Baiulos omnes, num.20.* dixit, instrumentum non vitiari, si de consuetudine indictio non solet apponi, & idem *Gais.* qui loco supra citato contrariam opinionem tenere videtur, *n.165:* dicit, quod modificatur requisitum, vt non procedat, si in loco contractus adesset consuetudo non apponendi indictionem in instrumentis, quia tunc instrumentum non vitiaretur, allegat

legat *Afſl. in dic. conſt. Baiulos n.20. in fin. Rip. reſp. ſequen. ad 4. reſp. ſub n.27. & 28. de prob. Scacc. de Iud. cauſ. ciuil. cap.11. num.1199. ac Couarr. dic. cap. 12. variar. num.7.*

48 Quin, prædicta *Authentica*, non ſolùm loquuta fuit de contractibus, ſed etiam de quocumq; alio actu iudiciali, vt patet illis verbis, ibi, (*ſicut in iudicijs, ſiuè vbicumq; conſciantur acta*) & non poteſt dubitari in iudicijs etiam nunquam fuiſſe obſeruatam, vt patet ex antiquiſſimo ſtylo, tàm M.C. quàm S.R.C. in omnibus decretis, & ſententijs hucuſq; latis, & ſic quemadmodum receſſit ab Aula in iudicijs, ſimiliter, & in cõtractibus idem dicendum eſt; nam in iudicijs quaſi contrahitur, & idem iudicatur de contractu, quod de quaſi contractu, vt *l. ædiles, §. ſciendum, ff. de ædil. ed.* & valet argumentum de iudicijs ad contractus, prout poſt alios, probat *Barz. deciſ.23.* & ideò ſi diſpoſitio *d. auth.* eſſet in viridi obſeruantia, ſequeretur abſurdum, quod nedùm omnes ſententiæ hucuſque latæ, ſed etiàm omnes fideiuſſiones præſtitæ penès acta eſſent nullæ, & inualidæ, & incuſari minimè poſſent, quia omnes fideiuſſiones reperiuntur captæ, & extenſæ abſquè indictione ex generali conſuetudine, & quamuis lex diceret contrarium, tamen deuinceret eam conſuetudo, proùt per plura iura probat *Gl. d. Auth. ver. auctore*, conſuetudo enim eſt altera natura, *l. ſi quis poſthumus, ff. de liber. & poſth. Io. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de fid. inſtr. §. inſtrumentum, n.13. Menoch. conſ.37. nu.2.* & conſuetudo dicitur optima legum interpres, *l. minimè, & l. ſi de interpretatione, ff. de legit. cap. cum dilectus de conſuet. Gratian. diſcept. forenſ. c.290. tom.2. P. Meroll. tom.1. cap.2. num. 546.*

49 Duo enim ſunt neceſſaria, & requiruntur ad hoc, vt conſuetudo abroget ius poſitiuum; Primò, vt conſuetudo ſit rationabilis; Secundò, vt ſit præſcripta, quæ præſcriptio in ſtricta verbi ſignificatione inducitur tantùm à priuata perſona; ſed per conſuetudinem acquiritur ius vniuerſitati, communitati, & populo, & per præſcriptionem acquiritur ius priuato; Et per conſuetudinem decem annorum præſcribitur contra legem ciuilem, proùt, poſt alios, probat *P. Dian. tract. miſc. 14. reſol. 62. col. 2. tom. 5. fol. mihi 413.* & nouiſſimè *P. Verricell. qq. mor. tract. 3. q. 48. num. 2. cum ſeq.* quæ conſuetudo quamuis in deciſorijs cauſæ formitèr debeat probari; attamen ſecus eſt ordinatorijs iudicij; proùt eſt caſus noſter, vt probat *Gratian. diſcep. for. cap.956. num.22.* imò poteſt Iudex ſe informare de conſuetudine notoria ex officio, & parte non citata; proùt fundat idem *Gratian. cap.945. num.20.* & diximus *in Rit. 1. à n.46. to.1.*

50 Secundò, appoſitio indictionis milleſimum tantùm indicat, ideòq; *Galter. dic. pract. crim. inſtr. prim. prima part. num. 10. in fin.* aſſerit, quod ſi annus indictionis anno Domini, & ſic milleſimo, non conueniat, ibidem aſcripto; præſumendus eſt potius error in indictione, quam in anno Domini, cum is ſit magis omnibus notus, quam indictio, *Bart. in l. ſi librarius,* vbi *Dec. & Cagnol. ff. de regul. iur.* & alij relati per *Couarr. vbi ſup. num. 7.* ex quibus ſufficit, quod adſit milleſimus, vt conſtet de tempore confectionis inſtrumenti, & eſt ſuperflua indictio, cum tendat ad idem, nam fruſtrà fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, *l. generaliter, C. de inſti. & ſubſt.* ibiq; *gloſ. verſ. ſine teſtamento, l. in donationibus, C. de donat. & Inſtit. quod cum eo, qui in aliena poteſtate, in princ.*

51 Aduertimus inſupèr, ratione fauoris publici, & vtilitatis communis multa permitti, quæ aliàs de iure non permitterentur, etiam ſi iura, & leges contrarium expreſsè diſponerent; quemadmodum videmus in pecunia ſoluta per communem debitorem creditori poſteriori, in qua quamuis detur hypotheca, & de rigore iuris eſſet conſumpta,

sumpta, possit auocari à creditore anteriore, prout plura sunt iura relata per *Afflict. decis.* 190. attamen idem *Affl. in fin. d. decis.* testatur fuisse de æquitate decisum per S.R.C. non esse locum dispositioni legum in contrarium dictantium, propter æquitatem, rationem assignando, quia commercium impediretur, & totus mundus litibus inuolueretur. Paritas ergo militat in hoc themate, nam quatenus indictio de iure requireretur, ratione publicę vtilitatis non solùm fisci fauore, sed etiam priuatorum creditorum, in quorum beneficium tot, & tanta instrumenta confecta fuerunt absq; indictione, sed cum anno, valida reputari debent, nè nouus vsus inducatur, & mundus litibus inuoluatur, & in specie, quando instrumentum continet diem, mensem, & annum, ac alia substantialia, quod sit validum, quamuis careat indictione, voluit *Dyn. in cons.* 13. quem refert, & sequitur *Cardin. Tusc. in concl.* 90. *lit. I. in verbo, Indictio.*

52 Et tandèm dilemmate vtimur, aut appositio indictionis non est in vsu, aut est in vsu; Si non est in vsu, & de consuetudine non solet apponi, & validum est instrumentum continens annum, iuxta tradita per *Affl. in d. Const. Baiulos omnes, num.* 20. & per *Francisc. Anton. de Iudice Roberto in consid.* 1. *nu.* 9. Si verò esset in vsu, & de consuetudine, & censetur apposita, tantò magis in instrumentis confectis in Ciuitate Neapolitana, nam in omnibus contractibus quatuor semper considerantur, scilicet, solemnia, substantialia, naturalia, & accidentalia, prout explicat *Paul. de Castr. in l. iuris gentium, §. quinimò, ff. de pact.* quorum tertium requisitum pertinet ad hunc casum, & non alia ratione dicuntur naturalia, nisi quod frequentiori, & assidua consuetudine contractui insunt, & ad Notarij officium pertinent; & tenetur apponere in instrumento, quas clausulas, si Notarius omiserit apponere, non per hoc instrumentum vitiatur, per *Tex. in cap. cum M. Ferrariensis extr. de constit.* ibi, *vel fuerit, vel esse debuerit, sicut consueuit expressum*; vbi communiter DD. & post alios probat *Cyriac. q.* 406. *tom.* 3.

Nec officit *Reg. Pragm.* 2. *de Notar.* incipiens, *Singuli ex dictis Notarijs.*

53 Primò, quia *Pragm.* non loquitur de instrumentis, sed tantùm de protocollis conficiendis ab eisdem Notarijs, nam prædicta *pragm. singuli*, fuit edita in anno 1477. & reperitur situata in pragmaticis antiquis in volumine *Constitutionum Regni, sub tit. de ordine in protocollis seruando per Notarios*, cui tit. præcedit alius *tit. de Notarijs matriculandis in eod. vol. Constit. Regni, fol. mihi* 426. in quo antecedenti titulo non aliter fit mentio de indictione, sed tantùm de die, mense, & anno, maximè quando Notarij creantur, vel moriuntur; et deindè subsequitur alius titulus *de ordine in protocollis*, vbi prædicta *pragm.* disponit, vt in principio eiusdem protocolli apponi debeat indictio, & sic non loquitur de instrumentis stipulatis, sed tantùm de ordine in protocollis seruando.

54 Secundò respondetur, quod *d. prag. singuli*, imposuit tantùm pęnam decem vnciarũ Notarijs, qui dictum ordinem in protocollis non obseruarent, non autem nullitatis actus, & sic quatenùs de instrumentis loqueretur, prout non loquitur, illa essent valida, quia de nullitate nihil fuit dictum, vel dispositum; quemadmodum videmus in dispositione *pragm. ad Macedon. & ad Velleian.* quæ, vltra pęnam impositam Notarijs, declarauerũt etiam contractus nullos; sic etiam in *pragm.* 79. *de offic. S.R.C.* quæ continet viginti, & vnum capita, & in multis ex dictis capitibus imposuit, non solùm pœnam Actuarijs, & Scribis, sed etiam declarauit acta nulla, & in alijs capitibus imposuit pęnam, & non nullitatem, & sic vbi voluit expressè nullitatem, declarauit, & vbi noluit, non dixit.

Tertiò dicitur, quod posteà superuenit alia *Reg. Pragm.* emanata in an-

no 1612. quæ est 7. *de Commissar.* vbi
55 *in* 14. *cap.* disponitur, quod quamuis annus diuersimodè per Notarios olim computabatur, nam alij Notarij à die Natiuitatis Domini, alij à die Incarnationis die 25. Martij, alij à prima die Septembris per indictionem illum computabant, & ideò sanciuit, quod annus incipere deberet à die prima Ianuarij, & sic videtur recessum à dispositione *d. prag.* 2. *de Notar.* quatenùs de instrumentis loqueretur, prout non loquitur.

56 Nec vim faciunt authoritates *D. Bart. de Capua, & Dom. Reg. Rouit.* ex quo perfunctoriè dictum articulum tractauerunt, & non ex professo illū degustarunt, quapropter non sunt habendi in consideratione, iuxta tradita per *Corbol. in tract. de iur. emphit. nu.* 33. *fol. mihi* 162. tantò magis, quia in contrarium adest verior opinio rerum iudicatarum authoritate suffulta, & proindè *DD.* sustinentibus sententiam aliquam, rationibus non perpensis, nec consideratis, sed turmarim ad instar auium, non est credendum, vt probat nouitèr, post alios, *Caluin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 30. *à num.* 28.

Notarij duo si simùl rogati fuerint,
57 quilibet solùm poterit in publicā formā instrumentū redigere, cum eius tantum signo, *Burg. de Paz ad leges Tau.* 2. *p. l.* 3. *conclus.* 7. *num.* 1240. *Math. ad Guid. Pap.* 122. *dec. verbo, Adhibiti,* & reprobato *Portoles*, firmat *de Cuenca*
58 *claus.* 44. *num.* 14. Requiritur etiàm in instrumento Notarij signum, absq; quo illud nullum redditur, *Viu. in sylu. com. opin. verbo, Instrumentum il* 2. *Dec. cōs.* 47. *Cranett. cons.* 216. *Guid. Pap. dec.* 661. *& Auus meus ad Gramm. decis.* 106. *num.* 9. *Verrall. decis.* 104. *num.* 2. *lib.* 2. *Caballin. milleloq.* 249. *Anton. Sola in decret. Sabaud. tit. de oppos. contra form. extrins. Gl.* 2. *n.* 9. *Pand. de exequut. instrum. par.* 1. *declar.* 3. *n.* 18. *Thor. vot.* 4. *num.* 1. *tom.* 1.

59 Sed si fuerit in Iudicio exhibitum instrumentum in pergameno absq; necessaria subscriptione testium, vel alio carens requisito, producens possit illud repetere, vt subscribatur ad finem, vt iterùm coram Iudice producere valeat, inquirit *Luc. de Penn. in l. Rura, Cod. de omn. agr. deser. lib.* 12. quem refert *Visconti in concl. iur. verbo, Instrumentum,*

60 Quid si instrumentum non esset guarentigiatum, àn cogi possit debitor ad se obligandum per instrumentum guarentigiatum, seruata forma *Ritus, Glos. Paris. tit.* 2. §. 53. *nu.* 22. affirmatiuè respondet, reprobata opinione *Angeli, & Alexandri,* contrarium firmante, insequitur *Gaballin. milleloq.* 196. *Angeli* verò aleam insequitur *Cumia super Ritib. Sicil. vulter. cap.* 25. *num.* 31. *Cauens. in hoc rit. num.* 21. addoque *Albam cons.* 33. *volum.* 1. *Suar. in l. post rem iudicatam in declarat. leg. Regni cap. incip. Item quæritur, pag. mihi* 725. *Gratian. discept. for.* 722. *num.* 22. *Mieres Palaez* distinguentem *de Maioratu, par.* 1. *q.* 48. *num.* 59. quamq; non admittit *Paul. Granut. comm. concl. lib.* 1. *theorema* 9. *num.* 13. si ex consuetudine Patriæ omnia instrumenta talitèr conficiantur, ex *Tiraq. de retract. lignag.* §. 29. *gl. fin. num.* 2. *Rebuff. in tract. de consuet. art.* 2. *glos.* 13. *num.* 29. 3: *to. Constit. Francia.*

61 Qua verò pœna puniatur Notarius sine solemnitatibus à iuribus communi, & municipali præscriptis, instrumentum faciens, dicas pęna falsi, *Alex. in l. iubemus, n.* 6. *de testament.* quem refert *Mari ad Gramm. dec.* 27. *num.* 25. *Reg. Capyc. Latro consul.* 160. *num.* 31. *lib.* 1.

62 Aliud etiam exigitur requisitum, quod sit liquidum, vt præsentari valeat instrumentum, iuxta formam *Ritus* ex omnium sententia, quam *Caran.* præsertim testatus est *n.* 4. necnon *Pand. in tract. de præsent. instrum. par.* 3. *declar.* 21. *num.* 62. *Frecc. par.* 7. & 8. *q.* 3. *Reg. Rouit. in rubr. de instrum. liquid. num.* 21. *Magon. decis. Lucens.* 79. *n.* 9. *Amend. ad Franch. dec.* 366. *n.* 5. *Thor. vot.* 84. *num.* 156. *par.* 1. *Gramm. cons.* 95. *n.* 34. & alios refert *Graff. de excep.* ex-

except.36. in princ. Mocc. in sylu. cas. forens.cap.9. num.11. Consil. Marcian. cons.33. n.4. & 11. Prat.respons.crim. 31. n.173. & tom.3. discept.forens.cap. 28.num.11. Consil.Hodiern.ad Surd.decis.122. quippè quod nunquam merebitur executionem, nisi liquidum sit, Corn. cons. 221. num.2. lib.4. Nouar. q.forens.29.num. 1. par.2. Osasch.decis. 129.num.4. Thesaur. decis. 26. nu.5. Mitsinger. singul.obseru.cent.2. obser.6. Foller. de censib. vers. tanquam rei iudicatas, num.56. Amat. dec.Ancon.29. num.4. Gaballin. milleloq.625. Vin.in sylua,opin.802. num.1.insinuans, facta liquidatione exequi debere, Vrsill. dec.283. num.7. Giurb.dec.Sicil.44.n. 4. non obstante pacto, vt etiam si non sit liquidum, possit illud pro liquido præsentari, Frecc.par.8.q.3.Reg.Rouit. in rub.de instrum. liquidat.n.23.super prag.Ioan.Baptist. Thor. vot.84. num. 156. par. 1. Galter. par.2. prim.par. ante num. 2. Visconti in conclus. iur. verbo, Instrumentum illiquidum, Dom. Cons. Rocc. lib.2. respons. 75. num.11. Consil. Staib.resol.forens. 186. à n.41. usque.2.tradens, sufficere ad illiquiditatem patefaciendum, quod instrumentum sit aliquo modo offuscatum, & turbidum, ex Lancell.de attent.p.2.cap. 12. limit.9. num.7.rasum,& cancellatum, Galter.pag.48.n.60. vel si literæ inlegibiles,aut intelligibiles adsint, Berard. Pand.de instrum. liquidat. 1.par. 10. declarat. num.67. ex tex. in l.quo tutela 73. §.qua in testamento 3. ff. de regul. iur. Anna singul. 253. Galter. par. 1. rubr. 2. num. 32. Caball. milleloq. 624. Parlador. rerum quotidianar. lib.2.cap.fin.p.1. §.12.limit.8. n.62. Thor. voto 84. n. 60. p.1. vel si esset confectum, partim vulgari,& partim latino sermone, Amanell. sing.54.

Notarius similes literas scribens, parti ad damnum tenetur, Ias.in l.Gallus, §.idem credendum num.29. ff.de liber.& posthum. Plotus de in litem iurando nu.615. D. Franc. de Cuenca in tract.de deposito,claus.fin. num.5.& de cancellatione, subscriptione, abrasione, & interlineatione in instrumento, loquuntur Thor.vot.9. num.24. Bertaz. cons. crim.411. num.11. Marc. Anton. de Amat.decis.29. num.26. Farinac. de fals.q.153. par. 3.à num. 49. Genua de scriptur. priuat.lib.1.q.6.dubit.3. n.1. & multa ad dignoscendum, àn,& quãdo liquidum sit, vt paratam habeat exequutionem, enarrant Peralta in l. 1. post n.82. vers.in Glos.in parte, nec mora, & num.seq. & signantèr nu.89. ff. de legat. 2. Brunor. à Sole in comp. proposit. iuris, verbo, Instrumentũ, Fab. de Anna cons. 87. nu.2. Barz.in tract. de Guarentig. par.1. q.2.

64 Ob id nimirùm poterit etiam procurator, ad impediendam exequutionem via Ritus, exceptionem illiquiditatis allegare, vt aduertit Caran. in hoc rit. num.17. quem insequitur P. de Afft. cap. 48. sub num.16. vers.adeò, quin, & ipse Iudex ex officio, etiam parte non opponente, illiquidum instrumentum exequi non debeat, admonet Reg. Rouit. in d.rubr. de instr. liquid. nu.22. & ex Caran. addit.Borrell.par.2. summ.dec. tit. 19. de instr. liquid. nu. 1. Grimald.ad Tartagl. in prax. add. cap. 1. vers.Fallit etiam, & monet Annichin. de prauent. Instrum. cap. 2. dub. 4. num. 142. post Iudicem de Roberto, à quo verba transcripsisse Caran.in thesi illic relata, subnectit, & indicauit Tyndar. de compensat. art.6. q. 57. & 67. Escobar.de ratiocin.c.38. num.11.tom.1. Reg.Valenz. cons.88. n. 59. Thor. par.3. compend. decis.sect.2. verbo, Liquidari àn possit instrumentum, adeò quod necesse non habeat Reus opponere exceptionem patentem, & resultantem ex ventre instrumenti, quam Iudex ex officio animaduertere obstringitur, Rota Roman. dec. 626. num.10. par. 1. diuers. Azen. in l.2.tit.3. lib.5. recopil. num. 35. Prat. add. cap.28. num.11. lib.3. discept.forens.

64 Hinc laudanda semper est praxis antiquitùs iniuncta, ex Ritu 186. renouata,

uata, ex *prag.* 4. §. *mandamus, de instr: liquid. & 9. de offic. magistr. instit.* non relaxandi citationes super tenore instrumenti, nisi illud Iudex viderit, & censuerit, an exequi illud possit via executiua, & liquidationis, ratione, quam perpendit *Galter. verb. præsentes Instrumentum in Curia*, post *Frecc. par. 7. q. 2. à num. 15.* quæq; citatio à Iudice in ciuilibus subscribitur, & vno ex Actorum Magistris in criminalibus, passimq; in Tribunalibus, & domi Iudicum expediuntur, prout ipsis, & scribis libuerit, ex notabili *Bar.* doctrina *cons. 164. lib. 1.* quod licet in citatione requiratur Iudicis commissio, non tamèn, quod ille sedeat, sequitur *Card. Tusc. concl. 238. num. 10. lit. C.* vt præterea liquidatio non fiat, nisi legitima citatio debitoris anteceat, certum est, *Carlenal de Iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 3. n. 913.* & agit *D. Franc. de Cuenca ad Ioseph de Ninno de Albaran. mercat. lit. C.* à qua interlocutoria interposita, vt expediatur citatio super tenore instrumẽti, appellatio non datur, *Thor. vot. 84. n. 295. & par. 3. compend. decis. verb. appellatio an detur.* Videas *Præs. Merlin. controu. for. 74. par. 1.* eumdem *Thor. par. 2. compend. verb. Instrumentum celebratum, & verbo, Appellatio à declaratoria liquidi, Amat. decis. Anton. 29. num. 46.*

65 Et quamuis citatio super tenore instrumenti vigore Reg. Pragmaticæ, nullo modo impediri possit, tamen quando instrumentum est pactionatum, & non potest liquidari, dubitans creditor quod forsàn expediretur citatio, potest adire vnũ ex Iudicibus M. C. V. per quẽ interponitur decretum, quod intimetur comparitio, in qua fit instantia non procedi ad citationem (forsàn, quia non fuit adimpletum aliquid pactum in instrumento adiectum) & interim, ex quo non fuerunt adimpleta contenta in instrumẽto, omnes Actuarij, & Subactuarij M. C. non procedant ad expeditionem citationis super tenore instrumẽti, contra debitorem, & Actuarius contumaciarum non procedat ad incusandas contumacias. Sic obseruatum fuit per Dom. Iudicem Carolum de Amato mediante eius decreto, sub die 8. Martij 1653. in causa Ducis Belriguardi D. Fabritij Pignatelli, cum hęredibus q. Francisci, & Io. Baptistæ Pignatello, tùnc in banco Marci Salerni, nùnc Hieronymi Garrupæ. Cumquè deindè per *Dom. Iudicem Carauita nunc Reg. Consil.* sub die 16. Septemb. 1654. fuisset domi prouisum, partibus auditis, quod expediatur noua citatio super tenore instrumenti contra dictum Ducem, cui sint salua iura proponendi exceptiones aduersus prædictum instrumentum, Curia pro tribunali sedente, *fol.* 15. prædictus Dux obtinuit Regiam decretationem, quod si nòn fuerint incusatæ contumaciæ, M. C. cum interuentu aliorum Iudicum iustitiam faceret, & iunctis Iudicibus vtriusque Aulæ, tunc D. D. Fabio Apicella, Francisco Rocco, D. Thoma Carauita, & Erasmo de Ponte, nunc Regijs Consiliarijs dignissimis, sub die 27. Nouembris 1654. fuit prouisum, quod supersederetur in expeditione citationis super tenore instrumenti, donec aliter per M. C. fuerit ordinatum, *fol.* 21. à quo decreto adhùc pendet verbum faciendum in vna Aula S. C. ad instantiam Balij, & Tutoris filiorum dicti Io. Baptistæ.

66 Ideò instrumentum dotale, quia non est liquidum præsentari haud poterit, *Loffred. cons. 48. Ann. sing. 248. Thesaur. dec. 26. num. 3. Vin. dec. 39. n. 3. Borrell. mem. tit. 19. num. 36. R. Tap. super hoc rit. num. 4. lib. 3. iur. Reg. de instrum. liquid.* ex *memor. Anna*, quem insequitur *Amend. ad Franc. decis. in dic. 366. num. 2.* tradens cautelam, vt fiat instrumentum mutui, & ita practicari testatur, nam eodem die, quo fit promissio dotis, aliud fit instrumentum, quo dotans confitetur se mutuam pecuniam à viro recepisse, illamq; restituere infrà tempus conuentum obstringitur, & tradunt *Capyc. dec. 183. Vrsill.* ad

ad Afflict. decis.323. num. 1. *Reg. Capyc. Latr. dec.* 38. *n.*30.*lib.*1.*Thor. vot.* 4. *par.* 1. *num.*3. *Danza add. tom.* 3.*de pugn. DD.cap.* 2. *de Instrum. liquidat.*
67 qui quidem contractus dotis in mutuum transfusus, siuè in contractum censualem, siuè cõstitutionem annuorũ redituum, quem Siculi subiugatoriũ ad formam Bullæ appellant, omnia priuilegia, dotisq; prærogatiuas pro tertijs, & interesse retinet, *Reg.Galeot.lib.*1.*controu.*56. *à num.* 23. *Reg.de Marin.lib.* 2. *quotid. resolut. cap.*166. *num.*28. & confert *cons.Lelij Altogradi* 17. *tom.* 1. & vide *Capyc. Latr. decis.* 56. *lib.* 1.

Ad cuius veriorem sententiam, si possit liquidari instrumentum dotale, relegamus Lectorem ad ea, quæ superindè congerit copiosè, & concinnè *Præs. de Franch. in decis.*366. ad quam recurrendum admonet *Auus meus ad Capyc. dec.*171. *sub num.*2. & iterùm, exploso *Carau.* affirmat *ad Grammat. decis.* 58. *num.*7. amplians, Salerni practicasse liquidationem instrumenti dotalis, soluto matrimonio, cõtra fideiussorem viri, constito de morte, ex doctrina *Frecc. par.*12. *q.*2.& *Aui mei* meminit *Nouar. q.forens.*44. *num.*4. *par.*2. Et nonnulla cumulant *Præs. Battaglin. in* sua perutili *additione ad Cynum in l.qui in potestate, C. de in ius vocandi, Ricc. collect. dec.*152. *Præses de Amato cons.* 41. *nu.*8. *Visconti in conclus.iur.verb. Instrumentum, quando est illiquidum, vers.Hinc etiam.* Quiquè affirmat illud
68 liquidàri posse contra promissorem, producta fide Parochi de matrimonio contracto, *Canaler.dec.Roman.*444.*n.* 1. *Gratian. cap.*653. *num.* 60. *Thor. add. vot.*4. *num.*21. quod simplicitèr nõ admittit, idẽ *Thor.add.vot.*4.*n.*47. Et àn instrumentum pro antefato promisso liquidari possit contra insolidum obligatum cum viro, producta fide mortui viri, tangit *Galter.* affirmatiuè respondens, 2.*p. p. rubric. vnic.n.*13. & hoc casu instrumentum debet esse reassumptum in forma probante, *Galupp. in prax. S.C. par.*2. *cap.*21. *n.*13.
69 Iidem neq; instrumentum non exprimẽs causam liquidari potest, *Ant.sing.* 250.& probauit *Ronchin.ad Guid.Pap. dec.*176.*in fin. R.de Marin.c.*73.*lib.*1. *quotid.resol.P.de Affl.controu.iur.resol. cap.*30.*num.*40. *Thor. par.*2. *compend. decis. verbo, Instrumentum annuorum, & voto* 84. *num.* 58. *lib.*1. & deducitur ex *tex.* expresso, & magistrali *in l.* 2.*§.circa, de dolo mal.& met. exception. Ias.in l.Iuris genium, §. sed cum nulla, num.*28.*ff.de pact. in l.quo minus n.* 18. *ff. de flum.* vbi de communi, necnon *Aretin. in §. de constituta, instit. de act. Felin. in cap. si cautio num.* 8. *de fide instrum. Gomez. variar. resol. to.*2. *cap.* 11. & propè infiniti alij, quos adducunt prædicti, & *Hippol.de Marsil. in l.*1. *§. præterea, num.* 59. *de quæstion. Guttier.de iuram.p.*2. *q.*47. *in princip. D. Franc. de Cuenca ad Ioseph de Nino de Albaran. mercat. lit.E, Io. Carol. Antonell.de tempore legali lib.* 2. *c.*29. *nu.*14. Hinc de mense Decemb. 1655. discusso hoc articulo, declaratum fuit in M. C. V. apocam directam banco, causam debiti non continentem, minimè mereri executionem, seruata forma Regiæ Pragmaticæ, fuitq; proptereà impartitus terminus, *referente Iudice Pinto*, in causa Petri d'Ottonella, cum Doctore Petro Tomasino, in banca Bolignini, cuius decisionis memor est *P.de Affl.in add.ad mem. c.*30.
70 *num.* 70.*pag.* 468. Sed àn contractus ille valeat in vim donationis, quod videtur velle *Bart. in d.§.circa*, vbi *addens* adducit alios; potissimùm interueniente stipulatione, pura, vel iuramẽto, quod ipsum supplet in instrumento defectum causæ, videas *Gomez. add. c.*11.*n.*3.*Guttier.cit.& Cancer.variar. resol.*1.*to.*2. *par. cap.*8.*de iuram.num.* 100. *Auum meum ad Capyc. dec.*175. *num* 2.*Gratian.lib.*2.*discep.forens.cap.* 273.*n.*21.*& cap.*280. *nu.*4. *Paul. Bellon. de potest. eorum, quæ in continenti fiunt, cap.* 120. *& Annibal Troys. in Ritu* 128. *num.* 6. DD. auctoritatibus fretus concludit stipulationem penès

acta

acta ſine expreſſione cauſæ valere,
Barz. de Guarentig. p. 2. q. 10. Galter.
in prax. 2. par. p. rub. vnica cit. n. 8.
71 Inſtrumentum etiam, etſi liquidum, ſi
iuramentum, & pęnam non contineat,
liquidari nequibit via Ritus, qui crimi-
nalitati inhæret proptèr iuramentum,
pęnam, & periurium, Frecc. par. 6. Pa-
ris. de Puteo de reaſſumpt. inſtrum. rub.
19. num. 20. Reg. Tapia decis. S. C. 25.
num. 13. Franciſc. Mar. Prat. lib. 1. di-
ſcept. forenſ. cap. 15. num. 43. & lib. 3.
cap. 28. num. 20. aduertens num. 58. in
eod. cap. 15. illud præſentari poſſe om-
nibus requiſitis tamen munitum, etſi
non fuerit expreſsè cautum, quod via
Ritus liquidetur, cum clauſula prædi-
cta conſueta ſit apponi; ſed àn ſicuti
mandatur exequutioni inſtrumentum,
in quo apparet præſtitum iuramentum,
ita illud, in quo apparet data fides, ex-
tricat Pand. de præſent. inſtrum. par. 1.
declar. 11. num. 74. quem laudat Auus
meus ad Gramm. dec. 46. num. 10.

Illud quoq; continens plura capita, &
vltro citroquè obligatorium, tanquam
pactionatum liquidari non poteſt, Ca-
rau. ſuper rit. 157. Frecc. de liquid. in-
ſtrum. par. 7. q. 2. Franc. Anton. de Iu-
dice Roberto num. 12. Galter. in gloſ. ad-
uertas ad debita, & cauſas n. 48. verſ. 8.
limita, Mocc. cap. 9. num. 5. Conſil. Stai-
ban. cent. 2. reſol. for. 184. num. 8. & re-
ſol. 196. num. 18. vt propterea vendi-
tor illud præſentare nequibit, niſi prius
adimpleuerit illud, quod in inſtrumen-
to promiſit vſque ad minimam partem,
Menoch. conſ. 1. num. 168. & conſ. 55.
num. 6. lib. 1. Roland. conſ. 53. num. 29.
lib. 1. Maſcard. de probat. concl. 1387.
num. 25. de Graſſ. except. 13. num. 43.
& 46. protendens etiam ad implemen-
ta accidentalia ipſius contractus, An-
nell. de Amat. conſ. 58. num. 18. loquens
in venditore aſſerente rem liberam, vt
non valeat illa reperta hypothecis ob-
noxia pęnam conuentionalem petere,
niſi quando adimpleuerit ex parte ſua
rem liberando, vt propterea exceptio
rei non liberæ vti deducta ex natura
contractus venditionis opponi poſſit a
debitore indubiè ad remorandam in-
ſtrumenti liquidationem, præter Frecc.
p. 7. q. 5. Præſ. de Amat. conſ. 65. num. 3.
verſ. idemq; ſcribunt Præſ. Merlin. lib.
1. controu. forenſ. cap. 45. & cap. 91. n.
8. Viſcont. ad Franch. dec. 200. n. 14.
Galter. 2. par. prim. p. rub. aduertat.
num. 61. Ricc. decis. 105. par. 1. Dom.
Conſil. Hodiern. ad Surd. decis. 165. n.
11. & 19. & 253. num. 23. quod de-
clarat Mocc. cap. 4. 5. 6. & 7. Conſiliar.
Staib. cent. 2. reſol. forenſ. 184. à num.
13. & reſol. 185. à num. 6. & reſol. 186.
num. 37. Guſman de euict. q. 23. num. 32.
Gratian. dec. 13. num. 18. & diſcept. for.
cap. 175. num. 23. Mangil. de euict. q.
39. Cancer. variar. reſ. cap. 13. de empt.
& vendit. num. 68. & ante ipſos ſcripſit
Bald. in l. qui rem num. 1. C. de euict. his
verbis. Et nota tu pauper emptor; qui
ſoluere non potes pretium, vt excipias
contra venditorem, qui rem liberam
non tradidit, & ex eo, quia eſt obligata
pro dote vxoris, aut quia eſt obligata
multis alijs creditoribus. Et quod in-
ſtrumentum conditionatum liquidum
non dicatur, deſumitur ex exaratis à
Bald. in l. 2. C. de except. rei Iudic. An
72 verò liquidari poſſit, ſi teſtium depoſi-
tionibus, vel alia ſcriptura publica con-
ſtet conditionem eſſe purificatam, vel
pactum promiſſum ſeruatum, Cauenſ.
ad partes inquirit in prag. odia litium,
verſ. de inſtr. de arbitr. Iaſ. extricat in l.
1. nu. 31. C. de edendo, Gallupp. in prax.
S. C. par. 2. cap. 22. num. 33. ſubnectens
conditionem nunquam adimpletam
dici pro liquidando inſtrumento con-
ditionato, niſi pars fuerit notificata, ex
Bald. in l. cum teſtamento, C. de teſtam.
manumiſſ. Vndè quamuis emptori non
liceat inſtrumenti incuſationem impe-
dire pro pretio prætextù euictionis
imminentis in limine contractus, etiam
fide authentica litis motæ producta,
ſi venditor fideiuſſionem præſtet de
generali euictione, Carau. in rit. 173.
in fine, tamen ſi quis ageret actione
ex empto, vt venditor rem venditam
libe-

liberet, vel interesse quanti minoris præstet, incusari venditionis instrumentum haud potest, cũ contractus ex parte venditoris non fuerit adimpletus, & proindè vna actio differt ab alia, cum prima intentari minimè possit, nisi sequuta euictione, secunda verò statim, quod apparet rem non esse liberam, vt post Caroc. in dec. 96. num. 6. distinguit ingeniosissimus D. Consil. Hodier. ad Surd. cit. decis. 165. num. 16. & 19.

73 Cum verò instrumentum continet locationem territorij (exempli gratia) viginti iugerum, ad rationem viginti ducatorum pro quolibet iugere, addita pactione, vt metiri deberet, & alter alteri reficeret, possit nè præsentari pro quantitate expressorum iugerum? discutit de Franch. decis. 292. duas ad inuicem eiusdem S.C. referens contradicentes decisiones, & proindè essent percunctandi processus, vt videri posset diuersitas facti, & Præsid. aleam pro creditore, sustinent Anton. Massa Galles. de oblig. in form. Camer. par. 4. confid. 2. num. 3. de Laurent. decis. Auen. 124. num. 11. & alij, quos Visconti addens recenset, Reg. Rouit. in rub. ad prag. de instrum. liquid. num. 24. Lancellot. de attent. par. 2. 4. limit. num. 1. Escobar. de ratiocin. cap. 35. num. 28. Manent. decis. 66. num. 4. Consil. Hodier. ad Surd. decis. 64. num. 3. Et quod quãdo locatio, siuè cõcessio in emphyteusim fit ad mensuram, ex quo distributa est pensio in singula iugera, contractus imperfectus dicatur, etiam in bonis mobilibus, quamuis locum pœnitentia in eo non habeat, probat Surd. cons. 38. ex gl. in l. 2. C. de pericul. & commod. rei vendit. verb. imperfect. ibi. Vel imperfecta, quia tacita inest conditio, si admensum fuerit: quam declarat Affl. dec. 280. extenditq; etiam ad bona mobilia vendita ad mensuram, Couarr. pract. qq. cap. 3. num. 6. ita quod ante mensuram non dicatur emptor in mora, idem Surd. probat d. cons. 38. nu. 12. & indicat dec. 64. num. 13. Sed facta

74 venditione prædicta, non licere alicui ex contrahentibus ante mensuram à venditione, seù emptione resilire consignata emptori possessione, scripsere Salic. in l. 2. Cod. de comm. & peric. rei vend. Paris. cons. 59. num. 5. & cons. 64. lib. 1. Afflict. decis. 280. n. 4. Surd. cit. cons. 38. Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de empt. & vend. resolut. 5. n. 2. quibus contradicunt Nouiz. cons. 38. num. 24. & alij, quos recenset Moccia in sylu. casuum forens. cap. 62. quamquè quæstionem latè pertractant Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 17. nu. 27. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 566. à num. 4. Costa de portion. rat. q. 55. Bertaz. de claus. instrum. claus. 20. glos. 20. & 21. Laderch. cons. 130. Surd. decis. 257. Turrett. cons. 7. vol. 1. & isthæc mensuratio intrà quod tempus fieri debeat, tradit Thesaur. decis. 185. quiduè agendum sit, reperta mensura defectiua, inquirit Petr. Benint. decis. Bonon. 30. quod si in instrumento adsit promissio ducatorum mille cum clausula, saluo meliori calculo, erit liquidum, & præsentari poterit, adhuc non facto calculo, dixerunt Borrell. cõs. 77. Vrsill. ad Affl. decis. 205. sub n. 7. Giurb. dec. Sicil. 15. sub num. 9. Thor. in compend. decis. Regn. verbo instrumentum àn possit, idem Borrell. in sum. dec. tit. 29. n. 31. p. 2. Mari ad Gramm. dec. 58. num. 7. Io. Mar. Nouar. lib. 2. qq. forens. cap. 87. prout liquidari insupèr poterit, si alteram contineat clausulam, & pactionem, vt facto calculo, si constiterit minorem quantitatem deberi, illa minor quantitas censeatur promissa, Grammat. decis. 58. num. 11. Surd. cons. 527. num. 19. vol. 4. & cons. 38. num. 25. vol. 1. Rouit. in cit. rubr. num. 25.

75 Verùm in casu, qui accidit in mea Curia Vasti Girardi, liquidante instrumentum contra Saluatorem de Leone, obligatum soluere Ærario Baronis Rocchettę ducatos tercentum debitos, tùm pro annatis decursis ex causa affictus, tunc cõpleti cuiusdã defensæ, tùm etiam pro pretio multorum tumulorum fru-

frumenti intereà mutuatorum, deductis partitis solutis, pro quibus expressa pactione conuentum est, videnda esse computa, redarguimus nostræ illius Curiæ ministros, iniustè procedentes ad liquidationem, ex *dec. Iannens. Chartarij 49. num.* 8. *& dec.* 83. etenim tantùm abest casus iste ab alijs antecedentibus, vt meritò illiquidum esse prædictum instrumentum affirmare debeamus, quamuis illa, & liquida esse, & præsentari posse crediderimus, nec sine distantiæ ratione, cum illa absolutè, & simplicitèr promissam summam contineant, tametsi referuent iura, quatenus contrarium appareret, & consecutiuè non subsecuta reuisione calculi, sit debitor in afferta quantitate. Istud autem continet quippè certam summam, ab ea verò deducendas esse partitas asserit in computis contentas, quæ propterea reuideri ijdem pacti sunt contrahentes; itaq; assertiuè in eo concluditur, à promissa summa quantitates solutas deduci debere, & consecutiuè supponitur, fuisse persolutas aliquas quantitates; Illæ tamen quot, quæuè sint, relegant ad ipsa ratiocinia. Si igitur certum est, non integram summam re vera deberi, stâtibus partitis solutis, proùt in computis, illæquè sint incertæ, ipsis non visis rationibus, indè sequitur, non esse liquidum instrumentum, illudquè propterea haud posse produci, & liquidari; Neque eorumdem ministrorum excusationem admisimus, quod saluator post citationem nihil excepit, illiquidatemq; ipsam non opposuit; quandoquidem instrumentum liquidandum patere primum debet Iudici, si liquidum sit, vt deindè progrediatur ad illius liquidationem, ex *Bald. in l. 2. Cod. de execut. rei iudic.* quam ob rationem, aliasquè plures, defendit *Frecc.* Iudicem perquirere, necnè liquidum illud sit, eoquè illiquido existente, nequire procedere ad liquidationem, sed etiam parte non opponente, teneri reijcere actorem petentem ad executionem procedi, *p. 7. q. 2.* & meminimus supra sub *n. 63.* vos igitur debitã nobis pœnã ob incusationem remisimus eidem Saluatori, & alia via tanto morbo mederi iustè curauimus, pendetq; super hinc indè postmodùm deductis, adhùc sub M.C.V. lis, super quibus omnibus responsum (Deo dante) faciemus: cum perpulcra præseferant dubia.

76 Regularitèr insupèr contra conductorem liquidari potest instrumentum, si contineat renunciationem exceptioni rei non traditæ, & pacientiæ non præstitæ, *Frecc. de præsent. instrum. p. 7. q. 9. Thor. vot.* 84. *num.* 245. *par.* 1. Sed locator nùm possit vigore instrumenti confecti in contractu locationis agere exequutiuè, & etiam via *Ritus* contra ipsum conductorem, pro pensione tacitæ reconductionis, affirmatiuè in gratiam locatoris, ex *Rebuff. tit. de liter. obligat. art. 2. glos. 1. num. 92. Consil. Paschal. de patr. potest. par. 4. cap. 6. num. 70. in fin.* respondet *Mocc. in sylu. cas. forens. cap.* 58. Sed vrgent in contrarium, quæ scripserunt *Bal. in l. legem*, *C. locati*, *Afflict. decis* 365. *num.* 15. *Caualc. dec.* 44. *num.* 82. *Carac. de renouat. locat. q.* 14. *Magon. dec. Lucens.* 47. *num.* 3. *Borgnin. Caualc. decis. Finizan.* 44. *num.* 8. *Peregr. decis. Pataura.* 52. *num.* 1. *Cornaxan. decis. Lucens.* 77. *Thor. par. 1. compẽd. verbo*, *reconductio àn censeatur*, *Reg. Reuit. in prag.* 1. *num. 4. de locato*, *Borrell. tit. cit.* 19. *num.* 147. rationem subnectens *nu.* 148. & optimè *Dom. Consil. Hodiern. ad Surd. dec.* 33. *num.* 12. *Boer. dec.* 284. *num.* 14. *Scaccia de appellationib. lib.* 3. *cap.* 1. *q* 17. *limit.* 9. *num.* 17. *Ricc. de Cur. Archiepisc.* 79. *sub num.* 4. *par.* 1. quibus ipse inhæreo in hoc rigoroso iudicio liquidationis, ratione iuramenti, quod repetitum non censetur, cum in eo requiratur formalitas verborum, & tactus scripturarum, & sic factum extrinsecum, *Bero. quæst. famil.* 100. *Bursat. cons.* 220. *num.* 31. *lib.* 2. & obseruat *Paschal. sub eod. add. nu.* 70.

77 Sed instrumentum venditionis ad formam *Ritus* præsentari posse aduersus

sus emptorem, cui venditor habuerit fidem de pretio, addita pactione illa, nè venditor teneatur pretium restituere, etiam in casu, quo res ipsa vendita fuerit euicta, nàm ita decisum in M.C. eiusq; decisionem collaudatam fuisse in S.C. memorat *de Franch. decis. 239. sub num. 4.* qua in decisione *Præses* ille meritissimus alium cõmemorat casum, cum pretium tempore euictionis secutæ, nondum esset solutum, propter habitam fidem de pretio, & emptor exciperet retentionem, quamuis autem subijciat non fuisse decisum in Consilio, nihilominus addit decisum fuisse in M.C. in quam sententiam ipse quoquè perpendit, cuius *Præsidis* meminit *Auus meus ad Capyc. dec. 106. sub n. 2.* quem laudat *Viscont. in add. ad eamdem Præs. decis.* de qua tamen quæstione videas *Thesaur. q. forens. 77. lib. 1.* & cautelam, vt venditor non teneatur nec ad pretij restitutionem, indicat *Vin. decis. 24. & decis. 152.* aliaq; enarrant *Caballin. de euict. §. 5. q. 6. num. 217. Sempron. Ascia in determin. 132. n. 7.*

78 nùm verò pactum, vt nedùm venditor de euictione non teneatur, sed neque ad pretij restitutionem, subsistat præter *Thes. in add. q. for. 77.* agunt *Caluin. in tract. de aquit. lib. 2. c. 162. à n. 8. Reg. Capyc. Latr. decis. 104. num. 35. lib. 1.* & ibi *Gizz. num. 10.* & affirmatiuè post *de Franch. dec. add. 239.* deducit *Auus meus cit. loco, sub num. 1.* ex *tex. in l. emptorem, §. qui autem, vers. Nisi fortè,* & *Glos. ibidem, in verbo, Si quis, ff. de action. empt.* sicuti enim emptor posset donare, eodem modo poterit remittere restitutionem pretij, quia in re sua quilibet est liber moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandati,* etiam si ea abutatur, *l. sed esti lege, §. consuluit, ff. de petit. hæred.* sed quando voluntas contrahentium non est certa per pactum expressum, in dubio nemo præsumitur iactare suum, *l. eum de indebito, ff. de probat. l. fin. C. arbitr. tut. cap. super hoc, extra, de renunc.* & in dubio assumimus, quod minus est, *l. qui concubinam, §. 1. ff. de leg. 3.* & proindè remissio tãtum euictionis operatur quoad interesse dumtaxàt debitum euictionis causa, nõ etiam vt pretiũ amittatur, cessãte tamen pacto. Hæcq; propositio est

79 vera, & indubitata in cõtractibus illis, qui de sui natura obstringunt contrahentes ad euictionem, etiam non promissam, proùt est contractus emptionis, & vẽditionis, *l. ex empto, in princ. vers. quod si nihil, ff. de action. empt.* Item in permutatione, & alijs contractibus correspectiuis, in quibus liquet euidens ratio, nè scilicèt quis locupletetur cum aliena iactura, retinẽdo .s. venditor pretium, cum iactura emptoris, quod iura abhorrent, *Liure natura, ff. de reg. iur. l. nam hoc natura, ff. de condit. indeb. c. locupletari de reg. iur. in 6.* ad quod absurdum euitandum Iurisconsulti interpretati sunt pactum illud non teneri de euictione, operari remissionem interesse tantùm, non etiam pretij soluti, quam quidem rationem manifestè sentit *Text. in cit. §. qui autem, Dum,* inquit, *neque enim bonæ fidei contractus hanc patitur conuentionem, vt emptor rem amitteret, & pretium venditor retineret.*

80 At in alijs contractibus, de quorum natura non venit euictio, vt sunt contractus lucratiui, hæc ratio cessat, quia contrahenti nihil abest occasione rei, quam ex illo contractu acquirit, & si euincatur alter contrahens nihil lucratur cum iactura ipsius, & propterea non est mirum, si nec totale interesse, nec pretium bonorum euictorum veniat restituendum.

Hanc distinctionem non inueni traditam ab aliquo Doctore, sed videtur mihi tam concludenti ratione niti, vt aliundè quærere authoritatem, nihil aliud sit, quam infirmitas intellectus, ad *Tex. in l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excus. tutor.* sed pro ratione rationis illud tantùm addere libuit, quod restitutio pretij comprehenditur in obligatione euictionis, veluti in suo genere, *l. euicta re, ff. de euiction.* ergo si de na-

natura contractus non debetur euictio, & sic genus, neq; pretij restitutio debetur, quæ tanquam species dependet ex obligatione euictionis, etenim à quo remouetur genus, remouetur, & quælibet eius species, *l. fundi, §. fin. ff. de fund. instr. & instr. leg. l. sancimus*, vbi *Bar. C. de vsur. rei iudic.*

81 Instrumentum insupèr, venditionis feudi non potest liquidari absquè assensu, imò Iudex ex officio, debitore contumace, immitem creditorem reijciet, *Carau. hoc rit. num. 2. in 6. casu, Thor. par. 2. compend. decis. sect. 1. verbo, Instrumentum emptionis, Consil. Marcian. cons. 37. lib. 1. Aunc ment ad Capyc. decis. 175. sub num. 2.* & de assensu sit facienda mentio in ipsa citatione, ex *de Franch. dec. 623. num. 5.* admonet *Consil. Staib. resol. 183. nu. 1. cent. 2. P. de Affl. controu. iur. resol. cap. 13. num. 30.* quod non admittit *Mocc. cap. 2. per totum*, & potissimùm ex *Carau. num. 12.* autumans, sufficere, quod in actu condemnationis de ipso assensu constet. De instrumento verò venditionis census super fructibus feudi, absque Regio assensu, sermocinatur *P. de Affl. cap. 21. à num. 42.* affirmans, negatiuam assensus probandam esse per debitorem. Quin, reuocato contractu ob defectum, vel resolutionem assẽsus, semper remorata fuit instrumenti liquidatio, vt in causa Octauij Serra, cum Principe Auetranæ, decisum memorat *Reg. Marcian. lib. 1. disp. 32.* & aliàs determinatum in causa Scipionis Moccia, cum hæredibus q. Francisci Pignatelli, & iterum in causa Io: de Aula, cum Barone Casepesendæ, nouitèr recenset *Thor. par. 3. compend. dec. verbo, Instrumentum emptionis feudi, & in voto 84. num. 176. par. 1.* dum enim constat aperto iure non fuisse assensum expeditum, vel nullitèr ex oculari inspectione, aut saltem resolutum ex defectu formæ requisitæ, liquidatio impeditur, ex *de Franch. decis. 653. num. 1.* nec terminus in Iudicio reuocationis est necessarius, *Sanfelic. dec. 151. num. 5.* & diximus *Ritu 121.* Et quod ob defectum expeditionis, & reassumptionis assensus in forma Reg. Cancellariæ infrà biennium non sequutæ, ex *prag. 3. de fide memor.* sit ille resolutus, tradunt *Capiblanc. ad prag. 4. de Baron. cap. 21. num. 4. to. 2. Reg. de Marin. resol. 123. num. 17. tom. 1. quotid. resolut. de Franch. dec. 663. nu. 3. Gizzar. decis. 3. num. 15, Reg. Tap. dec. 8. num. 12.* & infrà eundem biennium, ille debet registrari in quinternionibus, R. C. S. *De Ponte cons. 3. n. 19. cons. 5. num. 32. cons. 67. num. 23. lib. 1. & cons. 6. lib. 2. Reg. Marcian. disp. 80. num. 35. lib. 2. Reg. Rouit. in prag. 20. de feud. in fin. Affl. dec. 335. Consil. Staiban. resol. 1. num. 24. tom. 1.* quin, ob defectum iuramenti fidelitatis, ac ligij homagij, & assecurationis vassallorum, pluriès in S. C. & Collaterali fuit declaratũ fuit, assensum resolutũ, potissimùm in causa Paulutiorum, in qua scripserunt *Amat. cons. 69. Dom. Consil. Marcian. mem. cons. 37. & 47. lib. 1. Dom. Reg. Io. Francisc. eius filius disput. 31. num. 38. Dom. Reg. de Marinis resol. 123. num. 10. & res. 308. n. 9. lib. 1. D. R. Tap. dec. 3. D. R. Rou. ad prag. 23. de feud.*

82 Sed ratificationem contractus ab aliquo faciendam promittens, si promissis non steterit, àn instrumenti liquidationem patietur, negatiuè concludit *Vrsill. ad Afflict. decis. 316. sub num. 4.* ordinariè procedendum admonens, & distinguit *Galter. in prax. 2. p. p. par. rub. vnic. num. 24.* quem refert *Thor. in supplem. compend. dec. verbo, Instrumentum*, insequitur *Vrsill.* idem *Thor. p. 1. compend. verbo, Instrumentum àn possit*, & non dissentit *D. Consil. Rocc. lib. 2. respons. 75. num. 14. lib. 2.* quod ipse non approbo, ex ijs, quæ me docet *D. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resolut. cap. 187. num. 12.* quiq; *n. 13.* subnectit, licere procuratori citato super tenore instrumenti, moram purgare in adimplendo promissam principalis ratihabitionem, quamuis tempore effluxo,

fluxo, & in terminis *cap. Ritus Alphonsi* 193. scripsit *Cumia Rit.* ordine suo 98. quod promittens de rato, non adimplens, vinculis mancipetur, insequitur *D. Franc. Baron. de effect. inimicit. effect. 29. num. 4. Thor.* latè *par. 3. compend. decis. sect. 1. verbo Instrumentum in quo, & voto* 84. *num.* 159. An excusetur, si ratificare faciat alium æquè idoneum, *Angel. in l. illud quæritur, ff. de euiction.* vel si mortuus sit ille, pro quo de rato promisit, affirmatiuè *Giurb. obseru.* 85. *nu.* 16. & distinguit *Intrigl. singul.* 37. *lib.* 2. si decedat antè, vel post moram contractam, *Baron. add. loc. num* 12.

83 Vndè regularitèr posse pro forte rescindi, ratificatione non secuta in executionem pacti, post *Paschal. & Franc. Ant. de Roberto* concludit *Thor. vot.* 84. *n.* 160. *p.* 1. & firmant *Muta dec.* 98. *num.* 9. *Cent. dec.* 129. *num.* 5. *& dec.* 130. *num.* 2. *tom.* 2. Verùm in hac materia ratificationis, nota, quod si quis promiserit alicuius ratificationem, quando erit legitimæ ætatis, non constituitur in mora absq; interpellatione, vt post *Bald. Salicet.* & alios, concludit *Gabriel. commun. concl. lib.* 3. *tit. de solut. conclus.* 9. *num.* 30. *P. de Afflict. contron. iur. resol. cap.* 37. *num.* 7.

84 Sūt tamèn complures casus, in quibus tametsi requisita omnia conueniant, nihilominus præsentari nequeat instrumentum, & liquidari, nempè ad instātiam filij aduersus patrē *De Franch.* testatur *dec.* 162. *Io. Franc. Marotta disce pt. forens. par.* 1. *cap.* 9. *nu.* 15. *Riccius collect. dec.* 152. *Paschal. de patri potest. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 19. pro regula statuens respectu omnium, quibus beneficium, deducto nè egeat ratione reuerentiæ conceditur, & *Dom. Reg. de Marin. cap.* 190. *lib.* 1. *quotidian. resol.* ampliat etiam ad patrem spiritualem, & dixerant *Alex. & Roman. in l. generaliter, ff. de pactis, Viu. decis.* 230. neque contra matrem, *Paschal. cit. nu.* 17. quamuis contrarium decisum contra Marchionissam Vasti, instante D. Carolo de Auolos filio, testetur *de Franch. decis.* 365. *num.* 15. & confirmat *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 1. *verb. Instrumentum an possit liquidari*, nec valebit dicere, decretum prædictū fuisse latum in causa dotis, quarè tenebatur insolidum, tùm quia intellectus isthic diuinatiuus est, cum hoc ibi *Præses* non aperiat, tùm etiam quia filium matrem de iure communi, certum est, non posse vrgere ad solidi solutionem, vltra quod facere potest, & *Consuetudo vbi dos, de iur. dotium*, non habere locum contra parentes, dixit *Gl. Napodani in d. consuetud. num.* 45. videas *Reg. Capyc. Latr. tom.* 2. *consult.* 155. *num.* 15. Ad instantiam verò generi contra Socerum, annuit *De Franch. decis.* 366. *Thor. par.* 1. *compend. decis. verb. Instrumentum, & par.* 3. *sect.* 1. *eodem verbo Instrumentum, & voto* 4. *num.* 8. *voto* 92 *num.* 11. *&* 84. *Battaglin. ad Cyn. in l. qui in potestate, C. de in ius vocand. Frecc. par.* 8. *q.* 1. Abnuit verò *Io. Thom. Minad. dec.* 2. *par.* 12. *q.* 1. *Molfes. par.* 6. *quæst.* 9. *n.* 7. & melius, *in* 2. *par. in add. ad q.* 9. *p.* 6. *num.* 4. *Ricc. collect.* 152. *&* 1225. idquè vim habere, stante *Ritu* Siciliæ vltrà pharum 191. & decisum, refert *Mastrill. decis.* 69. *num.* 6. *Capyc. Latr. cit. num.* 14. *Danza de pugn. DD. to.* 3. *cap.* 1. *de Instrum. liquid.* & prouisum supersederi, quoad personam tantùm, testatur *Tasson. de antefat. vers.* 9. *obser.* 2. *num.* 28. quem laudat *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 1. *verbo Instrumentum liquidari*, Neptis ex filia aduersus auiam via *Ritus* non aget, à qua maior honor, & reuerentia auiæ debetur, quam à nuru Socero, ex traditis per *Castagn. in tract. de benefic. deducto nè egeat, q.* 7. *num.* 41. & ad instantiam nepotis contra Auum maternum, *Reg.*

85 *de Marin. add. cap.* 190. sed àn ad instantiam fratris in alium fratrem, non omnium Doctorum concors, est opinio *Thesaur. dec.* 159. cuius meminit *Amend. ad Franch. dec.* 366. *num.* 13. negatiuè respondit, quo ad districtionem

nem personalem, *Frecc. q. 1. par. 12.* confirmat, necnon *Paschal. cap. 9. n. 32. par. 2. Prat. lib. 1. discept. forens. c. 15. num. 72.* decisumquè anno 1625. memorat *Gallupp. in prax. par. 2. cap. 22. num. 36. Thor. voto 84. num. 216. & par. 3. compend. decis. sect. 1. verb. Instrumentum liquidari, & Instrumentũ factum*, & determinatum fuit per S.C. *referente Dom. Consil. Ascanio Raetano*, in gratiam Ill. D. Troiani Spinelli Principis Scaleæ, aduersus D. Iosephum Spinelli fratrẽ, sub die 25. Iunij 1658. supersederi in districtione personali, donec aliter fuerit per S. C. prouisum, in banca Figliolæ, penès acta concursus creditorum præfati Principis, pro ipso Principe patrocinãte peritissimo, & eximij ingenij viro Dom. D. Paulo Pepi meo cognato, contradicunt verò tradita ab *Henriq. de fideiussor. q. 5. cap. 27. n. 95. Mauson. in tract. de caus. exequut. lib. 1. limit. 16. Merend. controu. iur. lib. 14. c. 19. Michelor. in tract. de fratrib. p. 3. c. 53.* sicquè aliquando practicatum vidimus, & liquidatum fuisse in quodã processu legimus per M.C. ad relationem tunc Iudicis D. Donati Coppulæ, deindè confirmatum per S.C. in Aula Consil. Petri Antonij Carauitæ, ad instantiam Francisci, & Ascanij Cerasij, contra Ianuarium Cerasium fratrem vtrinquè coniunctum. Et ad instantiam vnius sororis contra aliam sororem, tradit *Thor. in supplem. compend. verbo, Instrumentum liquidari.*

86 Primæ sententiæ sectatores aggerminunt, authoritate *legis verum, ff. pro socio*, qua socijs datur beneficium, vt inuicem non teneantur in solidum, sed in quantum facere possunt, cum societas ius quodammodò fraternitatis in se habeat, sic Machab. 12. *Vt renouemus amicitiam, & societatem, quoniam estis fratres nostri, sicut scriptum continet, quod subiectum est*, & per totum *cap.* & *Paul. ad Rom. cap. 12. Charitatem fraternitatis inuicem se diligentes, frater ergo fratrem non vrgebis*; cum vsque ad solidum, cum melioris conditionis non sit comparatus comparato, sic *Malach. 2. Quare ergo despicit vnusquisq; fratrem suum*, Hoc fundamentũ adeò est fragile, vt responsione dignũ aliquando non putarent, *Accurs. in d. l. verum, Bart. Bald. & Salic. Nicol. de Neapol. in §. etsi quis, quæst. 5. instit. de action. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. par. 5. num. 1.* & priuilegium à *Text. in d. l. verum*, socijs impartitum verum est ratione honestioris commodi, & vberioris quæstus ex præcedenti conuentione, quæ conuentio societatis de sui natura potest esse damnosa, & vtilis, quin præfatus *text.* impartitur socijs priuilegium, quia quodammodò ius fraternitatis in se habent, & proindè hoc intelligendum est de fratribus simùl cohabitantibus, in quibus singularis amicitia, dilectio, & affectio cadit, *Bald. in l. parentes, C. de testib.* adeò quod licet frater admittatur in testem pro fratre, saltem in ciuilibus, & in certis casibus in causa criminali, exaratis ab eodem *Bald.* semper tamen excluditur, cum simùl cohabitent, cum igitur socius non sit testis pro socio, *l. quoniam, C. de testib. cap. veniens, extrà, de testib.* frater benè pro fratre, nisi simùl cohabitent, *l. si vt allegas, Cod. de Castr. pec. lib. 12. Bald. in l. 1. Cod. de Episc. & Cler. Corset. singul. 16. verb. testis*, maior erit affectio inter socios, & beneficium dumtaxàt fratribus simùl cohabitantibus tribuitur, Fratrem

87 proptereà consanguineũ, vel vterinum ad solidum fratrem vrgere posse, dixit *Aretin.* contrariæ opinionis defensor *in §. sed etsi quis n. 3. inst. de act. Gasp. Baez. in tract. de inop. debit. cap. 17. nu. 87.* quasi quod primæua sententia locum tantùm vendicet in vtrinq; coniunctis, videas ad materiam, *Ricc. dec. Cur. Archiep. 168. num. 1. Afin. de execut. cap. 8. num. 2. Cappell. Tholos. decis. 259. Bernard. Greuei in practicis conclusionibus concl. 26. num. 9. D. Iudex Francisc. Maria Prat. add. c. 15. n. 72.*

Quod verò exceptio, nè quis con-
88 ueniatur, vltra quam facere potest ad-

admittatur aduersus instrumentum guarentigiatum, non obstante statuto, probarunt Iason, Padill. & alij multi, & potissimùm scripsit optimè Castagn. cit. tract. in proœm. 2. par. num. 82. quiq; in materia nostri Ritus idem firmat in proœm. p. par. num. 28. & scripsit Berard. Pand. par. 5. declarat. 30. sicuti, & exceptio tit. ff. & Cod. quod cum eo, ad remorandum Ritus rigorem, haud reijcitur, ex Carau. hoc in rit. Minad. cons. 4. Ronit. pragm. 1. n. 14. ad Macedon. Giurb. memor. dec. 44. num. 4. & dec. 45. in princ. verùm Petr. Rebuff. de ordinat. Regn. Galliæ, in proœm. Gl. 5. num. 91. exclamat, desuetudine abrogatum esse Ius competentiæ, & nunquam se vidisse obseruari, quod contra debitores exigatur, deducto, nè egeant, sed insolidum, quantumuis priuilegio munitos, exceptis dumtaxàt parentibus, quod confirmat Matthias Coler. de process. execut. cap. 3. num. 133. at contrarium firmant Stracc. de decoctorib. par. 4. num. 4. Manzius in patroc. debit. decade 3. q. 2. Philipp. Zoren. q. 8. num. 591. q. 14. nu. 1233. Carpzouius in suo asylo debitor. cap. 50. & in iurisprudentia ad Const. Electorales 32. diffinit. 15. Vessembecchius 2. p. cons. 50. num. 20. Baeza de inop. debit. c. 16. enumerantes, debitores, qui conueniuntur, deducto nè egeant, inter quos Coler. add. cap. 3. num. 19. rescribit milites rogatos, Doctores, magistros, professores, Aduocatos, scholaresquè, & de DD. & Aduocatis loquitur Cenall. tom. 1. q. 329. & si renuat Baeza c. 17. nu. 25. restringens eorum priuilegium ad vincula tantùm vitanda, cuius meminit Carau. noster num. 30. quem refert, alijs laudatis, De Cuenca in tract. de deposit. clausul. 30. à num. 81. Duen. regul. 190. in 5. ampliat. Iacob. Aemilian. in cons. 17. de Benedict. in c. Raynut. verb. & vxor. nomin. Adel. à nu. 24. & de Medico quoquè loquitur Mascard. conclus. 2. num. 39. D. Ioseph de Ninno ad Cuenca, add. loco lit. K, & de DD. filijs, Tepat. var. sentent. lib. 1. tit. de Aduocat. vers. 52. de Militibus, Neuizan. cons. 59. nu. 4. Vessembech. cons. 50. de cession. bonor. num. 20. Caualcan. de tutor. num. 318. Io. Vandus variar. quæst. lib. 1. q. 55. de Scholaribus, Coler. de process. execut. par. 2. cap. 3. n. 153. & par. 1. cap. 2. num. 127. Pech. amplians, de iure sisten. cap. 5. num. 1. Iacob. à Canibus de Represalijs in rub. n. 43. fallen. 26. & ex nostratibus Muscat. in prax. lib. 2. par. 3. Glos. detinebitur nu. 127. Grimald. ad Tartagl. in prax. ciuil. cap. 1. vers. Corrigitur etiam, pag. 17. Capiblanc. in prag. 19. num. 46. de Baron. Ricc. collect. decis. 1167. Nouar. de priuil. miserabil. person. priuil. 105. num. 7. Anus meus ad Gramm. dec. 60. num. 15. ex quibus liquet huiusmodi priuilegijs hodiè derogatum esse, adeò quod vana est quæstio extricata à subtili Amescua lib. 2. cap. 24. num. 18. de potestate in seipsum, nùm huic priuilegio renunciari valeat. Et contra Milites in bello existentes posse liquidari instrumentum, si exceptioni hosticæ fuerit renunciatū, deducit Galter. in prax. instrum. 2. par. 3. par. rub. 1. num. 25. Thor. vot 84. n. 243. p. 1. de qua exceptione hostica noster alibi erit sermo, sed qualiter illis, quibus priuilegium competit, deducto nè egeant, sint alimenta præstanda, inquirunt Fachineus lib. 6. cap. 34. Cardin. Tusc. concl. 284. Gratian. cap. 112. Cancer. lib. 1. var. cap. 16. num. 18. Baeza cit. cap. 17. à n. 67. David Doryngius in bibliotheca iureconsul. in verb. alimenta. Tellius Fernandez in l. 10. Tauri num. 14. & àn in conscientia illud opponi possit, Couarr. examinat lib. 2. variar. cap. 1. num. 6. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 28. Salgad. in laberin. credit. par. 1. cap. 24. à n. 27. & contra creditorem etiam egentem, Hippol. de Marsil. sing. 99. Arnold. Reg. lit. B. num. 163. Brun. q. 13. 4. q. princip. Carpzon. cit. cap. 5. num. 383. Manzius tit. 2. decade 3. q. 6.

89 Cōtra verò donantē liquidari instrumentū nō potest, qui non tenetur vltrà quā facere potest, & deducto nè egeat,

l. qui

l. qui ex donatione, ff. de donat. l. Diuus Pius, ff. de reg. iur. l. inter eos, §. it quoq; ff. de re iud. §. ſed et ſi quis, in fin. inſt. de action. l. cum cauſa, ff. de re iudic. l. ſi extraneus, in princ. ff. de iur. dot. Tartagl. in prax. ciuil. cap. 1. ſub num. 31. Conſil. Staiban. cent. 2. reſol. for. 103. à num. 123. Conſil. Carleual to. 2. de Iudic. diſp. 30. num. 10. fol. 357. cuius meminit *Iudex Prat. ad Paſchal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 9. ad num. 44. Mucc. var. quæſt. forenſ. dilucidat. q. 31. nu. 2.* & hic articulus diſcuſſus fuit in S.C. in cauſa Fabij Saxo, cum Carolo Celſo de Georgio, ad relationem D. Iudicis D. Philippi della Pegna in Aula D. Marchionis Oliueti, ſub die 24. Martij 1661. in banca Io: Antonij de Licto, fuitquè remorata perſonalis executio, patrocinante pro Fabio Saxo doctiſſimo, & primario Aduocato Conſtantino Caſaro.

90 Aduerſus etiam debitorem, cuius bona omnia ſunt, vrgentibus creditoribus, ſub Iudicis ſequeſtro; & illorum eſt facta graduatio, via *Rit.* procedi ad liquidationem inſtrumẽti minimè poſſit, deciſum tradit *Reg. Sanfelic. deciſ. 370. per tot. p. 3.* cuius meminit *Prat. ad Paſchal. p. 1. cap. 8. ad num. 2.* & pleniùs tractat *reſponſ. crim. 38.* & aliam S.C. determinationem recenſet *Conſil. Rocc. notab. 98. à num. 192. tom. 2.* & nos obtinuimus in beneficium Primiani Sparano, aduerſus eius creditores, in banca Litti, quibus haud repugnant, quæ idem *Conſ. Rocc.* ſcripſit *notab. 17.* potiſſimùm, quando debitor ære alienò plurimùm grauatus præuenit, dando omnes contractus pro reſciſſis, cum graduatione, quo caſu contra ipſum concedendæ ſunt creditori literæ exequutoriales realiter, & perſonaliter, vt fuit perpenſum in themate cauſæ præfati Primiani, ex adductis à *Thor. in ſupplement. compend. verb. Inſtrumentum iam reſciſſum, pag. 29.* ex graduatione enim, ſiuè etiam relatione creditorũ, omnes cõtractus reſciſſi, dicuntur *Conſil. Staib. reſol. 174. n. 1. centur. 2.* & contractus ſemèl reſciſſus amplius reſcindi nõ poteſt, ſicuti extinctus amplius nõ reuiuiſcit, *Gizz. ad Capyc. Latr. deciſ. 30. n. 29.* Sed praxim in hoc recenſita à *Thoro vot. 15. num. 30.* explicat *Gallupp. de concurſ. cred. par. 4. cap. 2. ſub num. 10.* & clariùs *P. de Afflict. in addit. ſupplem. ad cap. 30. controu. iur. reſol. num. 24.* tradit, hoc caſu indiſtinctè impediri liquidationem, quin, & citationem, potiſſimùm indicata ratione, quod inſtrumentum ſemèl reſciſſum amplius reſcindi non poteſt, vt ex *Milan. Giurb.* & alijs, probat *Muta deciſ. Sicil. 98. Thor. p. 3. ſect. 1. comp. dec. verb. Inſtrumentum ſemèl reſciſſum,* vbi inquirit, án inſtrumentum ſemèl reſciſſum contra vnum debitorem, poſſit iterum reſcindi, via *Ritus* contra alium correum, & pertractat etiam *ſeq. verbo, Inſtrumentum reſciſſum.*

91 Hinc contractu reſciſſo per graduationem, abſq; alia reſciſſione, præſtari poteſt aſſiſtentia pro capitali, & tertijs ſuper bonis contra tertium poſſeſſorem detentis, non auditis principali debitore, ſiuè eius hæredibus (qui alias, non facta reſciſſione, ſunt audiendi, quando agitur iure aſſiſtendi contra tertium), vt reiecta opinione *Alexandri conſ. 85. lib. 6.* firmat *Reg. Rouit in prag. 1. n. 4. de aſſiſt. R. Sanfel.* latè *dec. 115. lib. 1.* & deciſum fuit per S. C. nam facta graduatione creditorum quondam Claudij Albertini, ſub die 4. Iulij 1646. in proceſſu Portiæ Caracciolo, cum Creditoribus dicti Claudij; in banca Figliolæ, D. Lucretia Caracciolo petijt, & obtinuit aſſiſtentiæ ſententiam ſuper Terra Cercæ Piccolæ, poſſeſſæ per V.I.D. Hyacinthum Moruillum, quæ fuit dicti Claudij pro capitali, & tertijs, nulla alia facta reſciſſione contractus contra memoratum Claudium, in eadem banca Figliolæ, ſub die 3. Decembris 1649. è contra verò, ſi poſſit
92 decoctus liquidare contra ſuos debitores, vacillant DD. ſed affirmatiuè reſpondentes, veritati inhærent, teſte eod. *Conſil. Rocc. addact. notab. 98.*

num.

num.288. et lib.1.resp. 38.retinet namquè ille omnes actiones actiuas, & passiuas,tantùm interdicta administratione, quæ nomine debitoris ad commodum creditorum per curatorem à Iudice deputatum exercetur, *Marc. Anton.de Amat. dec.*93, quem insequitur *Paschal,p.2. cap.9. num.*57. & plena manu, confirmat *Salgad. add, tract. par.1, cap.14. num.20. ex text. in l.is qui bonis, ff. de cessione bonorum*, & requisita, vt quis decoctus dicatur,recensent *Reg.Rouit. in prag.3.de cession.bonor.*vbi *Laganar. Gallupp.in prax.par.4.cap.1.& 2. Reg.Salernit.dec.60.Reg. Capyc. Latr. consult.56. num.15. lib.1. Reg. Valenz. cons.189. Thor. vot.15, num,34. & in Cod.rer.Iudic.ciuil. cas.55. Amat. resol.1, n.77. lib.1.var.res. Salgad. in laber. creditor.p.1, c.13.n.9.* & idem *Thor. voto 84. num. 195.* quærit, àn Curator datus hæreditati iacenti, vel bonis, aut decocto possit liquidare instrumentum.

Aduersus etiã furiosum liquidari ne-
93 quit, *Berard. Pand. p. 2.consid.19.* qui nullam voluntatem habet consensu, dissensuquè carens, *l. si tibi, §. vnius, ff.de optione legata, de Cuenca in tract. de deposit. claus.5. à num.3.* Sed aduersus prodigum, semèl,atq; iterum dubitatum fuit, & quandoq; negatiuè pronunciatum in Magna Curia, quandoq; verò affirmatiuè in S, C. cuius sententiam fouet *R.Rouit,*qui suas superindè congestas allegationes, rescribit *in ipsiusmet commentar. super pragm, 1. de instrumentor, liquid. à num.17.*& cum tertio casus accidisset, remansit sub Iudice lis, vt testis est *De Franch. decis.672. par,4.* ille tamen in priorem propendit sententiam prodigo fauorabilem, cui, & *Staib.sen.cons.30.* inhæret, & confirmat *D, Cons.eius nepos in add.* cuius meminit *Thor. par. 3. compend. sect.1.verbo,Instrumentum contra prodigum*, nec dissentit *Pand.par.2, declarat, 19. num. 89, Bened. de Barn. de guarentig. instrum. q. 3. vers. & ex hoc, P.Melfes.cons.8, n.50, Prat. resp. crimin.38. à num.23. & lib.1. discep. forens. cap.2. num.29.& cap.15.num.98.* & decisum memorat idem *Dom. Consil. Staib. resol.forens.8.lib.1.* etiam si cum ipso citatus sit eius curator *nu.28.* & iterum *centur. 2. resol.183. nu.70.* ipseq; libentius subscribo, verissimum illum suppositum (quod prodigo est bonis interdictum, probatum eadem *decis. de Franch* necnon altera *Boer.23. nu.11.)* inducendo hoc modo, quod propterea cum administratione suorum bonorum careat, consequentèr potestate exigendi,itjdemquè, & facultate soluendi, & consecutiuè morosus dici non potest, id non faciendo, quod etiam si vellet, explere nequiret, & certum est, neminem cogi posse ad impossibile, imò ad illud, quo per necessarium consequens spoliatus antea fuerat Iudicis præcepto, dum sibi administrationem vetuit, cessante itaq; mora, quæ est basis liquidationis instrumenti, *Camill.de Medicis cons. 39. Staib.sen.cit. cons.30.R.Galeot.controu. illustr. cap.54.num.22. lib.1. Prat.lib.1. qq.forens.cap.15. n.70. Reg.Sanfel. add.decis.370. num.2. & dec.299. n.3.* cessat, & liquidatio.

Sed quæstionẽ illam à *Bart.* dispu-
94 tatam,& per eundem *Boer.* relatam, si Prodigus post interdictionẽ bonorum, ad decurionatum,siuè aliud magisteriũ assũptus, censeatur administrationi restitutus,& reuocata interdictio; Tu illorũ insequere conclusionem negatiuam; sed quis sit prodigus, si scire cupis, *Vul-*
95 *pian.* præsto est *in l.1. de curat.furios. & Cicero 2, offic. Est,* inquit, *qui epulis, & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumq; apparatu, pecunias suas profundit in eas res, quarum memoriam, aùt nullam, aùt breuemissit relicturus.* Et breuiùs *Imperator Constantinus in l.final.§.minor. 2. C. de sent. pass. & restit. est libidinum, omniumquè vitiorum seruus;* vndè de *Diogene* refertur, qui cum à prodigo quodam minam petijsset, isque admiratus fuisset, à se minam, ab alijs

tan-

tantùm tres obulos peti; respondit, iterum me ab alijs accepturum spero, abs te autem nunquam posthac amplius, & proindè rectè quidem Crates prodigorum pecunias ficubus comparabat, quæ in præcipitijs nascuntur, quibus homines non fruuntur, sed corui tantùm, & milui, vt ipsorum prodigorum opibus scorta, & parasiti, & quomodo prodigalitas, & bonorum suorum dilapidatio probetur, indicant *Mascard. de prob. concl.* 515. *&* 1234. *Anton. Henrig. de fideiussor. cap.* 7. *nu.* 140. *Dom. Consil. Paul. Staib. cent.* 2. *resol. forens.* 160. multa practicabilia in hac materia subnectens, & de furoris, ac dementiæ probatione, agunt idē *Mascard. conclus.* 503. *&* *conclus.* 824. *Menoch. lib.* 6. *præsumpt.* 45. *lib.* 4. *præsumpt.* 50 *n.* 8. *Corset. in sing. verb. testamentum, Marsil. sing.* 380. *Henrig. mox add. nu.* 115. quod si dubitetur vtrum
96 actus à furioso gestus fuerit factus tēpore furoris, vel intermissionis, recurras ad qualitatē actus, si more sapientis, vel insanientis ille fuerit, vndè mirum videri non debet, cur centumviri Tutidani hominis certæ, & notæ insaniæ (vt qui populo sæpè nummos spargeret, togam, velut tragicam vestem in foro traheret, multaq; similia, magno cum hominum risu faceret) testamentum, in quo filium hæredem instituerat, quodquè T. Longus sanguine ei proximus, hastæ judicio subuertere conatus fuerat, ratum, firmumq; habuerint: nisi cum *Valerio Maximo lib. memorab. dictor. & factor.* 7. *cap.* 8. vbi hoc factum refert, dicamus, in testamento hoc Tutidani insani, centumuiros magis, quod scriptum esset, quam quis scripsisset, spectasse. Quāuis *Menoch. lib.* 6. *præsumpt.* 45. *n.* 66. *& alij* ibi allegati, putent hoc testamentum tempore intermissionis conditum esse, atquè ita, vt iustum, sustineri, qua de rē *Specken centur.* 3. *qq. iur.* 33. *clas.* 1. *sub num.* 10. *Ioan. à Sande decis. Frisic.* 3. *lib.* 4. *tit.* 1. Contra mo-
97 ribundum non potest fieri liquidatio, *Gizzar. dec.* 9. *Mari ad Gramm. decis.* 106. *num.* 1. & conferunt *Cassad. dec.* 2. *de appellat. Polid. Ripa obseru.* 230. *Verall. decis.* 140. *num.* 1. *lib.* 3. *Gaill. obseru.* 209. *num.* 4. *lib.* 1. *Bellamer. decis.* 312. *num.* 1. *Rouit. in pragm.* 5. *num.* 31. *de offic. S. C. Rath. a cons.* 17. *Ricc. collect.* 1362. affirmantes, sententiam in mortuum latam nullam esse, ex *Tex. in l. penul. ff. quæ senten. sine appell. rescind. l. nulla, C. de procurat. l. de qua re, §. fin. ff. de re iudic. &* tradunt *Capyc. dec.* 1. *Vin. dec.* 52. *Reg. Valenzuel. cons.* 155. *num.* 41. *vol.* 2. *Papon. lib.* 19. *tit.* 8. *arrest.* 14. *Cancer. var. resol. to.* 3. *cap.* 17. *num.* 323. *Reg. Capyc. Latr. dec.* 83. *num.* 2. *tom.* 1. *& consult.* 113. *num.* 9. *tom.* 2. *Cornazzan. decis.* 145. *Iudex Franc. Mar. Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 29. *à num.* 1. *Mastrill. dec.* 137. *nu.* 19. *Reg. Merlin. controu. forens. to.* 2. *cap.* 23. quæquè nullitas adeò efficax est, vt proponi possit aduersus decretum, & sententiam extra tempus à *Reg. Pragm.* præfixum, *Reg. Rouit. in prag.* 4. *de dilation.* idem *Prat. eod. to.* 1. *cap.* 30. *num.* 25. *Thor. in supplem. compend. dec. verb. Nullitas proponi an possit*, etiam si mors à Iudice ignoretur, *Mysinger. centur.* 1. *obseruat.* 85. *Put. decis.* 182. *lib.* 2. *in nouis*, *Vin. commun. opin. verbo sententia*, *n.* 3. *Surd. cons.* 99. *lib.* 1. *num.* 14. *Becc. cons.* 110. *num.* 1. *lib.* 1. *Turrett. cons.* 53. *num.* 5. *vol.* 3. *Golin. de procurat. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 16. *Andreoli controu.* 30. *num.* 5. *lib.* 1. *Scaccia de sentent. Glos.* 14. *q.* 25. *num.* 76. *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 3. *vers. sententia lata contra vnum ex correis circa medium*, quamuis decretum, & sententia in fauorem mortui essent lata, *Reusner. dec.* 22. *num.* 18. *lib.* 2. *Flau. Amend. ad Franch. dec.* 245. *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 2. *verb. Processus compilatus*, & conferunt tradita à *Nouar. qq. forens. lib.* 1. *q.* 155. *dec. Ant. Gizzarel.* 12. *Thor. p.* 2. *comp. decis. verbo, Sententia lata.* Nec eadem
98 die, qua quis desponsat vxorem, quo casu, nec delinquens reputatur contumax,

max, ex *l.2. §.praterea,ff.de in ius vocand.* obseruat *D.Carol.Rota de priuil. mulier. cap.3. special.4. num.21.* An contra Iudæum illud à Christiano liquidetur, & è contrà, extricat *Annichin. de preuent.c.6. dub.vnico, num. 53.pag.* 344. Si essent plures eiusdem
99 nominis,& cognominis, non potest fieri contra vnum liquidatio, non capta prius informatione de identitate personarum, *Gallupp.in prax.S.C.p.2.cap. 21.sub num.38. Nouar.qq. forens. lib. 1.quæst.* 153. quos refert *Thor. par.2. compend.verbo,Instrumentum liquidari an possit, & verbo, liquidatio instrumenti dari an possit;*
100 Contra ludentem præsentari non potest, si ex causa ludi debitum fuerit contractum, *Thor.par.1.compend.verbo, Instrumentum obligationis, & voto 84. num. 215. p.1.* Etenim vincenti in ludo actio denegatur ad petendum, quod lucratus est, *l.fin. C.de relig. & sumpt.funer. Couar.in reg.peccatum 2, par. §.4. vers. superest tamen*, etiam præcedente promissione, *Paris de Puteo de ludo num.25. Thesaur. q.forens. 19. num.8. lib. 4.Rota Romana apud Sanctissimum, decis. 47. num. 2. Sessé dec.Arag.144. num.14.tom. 2.* latèq; *Dom. Iudex Francisc. Maria Prat.lib. 3. discept.forens. cap.1.* in quo satis lepidè ostendit, ludos omnes genericè acceptos à iure esse prohibitos, etiam illum scacchorum, siuè latrunculorum, actionem propterea nullam competere, experiundi in Iudicio lusori ob pecuniam lucratam recuperandam, & decisum secundum per ipsum exarata testatur, & *cap.2.* typis dat allegationes partis aduersæ in illa thesi editas,
101 Illud etiam non stipulatum de facie ad faciem liquidari nequit, *Afflict.dec. 64.* inquiens, fuisse de mente *Bar. in l. qui bona, §. si alieno,ff.de damn.infect. circa fin.de Franch. dec.553.Reg.Sanfelic.dec.213. num.1. & dec.299.n.3. par.2. Prat.lib.1.discept.forens.cap.15. num.48. & respons. crim.31.num.76.*
102 Neque alterum de vsura suspectum, etiam parte non opponente, *Capyc. decis.175.* & inquirit *Consil. Rocc.tom.2. respons.* 83. cuius latior, & distinctior erit sermo inferiùs; Aduersus minorem, neque præsentabitur, nam consti-
103 to de minore ætate, comparente ipso personaliter, non detinetur, *Frecc.par. 11.q.5. Galter.in 2.2.par princ.n.23. Consil.Staib.resol.8. num.9. lib.1.Reg. Sanfelic. in prax.Iudic.sect.36.à n.16. pag. mihi* 144. Imò, & iure communi vinculis mancipari non potest, *Coler.de proc.execut.par.2.cap.3.n.261.Tusc. pract. conclus. 275.lit. M, num. 1. de Cuenca in tract. de deposit. claus.30.n. 97. & 98. Carau. in hoc ritu memor. Baron.* latè *de effect. minor. ætat. effect. 27. Carau.* etiam adducens *num. 20. Ricc.collect.1629. Manson.de caus.execut.limit.11.Caualc.de tutore sub num. 317. Scacc. de camb. §. 1. limit. 17. sub num. 5.* quiduè si doli sit capax; vel habeat bonorum suorum administrationem, *Parlador. lib.2. rer.quotid.c.5. §.6. num. 15. Salgad. de potest. Regia lib.2. cap.4.n.* 81. edisserit idem *Galter. num.21. Duena regul.259.* aliaq; priuilegia collexit, *Ricc. collect. dec. 329.* quiq; *collect. 683.* casus coaceruat, in quibus Curatoris authoritas non est necessaria, vt actus valeat. Quin apocam banci factam ab ipso minore, cum
104 cõsensu Curatoris, nõ habere executionem paratam, vigore *Reg. Pragm.* decisum memorat *Rouit. in pragm.63. §.in primis,nu.36. de offic. procur.Cesar.* & ibi *Nouar. collect. 10. num. 15.* cuius meminit *Thor.in supplem. comp. verbo,Apoca subscripta*, Nequè ipse illud liquidabit sine Curatore, *Bald. ad Specul. tit. de procur. vers. aliud est, Frecc.par. 12.num. 2. de Iudice Robert. consid.3. num. 7. Tartagl. in prax. ciuil.cap.1.num.24. Muscat.in prax S.C. lib.1. par.2. Glos.intimato, in addit.lit. B. D.Consil. Rocc. lib.1.respons.38. in princ.* & praxim illud liquidandi à pupillo, si ipse sit maior, vel minor septemnio, præter *Carau.hoc in rit. n.24.* recenset *Galter.prim.par. 2.par.verb.*

Et

*Et eius nomine agat, post nu.*4. quorum meminit *Auus meus ad Grammat. dec.* 58. *num.* 19. nonnulla ad materiam subnectens.

Quod tutor, contutore mortuo, solus
105 possit instrumētū incusare contra pupilli debitorē, tradit *R. de Marin. lib.* 1. *quotid. res. c.* 193. Sed instrumentum, in quo quis promisit soluere aliquam quantitatem alicui tanquam tutori, vel
106 curatori pupilli, vel minoris, tutela, & cura finitā, non posse vita *Ritus*, præsentari ab ipso tutore, vel curatore, scribit *Mocc. cap.* 41. *in eius sylua.*

107 Monaco, absque Superioris licentia, neque licebit ex *Grauina, Galter.* & cæteris firmat P. *de Afflict. controu. iur. resol. cap.* 11. *à num.* 27. & fusiùs *Franc. Mar. Prat. responf. crim.* 31. quique lapsum fuisse *Franciscum Antonium de Iudice Roberto in sede indicata*, & praxim nostrorum tribunalium recenset, & collimat *decis.* 200. *Emanuel Themudi to.* 2. *Thor. vot.* 84. *num.* 183. *par.* 1. qui diuersimodè iudicatum ostendit *par.* 3. *compend. decis. verbo, Instrumentum.*

108 An contra senes liquidari possit, cogita, nam priuilegio nè carcerentur præditi sunt de iure, *Iacob. de represalijs in rub. num.* 45. *Carpan. ad statut. Mediol. par.* 1. *cap.* 243. *num.* 6. *Baeza de debitor. inop. cap.* 7. *num.* 3. quod consuetudo admittit in septuagenario, teste *Gratian. discept. forens. cap.* 328. *num.* 14. *Carpan. add. loco*, quidquid aliter tradant *Mart. in summ. dec. to.* 1. *verbo, Carcer, cap.* 7. *Greuco decis.* 26. *num.* 18. *Thor. par.* 1. *compend. decis. ver. sexagenarius, et p.* 3. *sect.* 3. *eod. ver. Sexagenarius*, qui *ead. p.* 3. *sect.* 1. *verbo, Instrumentum*, loquitur de sene habenre moratoriam, seù saluaguardiā, prætextu ætatis sexagenariæ, seù septuagenariæ à Principe concessam, decisumq; fuisse subnectit, quod remaneat condemnatus, verùm supersedeatur in exequendo pro debito, & pœna, sed exequatur in bonis, & licet Iudicis arbitrio definiendum relinquant, quis dicatur senex, *Menoch. de arbitr. Iud. lib.* 2. *cas.* 59. *num.* 3. *Mascard. de probat. concl.* 1295. *num.* 8. *vol.* 3. supra tamèn annū sexagesimum omnes *DD.* conueniunt, vt tradunt *Card. Contrad. Med. lib.* 2. *controu.* 10. *tract.* 5. *Paul. Zacchia Medicus, Roman. qq. medico legal. tit.* 4. *q.* 9. *per tot.* multa notabilia subnectens.

109 Œconomi, qui stipulati non fuerint instrumenta de facie ad faciē, incusari instrumēta quādo queant, edisserit, post alios, *Galter. add. rubr.* 2. *nu.* 13. *&* 14. cuius, *& addentis ad de Iudice Roberto* memor est *Dom. Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 187. *n.* 11. & negatiuè resoluit *D. Cons. Rocc. resp.* 90. *to.* 1. *num.* 2. *&* 3. nisi Principis dispensatio huic Ritui, Regiæq; Pragmaticæ accedat, de cuius dispēsationis firmitate valdè dubitat ipsemet *Cons. Rocc. to.* 2. *resp.* 42. & fuisse hoc cōcessum Oeconomis Sanctiss. Annunciatæ Neapol. tradit *Reg. Sanfelic. in postrem. addit. ad eius decis.* 299. *nu.* 4. cuius meminit *Thor. in supplem. decis. verbo, Instrumentum an possit liquidari.*

110 Quin, & alijs in casibus præsentari quāuis possint instrumēta, non tamen in Magna Curia, s. contra Actuarios Sac. Consilij, sed in eodem tantùm S. Consilio, seù coram ipsius Præside, teste *Regente Tapia in sua annot. ad prag.* 24. *num.* 3. *de offic. Sacr. Cons.* necnon *super Rit.* 54. *Item, quod nulla alia præter ipsa Curia, n.* 8. *Galter. in prax. instrum.* 2. *par.* 3. *par. rub.* 1. *n.* 2. *Thor. par.* 1. *comp. decis. verb. Instrumenta, & par.* 3. *compend. decis. sect.* 2. *verbo, Liquidari an possit*, restringens, si fuerit expressim renunciatum foro eiusdem Præsidis; Aduersus verò Scribas eiusdem Sac. Consilij, vtiquè ad formam *Rit.* liquidari in ipsa Magna Curia, decisum memorat idem *Thor. p.* 1. *in verbo, Instrumenta*, §. 2. *&* *voto* 84. *num.* 209. *par.* 1. necnon etiàm contra sub-
111 ditos Magni Admirati, sed in illius dumtaxàt Curia, eodem *Tapia* teste *indic. rit.* 54. *num.* 2. eodemquè *Thor.* §. 3.

§. 3. *d. par.* 1. *& voto* 84. *n.* 209. *p.* 1.

112 Contra verò aliquem possidentem aliquod ex septem Regni officijs, præsentari posse in eadem Magna Curia, non dubitamus, & liquidatum quandoquè fuisse, & confirmatum in Regio Consilio, memorat *Amend. in suis annot. ad decis. de Franch.* 274. *sub num.* 5. *Reg. Tap. decis. Senat. Ital.* 3. *num.* 34. *Thor. par.* 1. *comp. verbo, Instrumentum, & voto* 84. *par.* 1. *num.* 220, amplians ad Secretarium Regni, atq; *R. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de Assensibus Regijs*, §. 7. quo in loco ab illius §. exordio, *vsque ad num.* 17. id optimè ostendit, etiam respectu Consiliariorum militarium Collateralis Consilij, quin *num.* 26. id ipsum subsistere probat, etiam pro debitis contractis post adeptum officium, *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de titulor. abusu, & cons.* 90. *lib.* 2. *Amend. ad Franch. dec. add.* 274. *n.* 5. & de magno Cancellario loquitur *D. Cæsar Alderisius in alleg.* 40. rescripta per *Dom. Reg. de Marinis in alleg. divers.* & contra quoscumq; titulatos, diximus nos in *rit.* 46. *sub num.* 23. Sed hi citari non valeant super tenore instrumenti, nisi præuia licentia Excell. Regni Proregis, scripsit *Franc. Maria Prat. in* 1. *lib. pract. obseru. cap.* 81. *& respons. crim.* 31. *num.* 77. cuius effatum si veritati innitatur, scripsimus eodem in *rit.* 46. *num.* 25.

113 Sed àn liquidari possint instrumẽta contra vassallos Baronum habentium priuilegium specificum liquidandi, ita quod si Magnam Curiam creditor adeat, & petatur remissio, sit remittenda, diximus super *rit.* 54. & declarant post *Reg. Rouit. Thor. vot.* 84. *n.* 150. *par.* 1. *Nouar. collect.* 120. *Danza t.* 3. *de pugn. DD. tit. de remiss. caus. cap.* 2.

114 Tandemq; contra Clericum, cuius tractatio, vt illustrius pateat, distinguẽdum esse opinamur, Quod vel quærimus, si Clericis fas sit nostro vti Ritu, eiusq; virtute possint in alios, tùm Clericos, tùm Laicos incusari instrumenta, vel si contra eos ad formam Ritus produci possint, & primo casu negat *Frecc. par.* 3. *q.* 1. affirmant verò *Marant. disp.* 8. *post num.* 14. *Pand. par.* 2. *declarat.* 14. *nu.* 22. *De Iudic. consid.* 3. *num.* 9. *Afflict. in constit. si quis in posterum num.* 16. *in fine, & Abb. Paulus Fuscus deindè Episc. Rauellens.* & postmodùm *Sarniens. in add.* 1. ad relatam *q.* 1. *Marini Freccia*, opitulatur *Bal. in l. cunctos populos, versic. & pro hac, num.* 55. *Cod. de Summ. Trinit. & fide Cathol.* vbi Clericus habens instrumentum guarentigiæ contra laicum potest vti beneficio prædicti statuti laicalis superindè disponentis circa paratam executionem, & *Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vers. Etsi decernetur, sub num.* 81. *de constit.* ac ex nostratibus confirmant *Robert. de liquid. instrum. consid.* 3. *nu.* 9. *& Caranit.* seruari in omnibus Curijs Regni addens in hoc *Ritu num.* 34. quo fultus *Galter. in prax. liquid. instrum. par.* 1. 2. *p. rub.* 1. *sub num.* 2. *vers.* 2. aduertit, hoc adeò verùm esse, quod si Clericus malè accausauerit instrumentum, teneatur ad penam tarenorum trium pro vncia, quę solet contra indebitè liquidantes exigi, insequitur *de Petr. cons.* 23. *n.* 13. *& in add. in fin. fol.* 276. *Io. Franc. Marott. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 9. *n.* 13.

115 In altero verò casu subdistinguendum putamus; nam vel quæritur, si in Curia Ecclesiastica, vel laicali liceat, quippè quod in Curia Ecclesiastica negant attenta dispositione Iuris, *Alberic. Oliua super rit.* 22. *num.* 6. *Car. Archiep. Neap. & Franc. Anton. de Iudice Robert. add. consid.* 3. *nu.* 9. necnon *Bal. & Felin.* adductis in locis, & *Vin. dec.* 326. *lib.* 2. attento verò vsu tàm Curiæ Archiep. Neap. cuius testis est *Mazzia in sua addit. ad eundem locum Francisci de Roberto, & Genuens. par.* 1. *cap.* 16. tùm aliorum Ecclesiasticorum Regni, cuius meminit *Galterius in sua praxi instrum.* 2. *par.* 2. *par. princip. rub. vnica, sub num.* 6. licere, & continuo vsu obseruari non igno-

ignoramus, & concludit *Ricc. dec. 165. par. 1. & dec. 188. num. 4. par. 3. Consf. Rocc. responso 90. num. 9. lib. 1.* & certè iustiùs, si in instrumento addita fuerit obligatio cameralis, videasque *De Graff. de effect. cleric. effect. 2. à n. 302. Muscatell. lib. 1. par. 3. Glos. Antimato, lit. E,* & quando ligetur Clericus consuetudinibus Neapolitanis, *Cons. Rocc.* edisserit *lib. 1. respons. 67. & tunc 2. respons. 28. & respons. 48. num. 10, Reg. Capyc. Latr. dec. 66. n. 1.* & instrumenta publica etiam in foro Ecclesiastico paratã habere exequutionẽ, scripsit quoq; *Parlad. add. tract. par. 2. cap. fin. par. 1. §. 13. ampl. 7. num. 1.* & statuta damnia exequutionem paratam instrumentis inter personas Ecclesiasticas militare videntur, *Franc. Marc. decis. 399. tom. 1. Thor. vol. 84. num. 314. par. 4.*

116 In Curia verò laicali si hæsitatur, an liquidari possit, altera opus est subdistinctione, etenim, aut petitur, si præsentari possit instrumentum celebratum tẽpore, quo erat laicus, vel initum tempore, quo erat clericus, & produci instatur, dimisso clericatu; siquidem priori in casu satis est, quod tempore clericatus sit præsentandus, vt nullo modo fieri possit in Curia seculari, atque apertis verbis *Genuens. indic. c. 16. propè num. 3.* & mille suppetunt rationes, & iura, illa potissimùm ratio, quod citatio super tenore instrumenti præcedere debet ex huius *Ritus* forma; & certum est, citari clericum coram laico non posse, quin, & si obligatio penès acta Curiæ laicalis, vel inibi accusari nequit contra eundem tunc obligatum, & deindè clericatu insignitum; vel saltèm illic facta incusatio executioni demandari impeditur, nisi praxis ab eodem *Genuensi* illic relata custodiatur, & tamen ad illam incusandam nulla præmittenda est citatio: itaquè multo minus ad liquidationem instrumenti requirentem citationem; neq; habenas relaxamus, cum id certò certiùs sit, probatq; *Mazzia*, addens, passim remitti in Magna Curia ad Ecclesiasticos *in sua addit. ad Franc. Anton. de Iudice Roberta in tract. de liquid. instr. consid. 4. sub num. 75. vers. Pone primo,* & confirmant *D. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. res. cap. 189. num. 3. Thor. p. 3. compend. decis. sect. 1. verbo, Instrumentum liquidari.*

117 Vbi verò exuerit clericatũ, maius est dubium, nihilominùs coràm Ecclesiastico tantùm producendum instrumẽtum, ad eumque remittendam causam, monet citatus *Mazzia* decisum fuisse in Sacro Consilio, ipse verò dissentit, ratione illa, quod attendendum est tempus liquidationis, & sic laicalis habitus, in quo reperitur. Verũ, & nos distinctiùs loquentes, quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ Dei Deo referẽtes, itidem indubitabile censemus liquidari non posse coràm laico instrumentum initũ, vel tempore clericatus, vel laicatus, & deindè assumpto clericatu inciderit tempore clericatus in periurium; quia dato, quod postmodùm se spoliauerit clericatu, & tunc instetur pro liquidatione contra ipsum, nonnisi in Curia ecclesiastica facienda erit, atque ad eã remittenda erit à Iudice laico, idque multò magis, si tempore clericatus fuerit in illa cepta liquidatio, tametsi, dimisso clericatu, comparuerit creditor ex integro, & recedendo ab illo iudicio instrumentum produxerit coram laico, nam ita concluserunt duo peritissimi consulentes, quorum consilia rescribit, & insequitur *Molfes. in 2. tom. ad consuetud. Neapol. cons. 20.* vbi complures, & validæ citrà dubium afferuntur rationes, quarum præcipua nobis videtur illa, quod eiusmodi iudicium est criminale, vt probauimus in initio huius *Ritus num. 4.* & clericus adhùc, dimisso habitu, quamuis vxorem duxerit, castigandus tantum venit ab Ecclesiastico pro delicto, tempore clericatus patrato, idque multi scripsere Doctores, quin, & omnium votis comprobatur, ac cæteris prò nunc omissis, quos recensuimus *in ritu 66. n. 10. de Franch.* affirmat *dec. 417. n. 4. & 5.* quamobrèm

rèm, si periurium committatur tempore laicalis habitus, eò quod tunc cesserit dies solutionis, nec soluerit, dimisso habitu, præsentari ex prædictis poterit in laicali Curia, quin decisione Sacri Consilij comprobatur, siquidem existente instrumento celebrato die 22. Augusti 1640. ducatorum 250. infrà annum persoluendorum Ioanni Berardino Rossi, per clericũ Thomam Brunum, eoq; producto in Curia Archiepiscopali Neap. die 24. Maij 1649. liquidatum fuit; quia verò aduertit creditor prædictum clericum absentem renunciasse clericatui die 15. Augusti 1640. exhibita fide in Magna Curia, idem præsentauit instrumentum die 26. Nouemb. eiusdem anni 1658. & per eãdem Curiam decretum mandatum citatorium cum clausula, quod quamuis fuerit initum tempore clericatus, ex fide patebat illi renunciatum, ac propterea citetur, tanquam laicus, dictoq; executo, comparuit debitor, & Curia sedente, exhibendo actorum copiam in Ecclesiastico foro actitatorum super liquidatione, opposuit instrumentum semèl liquidatum, non amplius posse liquidari, ac propterea obtinuit die 14. Ianuarij 1660. vt procederetur ordinariè, & Sac. Consilij decreto confirmatum die 13. Augusti eiusdem met anni, Actor, quia multis ex causis obtinuit iterùm verbum fieri, eius aduocatus, me consulente, allegauit instrumentũ initum fuisse die 22. Augusti 1640. cum obligatione soluendi infrà annum, & propterea cessisse diem altero die 22. Augusti sequentis anni 1641. quando ob non adimpletam promissionem periurus euasit, & cum die 15. eiusdem mensis Augusti illiusmet anni 1640. renunciasse clericatui ex processu constaret, sequebatur, deliquisse tempore, quo antea exuerat clericatum, tuncq; erat laicus, & consecutiuè intrabant termini memorati *cõs. 20. Molf.* vt liquidatio deberet fieri coram laico, & confirmant tradita à *D. R. Capyc. Latro dec. 45. lib. 1. Dom. Cons. Staib. resol. forens. 109. n. 54. cent. 2. Danza to. 3. de pugn. DD. tit. de laico obligat. penès acta.* Et insimùl prosternebatur in contrarium adducta ratio de instrumento semèl liquidato, quandoquidem iam dicta existente valida assertione, indè prodibat, malè, & nullitèr liquidatum in Curia Archiepiscopali fuisse, & quod nullum est, nullum parere impedimentum, & allegari non posse pluribi congessimus, & certa est Iuris conclusio. Quibus profectò considerationibus suffulti, *Dom. Consiliarij* resoluerunt, vt, facto deposito, audiretur sub die 10. Decembr. 1660. quæ omnia patere cuiq; poterunt ex processu dictæ interlocutoriæ, in banca Salerni.

118 Sed instrumentum in possit via *Rit.* in Curia seculari contra clericum coniugatũ præsentari, diximus *rit. 46. sub n. 3.* & addimus nùnc *Io. Franc. Marotta lib. 1. discept. forens. cap. 9.* articulum doctissimè examinantem, ac nouitèr dilatatis fimbrijs.

119 Qualitèr sit reassumendum instrumentum confectum à laico effecto clerico, vt possit liquidari in Curia Archiepiscopali Neapolitana in charta bergamena, iuxtà nostrum *Ritum, & Constit.* an in charta bombacina, iuxtà stylum illius Curiæ, & esse reassumendum in charta bombacina, decisum refert *Ricc. decis. 188. par. 3. R. de Mariis lib. 1. quotid. resolut. cap. 186. n. 15.*

120 Nec silentio inuoluendum censemus, quod qui via ciuili egit, nequeat recedere, & instrumentum via *Ritus* producere, vt cõcludit, postquã in vtràquè partem multa recensuerat, *Freccia par. 9. q. 9. num. 20. Marant. cons. 39. & disp. 6. Thor. in compend. decis. verbo, Instrumentum*, §. 40. *par.* 1. & in simili *Gonzalez ad regul. 8. Cancell. de mensibus, Glos. 6. num. 192. Valasc. consult. 88. num 9. de Cuenca, & add. de deposito claus.* 37. etiam si coram arbitris, ex multis per eumdem *Thor.* relatis decisionibus *eod. verbo*, §. 52. quibus suppetit eiulgata illa sententia, quod qui

via

via ordinaria egit, sibi obsuit in executiua, cuius causa ita decisum memorat *Monter. decis. Aragon. 22. & Mastrill. dec. Sicil. 157.* quibus fretus, iudicatum tradit *Borrell. add. tit. 19. num. 28.* nec paruipendenda est altera, & quippè valida quoquè ratio, quod opposita litis pendentia impedit, vt alibi minimè procedatur, cum lite pendente cuncta alibi gesta sint attentata, & tanquam attentata reuocanda, *Achill. decis. 19. de appellat.* & post alias decisiones, firmauit altera eiusdem *Rota coram Piranano in Pampilonen. attentat. 1. Iulij* 1615. quæ inter rescriptas per *Farinac. est decis. 751. num. 1. par. 2. to. 2. & altera 159. num. 3. par. 2. tom. 1.* quin, & *Rub.* canonum, & ciuilium legum fauet; *vt lite pendente nihil innouetur*; Imò, & pendente lite coram arbitris; eaquè opposita, tametsi non producto processu, & compromisso ob actoris versutiam illum occultantem, constito de veritate ex Actuarij fide, impediri debeat liquidatio, apparet decisum fuisse ex congestis à *Io. Bapt. Thoro in comp. dec. verbo, Instrumentum, §. 52.*

Contrarium verò vsus recepit, & ex *Frecc. Galter.* affirmat *cit. tract. in p. 3. par. Rub. 1. verb. præsent. instrum. pag. 164. Tartagl. in prax. caus. ciuil. c. 1. num. 22.* & dixerat in simili *Io. de Platea in l. nemo carcerem num. 16. Cod. de exact. lib. 10. q. 1.* quin, ex responso eruditissimi viri *Andreæ Marchesii S. C. Præsidis, Antonius Moccia* firmat, posse illud liquidari, quamuis creditor expeditionem obtinuerit literarum executorialium iuris forma seruata in Iudicio ordinario contra debitorem, *c. 50. num. 11. & 12. in eius sylua cas. forens.* aliaquè ad materiam post *Horatium Persium consil. ciuil. 10. Consil. Carleual de Iudic. lib. 1. tit. 3. discept. 14. n. 5. Donad. de renunciat. cap. 14.* insinuauimus alibi.

121 Quid verò si pendeat Iudicium nullitatis contractus ab ipso debitore deductum, possit ille liquidari, & exequi pro tertijs; in gratiam debitoris calamum arripuit, *Consil. Marcian. memor. cons. 33. vol. 2.* decisionem subnectens, cuius meminit *Præs. Merlin. centur. 2. cap. 42. nu. 8. Grammi. cons. 95. Thor. par. 1. compend. verbo, Instrumentum*, ex hujusmodi enim pendentia litis super allegata nullitate, saltim actio creditorum ita redditur offuscata, & illiquida, vt omninò executioni locus esse non possit, *Bald. in Auth. quæ supplicatio, C. de prec. Imper. offer. n. 5* ibidemq; *Paul. de Castro sub num. 3.* qui sic Florentię obtinuisse, annuit, *Soccin. cons. 78. num. 6. vol. 3. Frecc. p. 9. quæst. 7. num. 22.* concinitquè *D. Reg. Capyc. Latro dec. 120. nu. 20.* Pro Creditore verò, vt haud remoretur via executiua, & tertiarum solutio, decisum tradit *De Franch. dec. 373.* quam insequuntur *Giurb. decis. 100. Guttier. de iuram. confirmator. p. 1. cap. 2. nu. 23. Præs. Merlin. centur. 1. cap. 22. per tot.* quorum sententiam locum haud vendicare diximus, si exceptio à debitore proposita coram Iudice antequam cōtra eum petatur exequutio, contineatur in ipso Instrumento exequendo; vel constet ex ipso, eò namq; casu non licere creditori petere postmodùm illius executionem, sed supersedendum esse, annuunt *Anton. Amat. var. resol. c. 36. to. 1. Flamin. Cartar. dec. Gen. 20. num. 15. Consil. Carleual de Iudic. disp. 14. num. 10. tom. 2.* ea fretus ratione, quia exceptio in instrumento contenta, vel quæ ex eo liquet, non minus est guarentigiata exceptio, quàm actio; nec minus meretur exequutionem, & voluit *Vrsill. ad Afflict. dec. 131. nu. 1.* necnon *Reg. Sanfelic. decis. 151. n. 40. lib. 2. de Grass. except. 13.* & in specie nostri *Rit.* notauit *Caran. num. 57. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. cap. 91. n. 14. P. de Afflict. controu. 30. n. 70.* etiamsi exceptio, quæ ex instrumento insurgit, sit dubij iuris, vt ex *Surd. cons. 188.* ampliat *Reg. Capyc. Latr. consult. 86. n. 31.* vt propterea meritò exceptiones nascentes ex eodem instrumento, quæquè apparent ex chartarum reuolutio-

ne

ne admittuntur aduersus instrumentum, etiam liquidatum, & debitor auditur, non facta integrali solutione pro exequutione Regiæ Pragmaticæ inferiùs indicandæ, eo in vinculis non constituto, nec facto deposito aliquo, & binas decisiones è Collaterali Cõsilio manatas recenset *Reg. Sanfel, dec.299. tom.2.* & conferunt dicta per *Staib. ref. for. 113. n.17. & ref. 186. n.46. tom.2.*

Itidèm, pendentia litis liquidationem remoratur, si processus fuerit instructus, *Reg. Sanfelic. decis. 312. p.2.*
122 subdens, inoleuisse praxim in S. C. de qua antiquiores Consiliarij fidem adstrinxerunt suam, quod quando citatus super tenore instrumenti processum in S.C. compilatum producit, facta relatione per M. C. in S.C. causa liquidationis retinetur in S. C. & vnico actu prohibetur in M. C. interrogationem fieri, vel producto processu compilato Curia pro Tribunali sedente, rescribitur esse expectandum exitum causæ vertentis in S. C. confirmant *D. Consil. Marcian. cons.33. lib. 2. Dom. Regens eius filius disput. 32. Staib. lib.1. ref.42. n.36. Gizz. ad R. Cap. Latr. dec.58. n.7. lib.1. P. de Affl. contr. iur. c.30. nu.70.* comprobantq; *Mastrill. dec.157. n.23. Fontanell. de pact. nupt. to. 2. claus. 7. Glos.2. par.5. num.27. Amat. d. resol. 36. num. 18.* & decisum memorat *Io: Franc. Marotta discept. forens. cap.29. num. 60.* & hoc quamuis non sit præuentum vigore *Reg. Pragm. quæ incip. Malitijs litigantium, de præuent. moder.*
123 Rursùs, quando fuissent dumtaxàt factæ probationes, absq; quod sit facta publicatio, quod idem sit seruandum, nempè viæ exequutiuæ aditum non patere, punctualis in medium affertur doctrina *Soccini senioris in cons.78. n. 4. vol.3.* sustinentis, quod quando est processum ad testium examinationem, & non restat, nisi quod publicetur processus, non dicitur, exceptionem tunc requirere altiorem indaginem, *Bar.* doctrina reuidendi freti *in l. 4. §. condemnatum, ff. de reiudic.*

Adeò quod in causa Anelli Masculi debitoris V. I. D. Antonij de Ponte eiusq; frattum, vigore instrumenti in ducatis tercentũ, dum institisset Anellus nullum declarari contractum, ex quo minor, & fuisset publicatum in causa, non obstante, quod de nullitate per dictos de Ponte fuerit dictum, dum in M. C. V. *Ritus* virtute creditores procedentes, obtinuerint, quod remaneat condemnatus, & reclamasset Anellus in S. C. facto verbo in aula decana, existente Commissario doctissimo, ac integerrimo Domino meo præcipuo *Io. Baptista Iouino*, (in quo viro bona sua omnia, natura, fortunaque, cum Deo ipso cumulasse certatim videntur) causæ nullitatis contractus, decretum manauit è Supremo Senatu, quod causa ibi remaneat coram D. Commiss. nullitatis propositæ per Masculum, practicando memoratam *dec. Sanfel.312.* nedùm facta conclusione in causa, verùm etiã publicatione tantùm peracta.
124 Verùm prædicta locum vendicare, tradunt idem *Reg. Sanfel. num.9.* & alij relati, quando de bono iure petentis nullitatem contractus constat, & ideò solet semper S.C. cognoscere iustitiam causæ, & articuli principalis, dixi, S. C. nam nullò modo M. C. in causis pendentibus in S.C. & propè ad determinationes redactis se ingerere poterit, falcemq; in alienam messem adaptare.

Hinc annis decursis postulatus Ioãnes de Franco, ad respondendum super tenore instrumenti præsentati per Iulium Cæsarem, & fratres de Cesario, asseruit, minimè per partes petitis annuendum esse, produxitq; acta facta in S. C. super iudicio nullitatis dicti instrumenti, super quo iam erant recepti testes, hisq; non obstantibus, M.C. decreuit, quod pęna ponatur in libro inferni, ab eiusmodi decreto appellauit Ioannes, & obtinuit verbum fieri in S. C. in aula Domini Consiliarij Pauli Staibani Commissarij Iudicij nullitatis, & facta relatione per *Dom. Iuditem D. Stephanum Padilla*, virũ litteris, & vir-

tute

tute cōspicuū, quamuis Domini de S.C. fuissent in paritate votorum, attamen datis pro adiunctis Dominis Consil. Hortēsio Pepi, Ascanio Ractano, & D. Thoma Carauita, fuit paritas dirempta in beneficium Creditorum, de mense Decemb. *1661.* in banca Actuarij Breazzani. Olfecit enim S.C. iustitiam causæ, & quod aliàs per S.C. non obstantibus probationibus, & publicatione, sub die *23.* Octobris *1658.* fuerat prouisum, quod dictus Ioannes solueret tertias, visis eius supplicationibus, & signantèr supplicatione præsentata, fol. *97.* in qua in specie debitor id opposuit.

125 Sed nè valeant Iudices potissimùm Consiliarij, coram quibus Iudicium est deductum, inhibere M. C. V. nè ad instrumenti liquidationem procedat, etiam prætextu causæ introductæ in S. C. antè quoq; citationem super tenore, generaliter disposuit *prag.8.de instrum. liquidat.* Verùm pluribus in casibus licere S. C. in causis liquidationum inhibere, non minus nouitèr, quam veracitèr, ostendit *P. de Afflict. in addit. supplem.ad cap.30.n.65. controu.iur.resol.pag.9.* communitèr proptereà praxis in S. C. recepta inoleuit, vt inhibitiones dirigantur, vel Actuarijs contumaciarum M. C. V. vel ipsis creditoribus, nè procedant sub pœna ad liquidationem, quod seruatum reperi in causa Fabij Caua, cum Annibale Pacini, *referente Dom. Consiliario Io.Baptist. Ieuino*, quod scitum memorat *P.de Affl. contron. 30. num. 69.* & in causa Principis Mineruini ad relationem Dom. Consil. Gamboa, de mense Maij *1656.* in processu creditorum Marchionis Lauelli, in banca Scacciauenti. Et iterum de mense Aprelis *1661.* in causa Marchionis Aluignani, cum D. Iosepho Filigerio, in banca Liti. Cuiusmodi praxis ea quippè est ratio, nam dispositio memoratæ *pragm.* vti penalis, & iuris communis correctoria non extenditur de persona ad personam, nec de casu ad casum, tametsi eadem, vel maior sit ratio, *l.si verò,§.de viro,ff.solut. matrim. Gl. in clem. 2. verbo, Eisdem,de ætat.& qualit. Aret. in cap. per tuas num. 18. de probat. Nouar.* latè *qq.forens.p.1.q. 160.* & proptereà cum loquatur de inhibitorijs fieri consuetis respectu Tribunalis M.C.in eo tantùm casu expresso seruari debet, non in cæteris, potissimùm quando ius debitori in exceptione assistit.

126 Tandèm sunt alij casus, in quibus licebit alicui præsentare instrumentum tametsi ipse minimè sit creditor. Præsertim Notarius, qui instrumentum celebrauit, quin, & ad id compellitur, & fieri vidimus in hac Ciuitate Neapolis, cum creditoris, non tamen de facie ad faciem, filij institerunt, vt Notarius liquidaret, eoque renuente Aduocatus fisci mandauit illum carceribus mācipari, nisi præsentaret; eo, quod agebatur de fisci præiudicio propter pœnam: ille igitur produxit instrumentum, atque admissus in Magna Curia ad liquidandum, & re vera liquidauit, opitulaturque *Vrsill. ad Affl. dec.64. num.6. & Galterius in mox adducen-*

127 *do loco n.*14. Procurator etiā, cui fuit promissa solutio id efficere quibit, vt probat *Affl.in const.Reg. & qui scientèr quæst.9.num.*15.sequiturquè *Vrsil. eadem dec.64.*comprobatque *à num. 2.* necnon *Galterius 1.par.2. par. rub.2. num.10. Reg. de Marinis resol. 187. à num.2.*ac *Cons. Rocc.respon.90. num.1. lib. 1. Thor. vot.84. num.187. par.1.* quo casu non licebit soli domino illud liquidare, *Franc.Anton.de Iudic.de liquid.instrum.consid.3. num.3. Reg.de Marin. add. loco num.6. & 10.* quidquid aliter dicat *Borrell.cons.75.n.12.*

128 Sed notarius, vel procurator adiectus ne solutioni, an correus credendi insolidum dicatur, in dubium vertitur, nam primo casu nullam habebunt actionē, nec ius liqnidandi, sed tantùm solutionem recipere valebunt, *l.sed & si fillo 7.§.1.ff.de constit.pecun. l.eum qui ita 56. §.qui sibi, aut filio l.vlt. §.fin. ff. de verb.*

ne admittuntur aduersus instrumentum, etiam liquidatum, & debitor auditur, non facta integrali solutione pro exequutione Regiæ Pragmaticæ inferiùs indicandæ, eo in vinculis non constituto, nec facto deposito aliquo, & binas decisiones è Collaterali Cõsilio manatas recenset *Reg. Sanfel. dec. 299. tom. 2.* & conferunt dicta per *Staib. ref. for. 113. n. 17. & ref. 186. n. 46. cent. 2.*

Iidèm, pendentia litis liquidationem remoratur, si processus fuerit instructus, *Reg. Sanfelic. decis. 312. p. 2.*

122 subdens, inoleuisse praxim in S. C. de qua antiquiores Consiliarij fidem adstrinxerunt suam, quod quando citatus super tenore instrumenti processum in S. C. compilatum producit, facta relatione per M. C. in S. C. causa liquidationis retinetur in S. C. & vnico actu prohibetur in M. C. interrogationem fieri, vel producto processu compilato Curia pro Tribunali sedente, rescribitur, esse expectandum exitum causæ vertentis in S. C. confirmant *D. Consil. Marcian. cons. 33. lib. 2. Dom. Regens eius filius disput. 32. Staib. lib. 1. ref. 42. n. 36. Gizz. ad R. Cap. Latr. dec. 58. n. 7. lib. 1. P. de Affl. contr. iur. c. 30. nu. 70.* comprobantq; *Mastrill. dec. 157. n. 23. Fontanell. de pact. nupt. to. 2. claus. 7. Glos. 2. par. 5. num. 27. Amat. d. resol. 36. num. 18.* & decisum memorat *Io: Franc. Marotta discept. forens. cap. 29. num. 60.* & hoc quamuis non sit præuentum vigore *Reg. Pragm. qua incip. Malitijs litigantium, de preuent. moder.*

123 Rursùs, quando fuissent dumtaxàt factæ probationes, absq; quod sit facta publicatio, quod idem sit seruandum, nempè viæ exequutiuæ aditum non patere, punctualis in medium, affertur doctrina *Soccini senioris in cons. 78. n. 4. vol. 3.* sustinentis, quod quando est processum ad testium examinationem, & non restat, nisi quod publicetur processus, non dicitur, exceptionem tunc requirere altiorem indaginem, *Bar.* doctrina, reuidendi freti *in l. 4. §. condemnatum, ff. de reiudic.*

Adeò quod in causa Anelli Masculi debitoris V. I. D. Antonij de Ponte eiusq; fratrum, vigore instrumenti in ducatis tercentũ, dum instetisset Anellus nullum declarari contractum, ex quo minor, & fuisset publicatum in causa, non obstante, quod de nullitate per dictos de Ponte fuerit dictum, dum in M. C. V. *Ritus* virtute creditores procedentes, obtinuerint, quod remaneat condemnatus, & reclamasset Anellus in S. C. facto verbo in aula decana, existente Commissario doctissimo, ac integerrimo Domino meo præcipuo *Io: Baptista Ionino*, (in quo viro bona sua omnia, natura, fortunaquè, cum Deo ipso cumulasse certatim videntur) causæ nullitatis contractus; decretum manauit è Supremo Senatu, quod causa ibi remaneat coram D. Commiss. nullitatis propositæ per Masculum, practicando memoratam *dec. Sanfel. 312.* nedùm facta conclusione in causa, verùm etiã publicatione tantùm peracta.

124 Verùm prædicta locum vendicare; tradunt idem *Reg. Sanfel. num. 9.* & alij relati, quando de bono iure petentis nullitatem contractus constat, & ideò solet semper S. C. cognoscere iustitiam causæ, & articuli principalis, dixi, S. C. nam nullo modo M. C. in causis pendentibus in S. C. & propè ad determinationes redactis se ingerere poterit, falcemq; in alienam messem adaptare.

Hinc annis decursis postulatus Ioãnes de Franco, ad respondendum super tenore instrumenti præsentati per Iulium Cæsarem, & fratres de Cesario, asseruit, minimè per partes petitis annuendum esse, produxitq; acta facta in S. C. super iudicio nullitatis dicti instrumenti, super quo iam erant recepti testes, hisq; non obstantibus, M. C. decreuit, quod pęna ponatur in libro inferni, ab eiusmodi decreto appellauit Ioannes, & obtinuit verbum fieri in S. C. in aula Domini Consiliarij Pauli Staibani Commissarij Iudicij nullitatis, & facta relatione per *Dom. Iudicem D. Stephanum Padilla*, virũ litteris, & vir-

tute

tate cõſpicuũ, quãmuis Domini de S.C. fuiſſent in paritate votorum, attamen datis pro adiunctis Dominis Conſil. Hortẽſio Pepi, Aſcanio Raetano, & D. Thoma Carauita, fuit paritas derempta in beneficium Creditorum, de menſe Decemb. *1661.* in banca Actuarij Breazzani. Olfecit enim S.C. iuſtitiam cauſæ, & quod aliàs per S. C. non obſtantibus probationibus, & publicatione, ſub die 23. Octobris 1658. fuerat prouiſum, quod dictus Ioannes ſolueret tertias, viſis eius ſupplicationibus, & ſignantèr ſupplicatione præſentata, fol. 97. in qua in ſpecie debitor id oppoſuit.

125 Sed nè valeant Iudices potiſſimùm Conſiliarij, coram quibus Iudicium eſt deductum, inhibere M. C. V. nè ad inſtrumenti liquidationem procedat, etiam prætextu cauſæ introductæ in S. C, antè quoq; citationem ſuper tenore, generaliter diſpoſuit *prag. 8. de inſtrum. liquidat.* Verùm pluribus in caſibus licere S. C. in cauſis liquidationum inhibere, non minus nouitèr, quam veracitèr, oſtendit *P. de Afflict. in addit. ſupplem. ad cap. 30. n. 65. contron. iur. reſol. pag. 9.* communitèr proptereà praxis in S. C. recepta inoleuit, vt inhibitiones dirigantur, vel Actuarijs contumaciarum M. C. V. vel ipſis creditoribus, nè procedant ſub pœna ad liquidationem, quod ſeruatum reperi in cauſa Fabij Caua, cum Annibale Pacini, *referente Dom. Conſiliario Io. Baptiſt. Leuino*, quod ſcitum memorat *P. de Affl. contron. 30. num. 69.* & in cauſa Principis Mineruini ad relationem Dom. Conſil. Gamboa, de menſe Maij *1656.* in proceſſu creditorum Marchionis Lauelli, in banca Scacciauenti. Et iterum de menſe Aprelis *1661.* in cauſa Marchionis Aluignani, cum D. Ioſepho Filigerio, in banca Litti. Cuiuſmodi praxis ea quippè eſt ratio, nam diſpoſitio memoratæ *pragm.* vti pœnalis, & iuris communis correctoria non extenditur de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, tametſi eadem, vel maior ſit ratio, *l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matrim. Gl. in clem. 2. verbo, Eiſdem, de atat. & qualit. Aret. in cap. per tuas num. 18. de probat. Nouar.* latè *qq. forenſ. p. 1. q. 160.* & proptereà cum loquatur de inhibitorijs fieri conſuetis reſpectu Tribunalis M.C. in eo tantùm caſu expreſſo ſeruari debet, non in cæteris, potiſſimùm quando ius debitori in exceptione aſſiſtit.

126 Tandèm ſunt alij caſus, in quibus licebit alicui præſentare inſtrumentum tametſi ipſe minimè ſit creditor. Præſertim Notarius, qui inſtrumentum celebrauit, quin, & ad id compellitur, & fieri vidimus in hac Ciuitate Neapolis, cum creditoris, non tamen de facie ad faciem, filij inſtiterunt, vt Notarius liquidaret, eoque renuente Aduocatus fiſci mandauit illum carceribus mãcipari, niſi præſentaret; eo, quod agebatur de fiſci præiudicio propter pœnam: ille igitur produxit inſtrumentum, atque admiſſus in Magna Curia ad liquidandum, & re vera liquidauit, opitulaturque *Vrſill. ad Affl. dec. 64. num. 6. & Galterius in mox adducen-*

127 *do loco n. 14.* Procurator etiã, cui fuit promiſſa ſolutio id efficere quibit, vt probat *Affl. in conſt. Reg. & qui ſcientèr quaſt. 9. num. 15.* ſequiturquè *Vrſil. eadem dec. 64.* comprobatque *à num 2.* necnon *Galterius 1. par. 2. par. rub. 2. num. 10. Reg. de Marinis reſol. 187. à num. 2.* ac *Conſ. Rocc. reſpon. 90. num. 1. lib. 1. Thor. vot. 84. num. 187. par. 1.* quo caſu non licebit ſoli domino illud liquidare, *Franc. Anton. de Iudic. de liquid. inſtrum. conſid. 3. num. 3. Reg. de Marin. add. loco num. 6. & 10.* quidquid aliter dicat *Borrell. conſ. 75. n. 12.*

128 Sed notarius, vel procurator adiectus ne ſolutioni, an correus credendi inſolidum dicatur, in dubium vertitur, nam primo caſu nullam habebunt actionẽ, nec ius liqnidandi, ſed tantùm ſolutionem recipere valebunt, *l. ſed & ſi filio 7. §. 1. ff. de conſtit. pecun. l. eum qui ita 56. §. qui ſibi, aut filio l. vlt. §. fin. ff. de verb.*

verb.obligat.l.quod stipulatus 10. *ff.de solution.Stracc.in tract. de adiecto par.* 1.*num.*45. *D. Ioseph de Ninno de alba-*
129 *ran.mercat.*§.8.minusq;eius hæredibus licebit, quibus nec rectè solui potest,*l.cum quis sibi, aut Titio* 55. *ff. de verbor.obligat.l.si stipulatus sum mihi, aut Sticcho* 9.*ff. de solution. Negusant. de pignor.membr.*2.5.*par.nu.*23. *Surd. decis.*229.*num.*27. *Gratian.discept.forens.cap.*49.*num.*9. *Ricc.collect.* 3434. *p.*8.*& collect.*2090.*par.*7.*R.Capyc.Lat. dec.*8.*num.*6. nouitèr *Virgil. Mutin.in tract. de legit. person. cap.*27. *num.*1. Dubio respondet *R.Rouit.dec.*26.affirmans, correum credendi, & stipulandi esse,& proindè posse agere, eorumque hæredes liquidare,adiectus enim constituitur ex dictionibus alternatiuis,& disiunctiuis, vel, Aut, copulatiuæ verò,& cōiunctiuæ, Et,etiam,& insolidum,illi actionem æqualem tribuunt, reumque credendi constituunt,confirmatque *decisio Genuæ, Flam. Chartar.* 228. qua in hæredum fauorem decisum fuit illius,cui solutio pecuniæ promissa fuit, quæ ad alium spectabat , & *Magon. dec.Lucens.*34. & *additio* ibidem tradit, iura in contrarium procedere in simplici solutioni adiecto, non verò, si sibi adiectus in chirographo fuerit stipulatus. Sed aduersus prædicta vrgent,non esse considerandas dictiones,Et,vel Aut,nec contractus verba, sed qualitatem,ipsiusque effectum, *Bal. in rubr.C.de iur.emphit. num.*12. *Reg. Rouit. dec.*21. *num.*10. *Roman.in eius* solemni *cons.* 509. quem laudat *Gratian.discept. forens. cap.*657. *num.*13. Vt igitur dignoscatur,si solutioni adiectus, vel Reus credendi dicatur, non verba, vel dictiones sunt inspicienda, sed qualitas, & effectus, ad quem verè, & realiter negotium, promissio, ac obligatio pertineat, si enim vni principaliter , & alteri ex consequentia , siuè accessoriè aliquid debetur, correi credendi , siuè stipulandi non dicuntur, *Bart. in l.fin.num.*7. *in fin. ff. de duob. reis, & in auth. hoc ita num.* 20. *C. de duob. reis*, vndè *Ronchegall. in tract. de duob.reis in l.reos promittendi,*§.*cum tabulis, num.*79. *&* 80. hæc profert verba , *quod tantùm valet dictio , Et, quantùm dictio,aut,si res tota diligenter perpendatur* , quin *DD. à Rouit.* memorati loquuntur in dubio, quando non constat, ad quem negotium principaliter pertineat , nam tunc recurrendum est ad dictiones copulatiuas , vel disiunctiuas , secus quando apertissimè constat contrarium , notorium enim præsumptionis cedit notorio probationis , *Gratian. tom.* 4. *discept. forens.add.c.*657. *n.*36. & titulus præsumptus titulo vero, *Seraphin. decis.* 1498. *num.* 18. collimatq; *Ronchegall.* effato *Bartol.* dictum *in l.* 2. *ff.de duob. reis,num.*3. *in fin.* quod vno stipulante sibi , & alteri, semper ille alter vti adiectus habeatur, in qua *l. Bart.* loquitur per copulatiuam,Et,*Card.Tusc. to.*1.*conclus.*167. *num.*3. *lit.A.* præconizat,adiectum solutioni illum, qui ad stipulandum admittitur , insequitur *Laurent. Vrsell. tom.* 1. *conclus. legal. conclus.* 49. *num.*3. *Virgil. Mutin.cit. tract. cap.*26. *num.*1. vt propterea facta promissione principali absenti , & procuratori præsenti, cum clausula insolidum, non valeat dumtaxàt procurator vti adiectus solutioni liquidare, in specie firmat *Franc. Anton.de Indice Robert. in eius practic. liquidat.consid.* 3. *num.*6. imò quod non liceat illi, qui non stipulatus fuit ad sui commoditatem , sed domini, *Galterius* voluit *par.* 1. 2.*par. verbo, Et eius nomine agat, num.*15.*versic. item limita,pag. mihi* 75. & decisum memorat *Thor.in supplem. compend.pag.*369.*col.*1. *verbo, Liquidari*,maximè si Notarius,vel procurator non fuerint stipulati pro eorum hæredibus, nàm nullo modo hæredes præsentare quibunt, mentio enim hæredum in contractu non est necessaria, in Iudicio tamen ciuili,*l.si pactum,ff.de probat. l.veteres* , *C.de contrahend. & committend. stipulat.* Secùs in criminali,quale est illud liquidationis, in quo ne-

neque hæres creditoris in instrumento non mentionatus admittitur, proùt probat, & decisum tradit *Capyc.dec.75*: tametsi *Rouit.add.decis.26. nu.8.* contrarium affirmet, *Capyc.decis.* immemor, fretus dumtaxat, *Rebuff.* & aliorum authoritate, qui sermocinātur in exercitio pacti exequutiui, non quod possit criminalitèr agi, *Capyc.* insequuntur *Carauit.in rit.182.num.7.& 8.de iudic.Robert.consid.3.n.3. Anton.Gabriel tract. commun. conclus.tit.de iur.iuran. concl. 6.num.7.amplias.3.versic.tenendo primam opinionem*, potissimùm, in hærede adiecti, cui nec facultas exigendi impartitur, hoc tradit ex *l. stipulatus 81. ff.de solut. Laurent.Vrsell. add.conclus. 49.num. 32.* ea quippè ratione, nàm confidentia, quæ ex quadam animi affectione prouenit, ad hæredes, etiam adiecti filios, minimè est transitoria, ex *Franc.Marc.dec 404.num.4.*

130 Quin affirmabam ipse, inbubiè locum prædicta vendicare in notario, qui etsi fuerit correus credendi iuxtà *Rouiti* effatum, adhuc instrumentum euidenti nullitate pollet, vti ab ipso notario confectum in sui ipsiusmet beneficium, & vtilitatem, *Decius in l.qui iurisdictioni 10.num.3.ff.de iurisd. omn. iudic.Apicell.alleg.16.num. 10.* fortiùs in facti themate nobis proposito, quia citatio in vim pacti adiecti in instrumento fuit facta in Curia eiusdem notarij, ad cuius instantiam fuit expedita citatio super tenore instrumenti, nam cum actio, & passio in eodem subiecto concurrere non possint, *Bald. in l si vxor, C de bon.aut. Iudic. possid. Gratian.discept.forens.tom.2. cap. 203. num. 1.* minimè sustinetur citatio facta in Curia notarij, expedita ipso instante, ad instar actus liquidationis coràm officiali creditore, qui est nullus, vt probat *Reg. Rouit.* explicando *Parid. de Puteo, de instrum. liquidat.* Verùm non esse recedendum à traditis per *R.Rouit.add.dec.26.* rerum iudicatarum authoritate munitis, credimus, quæ confirmant latè *Dom.Prat. pract. obseruation.lib. 1.obseruation.63.Gizz. ad Capyc.Latro dec.115. num.6. lib.1.*

131 Neque magni faciāt alij decisiones, quas in contrarium adesse astruunt, proptereà quòd hoc oppositum non fuit, neque discussum, & proindè non decisum, *Io.Petr.Mangrell.in alleg.26. num. 1.* rescripta inter *decisiones Salernit.fol.mihi 120.Ann.in alleg.102. num.2. D.Præs.Merlin.tom.1. controu. foren.cap.26. num 18.* & ex *Bald. Salyc.Camill.de Medic.R.Galeot.& alijs*, probat *D.Consil. Staiban. resol.forens. cap.35. num.22. & 23.* Imò millies experti sumus latas sententias in Neapolitanis Tribunalibus, & nusquam innixis suppositis partium; Imò, & quādoq; illorum nulla habita consideratione ab eisdem Iudicantibus; Quin dubia sigillatim proponi, & decidi minimè consueuerint, vt in *Rota Romana* contingit, vt propterea dubij propositi apud *Thor.* & alios, quæ magis sententia Iudicibus arriserit, colligi nequeat; potissimùm, quod eodem in processu plura solent consistere capita, & sententia ex eis prodeat, nullo expresso capite, nullaquè addita causa, sed condemnationem dumtaxàt, vel absolutionem conueuti continentem; quis enim diceret decreta ab eisdem *DD.* relata, quam ob causam fuerint lata, nisi, & processus tenorem summatim rescripserit? Quamobrèm perquirere plerumq; curauimus processus aliquos, in quorum causis sententias aliquos auctores recensent pro decisione alicuius dubij, nam aliquando, non modo ex illis eorum prætensio deduci non potest, verum contrarium colligi debuerit: ex multis siquidem coaceruatis capitibus, & causis, audax est, atq; temerarius valdè, qui genericam enatam sententiam, nullumquè exprimentē caput, aut causam indubiè dijudicare velit prolatam à Iudicibus fuisse, quia eius opinionis fuerunt in aliquo dubio, seù capite, quod in causa emerserit, vt aduersus *Thor.* inuehit *D. Præs. Merlin. controu. forens. cap. 69.*

sub num. 10. & probè obseruat *Dom. Reg. Capyc.Latr. decis.*91.*num.* 13. *lib.* 1. verùm se tuetur idem *Thor.in præfat. ad lectores in par. 3. compend. decis. Regni sect.* 2. & de Aduocatis qui multotiès insistunt super iuris articulo, quando Iudices per alia media determinant, meminit *Reg. Rouit. cons.*98. *sub num.*22. *lib.*1. *& decis.* 12. *Consil. Prouenz. ad Consuet. Neap. obseru.*27. *sub num.* 12. *Francisc. Maria Prat. ad Pasch.de patr. potest. par.*2. *cap.*9.*vers. Suimet quoque*.

132 Sed subsistant nè pacta, quod debitor citetur in Notarij Curia, qui instrumentum confecit, extricant *Pereyra dec.* 34. *Reg. Rouit. in rub. de instrum. liquid. sub n.*7.& affirmatiuè resoluunt, sed illa perniciosissima esse Reipublicę, & non permittenda, vtpotè quę possunt integras euertere domus, & iustitiæ detrimentum afferre, lepidè, ac sanctè exclamat, pericula recensens, *Anichin. de præuent. instrum.cap.*2. *dub.*2.*à nu.* 90. *pag.*195. quod si contingat Notarium mori, citationem in eius Curia factam, nullitati subiacere, decisum scribit *Thor.par.*1.*compend.dec.verbo, Liquidatio instrumenti*, & meminit *voto* 84.*num.*172.

133 Hinc Tabellio non possit in facto proprio instrumentum conficere, scripsit *Bar.in l.si consul, num.*4.*ff.de adopt.* necnon *Bal. in l.Iudices, in fin.ff.de fide instrum.* nec tutelam adscribere sibi quibit, *Bar.in l.ex sententia, n.*4. *ff.de testam.* quin, nec filio Notario licebit instrumentum de contractu patris, & è contrà, *Specul.in tit.de instrum.edition. §. Instrumentum, n.*9. *vers. Idem quid si filius, Bal. de Perus. in tract. de Tabel. num.* 76. *Io. Baptist. de Barbobus Cremensis in tract.de filijs famil.quæst. integra* 46. quod si partim rem suam, partim alienam contineat, sustinetur, quo ad alienam, teste eodem *de Barbobus num.* 11. ex *Bar. in l.filius, §.sequens quæstio, num.*1. *ad l. Cornel. de falso.*

134 Liquidationis denegat potestatem *Galter.*1.*par.*2.*par.rub.* 1. *num.*32.in principali creditore, qui postmodùm declarauit se habere tantùm nudum nomen, & pecuniam pertinere ad alterum, quia non liquidabit, & repelli potest, exceptione, quod sua nō interest, fretus *text. in l.si pupilli, §. videamus, ff.de negot.gest.* quodq; restringit *Moccia cap.*42. *n.*12. si talis declaratio non tantùm fuerit facta ex post facto, sed originem trahat ex lectura principalis instrumenti, vt si creditor ille non fuerit pro se simplicitèr stipulatus, sed dixerit in eodem instrumento, illam recipere pro persona nominanda, nam illa nominata, etsi nequeat liquidare, non prohibetur nominans, qui pro persona nominanda contraxit illud præsentare.

135 Cessionarius verò necnè possit tangit idem *Afflict. num.* 16. idemq; *Vrsill.* latiùsq; extricat, & negat *de Franchis decis.*353.*num.*1. *Consil. Arias de Mesa var. resol.lib.* 1. *cap.* 21. *sub n.*1. Sed cedens, qui retinuit sibi ius liquidandi, in beneficium cessionarij, non est dubium, quin possit: controuertitur tamen, cum simplicitèr cessit, & tale ius haud sibi reseruauit, & cum casus accidisset, pendebat adhùc decisio facienda iunctis aulis, tempore *Thori*, ipso teste, *par.*1. *verbo, Instrumentum, §.* 53. *in prima impressione*, qui deindè iudicatum affirmatiuè memorat *voto* 84. *num.*191. *par.*1.

136 Verùm, si vterq; interueniat, cedens, scilicet, & cessionarius, liquidationem fieri admittit vsus, *Vrsill. ead. dec.* 64. *num.* 8. *Scaglion. rit.*163. *num.*2.*Viu. opin.commun.*826. *num.*11.*par.*2. *Reg. Sanfelic.decis.*213. *num.* 7. *par.*2.*Marant.disp.*6.*num.*5. *& in l.si actor, nu.* 22.*ff.de procur. Foller.in prax. censual. vers.tanquam rei iudic.null.prou.n.* 52. *Ricc. collect.* 152. *Galter. in prax. instrum.par.* 1. 2. *par. rub.* 1. *num.* 31. *R.Rouit.in memor.rubr. de instr.liquid. num.*10.*Tartagl. in prax.ciuil.cap.* 1. *num.*34. *Consil. Recc. respons.*79. *nu.* 2. *Thoro voto* 19. *num.*6. *voto* 48. *n.*26. *voto* 94. *num.* 191. *& par.*1.*compend. verb.*

verbo , *Cedens. àn possit* . *Dominus Regens de Marinis ad Reg. Reuers. decis.* 290. *sub num.* 1. quicquid dicant, cessionarium solùm liquidare posse , *Cauens. rit.* 286. *num.* 2. *Scaglion. rit.* 163. *num.* 21. *Caran. rit.* 186. *Iacob. de Carolis in suo Panone gemmato* , *colore* 12. *num.* 2. quos laudat *Thor. par.* 3. *compend. decis. verbo, Cedens vel Cessionarius circa medium* . Quo quippè casu ad id cogendus venit cedens, *Moccia cap.* 10. *num.* 2. dummodò in cessionis documento ex speciali pacto cessionario promittatur à cedente, ad omnem ipsius instantiam illud præsentare, idem admonet *Rocc. respons. add.* 79. *num.* 4. *post memoratos Auctores* . Itidèm, si cessionarius ipsi cedenti cessum retrocedat nomen, ille solus retrocessionarius hoc facere quibit, *Bologn. in l.* 1. *num.* 59. *ff. si certum pet.* & alij aduertunt, quos *Dom. Consil. Rocc. mòx citat.* memorat *sub num.* 5. Sed electio Curiæ , in qua facienda sit liquidatio

137 ad cedentem nè? vel cessionariū spectet, si in instrumento peculiari pacto sit conuentum, vt illa fieri possit in omni Curia, loco, & foro, vt creditori meliùs videbitur , & placuerit, inquirit *Mocc. add. loco num.* 10.

138 Verùm , quod ius exequutiuum competens cedenti in cessionarium regularitèr transeat, valeatq; iste agere eodem modo , vt ille, adnotant *Manson. de caus. exequut. ampl.* 21. *num.* 3. *Graff. de except. in prælud. num.* 182. *Coler. de process. infor. par.* 2. *cap.* 2. *nu.* 31. *&* 33. *Consil. Rocc. respons.* 15. *to.* 2. sermocinans in giratario apocæ banci, Quando verò cessionario opponi possit compensatio de eo , quod cedens debitori cesso debebat, distinguit *Gratian. discept. for. to.* 2. *c.* 356. quem insequitur *Moccia c.* 54. & pertractant articulum *Affl. dec.* 163. *n.* 5. *Thesaur. dec.* 22. Cessionarius in creditorum concursu, àn graduandus sit in loco cedentis, etiam super bonis feudalibus, nullo super cessione impetrato regio assentor, inquirunt *Reg. Reuer. dec.* 9. *& Reg. de Marin. lib.* 2. *resol. cap.* 61. & quod cessio probari nequeat per testes , sed duntaxàt scriptura, subtilis *Faber* admonet *lib.* 4. *tit.* 29. *defin.* 13, *Cod.* quem sequitur *Dom. Consil. Staiban. resol.* 97. *num.* 21. *Schifordeger lib.* 3. *tract.* 73. *q.* 20. *vers. quæstionis est. Alfar. de offic. fiscal. Glos.* 4. *num.* 4. *Roder. Suar. in l. post rem indicatam. q.* 3. Sequia supra visum est , *num.* 7. nisi quinque testes rogati illam probēt, subnectit *Consil. Arias de Mesa var. resol. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 9. *&* 10. & de mandato ad exigendum , quod non possit probari per testes , loquuntur *Bal. in l. falsus, col. pen. q.* 4. *in fin. num.* 27. *C. de procur. Alex. in l.* 1. *in fin. num.* 16. & ibi *Iason Cod. eod. Cremens sing.* 139. *Muscard. conclus.* 1013. *num.* 2. *to.* 2. *Gratian. discept. for. cap.* 505. *nu.* 41. *to.* 3. *& discept.* 327. *num.* 1. *tom.* 2. *Ceuall. comm. opin. q.* 400. *num.* 9. *Cancer. lib.* 2. *var. c.* 14. *n.* 192. *Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 16. *Vrsil. ad Affl. dec.* 419. *n.* 9. *& dec.* 398. *n.* 4. & quod debitor cogi non possit soluere mandatum per testes probanti, scripsere *Golin. de procur. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 126. *Vela* 2. *to. differt.* 38. *num.* 46. *& in cap. fin. de procur. lib.* 6. *p. vlt. num.* 44.

139 Cæterùm , de cessione iurium , & actionum lepidum tractatum , edidit *Doctor Alphonsus de Olea* primarius Iuris Pontificij antecessor. in celebri Vallisoleti Academia , & in eiusdem Ciuitatis Regia Cancellaria celeberrimus causarum patronus, in quo totam materiam explicat, sub his titulis , *De modo, & titulo cessionis, & actionis; De eo, qui actioni cedere potest; De actionibus , & iuribus , quæ cedi possunt ; De transactione actionis de vna in aliam personam, absque cessione; De coacta cessione iurium, & actionum; De actionibus, & iuribus cessionarij, & exceptionibus, quibus repellitur; De mutua obligatione inter cedentem, & cessionarium; De nullitate, & reuocabilitate cessionis iurium.* Et cum casus acciderit, Lector illum relegat; Nos tantum meminimus al-

alterius decisionis, in quæstione illa in supremis huius Regni prætorijs examinata, discussa, & decisa, nempè an
140 creditor, qui prævia cessione iuris luendi reemit annuos introitus eius iurium cessione ad sui beneficium fortiatur cedentis, & retrouendentis locum, nedùm pro sorte, sed pro tertijs decursis, quasi videantur istæ debitæ ex primo venditionis, non ex secundo contractu; partes creditoris reementis tutatus olim fuit celeberrimus ille Aduocatus Fabritius Brancacius, qui pro voto, ad fauorem Ioannis Baptistæ Piscicelli sententiam reportauit, teste *Dom. Reg. Reuerter. decis. 39. par. 7. in manuscript.* & inter recollectas à *D. Reg. de Marinis* est 580. & pro Regio tunc Consiliario, postmodùm dignissimo S.C. Præside Andrea Marchesio, & D. Anna coniuge, S.C. iudicauit, vt legitur apud *Reg. Capyc Latr. decis. 16. tom. 1.* & super eodem articulo ortæ annis retro decursis controuersia inter montem triginta familiarum, & Ill. Marchionem Rotundorum, cæterosq; creditores posteriores Ill. Principis Auetranæ, pro Monte reemente calamum arripuit, tunc Aduocatus famigeratus, nūc dignissimus Cons. & Præs. R. C. Ascaneus Raetanus, qui magno legū rationum, & authoritatū præsidio præfatas *Fabritij* allegationes, & *Reuer. ac Capyc. Latr. decis.* obuallauit, tandemquè palmam reportauit, *referente Dom. Consil. Carolo Brancaccio* sub die 26. Nouembris 1648. cum adiunctis, fuitq; decisum, eandem anterioritatem competere pro sorte, quam pro tertijs, in banca Solatij, cuius decisionis absq; die memor est *Carol. Anton. Mocc. cap. 73. num. 12. in eius sylua*, quamquè aleam sustinet *Consil. Staib. resol. 81. lib. 1.* pro cæteris verò creditoribus lepidissimum edidit responsum legum coryphæus D. Didacus Moles, tūnc inter Aduocatos Princeps, deindè Fisci Patronus, Regius Consiliarius, & ad præsens Præses Reg. Cam. Summariæ, insequendo contrarias emanatas decisiones relatas à *Thor. par. 2. compend. decis. verbo, Cessionarius iuris luendi*, & eas quæ contra Brancacium, & *Capyc. Latr.* adduxerunt *Montan. in controu. 35. & Consil. Carleual to. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 35. num. 36.* quod responsum rescripsit idem *Moles cap. 16.* & reuidendi sunt *Theod. alleg. 7. & alleg. 54. Thor. par. 2. verbo, Creditor, qui pecuniam; Reg. Galeot. lib. 1. controu. cap. 21. à num. 24. & cap. 56. num. 32. Anton. de Amat. var. resol. lib. 1. cap. 7. num. 39. Carleual de Iudic. to. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 35. n. 35. R. de Marin. quotid. res. lib. 1. c. 76. & lib. 2. c. 166.* & cessionarius primus, an secundus sit præferendus, vel omnes simul concurrere debent, si creditor alicuius hodiè parte vni cedat, & cras alteri, *Reg. de Ponte decis. 34. à num. 33. Felician. de solu. de censib. tit. 2. lib. 3. cap. 5. Carleual. de Iudic. tom. 2. lib. 1. disp. 35. tit. 3.*

Nec silentio inuoluimus, quod ce-
141 dens nomen debitoris, cum promissione exigibilitatis amplissima, non potest conueniri à cessionario, nisi quatenus factis per eundem cessionarium diligentijs in exigendo à debitore cesso, non potuerit consequi satisfactionem, vt latissimè fundat doctissimus *Dom. Consil. Hodierna controu. lib. 1. cap. 27. per totum*. Et licet in eadem caussa, in qua scripsit idem *Dom. Consil. Hodierna* contrarium demonstrare conatus fuerit quidam Auctor ex modernioribus, contendens, quod cedens debeat procurare solutionem in pecunia numerata, nihilominùs pro sententia eiusdem Dom. Consil. Hodierna fuit nouissimè decisum per S. R. C. iunctis Aulis, in causa Ill. Principis Castillanetæ, cum patrimonio Ill. Principis Conchæ, ad *relationem Consiliarij Iouini*, in banca de Amico, de mense Maij 1661. Accedat, quod cessionarius debet facere diligentias, etiam stante pacto, quod delegans, vel cedens non intelligeretur liberatus, nisi cessionarius consequutus fuerit satisfactionem

à de-

à debitore cessio, *Ruinconf.45. n.4. & 5. Bertazzoli in tract. de clauf. instrument. clauf.33. glos.18. nu.3. Cyriac. controu. 214. num.38. Tondut. qq. ciuil. par.2. cap.198. num.10.*

142 Itidem creditor, qui mediante sententia fuit nomen debitoris adiudicatum, vnà cum creditore, vel illius herede, in faciem cuius fuit iuratum instrumentum, validè interrogat debitorem super tenore instrumenti, *R. Sanfelici dec.213. tom.2.*

143 Vsufructuarius verò an possit liquidare instrumentum, affirmatiuè, vt possit agere vigore pacti exequutiui, scripsit *Mastrill. decis.146. num.29.* quod in præsentatione instrumenti, non indistinctè putat verum *Thoro voto 84. n.301. par.1.* nisi fuisset hæres particularis in vsufructu institutus generaliter, quia tunc personam defuncti repræsentaret.

144 Banniti insupèr, excommunicati, & foriudicati à præsentatione instrumenti repelluntur, *Galter. in prax. p.1.2.p. rub.1. num.21, Thor. voto 84. n.203. par.1. Danza to.1. de pugn. DD. tit. de foriudicat. cap.1.* inquirens, num illud possit liquidari contra foriudicatum agratiatum.

145 Instrumenti liquidatio impediri an possit, si alterum instrumentum reassumptum reperiatur penès debitorem, affirmatiuè respondi, si in promptu per testes validè constet, illud fuisse restitutũ à creditore ipsi debitori, ex *l.2.§. Et ideò, ff. de pact. l. si chyrographum, ff. de probat. l. creditricem, C. de remiss. pign. de Franch. decis.361. Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt.140. Seraph. dec. 1093. num.8.* qui affirmant, ex restitutione instrumenti facta debitori, debitum remissum præsumi, quemadmodũ illo reperto penès debitorem, præsumitur solutum debitum, *Mierez in Const. Cathal. collect. 6. rub. de Tabell. n.15. & 16. Gaill. pract. obser.37. Gratian. cap.90. num.17. Vrsill. ad Afflict. decis. 299. nu.14. Palma in diuers. iur. comm. & Regn. Glos.17. num.19. Thoro voto 80. num.11. par.1. Viu. dec.45. Ripa sing. obseruat.181.*

146 Sed nõ intempestiuè quæritur, nũm creditor, qui pro securitate sui crediti recepit à suo debitore pignus, si deindè restituat pignus, censeatur remittere debitum, & negatiuè deducitur ex *text. in l.3. ff. de pact.* vbi *DD.* tradunt rationem differentiæ inter vnum, & alterum casum, post *Glos.* ibi, ad idem est *tex. in l.1. ff. de liberat. legat.* mihi traditus ab V.I.D. Dom. Lutio Pepi filio Dñi Hieronymi patruelis Dñi Cõs. Hortensij Pepi mei Soceri; qui quidem Lutius iuuenis doctus, magnæq; expectationis, ingeniosissimè se gerens doctoratus laurea omnium plausu die 30. Martij huius anni 1662. decoratus fuit.

Eidem tamen respondi, quod etsi creditor restituendo pignus debitori debitum remittere non censeatur, tamen censetur remissum Ius ipsum pignoris, nempè obligatio, & hypotheca super illo pignore contracta, adeò vt super eodem pignore non possit amplius creditor habere recursum, nec regressum, sed solùm super alijs bonis sui debitoris. Ità in indiuiduo declarando precedentem conclusionem tradiderunt infrascripti authores magnæ authoritatis.

Rainer. de Forliu in d. l.3. ff. de pact. quem allegat, & sequitur

Albertc. in ead. l.3. in princip. nu. 1. in fin. vers. Sed an.

Bart. in l. si tibi, in princip. antè n.1. & post num.11 vers. quandoq; legat. ff. de legat.1.

Ias. ibid. num.20.

Curt. iun. in l.2. num.14. ff. de pact.

Orosćius in d. l.3. n.2. ff. de pact.

Anton. Fabri ibid. post redditam rationem decidendi.

Cuiacius in posthumis in d. l.2. ff. de pact. vers. speciali.

Connan. lib.5. Iur. Ciuil. cap.4. n.2. vsq; ad 3.

Negusant. de pignorib. in 3. memb. 6. par. num.20. vers. Aduerte tamen.

Fer-

Ferdinand, Mendozza disp. Iur. Ciuil. lib. 2. cap. 2. col. 8. vers. quod in pignore,

Hac Kelm qq. illustr. disp. 2. thesi 3. in fine,

Balduin. de pignor. cap. 20. col. fin. in princ. vers. si pignus debitori.

Et in specie de pecunia sequestrata, & posteà dissequestrata de consensu creditoris, quod non possit iterum fieri sequestrum super ea, notauit *Caracc. in tract. de sequestr. q. 34*.

147 Fideiussor autem, qui debitum ex causa fideiussionis persoluit, nequeat nè constringere creditorem, cui soluit ad liquidandum contra debitorem, negat *de Franch.* addens satis esse, si eis cedat actiones *in decis. 353. Ricc. collect. dec.* 152. Verùm aduertas, quod si creditor ageret contra fideiussorem principaliter obligatum, qui offerret solutionem, dummodò ab ipso creditore cederentur actiones contra debitorem, audiri non debeat creditor ipse in fideiussorem carcerando, nisi priùs sis iuribus à creditore contra debitorem, haud obstante statuto, quod aduersus instrumentum nulla admittatur exceptio, *Roman. cons. 472. Hippol. sing. 7. Dec. cons.* 104. & in terminis *Carol. Grimald. ad Tartagl. in prax. Ciuil. M. C. V. cap. 1. vers. limitatur etiam, pag. mihi* 21.

148 Vt tamen valeat creditor liquidare citato priùs validè debitore, (etenim quælibet in instrumenta publica exequutionem habent paratam, præcedente partis citatione, vt præter *DD.* adductos suprà sub *num. 64.* tradunt *Muscatel. in prax. fideiussor. p. 1. modo 20. num. 30. Marant. in singul. verbo, Instrumentum, Barza in tract. de Guarentig. par. 1. q. 2. vers modo hoc, Thor. in supplem. compend. decis. verbo, Remissio causæ, de Franch. decis. 341. Anichin. de preuent. in instrument. cap. 2. q. 2. num. 7.* probat, & in patria sua seruari, annuit *Thesaur. dec. 26. sub num. 12. vers. in hac patria*, haud obstante inter contrahentes pacto, quod possit exequi, & liquidari absque partis citatione, & iuris forma non seruata, *Anichin. add. tract. cap. 2. q. 1. num. 15.* & citationis super tenore instrumenti formam, rescribit *Nicolin. in prax. ciuil. n. 180.*) debet ipse creditor accusare primam contumaciam, qua prima contumacia incusata, idem creditor personaliter debet vltimam contumaciam accusare in vltimo peremptorio, & praxim incusandi has contumacias rescribit idem *Nicolin. num.* 181. & deindè personaliter in actu interrogationis comparere, necesse est responsurus ad releuamen debitoris, adeò quod si impedimento aliquo carceris infirmitatis, aut ætatis detentus esset, procuratorem mittere non valebit, *Vrsill. ad Afflict. decis. 29. nu. 3. Mising.* generatim *obseru. 58. controu. 4. de Franch. decis. 676.* admonens *Foller. & Marant. à Carau. num. 22.* recensitos, non dicere id, ad quod per ipsum adducuntur, quod, & memorat *Viscont. in conclus. iur. verbo, Creditor infirmus*, *P. Afflict. controu. iur. resol. cap. 30. num. 30.*

149 Neque si Iudex, & Actuarius suam adeant domum, iuxtà eamdem *de Franch. dec. 676.* quem refert *Reg. Rouit. decis. 26. num. 1. in fin.* & seruari annuit *Carau. num. 22.* addens, non sufficere, si equitando venerit in supportico M.C.V. nisi sursum ascendat, hoc idem firmat *Galter. in prax. rubr. aduertit creditor ad personam suam, num. 33. vers 6. & vlt. & rubr. personaliter in Curia comparens, num. 17. vers. secundo ampliatur*. Nisi Proregis dispensatio præcedat, vt accusare possit, si Iudex illùc cum Actuario eat, teste *Io. Franc. de Leonard. cap. 15. num. 46. sua praxis, & Galter. mòx cit. num. 20. vers. 3. limita*, continens tamèn expressè *Ritui* derogationem, adnectit *Thor. in suppl. compend. dec. verb. liquidari an possit, pag. 369.* illam tamen dispensationem in gratiam creditoris impartiri non posse, censet *Consiliar. Rocc. respons. 42. n. 13. lib. 2.* qua non obtenta dispensatione,

tione, nè citatio expiret, aut prima contumacia veterascat, solet concedi decretum, vt supersedeatur, donec conualuerit; prout latiùs est videre apud *Galterium par. 3. r. 6. 3. num. 21.* post *Foller. ad Marant. par. 6. actu 8. n. 6.* & post *Carau. in hoc Rit. num. 22.*

150 Quin, & ipse infans, nedùm pupillus asportari debet in Curia, & in bracchijs portari, qua de re *Pulverin. in add. ad hunc ritum in 3. tom. Reg. Tap. pag. 239.* quem laudat *Visconti in conclus. iur. verbo, Instrumentum quando est illiquidum,* & praxim indicant præter *Carau. in hoc ritu num. 24. Franc. Ant. de Iudice de liquid. instrum. consid. 3. num. 7. Galter. 1. par. 2. par. rub. 2. num. 1. Tartagl. add. cap. 1. sub nu. 13.* quos laudat *Auus meus ad Gramm. de-*

151 *cis. 58. nu. 19.* quamuis creditor volens liquidare instrumentum Clericus sit, nàm etiam personalitèr comparere obstringitur, *Carau. super hoc ritu nu. 34. Tartagl. add. cap. 1. sub num. 13. Muscat. in prax. lib. 1. par. 2. Glos. intimato, in add. lit. E. Galter. 1. par. 2. par. num. 3. Carol. de Graff. de effect. Cleric. in 2. effect. num. 302.* Carce-

152 ratus insupèr intus carceres M.C.V. personalitèr comparere tenetur coram ipsa Curia, & facta liquidatione, ad carceres reuertitur, vt practicari testatur *Carau. in hoc ritu num. 23.* & confirmant *Tartagl. sub num. 13. Galter. 2. part. p. nu. 16. Thor. par. 1. compend. verbo, Liquidatio, & voto 84. n. 223. par. 1. Visconti in conclus. iur. verbo, Instrumentum quando est illiquidum,*

153 Mulieres quoquè non excusantur, quas *Ritus* rigor non excipit, etiamsi receptæ laicæ pro educatione in Monasterio existant, nàm exire obstringuntur, vt seruatum memorat *Reg. Sanfelic. in prax. Iudiciar. sect. 28. n. 11.* quiq; regulam restringit in monialibus tantùm, non solummodò ratione honestatis, sed quia exire non valent è Monasterio, reprobato *Franc. de Iudice Roberto in 4. consideras. num. 8. vers. quid si creditor,* insequitur *Consil. Rocc. add. respons. 42. num. 15.*

Verùm ratione publicæ honestatis mulieres ad Curiam non accedunt, sed ad Ecclesiam propinquiorem, ad quam postmodùm Iudex venit, non autèm Actuarius, & ibidem fit liquidatio, quodq; priuilegium fuit dumtaxát concessum mulieribus Neapolitanis per Regem Catholicum, vt in *cap. 73. inter priuil. Neap. fol. mihi 48.* & de iure communi competit omnibus ex *decis. Thesaur. 210.* vt propterea exteræ omninò obstringàtur in Tribunali comparere, & ibidem instrumentum liquidare, *Foller. ad Marant. fol. 371. num. 5.* & post *Carau. in hoc ritu num. 24. in fin.* obseruat *Tartaglia in prax. Ciuil. M.C.V. cap. 1. sub nu. 13.*

Quod si contra ipsas mulieres instrumentum liquidetur, nec in Curia ipsæ comparebunt, sed in Ecclesia propinquiori, & tunc Curia cum sedet, mandat, quod accedat Actuarius, & eadem ibidem reperta, iniungit, quod non recedat, & recta Curia, Iudex accedit ad Ecclesiam prædictam, & ibidem fit liquidatio, & ipsi, siuè neganti, siuè affirmanti, domus loco carceris datur, aut in laribus, in quibus degunt honestæ matronæ, detinetur, vt practicatum vidisse ex *Carauitæ* monito *n. 4.* testatur *Anichin. de prauent. instrum. cap. 6. q. 1. sub num. 14.*

154 Quin, nec mulier ob causam ciuilem carcere claudi possit, imò nec criminis quidem vllius prætextu, desumitur, ex *Auth. hodiè nouo iure, Cod. de custod. reor. Iodoc. in prax. ciuil. cap. 64. n. 10. & seq.* abundè *Duen. in reg. 311. femina, Muscat. in prax. S.C. lib. 2. par. 6. Glos. detinebuntur, num. 125.* memor *Carau.* & sequitur *Io. Paul. Galter. in prax. instrum. 2. p. secunda par. nu. 17.* & confirmat *Grimal. ad Tartagl. add. c. 1. vers. In ista quinta, & num. 20. Vinius in sylua comm. opin. in opin. 87. in 2. volum. comm. opin. tit. de custod. reor. num. 19. vers. item non habes, Mari ad Gramm. decis. 73. à num. 10. Salgad. in labor. credit. par. 1. cap. 41. num. 10,*

pag.

pag. 313. *Benedict. Aegid. de iure, & priuil. honestat.* integro *artic.* 3. etiam quouis pacto existente; notauit *Mauson. de caus. execut. limit.* 10. *num.* 1. *Baeza in tract. de inope debit. cap.* 15. *num.* 15. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 88. *num.* 1. contra *Menchac. de success. creat.* §. 4. *num.* 49. & §. 22. *num.* 82. latè *D. Franc. de Cuenca de deposito clauſ.* 30. *à num.* 48. & limitat *Gutier. de iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 16. *num.* 35. *Petr. Garsia à Toledo in dicto* 24. hunc *Ritum* allegans, quodquè in terminis huiusce *Ritus* contra *Pandum* restringit *Anichin. num.* 17. & antè ipsum aduertit ex *Marant. p.* 6. *act.* 8. *verbo*, *Et producuntur scripturæ*, *Auus meus. ad Capyc. decis.* 44. *sub num.* 1. Modo tamèn supra explicato, quem vsus recepit in omnibus mulieribus, tamèn honestis, secus si meritrices illæ sint, eodem *Auo meo add. loco* teste, & aduertunt *Gom. in l.* 62. *Tauri num.* 3. *Matienz. l.* 10. *tit.* 3. *Glos.* 4. *num.* 2. & 3. *lib.* 5 *recompilat. Brun. de cession. bonor. q.* 1. 4. *q. princ. num.* 3. *de Cuenca add. loco num.* 51. quæ verò sit meretrix, *Mascard. de probat. concl.* 1066. *à n.* 4. *Farinac. in prax. crim.* 4 *tom. tit. de delict. carn. q.* 136. estquè illa quæ multorum libidini patet, *cap. vidua* 34. *dist.* quot verò contineantur appellatione multorum, extricant *Bermond. de public. concubinar. verbo, Concubinam dimittat, num.* 10. *Gregor. Tholosan. syntagm. iur. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. quiq; sufficere, quod cum tribus se cummiscuerit, tradit, & àn domini lupanariorum peccēt locando meretricibus, inquirùnt *Frater Ludouicus Lopez in instructor. negotiant. lib.* 2. *cap.* 28. & alij, quos refert *Aegydius add. tract. de priuil. honest. art.* 9. *nu.* 4. Qui *Aegydius* nonnulla ad materiam subnectit; pensionem verò quis domino domus soluere obstringatur ob illarum expulsionem, *Ricc.* examinat *resol.* 133. *Emanuel Themudo dec.* 212. *num.* 8. *lib.* 2.

155 Debitor ipse citatus, & comparere quoquè personaliter obstringitur; in hoc enim rigoroso præsentationis instrumenti Iudicio *Ritus* procuratorem non admittit, vt aduertunt *de Iudice consid.* 4. *num.* 10. *Affl. dec.* 64. *num.* 2. *Pand.* post alios, *p.* 2. *declar.* 24. *n.* 96. rationem subnectens, quia tàm creditor, quàm debitor examinantur in illo de veritate, vt præterea meritò in citatione debitor vocatur de persona, iubeturq; quod personaliter, & vt principalis compareat, quibus ex verbis procurator excluditur, hisq; non positis, aliàs admitteretur, *Galter. verbo*, *Expediatur citatio, num.* 37. *in fin. Arnon. sing.* 41. *Surd. decis.* 89. *n.* 19. *Vin. dec.* 252. *Capiblāc. in prag.* 4. *de Baron. sub num.* 109. Ipso tamen debitore in-

156 firmo existēte intus Ciuitatem, oportere Iudicem accedere ad domum infirmi ad faciendam liquidationem, scripserit idem *de Franch. indic. decis.* 676. & longiorem texit sermonem *cit. Galter. eod. par.* 3. *rub.* 4. *à num.* 4. Reoq; reperto infirmo, fit interrogatio, & liquidatio, necnon præceptum, quod durante infirmitate non discedat à domo, præstita cautione, de se præsentando ad carceres statim postquam conualuerit absq; requisitione, *Robert. cons.* 4. *num.* 19. *Scaglion. in rit.* 163. *n.* 63. *Nicolin. in prax. Iudic. ciuil. num.* 184. Illo verò existente infirmo extrà Ciuitatem, absente, captiuo, vel alitèr legitimè impedito, non dubitatur admitti procuratorem, Curia sedente pro Tribunali, ad allegandam iustam rationabilemq; causam, cuius rei fidissimus testis est *De Franch. decis.* 200 quin, his nostris temporibus, viget *Pragm. Comitis Beneuenti* quæ est 8. §. 8. *de instrum. liquid.* (& est conformis antiquæ praxi M.C.V. teste *Affl. in Const. edictorum, num.* 27. *in fine*) vt non sufficiat simplex fides infirmitatis procurata à Medico, prout sufficiebat olim ad impediendam liquidationem, teste *Præside Merlino controu. forens. lib.* 1. *cap.* 73.

157 Sed quod ea fieri debeat, & scribi à Medico, qui iuret in manibus officialis loci,

loci, vbi degit infirmus, ac præsentari per publicum instrumentum in loco liquidationis, cum procuratione similitèr per instrumentum publicum, & in specie ad illam causam, pro qua exijt citatio, & post illius notificationem, ita vt aliter facta non prosit ad excusationem, & liquidatio non impediatur, cuius sanctionis memores sunt *Reg. Capyc. Latr. decis.* 45. *num.* 59. *lib.* 1. *Reg. Sanfelic. decis.* 416. *num.* 3. *par.* 3. *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 2. *verbo, Mandatum speciale, & in supplem. compend. verbo, Liquidari àn possit*.

158 Verùm, àn sicuti ante memoratæ *pragm.* sanctionem, allegata absentia, vel infirmitate citati, competens dilatio excusatori concedebatur, iuxtà praxim à *Carau.* recensitam *in hoc Ritu num.* 15. *vers. Scias autem*, *De Iudice Roberto consid.* 4. *n.* 19. *Foller. in prax. crim. rub. aud. excus. num.* 57. *& ibi Iudex de Angelis n.* 1. *Galter. in prax.* 3. *par. num.* 2. cuius meminit *Nicolin. in prax. ciuil. num.* 184. *Tartagl. cap.* 1. *num.* 14. *Reg. Sanfel. decis.* 306. *to.* 2. danda etiam sit, attenta ipsius *pragm.* dispositione, in qua nulla fit mentio de termino dando ad præsentandum fidem infirmitatis, cum speciali mandato, & non esse denegandam, declarauit Collaterale Consilium apud eumdem *Reg. Sanfelic. in nouiss. addit. ad memor. decis.* 306. *vers. Fuit, pag.* 56. & mandauit M.C.V. quod prouideret de congruo termino, quæ interponere solet decretum, quòd debitor remaneat condemnatus: verùm si produxerit instrumenta infirmitatis, & procurationis infra terminum datum, deleatur à contumacia, iuxtà formam relatam per *Carau. in rit.* 266. *num.* 2. *& de Reg. Sanfelic. decis.* meminit *Thor. in suppl. compend. decis. verbo, Terminus àn erit dandus*, & iterùm tradit idem *Reg. Sanfelic. decis.* 416. *par.* 3. quinimo ipsemet *Reg. Sanfelic. in add. dec.* 316. firmat, allegata carceratione citati super tenore instrumenti, àc non producta fide carcerationis, esse concedendam dilationem tanquam absenti. Sed àn hoc instrumentum infirmitatis possit fieri à Notario vassallo Baronis infirmi citati super tenore instrumenti, affirmatiuè resoluit *Scialoya in prax. foriudic. cap.* 8. *num.* 75. quod non admittit vsus, teste *Reg. Sanfelic. memor. dec.* 416. *num.* 12. *in fin.* ob generalem dispositionem *cap. Regis Ladislai*, de quo egimus latè in hoc *rit. num.* 25.

Sed àn admitti debeat procurationis instrumentum in charta papyracea, affirmatiuè respondet *D. Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resolut. cap.* 186. *num.* 17. cuius meminit *Thor. par.* 3. *comp. sect.* 1. *verbo, Instrumentum procurationis, & sect.* 2. *verbo, Mandatum procuratorium præsentandum*, de quo valdè dubito.

159 Citatis verò pluribus debitoribus vnius comparitio alijs prosit, ex *Ritu* 207. deducunt *de Franch. dec.* 685. *nu.* 2. *Mazia in add. ad Anton. de Iudice consid.* 4. *num.* 37. *Thor. par.* 2. *compend. decis. verbo, Debitores plures, & voto* 84. *num.* 360. *par.* 1. *Nouarr. collect.* 8. *ad prag.* 63. *de offic. Procur. Cæsar. sub num.* 16. *Anichin. de præuent. Instrum. cap.* 2. *quæst.* 3. *num.* 24. *Reg. de Marin. resol.* 194. *lib.* 1. extendens, etiam facta incusatione contra omnes, vt vnius constitutio in carceribus alios excuset, quibus fretus respondi, citatione expedita instantibus pluribus creditoribus, quibus insolidum fuit promissa pecunia, incusari possit contumacia pro tota summa ab vno tantùm, de quo latior alibi erit sermo.

Sapientis effatum illud celeberrimum est: *Noli esse nimis iustus*. Debet enim iustitia, vt cæteræ virtutes intra certos limites, finesq; ità consistere, vt suum quidem cuiquè asserere contendat, id tamèn sine iniuria alicuius præstet: ità vni parti aures dare, vt alteri non neget. Hinc est, quod hoc liquidationis publici instrumenti, (in quo vel pœna, vel iuramentum legatur adiectum) remedium extraordinarium, ac frequentissimum in Regno aduersus debito-

bitorum perfidiam, quamuis, & Rituũ, & Pragmaticarum sanctionibus, summoperè pręrogatiuis, & priuilegijs munitum existat, viam tamen omninò debitoribus non præcludit.

Hinc septem fræna pro miseris debitoribus ad vsuras compescendas, & eneruandas, tradit *Carpzouius in suo asylo debitorum, conclus.24. pag.1071. ad 1092.* quiq; *cap. 20.* nouem adminicula, quibus conuentiones debitorum, & creditorum eliduntur, subnectit, & duodecim præsidia eorumdem scribit per totum *cap.4*.

Noster igitur *Ritus* duo continet
161 capita illis fauentia, iuraquè creditorum impedientia. Primum, vbicumq; confiterentur instrumenta, & in eis contenta esse vera, afferant tamèn satisfecisse, alterum verò, si dicant instrumenta falsa, aut non valere, vtroq; autèm casu dandum esse terminum ipsis debitoribus ad probandas eorum exceptiones, id tamèn aliqua cum distinctione sancire videtur, dùm in priori, statim proposita exceptione solutionis, carceribus iubet mancipari, & postmodum dari præfatum terminum; vti, & statuto quoq; Florentiæ cauetur; teste *Decio cons.73. sub num. 1.* in posteriori verò, nihil quod ad carcerationem spectet, adiungit, at simplicitèr cõcedendã esse dilationem ipsam ad probandam oppositam exceptionem nullitatis, mandat: qua fortasse adductus ratione crediderũt *Molf.* atq; alij, quorum allegationes rescribit, *in cons. 42. sub num. 34. tom. 2. suorum commentariorum ad consuetud. Neap.* cessare in hoc secundo casu nullitatis instrumenti, dispositionem huius *Ritus*, ac posse interrogatum super illius tenore audiri extra vincula, & non facto deposito; à cuius resolutione omninò recedendum esse arbitror, non tantùm ratione illa impulsus, quod clausula in præcedenti adiecta, intelligitur in subsequenti repetita; At insupèr per aperta verba ipsiusmet *Ritus propè fin.* postquam enim vtriusq; casus meminerat, subijcit illa: *Et si debitores incontinenti, vel in vinculis existentes probauerint solutionem, falsitatem, vel defectus prædictos, &c.* comprehendunt itaq; tùm exceptionem solutionis in primo capite opponi permissam aduersus instrumentum validum, tùm falsitatis, & nullitatis in secundo capite concessam proponi, & ambobus in casibus præmittit, debitores consistere debere in vinculis, quod altera quoq; declaratur lege, *Ritu* nempè 174. ambo iam dicta capita breuioribus, ac fortasse euidentioribus constringente verbis, & illis enarratam addit clausulam, air enim: *Siuè confiteatur instrumentum ipsum esse verum, asserens, se satisfecisse, siuè neget instrumentum esse verum, statim detinetur, & competens terminus datur ad probandum defensiones suas.*

Et si replicetur, exceptionem *Molfesii* subsistere in instrumento vero, sed inualido, illam verò nostri *Ritus* in instrumento falso, & non vero, maximi quidem esset momenti, si dumtaxàt dispositione præcitati *Ritus* 174. inniteretur, ipseq; *Molfes.* de illius tractaret intellectu; cuius secunda pars de instrumento fatur, non vero, sed quia innitimur dispositione huius *Ritus*; & ille super ipsius intellectu loquitur, cuius secunda pars, non tantùm verba facit de instrumento falso, sed de altero vero, & inualido, ibi: *Asserat dicta instrumenta fortè falso modo confecta, vel aliter voluerint dicere, & allegare, quod instrumenta ipsa non valeant*; & rursùs, ibi, *Probauerint solutionem, falsitatem, vel defectus prædictos*. Certè procedere *Ritum*, nedùm cum instrumentum non est verum, sed verum, & nullum, dicendum videtur, contra *Molfesium*, non obstante inculcatione eiusdem *Molfes.* quod vbi contractus est nullus, nihil operatur clausula executiua, ac guarentigiæ, nec aliquem producit effectum, etenim ista subsistit ratio, supposita nullitate contractus, eaq; scilicèt cognita, & declarata, cuius con-

contrarium dicitur antè illius nullitatis probationem, tum ex verbis ipsiusmet *Ritus* annuentibus, concedendum esse terminum, ad illam conuincendam, tum ex iuris dispositione, quemlibet actum præsumente validum, & quouis in casu, nòn nisi captum audiri posse, debitorem; ipseque prorsus assentio, duobus tantùm exceptis casibus, quorum primus, si in promptu de exceptione constet, vt inferiùs dicemus; altero verò, cuius Auctor est *Petrus Antonius de Amato in suis allegationibus*, per eumdem *Molfes.* relatis *consf.* 43. ille siquidem à *num.* 15. multis, & validis rationibus probare nititur, audiédum esse non constitutum in vinculis, qui priuilegio potitur personali, nè possit in carceres conijci, quod tamen, si eo potiatur, pro causa etiam criminali, verum existimamus, idquè deducimus ex notatis per incertum Auctorem *in suo tractatulo de præsentando instrumento ad formam rit. limit.* 11. & si quis diceret, eiusmodi priuilegiatum saltèm teneri facere depositum, & sentire videtur *Reg. Ronit. in pragm.* 1. *de titul. abusibus num.* 4. cum omnium sit vox, neminem audiendum aduersus instrumentum liquidum, nisi in vinculis, vel facto deposito, & non secus, ac qui alteram partem adimplet, satisfacit alternatiuę, ità qui vnam non potest, aut nequit implere, teneatur alteram complere, ex *regula in alternatiuis de regul. iur. in* 6. quam fortasse admitteremus declarationem, si verba nostri *Ritus*, ac subsequentium omnium, qui de liquidatione agunt hanc probarent alternatiuam, nullibi enim reperimus mentionem de deposito, vt debitor teneatur, vel illud præmittere, vel se in carceribus constituere, si in suis voluerit exceptionibus audiri; sed tantùm conditionem vinculorum, vt propterea dicere libeat, quod quamuis subsequẽti vsu permissum fuerit, vt etiam non captiuus suas proponat, & tuetur exceptiones, si pecuniam deposuerit, id non odio, sed commiseratione quadam erga debitores contigisse, carceribusquè surrogatum esse, aut iure ipso liberante debitorem, facto deposito, vt notabo super *Rit.* 169. Sicquè alternatiuarũ regula cessat, & in altera surrogatorum versamur, & consecutiuè cum suffectus illius sumat naturam, in cuius locum substituitur, certè si à principali eximitur, nè vinculis mancipetur, ei idem, & à surrogato, scilicet deposito; maximè quod vsu, & non iure surrogatur.

162 Ratio verò, cur permittatur debitori carceribus mancipato, se tueri, ea quippè est, quam perpendit *Francisc. Maria Prat. resp. crim.* 32. à *n.* 13. nàm cum carcer ignominia facti grauans cum irretractabili præiudicio, dicatur ex *Bal. in l.* 1. *C. de in integr. rest. postul. Mauson. lib.* 1. *de exequut. q.* 1. *sub num.* 14. *Monter. decis.* 9. *num.* 55. *Cancer. var. lib.* 3. *cap. de sent. & ear. execut. num.* 139. Malaq. sit mansio infamiũ, & alia incommoda irrogans (quæ *Rit.* 40. *in initio n.* 1. fusè enumeramus.) *Dec. consf.* 73. *num.* 1. *Cancer. lib.* 2. *var. cap.* 14. *de procur. num.* 15. *Anichin. de præuent. cap.* 2. *à num.* 111. præsumptio est, quod satagens in carceribus audiri in exceptionibus, non ad finem differendi, iudicium, nec calumniosè se egisse, sed tantùm ad ius suum tutandum, nec facilè persuadendum, illum velle se libertate, quæ non benè cum toto venditur auro, priuare, quando adhùc post carceris squallorem, ad ęs alienum, & pœnam fisco, est obnoxius.

163 Sed an audiendus sit debitor nobilis, tenendo domum loco carceris, vel de necessitate constituendus sit in carceribus; Vacillant nostrates, siquidem, iure communi attento, nobiles pro debito ciuili capi haud posse, scribunt *Ioan. Escobar. à Corr. in tract. de purit. & nobilit. proband. p.* 2. *q.* 6. *§.* 2. *num.* 17. *Bobadilla in polit. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 20. *Girond. de priuil. q.* 38. *n.* 223. *Thesaur. dec.* 153. *Escobar de ratiocin. cap.* 35. *n.* 16. cuius priuilegio renunciari non potest, *Burgos de Paz consf.* 10. *Ceuall.*

quæst. 686. & alij quos laudant *de Cuenca, & add. in tract. de deposit. clausf.* 30. *num.* 63. *& lit. I. Petrus à Syria lib.* 1. *pract. qq. forensf. q.* 16. Iure verò nostro *Prosper Carauita hoc in ritu num.* 27. *versf. ex quo sequitur*, simplicitèr quæstionem pertractans, sustinet debitorem aduersus instrumentum præsentatum se defendentem, esse sub claui detinendum, eo quod statuerit *Ritus* in vinculis audiendum fore; Contra verò *Carauitam* irruit *Dom. Reg. Donat. Anton. de Marin.* casus decisos in gratiam nobilium recensens, *lib.* 1. *quotidianar. resol. cap.* 194. *num.* 24. & fuit opinio *Barthol. de Capua in vol. Constit. Regn. rubr. de instrum. cor. præsent. versf. præcipuè super hoc Ritu*, si *Paschalis* illum insequens, vera fatur, *de patr. potestat. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 81. *& Mari ad Grammat. decisf.* 33. *num.* 15. (siquidem *Prat. responsf. crim.* 33. *num.* 28. astruit, præfatam doctrinam non habere antesignanum *Barthol.*) *Nouar. in rub. pragm. de carcer. & carcerat. num.* 8. *& de grauam. vassall. par.* 1. *grauam.* 261. *nu.* 7. *Consil. Arias de Mesa var. resol. lib.* 3. *cap.* 45. *num.* 18. decisum subnectens, in causa D. Francisci de Tufo, cum Duce Vetri; Carceratus namquè etiam dicitur, qui tenet palatium loco carceris cum fideiussione, *Magon. dec. Lucensf.* 90. *num.* 8. *Caualc. decisf.* 14. *p.* 5. *de Franch. decisf.* 709. *n.* 2. *Anna consf.* 140. *num.* 11. *vol.* 2. *Ricc. decisf.* 226. *n.* 2. *par.* 2. *Thor. voto* 26. *par.* 2. doctissimus *Præses Reg. Cam. D. Parthenius Petagna in allegatione* 98. rescripta per *Dom. Reg. de Marinis tom.* 3. *allegat. diuersf.* vt propterea sub fideiussione existens, alligatus catena aurea dicatur, *Cumi. de syndic. cap.* 4. *num.* 7. *&* 8. *Mari ad Grammat. decisf.* 14. *num.* 5. *Nicolin. Carbon. in pract. lib.* 3. *cap.* 7. *sub num.* 7. Et cum hisce nostris temporibus, iterùm trutinatus fuisset articulus in causa Ducis Acheruntiæ, citati, instante Venerabili Monasterio Sancti Martini, super tenore instrumenti pro summa ducator. 40000. in cuius Ducis gratiam calamum arripuit *Dom. Francisc. Maria Prat.* qui *responsf.* 33. *crim.* 34. 35. *&* 36. contra *Carau.* placitum scripsit, quin *responsf.* 37. *Io. Maria Nouario in tract. de elect. for. q.* 36. *num.* 14. erga finem, attestanti, esse in praxi receptam *Carauitæ* aleam, minimè credendum esse annuit, tùm quia in subsellijs nostris, nec Aduocatus, nec Senator vnquam fuit, tùm etiam quia obitèr, & per transennam materiam olfacit, imò in famigerata isthac causa pro nobilibus huiusce inclytæ Ciuitatis, quibus, ex determinatione articuli, præiudiciũ inferebatur, lepidè scripsit *Consf. Franc. Rocc. resp.* 94. *lib.* 2. sed tandèm fuerunt exclusi, & decreto S. C. iunctis classibus, lato sub die 29. Mensis Maij 1652. prouisum, quod constitutus præfatus in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ infrà sex dies, audiatur, à quo decreto prouocauit ad idem supremum Tribunal, sub die 20. mensis Iunij 1652: & confirmatum illud extitit, penès Salernum Actuarium; testibus ijsdem *Prat. in fin. responsf.* 32. *&* 33. *& ad Pasch. par.* 4. *cap.* 2. *ad num.* 81. *& Consil. Rocco mem. responsf.* 94. *num.* 17. Olim, Ciuem Romanum vinciri, facinus putabatur, *Cicerone* teste *Verr.* 5. Nostris autem Ciuibus ingenuis, cur hæc prærogatiua à nobilissimo huius Vrbis magistratu, aut auferatur, aut negetur? cur in causa communi priuilegia minuantur potiùs, quam amplientur?

164 Debitor verò vinculis mancipatus pro causa criminali, án possit audiri aduersus instrumentum liquidari petitum, negatiuè respondet *Dom. Consil. Rocc. responsf.* 16. *num.* 10. *to.* 2. Vndè si debitor citatus reperitur carceratus in vinculis Curię, in qua citatus est, non potest contumax reputari, sed decernitur, quod fiat interrogatio, & liquidatio, ipsaq; peracta liquidatione, fit empara in eisdem carceribus, pro debito, & pęna, *De Iudice add. tract. consid.* 4. *n.* 24. & decisum tradit *Thor. voto* 84. *sub n.* 222. *p.* 1.

Ve-

165 Verùm notandum puto, quod seruatum legi in liquidationis instrumenti causa factæ, instante Sacro Eramo Sanctæ Mariæ Angelorum Ciuitatis Nolæ, & pro eo Reu. P. D. Honofrio Matera contra Ill. D. Franciscum Filomarinum Principem Roccæ Aspidis, & Franciscum Iannuccium, etenim liquidato contra ipsum instrumento pro summa ducatorum 7364. intendens nullitates proponere, porrexit preces S. E. eiusq; Collaterali Consilio, asserens, ipsum reperiri domi retentum ordine S. E. cum mandato, & proindè sub eodem mandato detinendo domum loco carceris, admitti ad nullitates edendum, & per Dom. Reg. Sanfelicium sub die 18. Martij 1642. penès Taglianiam, prouisum fuit, quod stante supradicto mandato facto dicto Principi ordine S. E. M. C. V. super nullitatibus propositis apparentibus ex eisdem actis, de Iustitia prouideat non obstante integrali solutione, vt liquet ex actis, in banca Auersanæ.

166 Sed vt possit debitor audiri, sat est, quod in loco domicilij sit carceratus, quamuis alibi sit iudicium, & proindè in S. C. fuisse admissam fidem carcerationis in loco domicilij, *arg. tex. in l. fideiussor. §. si necessaria, ff. qui satisd. cog.* in causa Sebastiani Coppolæ, cum Horatio de Nardo, de mense Octob. 1609. ad relationem M. C. scripsit *D. Reg. Sanfelic. decis.* 153. *tom.* 2. *Auus meus ad Gramm. decis.* 26. *nu.* 10. tradens, fieri remissionem carcerati, etiam existentis in carceribus Baronis, dummodò carceratio non sit affectata, ad tradita per *Carau. in rit.* 269. *num.* 15. *Danz. de pugn. DD. tom.* 3. *cap.* 1. *de prauent. num.* 25.

167 Verba *Ritus*, ibi, *Nisi in promptu*, admittunt non eum esse conijciendum in vincula, qui in continenti, & in promptu satisfactionem probat *Consil. Rocc. respons.* 15. *tom.* 1. *& notab.* 102. *num.* 251. *de liter. camb.* qua non existente probatione esse vinculis mancipandum, donec legitimè de opposita solutione doceat, & quidem in promptu, & instanti probabit, si intra exequutionis spatium deducet, quod in terminis huius *Ritus*, affirmat *Pand. in suis commentarijs* ad hunc *Ritum par.* 4. *declarat.* 10. *num.* 69. comprobatq; *Canar. in tract. de execut. instrum. q.* 9. post *Alex. Iason, & Ripam, in l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re iudic.* Instans enim hoc loco pro aliquo temporis spatio accipi autumant, non verè, sed transumptiuè, ex 4. *Phis. cap.* 122. *&* 6. *Phis. cap.* 24. *&* 54. at quoniam *Ritus* loquitur de probatione ad impediendam interrogationem, illam ideò antecedere debere, certum est, & produci Curia pro Tribunali sedente, *Frecc. par.* 16. *q.* 1. *num.* 2. *&* 9. *Consil. Staiban. resol.* 21. *num.* 6. *lib.* 1. & consecutiuè falsa assertio, intrà spatium exequutionis, quæ, & interrogationem ipsam, & tempus eandem subsequens complecti posset, & liquidationem, incusationemquè iam præcessisse nonnunquam insinuaret, supposita igitur sententia Philosophi, tanquam verissima, crederem fieri licere intra illud interuallum, quod à citatione ad interrogationem vsque labitur.

168 Instantaneam autem, promptamquè eiusmodi probationē fieri per instrumēta, tradit *Sesse de inhibit. c.* 5. *§.* 1. *n.* 20. ac quampiam authenticam scripturam concedit *rit.* 174. Et proindè sat est partita tabulæ, seù banci, quæ solutionis vigore publici instrumenti vim obtinet, *Fontanell. de pact. nuptial. clausul.* 14. *& fin. Glos. vnica, par.* 1. *num.* 7. *tom.* 2. & indiuidualiter tradit *Consil. Staib. resol.* 165. *centur.* 2. etsi non pro toto debito, sed pro residuo, vel resto cantet, *Mascard de probat. concl.* 1319. *num.* 2. *Escobar. de ratiocin. admin. cap.* 37. *num.* 3. *Gratian. discept. forens. cap.* 581. *nu.* 1. *to.* 3. *Fontanell. d. clausul.* 14. *Glos. vnic. par.* 1. *num.* 34. *Consil. Staiban. cent.* 1. *resol.* 3. *num.* 31. de qua solutione per medium banci, loquitur *Consil. Rocc. tom.* 1. *not.* 28. *de liter. camb. num.* 71. vel per apocam mer-

mercatoris, tradit in simili *D. Franc. de Cuenca de deposit. claus.* 34. *num.* 4. quin, & per testes addit *Rit.* 175. super quo, & *Rit.* 174. non pauca enodabo, quæ iam dictas conclusiones extricant, & ampliant, & de illis meminit *Reg. de Marin. lib.* 1. *cap.* 191. *n.* 16. & tangit *Danza de pugn. DD.s.* 1. *tit.*
169 *de praamb. c.* 1. *n.* 40. dummodò quinque illi sint omni exceptione maiores ad illum actum rogati, aliàs non probant; singularis est *text. in l. testium*, *C. de testib. Afflict. dec.* 13. *n.* 2. *Franc. de Iudice Roberto* 4. *consid. n.* 55. *Scaglion. rit.* 163. *num.* 60. cautelam subnectens, vt debitor compareat priùs quam citetur, & examinari faciat testes, *Reg. Rouit. in rub. de instrum. liquid. n.* 30. *Visconti in conclus. iur. verbo, Instrumentum quando est illiquidum*, & ipse obtinui in S C. *referente Dom. Consil. Aloysio Gamboa*, in causa creditorum Antonelli Mazzella, & Andreæ Pappagallo, cum Iosepho de Leo sub die 6. Maij 1656. in banca Litti,
170 quibus tamen testibus debitor debet vti Curia pro Tribunali sedente, citata parte receptis in banca, de Bottis, ad hunc *Ritum*, in opera iuris Regni, *Reg. Tapia pag.* 541. *Galter. verbo, Fuerit ab eo preuentus*, *num.* 28. *Anichin. de preuent. instrum. cap.* 7. *num.* 21. vt propterea illorum depositiones ad reuelationem excommunicationis non releuant, ad tradita per *Dom. de Franch. decis.* 366. *Galter. par.* 2. *par.* 3. *rub.* 2. *num.* 47. *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 1. *verbo*, *Instrumentum àn liquidari*, quod restringit, quando ex eis liquet contractum esse feneratitium, *Vrsill. ad Afflict. dec.* 31. *num.* 5. in materia huiusce *Ritus*, ex *Capyc. decis.* 175. *&* *Grammat. cons.* 88. Nisi, & id
171 cautum sit in instrumento, (quod adhæc prouidi creditores aduertere solent) vt solutio per testes non possit probari, quamuis promptuarios, sed per scripturam, iuxta illorum effatum, qui hoc pactum vti validum seruandum censent, *Frecc. par.* 16. *q.* 3. *Vrsill. ad Afflict. dec.* 398. *nu.* 4. *de Franch. dec.* 361. & alij apud *Reg. Sanfelic. decis.* 185. *num.* 6. *&* 10. *Mascard. de prob. conclus.* 346. *num.* 23. *Cons. Hodiern. ad Surd. decis.* 277. *num.* 8. *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 2. *verbo, Pactum, quod solutio debiti*, *&* *in supplem. compend. verbo, Pactum*, *&* *voto* 84. *num.* 403. *lib.* 1. etenim iuri hoc consentaneum esse videtur, vt solutio non testibus, sed scriptura, probari possit, tuetur *Gulielm. Ouciac. lib.* 1. *qq. Academ. q.* 44. *num.* 3. & nouissimè articulum examinat *Marott. discept. forens. lib.* 1. integro *cap.* 34. & quod valeat Iudex beneuolus ex officio testes recipere, *Arnon. solilog.* 57. quo casu, data validitate pacti, si probationes receptæ sint, debent admitti, *Afflict. in Const. Instrumentorum, sub nu.* 32. *vers. Nec obstat id*, quem insequitur *Thor. vot.* 84. *num.* 44. *p.* 1. sed *Arnon.* effatum improbat *Guttier. in tract. de iuram. confirm. p. p. cap.* 56. *num.* 5. *vers. Sed vtrumque consilium*.
172 Creditor verò audens replicare aduersus probationes promptuarias debitoris, audiri non debeat, nisi via ordinaria, impartito termino, ex *Iudice Roberto*, ac *Galter.* admonet *Viscont. in conclus. iur. verbo, Instrumentum, quando est illiquidum, Danz. add. tit. de praeambulo, num.* 41.
173 Quid si debitor excipiat de satisfactione facta creditori creditoris, extricat *R. de Marin. cap.* 192. *lib.* 1. vel de compensatione inferiùs nos tangimus.
174 Quod si altera opponatur exceptio, non satisfactionis, vtrum dandus sit terminus prædictus ad docendum de allegata exceptione, vel potius, illa non obstante, procedendum ad interrogationem, & inculationem instrumenti. Ego distinguendum puto, quod vel proponitur instrumentum falsum, aut verum, sed inualidum, aut tandem verum, & validum, aliqua tamen exceptione elidibile, & primo in capite non dubitamus, terminum in omni exceptione præscribendum esse, atque in-

ter-

terdùm supersedendum in procedendo ad incusationem, Reo tamèn constituto in vinculis; Idquè satis apertè deducitur ex verbis secundæ partis huius *Ritus*, illis nempè (*vel alitèr voluerint dicere*) atq; alijs illis (*vel defectus prædictos*) neq; subsistit *Carauita* assertio *sub num.* 53. quem insequitur *P. Affl. contron iur. resol. cap.* 48. *n.* 22. quod virtute huius *Ritus* nulla exceptio admittitur; nisi quæ in promptu probanda est, siquidem ipsiusmet contradicunt verba *num.* 57. illa scilicet: *Tùm quia Ritus noster nullas reijcit exceptiones*. Quæ intelligantur de exceptionibus in ipso instanti non probandis, præportant alia subsequentia verba: *Tùm etiam quia, dato quod reijceret, vel differret, non extenderentur ad eas, quæ in promptu probari possunt*. Adiungimus regulam, quam *Pandus* statuit *in tract. de præsent. instrum. par.* 5. *declarat.* 1. *n.* 1. nè *Ritus* iste exceptiones tollat, sed eas dumtaxàt differat, vt debitor interim carceretur, posteaq; vinculis mancipatus opponere valeat. Quin *Felin. in rub. de appell.* & *Capoll. cautela* 227. hanc statuti speciem pensitantes, id ipsum affirmasse opinatur, nec dissentire videtur *Franc. Anton. de Iudic. Robert. indic. prax. instrum. consider.* 3. *nu.* 71. existimās, etiam carceres vitare quamcumque in promptu deducentem exceptionem, vt colligamus ipsum sentire, vt eam in instanti non probans, tametsi carceres non aufugiat, sit in exceptione audiendus, opitulanturq; verba, sed perplexa *Muscatell. in glos. Actorem, sub num.* 14. *par.* 3. illa nempè: *Et per viam reconuentionis allegauerit satisfactionē, vel aliquid, quod in promptu non possit probari, ita vt non impediat liquidationem, & consequenter debitoris carcerationem*, & quæ sequūtur.

175 Quod verò ad secundum attinet caput, idem *Pandus num.* 2. huius *Ritus* verbis allectus, propendit in eam sententiam, nè exceptiones quamuis in promptu verificatæ impediant carcerationem; idq; fortasse, quod in allegata tantum solutione id permittens, negare videtur in alijs, ex iactata iuris regula, fauentq; cumulata per *Fidericum Campizanum in terminis Pragm. Regni Siciliæ vltra farum*, vt cum admittat exceptionem solutionis, de qua constiterit per authentica documenta, & per alias scripturas plenam fidem facientes; ita vt debeat esse notoria in iure, excludantur omnes aliæ omninò exceptiones mundi, quamuis essent notoriæ, vt latius est videre *in decis. Milanensis* 12. *num.* 29. *lib.* 2.

176 Verùm *Carau. in hoc Rit. num.* 57. mordicus sustinet contrarium eumquè insequitur *Galter. in sua prax. instrum. par.* 2. *par.* 3. *princ. rub.* 3. *num.* 26. alitèr argumentando ex verbis *Ritus*, aiuntq; nullam reijci exceptionem ab ipso *Ritu*, & quando reijceretur non ea, quæ posset in promptu probari, per *Text.* & illic *Bar. in l. si is à quo, ff. vt in possess. legat.* conferuntq; tradita à *Præsid. Merlin. controu.* 26. *num.* 1. & 2. *lib.* 1. & *P. Affl. cap.* 21. *num.* 36. & *Carau.* laudato, confirmant *D. Consil. Rocc. respons.* 15. *num.* 3. *tom.* 1. & *notabil* 100. *num.* 251. *de lit. camb.* & *D. Consil. Staiban. resol.* 21. *num.* 5. *cent.* 1. & *resol.* 132. *num.* 10. & *resolut.* 184. *num.* 9. *cent.* 2.

177 Tùnc enim non tantùm præsumpta fraus cessat, verùm intrant exempla complura, in quibus probatio facta incontinenti impedit actum, qui alioqui vltra progrederetur, sic namque vxor quæ à viro recessit, prætextu illius sæuitiæ erit ante omnia eidem viro restituenda, deindèq; admittenda ad sæuitiam probandam, nisi confestim constiterit de sæuitia, propterea quod illa tunc impediret restitutionem, iuxtà notata ab *Episc. Campanil. in diuers. iur. canon. rub.* 6. *cap.* 3. *vers. subsistit, sub num.* 44. sic etiam quod dictum est in terminis *Pragm. Siciliæ*, exceptionem tantùm solutionis admittentis, cum notoria est, iuxta relata *in eod. n.* 29. *d. decis.* 112. *Milanensis*, subsistit, nisi aliæ in promptu deducerentur, præfer-

fertim ex verbis eiusdem instrumenti deprompta, eodem *Milanense* teste, adiungente decisum *in decis.9.eiusdem lib.2. num. 2. & 3.* sic tandem resolutum fuisse in terminis, *l.1.Tauri tit.12. lib. 4.* affirmat, defenditquè *Guttierez pract. qq.lib. 1. q.11.* Imò *Text.* fauet apertus, cum illic notatis, *in l.ita nobis cordi pudor, C. ad l.Iul. de Adult.* qui tantùm tres illic mentionatas admitti exceptiones aduersus adulterium, & non alias, sanxit, & nihilominus alias quoquè recipi, tùm *Glos.* inibi docet, tùm *l.1. §. deniq; ff. quod vi, aut clam.* inibiquè *Glos.* cuius auctoritate deflectit *Bar.* ad statutum *in §.parui refert. num. 3.* prohibens aliam aduersus publicum instrumentum opponi haud posse exceptionē, præter falsitatis, quietationis, & solutionis, & inquit intelligendum esse de alia friuola, iustas autèm reiectas illius virtute minimè censeri, cuius *Bart.* sententiam communitèr approbari testatur, *Curtius iunior in l. 3.§.si is pro quo,nu.4.ff.quod quisq; Iur. Anton. à Canar. de exeq. instrum. q.1.*

178 Ex quibus illa seligitur conclusio, omnes exceptiones, etiam quæ impugnant instrumētum, si in promptu probentur, admitti extra vincula ad impediendam liquidationem, *Anton.Canar. de exeq.instrum.d.q.1.& 2. de Franch. decis.623. n.4. D.Reg.de Marin.lib.1. cap.191.num.14.* nec verè dissentit ab hac sententia *Reg.Rouit. in prag.1.nu. 39.de instrum.liquid.* idemquè probatur ex verbis *prag.8.de liquid.instrum. cap.7.* quæ tantùm abest, vt quicquam circa hanc rem innouauerit, vt potiùs expresſè id fieri posse statuerit, dum loquens de supplicatione, quæ fit in S. C. ab indebita citatione, inquir, *Nella quale ordinariamente si suole allegare, che l'instrumento è illecito, ò pattionato, ò che habbia altro mancamento, per lo quale non se possa procedere via Ritus.* Sed ân Curia pro Tribunali sedente possint recipi testes, nedùm super satisfactione, sed etiam super alijs exceptionibus tractamus in *Ritu 175.*

179 Non tamèn negamus peremptorias, dumtaxàt operari hunc effectum, vt verba eorumdem *Caran.& Galter.* insinuant; dilatorias verò nullatenùs admitti, nisi contra personam dirigantur, quia scilicèr bannitus, aut excommunicatus, *Canar.q.15.num.35.Pand.par. 2.declarat.20.& 21.num.90. Frecc.p. 12.num.3.Barzius p.1.q.3.& 6.* idq; in more esse testatur, *Galter.p.1.2.par. num.21.* eosquè memorat *Consil.Rocc. to.1. respons. 38. num.3.* qui sicuti repelluntur ab agendo, ità à præsentatione instrumentorum, vt notauimus suprà *nu.144.* declinatorias autem non recipi, quin, & receptas negotium tantùm protelari.

180 Reconuentionem itaq; nimirum excludi in his casibus opinantur, *Soccin. cons.167. vlt. dubio, vol.2. Alex.cons. 156. propè finem, vol.2.*latèq; probant *Guttierez adducto lib.2. q.12. & Anton. Gallesi in forma Cameral. obligat. fol.68. num.11. in 8. & Caualc.decis. Finizan.28.n.11.p.2.*quin, & in terminis huius *Ritus*, scripsit *Marant. in sua prax. par. 4. dist. 6. num. 40.* atq; *De Franch. in calce dec.353. Borrell.add. cap.19.n.60.*tandemq; *Muscat.in Glos. Actorem, num.14. par.3.Reg. Merlin. lib.2. controu.forens.cap.24.*

181 Concessam insupèr aliquibus à iure potestatem eligendi forum, cessare, vbi citati illi fuerint super tenore instrumenti, scripsit *Nouar. in prax. electionis, & variat.fori,par.2.q.27.* fulcitur terminis, quibus, & nos antea innixi super *rit.54.t.1.* explicuimus, si liceat Baroni petere remissionem sui vassalli citati super tenore instrumenti, qui si congruant huic casui, dubitamus, non solùm, quia supponimus versari in diuersis, & dissimilibus; sed insupèr, quia non secùs, ac diximus illic, remittendam esse causam, si Baro specifico potiatur priuilegio cognoscendi de liquidationibus instrumentorum, ità sit remittenda ad Iudicem electum virtu-

te

te priuilegij in iure clausi eligendi forum; maximè cum, & alios recensuerimus, quos ratione priuilegiorum haud posse citari in Magna Curia super tenore instrumenti, diximus.

182 Quod verò *Carau. num.* 74. asseuerat, statuto omnes exceptiones remouente, non tolli illam incompetentiæ iurisdictionis, quem laudantes insequuntur *Carol. de Graff. except.* 8. *de Petris cons.* 25. tractantq; *Ricc. collect. decis.* 779. *Marcell. Calà de modo articul. Glos.* 1. §. 1. *num.* 61. *Masull. ad Capyc. decis.* 9. *num.* 10. *Anich. add cap.* 2. *sub num.* 90. *Muscat. lib.* 1. *par.* 2. *Glos. competentes, Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resol. cap.* 203. vendicat locum, quando Iudex est penitus incompetens, putà, quia radicitùs nullam habet iurisdictionem, secus quando habet iurisdictionem, exceptione tamen elidibile, iuxtà *Baldi* sensum *in l.* 1. *num.* 8. *C. si à non compe. Iud. Couarr. pract. qq. cap.* 25. *à num.* 3. *vers. nullitas quidem, Cum. rit.* 40. *num.* 125. *Milan. decis.* 2. *num.* 39. *par.* 2. quiq; *num.* 43. attestatur, ita fuisse vsu receptum in illis Tribunalibus siculis, etiam contra milites expetentes remissionem ad auditorem generalis exercitus, *Anton. de Ballis var. lib.* 5. *q.* 24. *super bulla de censib. nu.* 6. *Reg. Rouit. decis.* 81. *Reg. Sanfel. dec.* 419. *num.* 58. *lib.* 3.

183 Compromissum etiam vigore Prag. Regni peti minimè posse à citato super instrumento liquidando, dicimus, cum neque si agatur ordinariè virtute instrumenti liquidi, iuxtà *decis. Capyc.* 48. *in eius initio,* vel alterius scripturæ exequutionem paratam habētis, *Marsil. sing.* 467. *Mari ad Gramm. dec.* 58. *num.* 8. *Auus meus ad mox add. Capyc.* 48. *decis. sub num.* 1. *Consil. Staiban. resol.* 63. *cent.* 1. & notant in instrumento guarentigiato, ex dispositione statuti executionem habente, *Soccin. sen. cons.* 41. *col.* 3. *lib.* 1. *Dec. cons.* 682. *n.* 4. *Mastrill. dec.* 41. *num.* 7. quos refert *Dom. Cons. Hodierna ad Surd. decis.* 26. *num.* 6. quin, instrumentum paratam habet exequutionem, non obstante compromisso, quamuis per laudum resolui possit contractus, præstita tamèn cautione de satisfaciendo, seruata forma laudi, *Seraph. de priuil. iuram. priuileg.* 77. *num.* 8. *Carthar. decis. Ianuens.* 49. *num.* 9. id quod procedere in compromisso voluntario, non necessario, quo in casu suspenditur Iudicis iurisdictio, ex *Marescott. lib.* 2. *variar. resol. cap.* 121. *num.* 89. scribit *Dom. Consil. Hodier. ad Surd. decis.* 185. *n.* 4. præterquam, si ex instrumento non resultaret clara, & indubitata iuris decisio, quod ex *Portio Imolensi cons.* 142. *num.* 75. scripsit *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de arbitr. num.* 41. *Barz. dec. Bonon.* 116. *num.* 9. *Merlin. decis. Lucens.* 1. *num.* 4. *& decis.* 29. *Laganar. ad Reg. Rouit. super pragm.* 1. *lit. C. de arbitr.* & diximus *in Ritu* 128. *to.* 1.

184 Moræ autèm purgationem admitti, necnè in hac specie posse, discutit *Ann.* duas ad inuicem contrarias decisiones commemorans *sing.* 349. nosquè alibi extricamus.

185 Compensationem insupèr opponi non posse ad impediendam liquidationem, suadet *Frecc. par.* 17. *num.* 1. concinit *Afflict. dec.* 381. & antea *decis.* 163. quin, & *Vrsill. ad indic. decis.* 381. *num.* 4. addidit, numquam potuisse obtinere compensationem aduersus instrumentum productum ad formam *Ritus*, obligationemq; penès acta, necnon *Pand.* inhæret *par.* 5. *declarat.* 12. *num.* 2. innixus iuramento, ex *Alex. cons.* 91. quem *Boer.* insequitur *cons.* 14. *num.* 8. & annotant *Giurb. dec.* 60. *n.* 9. *Castill. decis.* 118. *num.* 7. *Visconti in conclus. iur. verbo, Debitor, Cons. Hodier. ad Surd. decis.* 117. *n.* 17. *Anell. de Bott. in add. ad hunc Ritum, vers. iuxtà hunc Ritum, num.* 50. *vers. ex quo infero*, relatus à *Reg. Tapia lib.* 3. *inr. Regn. tit. de instrum. liquidat. Iud. Francisc. Mar. Prat. lib.* 3. *discept. forens. c.* 6. *n.* 44. id fortiùs statuens attēta *prag.* 8. §. 8. *de instr. liquid.* requirente realem, & integralem solutionem.

Verùm dubitamus, si isthæc sententia sẽper foueatur veritate, non solùm propter contradicentem doctrinã *Bar.* & sequaciũ, probatam per *Affl. in ead. dec.163. num.1. Couarruu. de pact. in 6. cap. quamuis, p.1. §.4. num.9. Menoch. de præsumpt. lib.2. præsumpt.48. num.34. Bellug. in specul. Princip. tit. de mater. censual. rubr.41. §.leges Regni, num.32. vers. item scias, & vers. sequenti*, ibidemq; *Borrell. lit. O, vers. de exceptione*; Sed specificis nostri *Ritus* verbis, ad hunc finem à Regnicolis minimè perpensis, & satisfactionẽ promptim probatam admittentibus ad impediendam liquidationem, quandoquidem compensationem habere vim solutionis, edocent *Cappell Tholos. decis. 93. Afflict. decis. 21. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 15. Grass. except. 16. num. 9.* adeò quod comprehenditur in statuto loquente, admitti solummodò solutionem, *addentes ad Frecc. p. 5. declarat. 12. Tiraquell. de retractu gl.3. §.3. à num. 2. ad num.7. Anichin. de præuent. cap. 5. sub num.13.* eo quod, hæc duo nomina nihil inter se distare, aiunt ijdem *Afflict. & Ludouic.* nam qui compensat, soluit, teste *Rota Genuens. decis. 16. & Magon. decis. Florent. 5.* etenim ficta quamuis dicatur solutio, teste *Osasc. decis. 92. num. 12. & 14.* atq; *Capyc. decis. 187. num. 6.* Nihilominùs, compensatione opposita, debitum omne, & obligatio auferatur, idem *Osasch.* concludit *num. 26. & Magon. add. decis. 5. Io. Goeddeus in comment. de contr. & committ. stipul. cap.12. concl.9. num. 77. & 81.* quiq; subnectit, quod etiam fideiussor compensare quibit, id quod debet non solum ipse, sed, & quod eius principalis, ex *l.4. ff. de compensat.*

Imò promissio dandi, seù faciendi conditionem præportat, vt ipse promittens liberetur, siuè compensando, siuè soluendo, defendit *cit. Osasc. n.7.* tametsi vbicunq; vera, & realis solutio requiritur, seù numeratio, vel exbursatio, credamus, non esse satis, compensare, vt omnium optimè tutatur *Natta cons.60. num.1.* attamen si talis realitas soluendi non conuincatur ex ipsomet documento, & alijs verbis, quam exprimentibus simplicem spontionem soluendi, prorsùs assentimur, vt dicatur soluere, & multò magis satisfacere (quo verbo *Ritus* iste vtitur) quod, omni summoto dubio, subsistat, quando debitum creditoris superuenit, deducimus ex *Soccin.* & alijs, quos *Pand.* memorat *num.* 24. nosq; decisum recordamur in causa Thomæ Palmerio, cum Scipione Corbo die Iouis 14. Nouembris 1655. in Aula Consil. Aloysij Gamboa, *referente Iudice Micone*, penès Salernum, & non dissentit *Reg. Rouit. in rubr. de instrum. liquidat. sub num.42.* pluresq; decisiones adinuicem aduersantes recenset *Thor. voto 99. p.1.* & quando dicatur incontinenti deducta compensatio ad impediendum creditum iam liquidum, *Menoch.* extricat *de arbitr. Iudic. cas.14.* pluraq; adiungit *Auus meus ad Capyc. dec.167. num. 5.* & ad remorandam sententiæ exequutionem, *Marant. par.6. act. vlt. in fin.* quid verò in exceptione retentionis, affirmat *Angel. Aretin. cons.81. in 2. dub.* quæ faciliùs conceditur, & eundem producit effectum, vt consuluit *Castrens. cons.370. lib. 1.* & tradit *Corn. cons.61. incip. visa, num.13. vol. 3. Soccin. sen. cons.143. incip. visis, Put. decis.292. lib.2. Ricc. collect. dec. collect. 305. & collect. 800. Capyc. dec. 88. num.2. Medices de compensationib. par.2. q.28. num.4.*

186 An verò compensatio fiat ipso iure, parte non opponente, inter debitorem, & creditorem à die, quo inuicem pecuniæ deberi ceperunt, affirmatiuum constituunt axioma, *text. in l. si constat, C. de compensat. §. bonæ fidei, instit. de compensat.* cum alijs exaratis à *Reg. Rouit. consil.50. tom.1. Reg. Capyc. Latr. decis. 25. lib. 1.* quod quippè recipit notabilem restrictionem in annuis introitibus ad formam bullæ, in quibus compensatio cum sorte non admit-

mittitur, niſi facta oppoſitione, *Nauar. de vſur.q.40. nu. 125.Rodriq.de ann. redit. lib.2.q. 18.num.9. verſ.ſed ad rem concludo, Conſil.Hodierna in add. ad Surd. add. deciſ.117. num.*48.Ego addo,*Peregr.conſil.107. num. 3. verſ. Adhoc extat,lib. 2. Merlin. de pignor. lib.5. tit.1.q.6. num.12. Cenc. de cenſib. q.88. ſub num. 6. ver. Contrarium, in nouiſſ.impreſſ.Taurini,*& pluriès ità fuit deciſum in Curia Romana *in vna cenſus* 10. *Iunij* 1641. *coram Cerro,& alia reintegrationis ſub die* 17. *Maij* 1645. *coram Beutigerio*, quiq; *Cenc.in vlt. impreſſ.* reſcribit reſponſum *Pauli Ranucci Romani Aduocati.*In his.n. annuis introitibus nulla ſors debetur,quę à creditore exigi poſſit, *De Franch.deciſ.* 254. proindè nulla materia compenſationis cum ſorte non debita, antequam debitor declaret, ſe velle reemere, compenſando,*l.ſi debebas* 22.*ff. de compenſat.* ibi, *ita huius debiti compenſatio admittitur , ſi aduerſarius palàm dixiſſet, vtrum voluiſſet, Felician. de Solis de cenſib. lib.4. cap. vnic. Lupus de vſur. comment.* 2.§.4. *nu.* 115. *Auendan. de cenſ.Hiſp. cap.* 102. *n.* 8. qui tradunt, non fieri retrotractionem in annuis redditibus petita compenſatione, ſed à die oppoſitionis admitti, *Laderch conſ.* 164. *Nigr. de exception. except.* 13. §. 4. *num.* 22. & in his terminis loquuntur *Reg.de Ponte conſ.*19. *Rodriq. memor. q.*18.

187 Vtrùm verò opponatur aduerſus inſtrumentum dotale, negatiuè deciſum ſcribit *de Franch. deciſ.* 642. per *text. in l. vnica*, §. *taceat, Cod. de rei vxor. action.* id quod vendicare locum credimus, quando creditum filiorum aduerſus matrem oppoſitum, prorsùs foret illiquidum, ſecùs verò ſi liquidum, vel de breui liquidandum, *Eſcobar.de ratiocin.cap.*21.*num.*28. *Bal. conſ.*99. *factum tale eſt, num.* 2. *vol.*2. *Signor. conſ.* 40. *col.*2. *verſ.idem, Fulgoſ.conſ.* 196.*& conſil.*201.*Caſt.conſ.*370. *lib.* 1. Ea nimirùm ratione, quoniam non dicitur illiquidum, quod de breui eſt liquidandum, vt refert deciſum *Capyc. dec.*48. & fundant alij relati per *Dom. Reg.Capyc.Latr.dec.*25.*n.*37.*vol.* 1. vltra adductos per *Anum meum*, & *Maſullum ad Capyc.in d.deciſ.*48.& idem tenet *Ann.* & dicit fuiſſe deciſum, *alleg.*80. *Conſil.Staib. reſol.forenſ.lib.*1. *reſol.for.*63. *num.* 27.*Franc.de Petris conſ.*41.*n.*3.*& conſ.*59. *nu.*4. *Borrell. in ſumm. deciſ.par.*2. *tit.* 19. *de inſtr. liquidat. num.* 22. & dicitur de breui liquidandum, imò incontinenti, quod intra duos menſes, vel maius ſpatium temporis, ſi Iudici videbitur, explicari poteſt, vt probat *Eſcobar.* in terminis §. *taceat, d. cap.*21. *num.*28. *verſ.Cui ego.* Et quando illiquiditas non dependet ex natura, & qualitate negotij, ſed quia pars poſſidens bona non vult veritatem fateri, & dolosè verſatur intricando cauſam, negotium protelando, & impediendo compenſationem in damnum creditoris, non dicitur illiquidum; imò pro liquido exiſtimari debet, iuxtà tradita magiſtralitèr per eumdem *D. Reg.Capyc.Latr. d.deciſ.* 25. *num.* 37.

Exceptioni verò compenſationis renunciari necnè poſſit, extricat *Afflict. dec.* 121.*ſub num.* 5.ſubijciens, illam omninò fore nullam vti contra naturalem æquitatem, ac contra bonos mores, ex *l. alia,*§.8. *eleganter,ff.ſoluto matrim.* neque profuturam in his, quæ Iudex ex officio facere poſſet.

188 Nouationem inſupèr opponi poſſe iure communi attento, defendit idem *Pand. declarat.* 13.*num.*25. vt meritò nos virtute eorumdem verborum *Ritus* de ſatisfactione loquentium, id ipſum ſimilitèr longè magis operari cenſeamus, quam alia ſolutionem precportantia operarentur, etenim nouatione quoquè prioris obligationis extinctionem fieri, ſcripſerunt *Vltramontani in* §. 1. *inſtit. quibus modis tollit. oblig.* ijs tamen concurrentibus, quæ noſtris his temporibus requiri conſpicimus, virtute *l.fin.C.de nouat.*

189 Aliam inſupèr nouæ conuentionis ex-

exceptionem proponi posse,ac prodesse, etiam ad eum effectum, nè vinculis mancipetur, testatur idem *Pand. d.par. 5. declar. 14. num.26.* qui notabilitèr *num.29.* tradit,hoc non procedere in posteriori conuentione noua turpi ex causa, & proindè nouæ pactiones,quę frequentiùs fiunt dilatorię, si soluet debiti portionem, vel de non petendo reliquum, si aliquid, vel daret,& itèm similes, non possunt opponi, cum sint ex turpi causa, insequitur *Galter. add. loco num. 16.* & fuit originale dictum *Iacobi de Arena in l. non dubium, n. 8. C.de legib.& in §.sic itaquè discretum, num. 28. instit. de act.* insequutum ab *Alex.in l.fin. ff. de cond. ob turp. caus.* his verbis: *Facit ista lex, quod si debitori, quia nolebat mihi soluere, remitto partem,vt mihi reliquum soluat, possim per condictionem ob turpem causam repetere,quod sibi remisi,*& tradunt *Ias. in l.fin.C.de condict.ob turp. caus.Corn. cons.103.lib.3. Marsil. sing.432.* quæ quidem exceptiones pręferētes compensationem, nouationem, aut satisfactionem, necnon nouam conuentionem, cum opponuntur, perpendenda sunt, quæ sanxit *Prag. 47. §.2. & 3.de offic. Magistr. Iustit.* & quæ scripsere *Galter. 2.par. 3.p.princ. rub.3. nu.16. & Gallup. in prax. par.3. cap.3. num. 15.* & conferunt tradita à *Mantic. de tacit. lib.1. tit.5. num.35.*

190 Aliam simulationis contractus deducere quoq; licere, monent *Canar.in tract.de execut. instrum. q.13. nu. 25.* & resoluit *num. 31. Pand. declar. 19. num. 35. Franc. Anton. de Iudic. Roberto consid.4. num. 56.* & hoc *in Ritu Carau. num.*etiam *56. Galter.p.2. 3.p. princ. rub. 3. num. 19.* nisi productum instrumentum contineret clausulam, omnia,& singula vera esse, dixit *Vrsill. dec.263. num. 4. Anichin. de prauent. cap 2. dub.4. num.178.*

191 Falsitatis multò magis licere obijcere,credendum est cum *Gramm.cons. ciuili 66. 88. & 95. Pand. ead.par.5. declar. 20. num.36. & Franc. Anton. de Iudice Roberto eadem considerat. 4. num. 49.*

192 Nec non vsura notatum, *Capyc.decis.175. Barzius par.3. q.7.* idemquè *Pand. declarat.17. num.33. Vinius decis. 304. num.1. Caualc. decis. Fiuizana 31.num.5.par. 1. Carrocc. dec.133. n. 8. Maxill. ad consuetud. Bar. rub. de iure Prothom. §. in permutationibus, num. 10. Sesse cit. tract. de inhib. cap. 4. §.2.n.7. Thor.p.1.in verbo, Instrumentum, §.19.* eorumq; veram opinamur assertionem, omissa contradicente *Surd. in cons. 327. vol. 3.* quem laudat *Reg. Rouit. in prag.1. num.14. de instrum. liquid.* cuius meminit *Auus meus ad cit. Capyc. decis.175. sub n.2.* illamq; insectantur *Farinac.decis.540. num.10. in vlt.coll.Ludouis. dec.234. num.1.& decis.406. num. 17. & Gaitus de credito, cap.3. tit.1. num. 1043.* necnon idem *Thor. in eod. compend. dec. verbo, Exceptio vsurariæ prauitatis, Consil. Rocc.respons. 90. lib.1.* potissimùm, si vsura esset manifesta,& notoria, nostram opinionem locum vendicare,ijdem affirmant, & tradunt *Vrsill. ad Afflict. decis. 31.num. 4. Praes. Merlin. controu. forens. to. 2. cap. 76. num 9. Consil. Rocc. lib.2. respons.83. sub num.12. & lib. 1. not. 100. de lit. camb.sub nu. 251. Nouar.lib.2. quaest. forens.29.* idem *Thor. voto 84. nu. 63. par.1. Borrell.par. 2.summ. decis. tit. 19.de instrum.liquid.num.43. cum seq.*

193 Rei non traditę exceptionem in exequutiuis opponi posse, & exequutionem impedire, scripsere *Bellon. decis. Ianuæ 190.num.6.Borrell.par.1.summ. decis. tit.48. de except. num.104. & p. 2. tit.19. de instrum. liquid. nu. 152.* (quiq; *nu.* 148. confirmat à nobis tradita *in hoc Ritu,sub num.76.*non posse liquidari instrumentum pro tacita reconductione)Sicuti, & adimplementi non facti, *Gratian. discept. forens. cap. 851. Monac. decis. Bonon. 40. Cæsar Barz.decis.36.num.23. Donad. de renunciat. cap. 19. num. 34. & 35. Moccia in sylua à cap.2. ad 9. Marott.* di-

diſcept. forenſ. cap. 27.

194 Necnon, & aliā vis, doli, vel metus, & produci poſſe, & productam, impedire incuſationem, aſſeuerant *Canar. q.* 12. *in fin. Pand. indic. par.* 5. *declarat.* 22. *num.* 39. & *Thor.* copioſè extricans, multiſquè comprobans deciſionibus, *par.* 1. *compend. in verbo, Inſtrumentum*, §. 26.

195 Demùmq; omnem aliam, tùm creditoris, tùm debitoris obligationem pertinentem in cauſa eſſe, vt inſtrumenti liquidatio impediatur, monet *cit, Franciſc. Anton. de Iudice Roberto mentionata conſ.* 4. *num.* 71. & nonnulla cumulant *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 48. *Frecc. par.* 9. *q.* 7. *Canar. de execut. inſtrum. q.* 1. 2. 3. *&* 4. necnō 11. *Seſſe de inhib. cap.* 5. §. 8. *num.* 38. conſtituens plures regulas, & *n.* 76. recenſens, foros Aragoniæ conformes huic Ritui.

196 Quin, & exceptionem *Macedoniani, ac l.* 2. *Cod. quod cum eo*, poſſe opponi, & oppoſitam, impedire, deducitur, ex *deciſ. de Franch.* 181. *num.* 5. *& deciſ.* 221. *num.* 2. *Reg. Rouit. in comment. ad prag.* 1. *de S. C. Maced. num.* 24. latiſſimè *Molfeſ. conſ.* 4. *vol.* 1. *comment. ad conſuet. & conſ.* 42. *vol.* 2. *Bened. Barz. de inſtrum. guarentig. par.* 3. *q.* 6. *Vrſill. ad Affl. dec.* 308. *n.* 16. *Thor. par.* 1. *compend. verbo, Filijſfamilias, Borrell. add. tit.* 19. *num.* 140. *Franc. Maria Prat. reſp. crim.* 39.

197 Sed cui incumbat deducere hanc qualitatem, ſcilicèt debitori citato, fuiſſe filiumfamilias tempore initæ obligationis, vel creditori illū fuiſſe abſq; patre, ſi namq; veritate pollet illorum DD. opinio aſſerentium, quod excipiens vitam illam probare non debet. Iudex filiumfamilias abſoluet, non facta per creditorem probatione, maximè attenta theorica *Angel. in l. ſed & ſi ſuā* 34. quæ in lectura *Angeli incipit Hæres, num.* 3. *de acquirend. hæredit.* dicens, quod compilato proceſſu, ſi Reus excipiat, quod actor eſt filiusfamilias, & propterea non poterat eſſe in Iudicio ſine patris cōſenſu, ad *l. fin.* §. *neceſſitate, C. de bonis, quæ liberis*, tali caſu Reus ſit abſoluendus, cum actoris onus eſſet deducere patrem, ante Iudicium deceſſiſſe, qui viuere præſumitur, aduertens ibi *Angel.* quod ex iſta iuris præſumptione de vita patris, magnum quis conſequi poterit honorem, ſi illam practicare ſciat, cum ferè in tota Italia huiuſmodi adſint ſtatuta, vetantia filijsfamilias actus, quodquè tradidit *Bertach. in tract. de Epiſcop.* 5. *par.* 4. *lib. num.* 81.

Ipſe verò contrarium puto verius, cum actor creditor ſuam fundatam habeat intentionem ex illius obligatione, qui patrem non habere aſſeruit, *argument. text. in l.* 1. *C. ad Maced.* & ibi *Gl. l. ſi quis, ff. eod.* adcò quod excipiens, fundans ſe in patris vita, illam deducere habeat tanquam eius intentionis Achilles, *Corn. conſ.* 68. *lib.* 2. *& conſ.* 208. *vol.* 4. *n.* 6. quos *Aſcan. Clē. de patr. poteſt. c. vlt. n.* 109. inſequitur, inquiens *num.* 77. *cap.* 5. ab illo eſſe probandam qualitatem illam, qui altera ex illis innititur, ſicuti dicitur de maiori, vel minori ætate, *l. ſi in minorem, C. de in integr. reſtit.* quibus non officit particularis ſanctio *prag.* 1. *ad S. C. Maced. incip. per excellentem*, qua cauetur, aſſertionem factam ab ipſo debitore, ſe non habere patrem, vel eſſe emancipatum, aut ſeorſum ab eo viuere, nullum ipſi confitenti, ſed dumtaxàt creditori præiudicium afferre, abrogato iure communi aliter diſponente, vulg. *iuribus*, imò ex ipſa falſa aſſertione, nec pœna criminalis incurritur proſcripta *in prag.* 63. §. *fin. de offic. procur. Cæſar.* quam *Rouit. in d. pragm.* 1. *num* 3. memorat, ſiquidem aliud eſt dicere huiuſmodi falſam aſſertionem ſibi ſic falsò aſſerenti non nocere, quoad excluſionem obligationis, nec quoad multam criminalem, vt in præfatis *pragm.* & de hoc non eſt noſter ſermo, aliud verò eſt dicere, quod falſa aſſertio præiudicium non ſibi intuliſſet in hoc, nempè, quod ſi non deduxerit, patrem vixiſſe tem-

tempore instrumenti, non per hoc ad debiti solutionem cogi possit, & est id, quod nos impugnamus, nam ex sua confessione (cuius nulla est maior probatio) hoc oritur creditori priuilegium, & debitori damnum, vt suæ confessioni sit standum, donec probauerit patris existentiam, *l. si post diuisionis, C. de iur. & fact. ignor.* quem *text.* punctualitèr in debitore, se patremfamilias asserente, laudat *Aretin. in d. l. sed etsi de sua, num. 4. vers. aduerte*; Meritò propterea noster *Carau. in d. pragm. per excellentem*, §. 12, *num.* 1. asserit, quod si
198 debitor super tenore instrumēti citatus, se fuisse filiumfamilias opponat, cōtractumquè proindè nullum, fit ille carceribus mancipandus, & ad soluendum cogendus, donèc de patris superuiuentia docuerit, quamq; aleam hoc *in Rit.* sustinet *num.* 76. restringens, nisi ex instrumento publico, vel promptuarijs testibus in Curia deductis de superuiuentia constiterit, praximq; subiungit isto casu, vt sit etiam procedendum ad liquidationem, quia creditori multa circa contractus validitatem occurrere poterunt, sed esse supersedendum pro debito, & pœna in executione personali, donec aliter fuerit de iustitia prouisum; Nec tibi persuadeas *Carau.* per illa verba, *In executione personali*, sensisse, posse ad executionem realem procedi, nam si impeditur executio personalis, impeditur etiam realis, cum vtraq; ex validitate, vel inualiditate contractus pendeat, quin *Paschal.* doctissimi *de patr. potest. cap. 6. num. 6.* si rectè intueantur verba *Carau.* in opinionem concurrunt, nàm ille conatur demonstrare falsam illam assertionem emancipationis, &c. non aliter præiudicare, vt à *num. 7. versic. Nec aliquid*, & ita se declarat postea *sub num.* 11. sua dicta vendicare locum annuens, quando ex eodem instrumento, vel creditoris confessione liqueret, debitorem tempore contractus patrem habuisse, prætendente creditore ex cōfessione habere fundatam intentionem, quod sit emancipatus, vel seorsum vitam ducat, hoc quippè casu creditoris est onus emancipationem, vel separatam vitam deducere, ex exaratis ab eodem *nu.* 7. Quinimò ego addo plus, ex solis huiusmodi assertionibus, superuiuentiam patris probari, nam emancipatio, & viuere seorsum illum viuere præsupponunt, cum priuatio præsupponat habitum, *l. fin. ff. de verbor. oblig.* igitur si ex eodem cōtractu liquet hoc, sequitur, quod validitas ipsius pendeat á probatione emancipationis, &c. & hoc idem quod *Paschal.* dixit *Carau.* in vtroq; loco approbauit, limitando, quotiès ex instrumento, vel testibus, de superuiuentia tempore contractus appareret; Imò *Pasch. sub num.* 11. *vers. Secus verò*, dixit, omnia prædicta locum habere, quando constat de patris existentia, secus si non liquet, vel ipsemet illum non habere asseruisset, putans, hoc casu ad liquidationem, & ad carcerationem deueniri posse, & hoc esse diuersum ab altero quæsito *In vers. Et hic casus*, nàm in primo iam erat patria potestas deducta, & solùm creditor ipsum debitorem à patriæ potestatis nexu liberatum fuisse prætendebat, & proindè ipsius erat creditoris onus probandi, at hoc nostro casu dicit, quod reus excipit, & patris laudat superuiuentiam, quæ est qualitas à statuto requisita, vt illius beneficio pro inualidanda obligatione frui debeat, quamq; qualitatem ipse probare obstringatur.

199 Hinc inoleuit vsus Curiæ pro Tribunali sedente præsentari instrumentum emancipationis, quin, & in ipsa citatione est facienda mentio de illo, teste *Prat. add. respons. 39. num. 38.* Verùm aduertas, quod emancipatio est nulla, si fiat, filio absente, *l. iubemus 5. C. de emancipat. liberor.* quo *Textu* freti, ita probant *Camill. Borrell. cons. 73. num. 12. Narbona de ætate, anno 7. q. 34. num. 3. & 4. Lara in compendio vitæ hominis, cap. 16. num. 33.* & praxim indicant *Marant. in specul. 4. par.* di-

distin. 18. *num.* 4. *Paschal.par.* 1. *cap.* 6. *num.* 129. *cum seq. Vrsill. ad Affl.dec.* 183. *num.* 9. quid verò, si communitèr reputabatur emancipatus, permittebatquè pater publicè filium negotiari, extricant *Bart. & Bal. in l.2.C.si aduersus rem indic. num.*5. *Mascard. de probat. conclus.* 597. *num.* 4. *de Franch. decis.* 10. *Stephan. Gratian. discept. forens. to.*5. *cap.* 820. *& R.Capyc. Latr. consult.* 16. *lib.* 1. *num.* 13.

200 Verùm, si filiusfamilias pro patre se obligauit, possit necnè contra ipsum liquidari, maximam reperimus contentionem extare inter scribentes, idemq; *Molfes.* vtrobiquè *consilio* nempè 4. *&* 42. acerrimè defendit, eiusmodi exceptionem impedire incusationem, & instrumentum prorsùs inualidum esse, insequuntur *Paschal. cap.*6. *nu.*2. *Reg. Rouit.in d.pragm.* 1. *num.*47. *Prat. respons. add.* 39. *num.* 16. *&* 25. *Amendol. ad Franch. decis.*221. *num.*3. *Reg. Sanfelic. decis.* 190. *num.*8. *Præs.R.C. Amat. cons.*41. *Thor. par.* 1. *verbo, exceptio legis quod cum eo*, quodq; extricauimus *Rit.* 135. & idem *Thor. par.* 1. *comp. dec. verbo, Instrumentum, & voto* 84. *nu.* 217. necnon *voto* 97. *par.* 1. loquens de filiafamilias obligata simùl cum patre, *Nouar. in pragm.* 1. *collect.* 3. *num.*25. *de Senat. Consult. Maced.* & quid, si fuerit prætensum esse emancipatum, *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 1. *verbo, Instrumentum an liquidari possit.*

201 Exceptio itidèm Velleiani impedit instrumenti liquidationem, *Galter. in* 2. *par. rubr.* 11. *num.*18. *&* 55. *Thor. par.*2. *compend. decis. verbo, Mulier, & voto* 97. *num.*4. *par.*1. *Consil. Staiban. resolut. forens. cent.*1. *resol.* 42. *& cent.* 2. *resol.*177. *num.*9. *& resol.*183. *n.*65. *Montan. controu.*4. *num.*15. *& controu.* 76. prætèr, si fuisset obtenta dispensatio ab omnibus Regentibus Collateralis Consilij, & ab eis memoriale subscriptum, *Franch. decis.*623. *n.* 26. *vers. Sed dicebatur, Reg. de Ponte cons.* 40. *vol.* 1. *& de potest. Proreg. tit.* 12. *rub. de decret. collat. Consil. in princip. Palm. in diuers. iur. comm. & Regni Gl.* 20. *num.* 8. *Thor. in supplem. compend. decis. verbo, Mulier*. Isthæc etenim Regia dispensatio omne adimit obstaculum, *Consil. Rocc. respons.* 4. *n.* 2. *lib.* 1. *& respons.* 53. *num.* 10. *lib.* 2. & pluriès decisum tradunt *Consil. Hodiern. ad Surd. decis.*86. *num.*27. *Reg. de Marin. quotid. resolut cap.*236. *lib.*2. & maxima cum discussione decisum fuit, iunctis Aulis, *referente Dom. Cons. Erasmo de Ponte*, in causa Principissæ Auetranæ, cum creditoribus Principis, declaratumq; fuit, contractus ab ipsa Principissa initos esse validos sub die 24. Ianuarij 1658. & nouissimè in causa Ill. Ducis Ielzi D. Io.Baptistæ Carrafa (Viri omnibus ijs laudum generibus instructi, quæ in equite summo probo, ac docto conueniunt) cum creditoribus Principis Maydæ, etenim, dimisso pecunia ipsius Ducis, D.Thoma Carafa de militia creditore sub die 13. Martij 1606. nedùm Marci Antonij Loffredo, sed Elionoræ Caracciolo eius vxoris, vigore publici instrumenti Regia dispensatione vallati respectu ipsius Elionoræ, pro summa ducatorum termille ab ipsis coniugibus receptorum pro illis erogandis in recuperatione ducatorum centum viginti mille ipsis legatorum per Ducem Foroleti, opposita deindè contra dictum Ducem Ielzi Velleiani exceptione, è S.C. *referente Dom.Consil. Hortensio Pepi*, meo Socero, manauit sententia sub die 3. instantis mensis Iunij 1662. tenoris sequentis.

Quod Ill. Dux Ielzi nomine, vt in actis, remaneat primo loco graduatus pro summa ducatorum termille, & ipsorum interesse, decurso à die graduationis, tàm super bonis burgensaticis, quàm feudalibus patrimonij Ill. Principis Maydæ, ex iuribus, tàm q.Ill.Marci Antonij senioris Principis Maydæ, quā ex iuribus q. D. Elionoræ Caracciolo Principissæ Maydæ eius vxoris, vigore cessionum obtentarum per q. Eligium, & Asca-

Ascanium Carafa prædecessores dicti Ill. Ducis à q. Thoma Carafa de malitia creditore dictorum Principum coniugum ex contractu de anno 1606. non obstantibus oppositis pro parte aliorum creditorum dicti Patrimonij. In Banca Clauelli.

Ex *Tex. in l. vir uxori, §. mulier, & Titius, ff. ad S.C. Vellei.* ibi, *Mulier, & Titius cum in rem communem mutuarentur eiusdem pecuniæ rei facti sunt, Gloss. facti*, scilicet, *insolidum*, & concinunt *Text. in l. si Titius, & in l. Vranius, ff. de fideiuss.* & tradita nouissimè à *Io: Baptista Mucc. var. quæst. forens. dilucid. q.* 12. in qua, omnes promemodum casus, in quibus mulieres Velleiano non iuuantur, rescribit, cuius dispensationis debet fieri mentio in citatione super tenore instrumenti, dicendo, quod veniat mulier responsura susuper tenore instrumenti publici, Regia dispensatione vallati, *De Franch. cit. dec.* 623. *num.* 5, *Consil. Staiban. add. resolut.* 183. *n.* 2. 6. 12. 52. 76. *&* 212. *Carol. Anton. Mocc. in sylu. cas. forens. cap.* 2. & confirmant ea, quæ de assensu scripsimus supra *num.* 81.

Vtrum verò valeat M.C. cognoscere de subreptione, vel obreptione rescripti, & Regiæ dispensationis, ad finem cognoscendi, si obstet exceptio Velleiani, necnè, et si est procedendum, vel non, ad instrumenti liquidationem, affirmatiuè ex *D. Reg. Io. Camilli Cacaci responso*, resoluit *Mocc. in cap.* 43. *eius sylu.*

Sed àn si mulier plures inijt contractus cum Regia dispensatione, dummodò non remaneat indotata, ex quibus obligationibus enormissimè læsa indotata remaneat, àn nullitati subiaceant contractus posteriores, vel etiam priores, & omnes corruere, scripsit *Noguerol. in alleg. iur. alleg.* 29. *ex num.* 107. sed contrarium voluit *Salgad. in labyrinth. credit. concurrent. par.* 1. *c.* 4. *ex num.* 10. cui me subscribo, eiq; assentitur *Iudex Francisc. Maria Prat. de patr. potest. par.* 3. *cap.* 3. *vers. Ex his congrua*.

202 Sed àn contra hæredem cum ben. I. & In. obligatum, via *Ritus* ad interrogationem procedi possit, *Prat.* affirmatiuam aleam fundare conatus fuit *cap.* 15. *tom.* 1. *discept. forens.* in causa Cęsaris Bonuicini, cum Cęsare Zattara, in qua decisionem compilauit *D. Reg. Capyc. Latr. decis.* 115. *lib.* 1. testaturq; in gratiam hæredum determinatum fuisse, quod memorat quoq; *Thor. in supplem. compend. verbo, Hæres cum beneficio*, & scripserat *par.* 3. *sect.* 1. *verbo, Instrumentum àn possit liquidari contra hæredem, & voto* 84. *num.* 241. *p.* 1.

Consil. verò *Staib. resol. forens.* 19. *lib.* 1. pro creditore scripsit contra hęredem nomine proprio obligatum, ipseque cum tanti viri placito non concurro, ex S.C. decreto, iunctis quatuor Aulis, per modum legis lato, sanciente hæredem pro debito defuncti obligatum etiam proprio priuato, & principali nomine sub quibuscunq; clausulis non teneri vltra vires hæreditarias, nisi expressa, & specialis renunciatio beneficio inuentarij, interueniat, registrato apud *Sanfelic. decis.* 212. *lib.* 2. *& in volum. pragm. sub tit. de offic. S.R.C. pragm.* 81. memoresq; sunt *Thor. citat. Reg. Capyc. Latr. consult.* 31. *lib.* 1. *Mocc. in sylu. cap.* 47. *nu.* 21. extendens etiam ad hæredis fideiussorem, *Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. decis.* 115. *num.* 3. & antè Præfecti Prætorij memoratam sanctionem, contra hæredem respondere, *Angel. cons.* 31. *Corn. cons.* 31. *lib.* 3. *& cons.* 36. *lib.* 4. *Phanuc. de Inuent. in paruis par.* 6. *num.* 110. *& in tract. de lucro dotis, quæst.* 8. *num.* 57. *Gratian. discept. cap.* 264. *Paschal. cap.* 2. *num.* 167. & decisum testatur *Reg. Rou. in prag.* 1. *de arbitr.* in hæredis gratiam post alios, scripsere *Minad. decis.* 25. *de Franch. decis.* 648.

Quin, & iure communi pactum, vel statutum carcerandi debitorem, hæredem non complectitur, *Sebast. Medic. in tract. mors omnia soluit, par.* 2. *conclus.* 20. *Pekius de iur. sistendi cap.* 10. quamuis contrarium annuant *Tepat. lib.*

lib.1.variar.sentent. tit.de execut.personal.vers.3.Tusch. lit.S, conclus. 478. *à num.* 2. *Sola ad Const. Sabaud.tit. de captur.debit.ex caus.ciuil. Glos.1.prim. partis num.* 7. hanc quippè inuentarij exceptionem inter exceptiones, etiam aduersus sententiam opponendam connumerant *Gratian.to.3.discept.forens.cap.* 495. *Caroc. de remed. contra sentent. except.* 68. *Mastrill. dec. Rot. Sicil.*24. *Guttier.de contract. cap.* 17. *num.* 3. *Canar. de exequu. instrum. q.* 28.*Prat.obser.*53. *num.*3. tàm in Iudicio ordinario,quàm summario,*Valasc.* decisum tradens, *dec.* 87. *in fine*, illam propterea praxis exceptionem modificatiuam appellat, omniumquè primam constituunt, *Reg. Capyc.Latr.dec.* 115. *num.* 15. *Prat. lib.* 2. *discept.for. cap.*25. *num.*26. *Gallupp. in prax.S.C. par.* 3. *cap.* 4. *art.* 3. Verùm de iure Regni extat *pragm.* 28. *capitum*, & est 4. *cap.* 25. *de dilat.* disponens, exceptiones modificatiuas non posse opponi post sententiam, ad finem eius exequutionem impediendi, elapsis triginta diebus, à die notificationis sententiæ,vel decreti diffinitiui, præstita cautione (parte instante) de restituendo quicquid fuerit iudicatum, minimè obstante, si alia cautio fuisset à parte, quæ instat pro exequutione, data in casu retractionis, vt optimè obseruat *Dom. Cons. Hodier. ad Surd.dec.*332. *num.* 8. Et àn, exceptione discussionis inuentarij legitimè confecti opposita, possit procedi ad sequestrum bonorum hæreditariorum, negatiuè resoluit *Prat. lib.*2. *discept. forens.cap.*35. *num.*28. *& obseru.*53. *ex Reg. Galeot. to.*1. *controu.cap.* 63. *num.*53. declarans dicta per *Reg. Sanfelic. dec.*211. *par.* 2. & inuentarij exceptionem opponens, àn teneatur illud exhibere, vel sufficiat indicare Notarium,& quod sufficiat indicare,firmant *Vrsill.ad Afflict. decis.* 77. *in fin. Muscat. in prax. ciuili* 3.*par.*1. *par. Glos. comparentis, num.* 20. *circa medium*. Contrarium tamen, vt exhibere teneatur, enucleato sano, & germano *Vrsilli* sensu, verum esse ostendit *Prat. obseru.* 95. & firmant *Thor. vot.* 39. *num.* 72. *lib.*1. *Gratian. lib.*5.*discept. forens.cap.*981. *num.*24. & decisum memorat *Gizz.ad Capyc. Latr. decis.*99. *num.*7. *&* 8. sed cuius sumptibus hæres illud producere habeat, inquirit *Thesaur. quæst. for.* 10. *num.*30. *lib.*1.

203 Exceptio verò nonnumeratæ pecuniæ impediat nè instrumenti liquidationem, tractant *Prat. respons.crimin.* 31. *num.* 148. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 191. *num.* 15. *Cons. Rocc. lib.* 1. *respons.* 3. *&* 28. *& notab.* 10. *& tom.*2. *respons.*56. nonnulla extricans, quiq; *notab.* 69. *sub num.* 253. *de assecurat.* subnectit, an illa locum habeat inter mercatores, *D. Franc.de de Cuenca, & add.de deposit. claus.* 11. *D. Ioseph de Ninno de Albarano, seù chyrographo mercatoris*,§.4.& idem *D. Franc. de Cuenca in add. lit.* F, G, *&* H, *Paul. Bellon. lib.*2. *de potest.eor.quæ fiunt in contin. cap.*76. *Vilhelmus Radelantius dec. Posth. Cur Prouinc.traiectine* 50.*num.*4. tradens, in huiusmodi materia præsumi totum accepisse, qui partem habuisse fatetur, & an huiusmodi exceptioni renunciari possit, disputant *Couarr. lib.*2. *resol.*4. *n.* 13. *Coler. de process.execut. par.*1.*cap.* 10. *num.* 210. *Io. à Sande* decisum refert *in Suprema Frisiorum Curia tit.* 2. *lib.*3. *dec.*1. renunciationem hactenus valere, vt creditor non teneatur probare numeratam pecuniam esse, quod onus probandi alioqui ipsi incumbit, sed quod debitor, qui renunciauit,grauetur onere probandi sibi illã non numeratã esse;& quod creditor, qui confessus fuit se à debitore pecuniam recepisse, valeat opponere replicationem non numeratæ pecuniæ, deducitur ex *tex. in l. in contractibus,* §. *super cæteris*, *C.de non numer.pecun.* quod mirabiliter restringitur, si vltra confessionem, quietatio adesset, tunc namq; statim confessio præiudicium, affert, *Natta cons.*196. *n.*1.*lib.*1.*Mocc.in*

sylu. cas. forens. cap. 57. & ad impediendam exequutionem apocæ banci an admittatur, loquitur *Gizz. ad Capyc. Latr. decis.* 111. de exceptione promissionis erroneæ, *Thesaur.* sermocinatur *dec.* 26. *num.* 15.

204 Cedendarum exceptionem impedire instrumenti executionem, voluere nonnulli, *Alex. cons.* 119. *num.* 20. *vol.* 1. *& cons.* 20. *num.* 3. *vol.* 2. *Dec. cons.* 27. *num.* 1. *& cons.* 99. *num.* 2. *de Marsil. sing.* 7. *Rebuff. ad Constit. Galliæ tom.* 1. *tit. de liter. oblig. art.* 1. *Gl.* 9. *num.* 46. *Franc. Milanens. decis.* 1. *num.* 4. *lib.* 2. Sed an exceptio ista cedendarum actionum obstet creditori, qui liberauit vnum ex correis, cum expressa reseruatione, agendi pro restanti quantitate contra alios correos, negatiuè resoluunt *Reg. Capyc. Latro dec.* 112. *par.* 1. & ibi *Gizz. num.* 10. *Merlin. de pignor. & hypot. lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 72. *à num.* 2. *Mocc. in sylu. cas. forens. cap.* 68.

205 Exceptionem insupèr remissionis mercedis, etiam aduersus instrumentum liquidum, militare, ob casus inopinatos, & insolitos, haud obstante, amplissima renunciatione casibus fortuitis, voluerunt *Barthol. Soccin. cons.* 123. *num.* 11. *vol.* 4. *Portius cons.* 143. *num.* 20. *Roland. à Vall. cons.* 45. *n.* 16. *vol.* 3. *Bursat. cons.* 81. *num.* 6. *vol.* 1. *Ioan. Mohedan. decis.* 236. *Borrell. add. cap.* 16. *num.* 198 *Franc. Marc. decis.* 208. *par.* 2. *Dom. Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. cap.* 186. *Antonel. cons.* 94. *Staib. cent.* 2. *resol.* 148.

Hinc in famigerato articulo resolutionis contractus, vel saltim moderationis mercedis in beneficium Io. Baptistæ, & aliorum di Benincasa debitorum hæredibus Io. Baptistæ Caracciolo in annuis ducatis centum viginti quatuor ex causa census emphyteotici debiti super territorijs modiorum viginti quatuor existentibus in Terra Summæ, iure sustinuimus, contractum illum, siuè locationis, siuè emphytheusis foret, esse resolutum, vel saltèm esse faciendam canonis diminutionem, minimè refragantibus pactis in contractibus emphyteoticis apponi solitis, & renunciatione in ampla forma, ex quo territoria concessa in nullo erant redditu, flammis, cinerumquè torrentibus vesuuiani incendij de anno 1631. deuastata.

206 Diximus, contractum illum verè locationis esse, ex pensione, quæ fructibus adæquata, non in recognitionem directi dominij, sed pro territoriorum vsu ab vsuario potius, quam emphyteuta soluitur, ex *Dec. in auth. qui rem, in princ. C. de S. S. Eccl. Parpal. in repet. l. placet col.* 21. *eod. tit. Curt. in tract. feud. fol.* 6. *Brun. Astorois in tract. excludend. fœm. stant. agnat. fol.* 40. *col.* 2. *Modern. in repetit. l. gallus,* §. *quidem rectè, col. penul. ff. de liber. & posthum. Aqnens. in l. interdum,* §. *quod ex Naufragio, ff. de acq. possess.* recensiti à *Cagnol. in l.* 2. *à num.* 282. *Cod. de rescindend. vendit. DD. in l.* 1. *&* 2. *C. de iure emphyt. Canonist. in cap. potuit, de locato, Io. Andr. ad Speculat. tit. de emphyt.* §. 6. *vers.* 4. *& tit. de empt. & vend.* §. *nunc dicendum, Alex. de Neuo cons.* 30. *n.* 1. *Menoch. cons.* 372. *num.* 7. *cons.* 444. *num.* 34. *Becc. cons.* 35. *num.* 2. *Cassane. in consuetud. Burg. in tit. de censib. versic. Et le dex ans possess. num.* 8. *Ias. in l.* 2. *col.* 2. *nu.* 51. *C. de iure emphyt. Bart. in l.* 1. *num.* 3. *ff. de superfic.* vbi etiam *Ias. num.* 35. *Aret. cons.* 55. *num.* 4. *Alex. cons.* 112. *lib.* 1. *Barb. cons.* 14. *num.* 36. *lib.* 2. & ait se ità pluriès consuluisse, *Ruin. cons.* 157. *num.* 23. *& cons.* 77. *lib.* 1. *Bald. in cap.* 2. *n.* 3. *de dilat. Corset. in sing. l.* quod incipit, *Contractus, Cephal. cons.* 9. *num.* 12. *lib.* 1. *Thesaur. decis. Pedem.* 129. *num.* 2. *Alciat. in l.* 2. §. *nam si aliud, ff. si certum petatur, Riminald. sen. cons.* 45. *num.* 14. *&* 17. *Afflict. decis.* 80. *num.* 8. & decisum testatur per Sacram Rotam Romanam, *Seraphin. in vna Casalen. Marcilian.* quam dec rescribit *Virgin. de Beccat. in tract. de cens. par.* 2. *num.* 153. quem laudat, & se-

& sequitur *Prosper Petra* Auus meus *in annot. ad Capyc. decis.* 103. *num.* 1. *Cesar Manente* Mātuani Senatus Prę ses,*in tract.de contractu liuellario,q.*1. *pact.*3. alios adducens, pluriès iudicatum insinuar, & malè loqui *Surdum* contrarium firmantem *in decis.* 198. subnectit, hancquè sententiam sæpè insequuta fuit *Rota Romana* apud *Paulum Rub. tom.*1. *decis.*14.*& in nouiss. decis.*720. *num.*5. *par.* 1.reprobantem *Nattam* contrarium sentientem, (qui impugnatur etiam ab *Aymone de alluuionib. lib.*2. *cap.* 18.) *Merlin.tom.*2. *decis. Rot. Roman.* 545. *Magon. decis. Florent.* 117. *num.* 44. *Macerat. var. resol. lib.* 1. *resol.*106. *num.* 24. *Card. Seraphin. dec.*272. & meliùs *dec.*794. *Faber in Cod. lib.*4. *tit.* 43. *de iur. emphyt. definit.*36.

Præterquam quod, theorema hoc adeò veritate nititur; vt quotiescumquè fructibus pensio correspondet, iura loquētia de emphyteusi non adaptantur huic contractui, quia hic pro verò locationis contractu existimarunt, *Aret. d.cons.* 55. *n.* 4. *ad fin. Riminald.iun. cons.*40. *&* 160. *num.* 10. *cons.*461. *num.* 21.25.26.*& cons.*643. *in fin.Bursat. cons.*255.*num.*1. *Cephal. cons.*9. *num.* 12. *& cons.* 523. *num.*50. *& cons.*699. *num.*22. *& cons.*703. *nu.* 44. *Siluan. cons.* 42. *num.* 5. *Bal. in l.* 1. *num.* 2. *C. de iur. emphyt. Soccin. in l.gallus*, §. *etiam parentem,sub num.* 6. *vers.Confirmatur hoc, ff.de liber. & posthum. Berous cons.* 130. *per tot. Ruin. cons.*57. *num.*10. *& cons.*77. *num.*70. *& cons.*157. *nu.*.23. *Neuizan.cons.*92. *num.*11. *in fin.Riminald.sen.cons.*419. *n.*16. *& cons.* 441. *in fin. Cott.in verbo,emphyteuta regularitèr, Boss. de remiss. merced. cond. num.*114. *Aym. de Alluuionib. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 21. *& seq. Viuin. decis.* 500. *num.* 3. *in fin. Rot. Rom. in nouiss. decis.*564. *num.*2. *par.* 1.& id tuentur *Becc.cons.*3. *nu.*22. *&* 27.*& cons.*35. *num.*6. *cons.* 114. *n.* 11. *Grat. in cons.*76. *num.*15. *& cons.* 81. *num.*12. *Roland. cons.*96.*num.*25. 26. *&* 44. *Cagnol. in authent. qui rem, num.*6. C. *de Sacrosanct. Eccl.& in l.*2. *de rescindend. vend. n.*102. *Mascard. concl.* 151. *num.*9. *& concl.*1133.*num.* 43. *&* 49. *Port. cons.*144.*n.*2. *Bellon. d. cons.*21.*Alber.Brun. cons.*12. *n.*74. *Brogn. decis.*44. *num.*15.*Carroc.de locat.& cond.cap.*64. *num.*7. *par.* 2.*Thesaur. decis.cit.* 120. *num.*2.*Caball.milleloq.*227.*num.* 10.*Anchar.regul.*9.78. *lib.*3. *Ludouic.Bologn. cons.*54. *col.fin.* Cui sanè theoricæ quadrat adamussim *D.de Franch.dec.*235.dum tradit, emphyteusim Ecclesiæ, quæ ad hæredes extraneos non transit, transire, si pensio correspondeat fructibus; quia tunc dicitur locario ad longum tempus.Talis .n. præstatio est adeò fortis coniectura,vt præstantior sit cæteris alijs ad iudicandum contractum locationis, non emphyteusis, *Aretin.cit. cons.* 55. *vlt.,collat. vers.*2.*respondeo, Ruin.cons.* 161. *num.*22. *&* 29. *Ludouic. Bologn. memor. cons.*54. *col.fin. Roland.à Valle in d. cons.*46. *num.*44. *Faber in suo Cod. tit.de iure emphyt.add.defin.* 36.

207 Diximus vlterius, quod etiam dato, & minimè penitùs concesso, huiusmodi contractum esse verum emphyteuticum, adhùc iustitiam illorum de Benincasa clariorem exurgere, cum certum sit, emphyteutam non remanere ampliùs obnoxium canonis solutioni,si emphiteutica res sit diruta, *l.* 1. vbi DD. *C.de iure emphyteut.* §.*adeò,instit. de locat.*& post *Clar.* & cęteros,tradunt *Surd. cons.* 197. *& decis.* 198. *num.*9. videndus, *Reg. de Ponte cons.*79. *n.*26. fuit opinio *Nicol. de Matar. Doctoris antiqui*, quia, mutata forma, rei substantia perimitur, *l. Iulianus*, §.*sed etsi quis,ff.ad exhibend.l.qui res*, §.*aream, ff. de solut.* confirmat *Speculator de locat.* §. *nunc aliqua, vers.*128. *num.*15. quem insequitur *Francisc.Marc.decis.* 325. *num.*6. laudans *Ioan.de Imol. in cap. ad Audientiam, de reb.Eccles.non alien. & Emin.Mantic.de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22 *tit.* 24. *num.*10. tradit, posse emphyteutam, si velir,

aream domino renunciare, arg. *l. Paulus, §. domus, ff. de pignor.* quod eò magis admittit *Thesaur. filius in add. ad decis. Patris* 20. *lit. A.* quando emphyteuta non posset re emphyteutica frui, nisi cum magna difficultate, quæ æquipararetur impossibilitati; veluti cum quis recepisset ius aquæ ducendæ ad molendinum, & mutato flumine, non posset emphyteuta sine impensa maiori, quam esset vtilitas, nouum alueum facere, tunc decisum tradit, fuisse admissam renunciationem, ita pronunciasse Senatum Lusitanum restatur *Aluar. Velasq. conf.* 28. *num.* 4. *Petr. Molin. de contract. disp.* 453. *num.* 22. *Fab. in Cod. lib.* 4. *tit.* 42. *de iur. emphyt. defin.* 11. tradens, Senatum Sabaudianũ, declarasse, posse fieri renunciationem, si tamen vsquè ad quadrantem census præteritos persoluat: *Et Grat. decis.* 87. *num.* 11. post *Luc. de Penn.* & alios, hoc firmat, quando successu temporis inutilis res fieret emphyteutæ, & magis in terminis respondit *Ripoll. iur. resolut. cap.* 7. *de iur. emphyt. cap.* 7. *nu.* 285. liberatum esse emphyteutam à census solutione, ex quo peciæ terræ arena repletæ fuerunt.

208 Et saltèm remissionem mercedis, & canonis reductionẽ esse faciendam ad quid minimum, exclamabamus, ex quo non leue, vel particulare passi fuere illi de Benincasa damnum, sed vniuersale, & grauissimum, cùm territoria sint omninò inutilia, & fructus nec pro expensis sufficiant, *l.* 1. *à contrario sensu, C. de iure emphyt.* ibi: *Sin verò particulare, vel aliud leue contingerit damnum*; *Menoch. de arbitr. Iud. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 76. *num.* 6. *Pinell. ad l.* 2. *Cod. de rescind. vend. cap.* 31. *nu.* 21. proùt est facienda, quando emphyteuticarius ex aliquo accidenti fundi fructus percipere non valet, *DD. in l. cum vnus, §. fin. ff. de bon. auth. Iud. poss. Io. Andr. ad Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, quæst.* 137. & plenè *Aluar. Valasq. de iur. emphyteut. q.* 27. *n.* 4. ex communi resoluit, quod si ex emphyteusi aliqua particula remansit, quæ non sit sufficiens ad solutionem constitutæ pensionis, debeat fieri remissio; quem insequitur *Cancer. variar. resol. cap.* 1. *de act. & oblig. num.* 187.

Adduximus insupèr decisionem in causa IudicisM. C. V. Francisci Vollari, cũ Æconomis S. Georgij huius Ciuitatis, qui cum prætéderent nonnullas annatas ex causa annuorum ducatorum vigintiquinque pro censu emphyteutico super territorio sito in pertinentijs Terræ Summæ, in quo erat etiàm palatium, fuit oppositum pro parte Vollari, non teneri, nec pro præterito, nec in futurum. Facto accessu super faciem loci, & habito pro verò fuisse territorium deuastatum pro medietate ex causa Vesuuij, decreto S.C. fuit prouisum, quòd pro annis decursis solueret ducatos vigintiquinq; pro vna vice tantùm. Et in futurum annuos ducatos duodecim, & sic illum absoluit à solutione census territorij destructi. De qua decisione memor est *Thor. par.* 3. *comp. dec. sect.* 3. *verbo, Solutio census*, Confert *Thes. dec.* 226. elegantèr insequitur *Larrea alleg. fisc.* 31. *num.* 32. & quem, post alios, laudat in terminis, *D. Franc. Mar. Prat. discept. forens. cap.* 25. *à n.* 3. *to.* 1. & affirmant *Grinell. dec.* 9. *Amaya in l. vnica, C. de collat. donator. à num.* 10. *Surd. conf.* 1622. *num.* 22. *Hermosill. in l.* 5. 6. *tit.* 5. *par. glos.* 4. *num.* 19. *& Glos.* 11. *num.* 128. *Georg. Frantzk. var. resol. lib.* 1. *resol.* 5. *Auendan. de cens. cap.* 35. *à num.* 3. *ad* 14. *& c.* 36. *Pereira decis. Portugall.* 101. qui tradunt, ex superueniente communitatis, & vicinorum inopia, & ex alijs iustis causis, saltèm ex æquitate reductionem census emphyteutici, & reseruatiui excessiui admitti, ex *lex quidã, ff. de vsur.*

209 Nec me deterrebat exemplum adductum in simili thesi rei iudicatæ per S. C. in causa Sacræ Religionis Hyerosolimitanæ, cum Aloysio Minutolo, qui cum prætendisset censuum moderationem ex causa Vesuuiani incendij, fuit, per ipsum adductis non obstantibus

bus, ad illorum integram solutionem condemnatus, *referente Dom. Consil. Io. Baptista Ionino*. Siquidem determinatio illa, nè quidem rei nostræ colli-neat, vt casus ille toto distet cęlo à nostro, etenim in causa prædicta, illud verum est in facto fuisse factam concessionem anno 1608. modiorum 53. Aloysio Antonio Minutolo ad annuũ canonem ducatorum centum, quem soluere promisit, & non cessare, aliqua ex causa belli, pestis, vel alterius cuiusuis casus opinati, vel inopinati. Et deuastatis ex incendio prædictis territorijs, nedùm Minutulus protestatus non fuit. Sed de nouo illa plantauit, & reduxit ad fertilem culturam, cumq; cessasset à solutione canonum per nonnullos annos, Sacra Religio non petijt canonum solutionem, sed territoriorum deuolutionem pro obseruantia pacti in instrumento concessionis adiecti. Instructo processu, succumbuit Sacra Religio, circa deuolutionem; sed tantùm fuit Minutulus condemnatus ad censuum solutionem, quæ decisio iustissimè è tanto Senatu emanauit, ex nonnullis in facto contingentibus, quæ à nostro prorsus sunt extranea, & aliena.

Quia in illo casu quatuor petia territoriorum concessa, tempore concessionis non erant vndiquè arboribus plena, & totalitèr plantata, sed fuerunt concessa territoria, quasi nuda, & vacua, in quibus postea arbores plantatæ per ipsum emphyteutam fuerunt, vt fuit per ipsummet articulatum, & probatum in 4. art. fol. 343. Vndè cum territoria prędicta, nulla passa fuerint damna, inspecto tempore concessionis, & apta erant sustinere plantas, prout tempore concessionis, nullo iure prætendi poterat per emphyteutam canonis diminutio, sub dicto prætextu damni in fructibus, iuxta notabilem doctrinam *Bart.* ab omnibus receptã *in l. 2. ff. de superficie*, dicit enim *Bart.* quod si quis conduxit solum, vt imponeret superficiem, illa destructa, adhùc remaneret concessio soli, insequitur *Valasq. cit. q. 27. num. 2.* & cum solum fuerit sterile, & nunquam fructus produxerit, non posse emphyteutam obtinere canonis remissionem, sub prætextu, quod pensiones domus sint diminutæ, annotauit *Clar. §. emphyteusis, q. 8. n. 7.* qui cùm denegasset emphyteutæ remissionem propter sterilitatem, nisi pensio fructibus correspon̄deret, addit, hoc minimè procedere, si bona, quæ fuerint tempore emphyteusis concessa, erant sterilia, & inculta, & in his terminis procedit decisio in causa D. Petri Gargani, de qua memor est *Gizz. ad dec. 18. Capyc. Latr. n. 31.* nam ibi fuerunt concessa vacua ad ædificandum, pro præterito emphyteutæ perceperunt ex domibus magnas pensionès longè excedentes canonum quantitatem, & tempore petitæ diminutionis fuit adductum, quod pensiones, quę percipiebantur ex domibus, excedebãt quantitatem census, vt aduertit idem *Gizz. adduc. loc. num. 26. 27. & 31.* In casu nostro fuit plenè probatum tempore concessionis territoria fuisse arboribus, & fructibus plena, & illa fuisse concessa ratione fructuum, habito respectu ad affictum.

210 Addebamus, quod Sacra Religio petierat territoriorũ deuolutionem, illã denegabat Minutulus emphyteota, qui etiam expetebat canonum diminutionem, dùm autèm relaxare territoria renuebat, Omnis æquitas, & iuris rigor exposcebant, teneri saltem ad censuum solutionem, & dum de nouo plantauit, maximè nulla accedente protestatione, Illa plantatio fuit effecta emphyteotica censui obnoxia, ex notabili *Bal.* doctrina *in l. 1. n. 26. C. de iure emphyt.* Qui hæsitationem excitat, si combusta domo in emphyteusim concessa, valeat emphyteota volens soluere canonem, sicut antè, reædificare eam, & retinere in emphyteusim, sicut priùs, & resoluit, quod finita est emphyteusis, & non cogatur soluere censum, si vult areæ cedere, sed si voluerit

luerit soluere censum, & reædificare, poterit, & quod superædificatur, emphyteuticũ erit, sequitur *Mant. de taci. & ambigu. conuent. lib. 22. tit. 24. n. 10.* & sic noua plantatio facta, dum poterat emphyteuta dimittere rem, est censui subiecta. Vnde tantum abest, vt decisio prædicta huic causæ adaptari possit contra pupillum de Benincasa, vt potius pateat manifestè illius iustitiam confirmare.

Et nè putarent aduersarij nostram sententiam rerum authoritate destitutam in terminis existere, vltrà adductas determinationes, quæ rem in tuto designabãt; ego ipse omnium minimus in medium alteram attuli eiusdem Senatus Amplissimi, factam, sub die 14. Martij anni 1659. in Aula tùnc D. Cõs. Miroballi *referente D. Consl. Erasmo de Ponte* in causa Odoardi de Silua, cum V.I.D. Antonio Mercurio; & alijs litis consortibus, in Banca de Martino. Habebat .n. Odoardus de Sylua nonnullas domus in emphyteusim cõcessas à Francisco Gatta ab anno 1622. ad annum canonem duc. 420. anno 1655. domus prædictæ minabantur ruinam, & magna indigebant reparatione.

Orta fuit controuersia in S. C. quis teneretur ad expensas, si Dominus directus census, vel emphyteuta, & pro parte Domini directi dicebatur, rei emphyteoticæ refectionem ad emphyteutam spectare, omnequè periculum ad illum pertinere, maximè quando ob damnum in re emphyteotica ortum, res haud in totum remansit destructa. Nulla habita ratione, si magna, vel parua soluatur pensio, quando contractus emphyteuticus denominatur.

E contrà, replicabat emphyteuta, cõtractum esse locationis; cum magna soluebatur pensio, non teneri ipsum etiam emphyteotam magnas expensas impendere, sed eas solum, quæ sunt de natura contractus, & alia per nos adducta perpendebat.

Et quamuis per S.C. fuerit prouisũ, licere emphyteutæ expensas erogare, salua prouisione facienda in damnum cuius. Tandem, discusso negotio, prævio accessu super faciem loci, declarauit Sac. Consil. magno cum certamine, expensas erogatas per emphyteutam in refectione domus prædictæ cessisse, & cedere in damnum Dominorum census pro rata quemlibet ipsorum tangente, iuxtà liquidationem faciendam per S.C.

Die 9. Iulij 1661. me patrocinante pro Actoribus de Benincasa, & pro Aduersarijs Dño V.I.D. Francisco Andreæ viro doctissimo, eximijquè ingenij, & inter Aduocatos primum locum obtinente, *referente Dom. Marchione Oliueti*, cum interuentu Dom. Consil. Pauli Iannettasij adiuncti, prolata fuit sententia, vz.

Per hanc nostram diffinitiuam sententiam, dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, supradictum D. Franciscum Caracciolum principalem conuentum, vti principalem condemnandum esse, & condemnari debere, prout ipsum præsenti nostra diffinitiua sententia condemnamus ad moderationem census territorij in actis deducti in beneficium illorum de Benincasa actorum à die eorum petitionis, et Iudicij instituti in S.C. iuxta liquidationem faciendam, verum si idem conuentus voluerit idem territorium, teneantur actores relaxare, neutram, &c. In Banca Lauiani.

211 Sed, vt à semita redeamus ad viam, quærimus, àn liquidatio instrumenti vltrà summam verè debitam, in totum corruat, affirmatiuè Amico respõdimus, ex *Gizzarell. decis. 20. Magon. dec. Florent. 2. num. 15. D. Francisc. Merlin. decis. Lucens. 36. n. 4. Præs. D. Franc. Merlin. Pignatell. controu. 22. lib. 2. Reg. Capyc. Latr. dec. 132. lib. 2. Maretta dissep. for. 27. n. 47.* quia decretum, quo debitor cõdemnatur, vnius capituli est, & indiuiduum, *l. si non fortem, §. si centum, ff. de condict. l. in hoc iudicio, ff. famil. ercisc.* quo text. fretus *Alber. de Rosa in l. si idem, §. fin. ff. de iurisd. omn. Iudic.* voluit, quod Iudex non va-

valens cognoscere, nisi vsquè ad quinquaginta, si cognoscat de centum, non subsistat sententia, nequè quoad quinquaginta, & de sententia baiuli vltrà augustalem, vt non valeat, neq; in augustali, loquitur *Affl. in Constit. ad officium baiulorum ad nu. 9. Auus meus ad Capyc. dec. 51. num. 1.* Vndè cum debitor pro maiori summa, quam deberet, super tenore instrumenti citatus fuisset, rectiùs citandū esse illū mandauit M. C. cuius decretum confirmauit S. C. iunctis classibus, apud *Præs. de Merlin. cit. controu. 22. lib. 2.* non autèm decreuit, quod pro summa verè debita condemnatus remaneret, quibus contradicunt tradita à *Francisc. de Petris cons. 41.*

Hinc sententiam, qua quis condemnatus fuit ad maiorem summam, quam debet, esse nullam, scripserunt *Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 3. num. 24. & cap. 162. à num. 12. Put. decis. 323. n. 5. Surd. cons. 99. n. 4. R. Capyc. Latr. dec. 83. n. 10. lib. 1. Cancer. var. res. c. 17. de sent. & ear. execut. to. 3. n. 337. Reg. Sanfel. dec. 304. lib. 2. Georg. alleg. 13. Hodier. ad Surd. dec. 45.* & sic decisum fuit per M.C. sub die 1. Aprelis 1650. *referente Dom. Iudice Thoma de Gaeta*, in causa Elionoræ Rossi hæredis Mariæ Crisci, cum V.I.D. Martio de Rinaldo, In banca Vincentij Salerni.

Sic exequutionem, vel capturam factā pro maiori summa, in totum irritari, firmant *Afflict. decis. 358. Roderic. de ann. reddit. lib. 1 q. 14. n. 61. Chartar. dec. 39. num. 3. Borg. Caualc. de vsufruc. mulier. relict. num. 209.* & dationem insolutum non sustineri pro rata debiti, reuocato excessu, dicūt *Gratian. add. cap. 162. num. 14. & 33. R. Ronit. in prag. 2. num. 2. de appell. Marilian. decis. Rot. Gen. 8. Ricc. collect. 1246.* sed in causa Excell. Comestabuli Columnæ contrarium fuit decisum, & retractatum decretum adiudicationis in illo pluri tantùm, de anno 1653. in banca de Scacciauento, teste *Nicolin. in prax. Iudic. ciuil. num. 39.* ex traditis per *Franc. de Petr. cit. consil. 41. nu. 7.*

212 *Carau.* noster *in hoc Ritu sub n. 24. vers. Ex hoc etiam*, hæc omnia vera esse fatetur, debitore in actu interrogationis comparente, & petitam summam debere, respondente.

Si verò in contumaciam fuerit debitor condemnatus, in nullam debitor incurrit pœnam ratione contumaciæ debitoris, etenim iuramentum quod præstare obstringitur creditor, vigore *Ritus 168.* de veritate dicenda pro quāta summa liquidat, non datur, contutumace existente debitore, & sic poterit dicere creditor, quòd si verè comparuisset debitor, & opus fuisset liquidare, præstito iuramento, non liquidasset, nisi pro vera summa, & *Carau.* opinionem examinant, & declarant *Cons. Hodier. ad Surd. dec. 65. à nu. 17.* cuius meminit *Thor. in supplem. compend. verbo, Liquidatio instrumenti, P. de Afflict. controu. iur. cap. 13. & in append.*

213 Sed àn per petitionem maioris debiti, constituatur debitor in mora, qui obstringatur offerre partem veri debiti, & periurium nùm incurrat, si interrogatus, àn debeat centum, simplicitèr se non debere, respondeat, quamuis octuaginta, vel minus debeat, inquirunt post alios, *Ioseph Ludou. dec. Perus. 51. num. 2. Gabriel lib. 2. comm. concl. tit. de expens. concl. 1. num. 1. Roland. cons. 62. num. 5. lib. 4. Thesaur. dec. 231. n. 1. Papon. lib. 8. tit. 1. arrest. 2. Faber in C. lib. 3. tit. 9. de plur. petit. defin. 1. Reg. Tap. dec. S. C. 41. Gizzarell. dec. 20. Præs. de Amato cons. 92. Consil. Hodier. ad mem. decis. Surd. 65. Reg. Capyc. Latro dec. 133. num. 43. & dec. 152. sub num. 11. lib. 2.* nosquè scripsimus latè pro hæredibus Antonelli Mazzella, cum Carolo Mazzella, quod responsum cum alijs (Deo fauente) quam primum habebis.

Sed si instrumenti præsentatio via *Ritus* duplici fiat ex capite, scilicèt tàm ex defectu solutionis annualitatum, siuè tertiarum, quàm ob ratificationem ipsiusmet instrumenti à debitore

bitore promissam, & non sequutam, si vno ex capite sustineri non potest, benè sustinetur ex alio, vt optimè firmat *Franc.Mar. Prat.respons.crim.* 15.

214 Itèm quæro, ân emptor possit via *Ritus* agere contra venditorem, si postquàm ei vendidit censum iam formatum, & ei à Seio debitum cum pacto de retrouendendo, accepit pretium pro reluitione à Seio, affirmatiuè respondet *Carau. in hoc Ritu num.* 89. quem insequitur *D. Franc. Baron. ad Raccemation. ad 3.lib. de citat. ad sing.* 124. *num.* 33. *vers. ideò, post tract.de effect. inimic.*

215 Et tandèm memoramus supremum huius Regni Areopagum, paterno, quo solet affectu, Regis vassallorum iustitiæ prospicientem, multas promulgasse *pragm.* sanctiones ad prorsùs resecandas inueteratas debitorum malitias, illasq; compescendas, & inter cæteras, statuit, vt debitor citatus super tenore instrumenti, seruata forma *Ritus* comparens in secunda Curia, siuè scripturas tantùm producat, ex quibus ad liquidationem procedendum non esse prętendat, siuè cum scripturis supplicationem insimùl cum decretatione Regia de verbo faciendo in S.C. exhibeat, sublato abusu aliàs practicato, quo solebat decerni visis scripturis extra bancam prouidebitur, & deindè interponebatur decretum. Procedatur ad interrogationem, mandari debeat. Cōdemnetur, verùm pęna non ponatur in libro inferni, donec, visis scripturis, extrà bancam alitèr fuerit prouisum. Et exhibita supplicatione de verbo faciendo, sub eadem prædicta forma, interponatur decretum à Magna Curia, hoc tantùm addito. Et respectu supplicationis adimpleat, & interim non discedat à palatio M. C. V. obstringitur enìm debitor pro exequutione Regiæ decretationis per totam diem iuridicam immediatè sequentem præstare cautionem de parendo mandatis S. C. aliàs contra ipsum litteræ exequutoriales expediuntur, vt *in pragm.* 8. §.7. & *pragm.* 10. *sub tit. de instrum. liquid.* Verùm pendente relatione facienda in S.C. nequeat M.C. procedere ad exequutionem, dicendum videtur ex specifica iuris dispositione *in l.final. Cod.de relatio.* Attenta verò sanctione *pragm.*3.*de instrum. liquid.* vtlq; elapsis tamèn quindecim diebus, si in illorum curriculo causæ recensio non intercesserit, relationisquè series.

216 Sed aduertant creditores, vt decreta M.C. quibus prouidetur, quod debitor remaneat condemnatus, debitoribus notificentur, nè post sex dies elapsos, ad nullitates proponendas, admittantur, vt obseruat *P.de Afflict.cap.* 19. *sub num.* 6. Quiquè nonnulla ad indicatarum *pragm.* exornarum, quæq; in praxi occurrunt, subnectit. Sed valeat nè debitor post obtentam supplicationem renunciare in præiudicium creditoris, negatiuè decisum scribit *D.Reg. Sanfelic.decis.*214.*t.*2.

217 Liquidatio verò, seù interrogatio habeatur pro facta, vel euanescat, si debitor post rectam Curiam, in qua ipse comparuit, diem fungatur, pendente prouisione facienda per M. C. super scripturis, & supplicatione ab ipso præsentatis, inquirunt lepidè idem *P.de Affl. cap.*48. *Prat.resp.crim.*32.

218 Insupèr nouissima lege lata anno 1632. inserta in *prag.*8. §.7. *eod. tit.de instr. liquid.* restricta fuit facultas deponendi quantitatem in instrumento contentam, illo liquidato, quæ competijt aliàs ex hoc *Ritu*, nisi pecuniæ depositio à Iudicibus demandetur, & ad creditorum creditoris instantiam, aut alitèr interesse habentium, sanxitquè non audiri debitorem, nisi soluerit cum effectu debitam quantitatem, vnà cum expensis; quinimò nec sola sufficit exequtio bonorum, aut carceratio debitoris, vt quis audiatur, sed bona publicantur priùs, & subhasta venduntur; Et deindè, exsoluto pretio, integrèq; satisfacto creditore, locus patet, & aditus quærimonijs, teste *Anichin. de preuent.instrum.c.*7. *sub n.*25.

Arias

Arias de Mesa variar. resolut. lib. 3. c. 45. Reg. Sanfelic. decis. 299. lib. 2. & decis. 365. lib. 3. Marott. discept. for. cap. 9. num. 21. Franc. Mar. Prat. lib. 3. discept. forens. cap. 6. num. 45.

219 Quæquè sanctio etiam contra hæredes procedit, quibus audientia denegatur aduersus instrumentum in vita testatoris liquidatū, non facta reali solutione, vt decisum fuit in gratiam Lælij Salaij contra hæredes Martij de Vgno, sub die 11. mensis Februarij 1644. *referente Reg. tunc Cons. Thoma de Aquino*, vt ex processu creditorum Martij, & aliorum de Vgno, in banca Litti, fol. 242. firmatq; *Reg. Sanfelic. decis. 215. tom. 2.*

220 An verò instrumenta à debitore spontè habita pro rescissis subijciantur pœnæ *indic: pragmat.* 8. §. 7. *de instrum. liquid.* eaquè cessante, locum saltim habeat pœna in hoc *Ritu* memorata, talisq; exceptio opponi possit à creditore, & ān post litem contestatam, inquirit *D. Consil. Arias de Mesa add. integr. cap.* 45. cuius meminit *R. Sanfelic. cit. decis. 365. n. 14. to. 3.* duram præconizans memoratæ *prag.* dispositionem, adeò quod illam moderari Dominis de Collaterali Consilio in animo fuerit.

221 Et proindè admitti nullitates notorias ex eisdem actis apparentes, ad impediendam exequutionem instrumenti liquidati, pluriès diximus, & in praxi seruauimus, decisumquè tradit *Reg. Sanfel. mem. dec. 299. to. 2.* & deducitur ex eadem *pragm. 8. §. 3. in fin. de Instrum. liquid.* vt obseruant *Anichin. de prauent. cap. 2. q. 3. num. 51. Prat. respons. crim. 32. nu. 52.* quin nunquam notoria nullitas censetur exclusa à statuto, prohibente dici de nullitate, *Amat. decis. 33. Viu. opin. 816. Barz. decis. 153. num. 9. Laderch cons. 79. n. 3. Antonell. cons. 45.* adeò quod impedit exequutionem sententiæ, etiam transactæ in rem iudicatam, *Gramm. cons. ciuil. 43. num. 2. Reg. Capyc. Latr. dec. 69. num. 25. Franc. Mar. Prat. respons. crim. 34. num. 23. Antonell. cons. 64. num. 13.*

222 Sed huiusmodi *pragm. 8.* non fuisse iuris noui inductiuam, sed illius sanctionem etiam in *Ritibus* esse comprehensam, suadent tradita à *Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resol. cap. 188. Thor. in voto 84. par. 1. à num. 419. & in cons. vnico seq.* qui memorat *D. Reg. Fabium Capyc. Galeot. in alleg. impressa à Iudice de Angel. ad Gizzar. decis. 69. Nouar. decis. Apul. 27.* & ipse meminit super eadem *pragm. 8. sub num. 6. collect. 6.*

223 Ex his intelligant, qui ære alieno grauantur, antequam in has iudiciorū angustias, non sine rerum, corporum, animarumquè sæpè maximis iacturis deueniant, nihil suis rationibus conducibilius esse, quàm contractis debitis, non diù in vtramq; aurem indormire; sed quam citissimè possint, satisfacere: *Stultus est* enim *debitor* (Magni Gregorij verba sunt) *qui gaudens pecunias accipit, & tempus, quo reddere debeat, non attendit*, quæ rescribit *Anichin. de prauent. instr. cap. 1. q. 4. num. 160.* Quam quidem redditionem ei etiam, quæ diuino cultui exhibenda est, præferendam esse, & sapientissimè censuit, & disertissimè docuit *Phocion Atheniensis*, (teste *Plutarcho*) Cùm enim Athenienses sacrificia quædam instituissent, peterentq; à ciuibus, vt vnusquisq; aliquid de suo, ad complenda sacrificia, adderet; Phocion efflagitantibus respondisse dicitur; *Puderet, si vobis adderem, huic verò, cui iurè debeo, nihil redderem*; Intelligens, Deo multò gratius esse, si satisfacias ijs quibus debes, quam si in eius cultum impēdas. Quò collineat oraculum quoq; diuinum: *Eccles. 34. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Apud Persas etiam homines barbaros, (*Herodoto lib. 1. ac Plutarcho lib. de non fæner.* testibus) duo esse peccata omnium turpissima dicebantur; Debere, & Mentiri; quæ duo coniunxerunt,

quod vnum raro fit fine altero. Omnesquè ferè debitores, mendacijs, ac fallacijs in dies solutionem differre laborent. Quanto turpiùs, apud nos eadem peccata reperiri?

RITVS CLXVII.

Nota, quod iste Ritus hoc modo practicatur: videlicet, quod fit interrogatio super tenore instrumenti: nisi fuerint transacti anni viginti, à die natiuitatis actionis contentæ in dicto instrumento, quo casu, quando transacti sunt non fit, interrogatio. Sed proceditur via ordinaria, vt de iure communi conceditur, ista fuit determinatio facta die quinto mensis Augusti quintædecimæ indictionis, quam determinationem de mandato Curiæ respondit, & fecit Iudex Henricus Acconzaiocus, pro parte totius Curiæ, tùnc sedentis: & tùnc erat Aduocatus partis præsentantis dictum instrumentum. Iudex Blasius latius. Itèm intelligitur iste Ritus, quando instrumentum est liquidum per se sine alia probatione, vel petitione danda ad probandum liquiditatem ipsius instrumenti. Potest etiàm fieri interrogatio, quando essent plura instrumenta, quorum vnum esset liquidum per respectum ad aliud: vt si esset hæres, qui de hæreditate appræhensa, ex testimonio in promptu constaret per instrumenta publica, & haberet instrumentum debiti liquidum: quæ prædicta omnia fuerunt terminata per Curiam die prædicto.

SVMMA RERVM.

1 *Sapientissimè hoc Ritu statutum est, vt spatio annorum viginti, liquidationis instrumenti vigor præscribatur.*

2 *Instrumentum liquidari prohibetur post viginti annos, non à die celebrati instrumenti, sed à die natæ actionis.*

3 *Quid dicendum, si censuale sit instrumentum, additur, & explicatur.*

4 *Quid verò, si creditor in iudicio ordinario pro annatis decursis victor extiterit, purgata iam mora, possit via executiua agere pro futuris redditibus.*

5 *Diuerso iure ius exequutiuum ab ipsa principali actione censetur.*

5 *In iudicio ordinario, àn aduersus censuale creditum vna sufficiat præscriptio, etiam vt futurorum censuum actio perimatur, àn verò tot requirãtur præscriptiones, quot sunt anni, inquiritur.*

7 *Pactum exequutiuum præscribitur spatio triginta annorum.*
Praxis illud exercendi recensetur, etiam contra hæredes, instante quoq; creditoris cessionario.

8 *Si intra spatium viginti annorum pro liquidatione, & triginta in pacto exequutiuo, citatio, vel productio instrumenti facta fuerit, huius Ritus sanctio restringitur, cum declarationibus.*

9 *Cautela quoquè rescribitur pro creditoribus, vt censùs pro annis decem, & nouem, vel minori spatio, à debitoribus petant.*

10 *Debitum quando remissum, vel satisfactum ex cursu longissimi temporis censeatur, & census redemptus.*
Quæ requirantur, vt l. procula, C. de probation. dispositio locum habeat.

11 Ri-

1 *Ritus noster instrumentis per se liquidis exequutionem tribuit, & quomodo possint illa liquida reddi.*

12 *Potissimum liquidari possunt per aliud instrumentum, vel aliud genus probationis, omnia tamen Curia sedente produci debent.*
Tum si à Reo, tum si ab Actore scripturæ præsententur.

13 *Dummodò scriptura producta post rectam Curiam non sint ad declarationem illarum, Curia sedente editarum.*
In citatione debet fieri mētio de utroquè instrumento, illiquido, scilicet, & alio, per quod illud liquidatur.

14 *An partita banci ad fundandum solutionem contentam in venditionis annuerum introituum instrumento possit produci extra Curiam, quasi exhibeatur ad instrumenti declarationem.*
Decisio 513. Reg. Sanfelic. explicatur.

15 *Reus valet scripturas extra Curiam præsentare aduersus scripturas ab actore extra Curiam productas, vel pro responsione eorum, quæ ipse creditor informando allegat ad aures Iudicum.*

16 *Instrumentum, ubi de dotali agitur debito, etiam post annum vigesimum, potest liquidari.*

17 *Saliceti doctrinam in l. fin. C. de iure dot. insequutus fuit D. Prosper Petra Auctoris Auus ad Capyc. decis. 9. dum sustinuit prag. 20. de feud. non habere locum in donationibus contemplatione matrimonij.*

18 *Auctor eius Auū, quē loco patris tenet, tuetur ab obiectis, & acribus verbis contra eū prolatis à Dom. D. Francisco Merlino lib. 2. controu. forens. cap. 59. & 60. quem loco matris ipse Auctor veneratur, ab eoquè Merlino veniam petit, pro Auo defendendo.*

19 *D. Reg. Scipio Rouitus laudibus extollitur.*

20 *Necnon D. Præs. D. Franciscus Merlinus.*

21 *Graue crimen est in mortuos seuire.*

22 *Prosper Petrà à laudatissimis viris fuit laudatus.*

23 *D. D. Regentes Fabius Capycius Galeota, & Iacobus eius filius laudibus celebrantur.*

24 *Prosper Petra scripsit in eius oppido Vasti Girardi.*
Domus Auctoris Regia Militia cessa incendio in hac Ciuitate assumpta fuit, in magno illo populi tumultu anni 1647.

25 *D. Franc. Merlinus ipse eiusdem Prosperi effatum approbauit.*

26 *Argumenta Merlini, & Prosperi librantur.*

27 *Prag. 20. de feud. fuit condita in beneficium Regi Fisci, non contrahentium.*

28 *Statuta de registrandis donationibus fuerunt facta pro interesse tertij, non donantis, prout, & insinuatio donationis.*

29 *Cessante fraude, cessat statutum.*
Mentio sit de gloriosissima manna, quæ emanat è corpore Sanctissimi Nicolai Barensis.
Iuramenti vis omnem defectum registrationis tollit.

31 *Donatio contemplatione matrimonij est ipsius matrimonij pars, & contractus dotalis, & cum eo confunditur, gaudetq; dotis priuilegijs.*
Quibus in casibus habeat locum gratia Neapolitanis concessa, ut assensus intelligatur præstitus.

32 *Verum an sit axioma illud, quod statutum mandans, ut instrumenta publica non probent, nisi in publico Archiuio registrentur, non habeat locum in instrumentis dotalbus, & contemplatione matrimonij.*

33 *D. Franc. Merlinus aduersus Salicet. eiusq; asseclas contra dotem, & donationem contemplatione matrimonij respondit, pluribusq; rationibus eius opinionem conuallauit.*

34 *Auctor singulis obiectis, & argumentis Merlini sigillatim occurrit, multaquè notabilia adducit.*

Romanæ eloquentiæ Princeps *M.Tull.(orat.1.pro Quinct.)* demonstraturus Quinctium, Sexto Næuio, ingentis se pecuniæ creditorem ferenti nihil omninò debuisse, hac ratione, vti validissima vsus est. *Si enim* (inquit) *Sexte, tibi debuisset Quinctius, petisses statim: si non statim, paulo quidem post: si non paulo, at aliquando. Sex quidem illis mensibus profectò: anno vertente, sine controuersia. Anno & sex mensibus verò; cùm tibi quotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis, biennio iam confecto ferè, appellas. Quis tam perditus, ac profusus nepos, nō adesa iam sed abundanti etiam pecunia, sic dissolutus fuisset*. Mox infert: *Satis est argumenti, nihil esse debitum Nauio, quòd tandiù nihil petiuit*.

1 Proinde sapientissimè hoc *Ritu* prouisum est, vt debitæ pecuniæ exoluendæ, tempus certum præscriberetur, non biennij quidem, sed annorum viginti, quo liquidationis instrumenti vigor præscribitur: existimarunt enim non posse fieri, vt intra tot annos, creditor pecuniam à debitore non reposceret; si ei verè deberetur: eoq; spatio præterito, multis fraudibus locum esse posse? Quæ optima Constitutio vtinam in hoc Regno his temporibus indistinctè, etiám in Iudicijs ordinarijs seruaretur! Quot mendacia, fraudesq; cessarent? quàm minus litium haberemus? quanto deniq; melius Reip. esset?

Huc faciunt nostri *Ritus* verba illa: *Nisi fuerint transacti anni viginti à die natiuitatis actionis contentæ in in-*
2 *strumento*. Quæ apertè insinuant elapsis viginti annis non à die celebrati instrumenti, sed à die natæ actionis procedi via *Ritus* non posse; Atquè ideò cum quis se obligauit soluere mille infrà biennium liquidari poterit infrà duos supra viginti annos, propterea quod in biennij curriculo nondum enata erat actio, aliud quoquè validum erit exemplum recensitum per *Galterium par. 2. primæ partis, rub. vnica, sub num. 26* ànteaquè decisum fuerat à præstantissimo viro *de Franch. decis. 341*. neq; vllus, quem viderim, dubitauit, ac citiùs assentitur, maximè *Carau. num. 1. huius Ritus*, necnon *Pand. par. 3. declar. 2. Frecc. par. 10. in princ.* demùmq; *Franc. de Iudice Robert. consider. 2. num. 3. Tartagl. in prax. ciuil. cap. 1. nu. 39. Ricc. collect. 1381. in fin. Reg. Tapia in hoc Rit. lib. 3. Iur. Regn. rubr. 43. & in constit. duram, & diram, num. 14. rubr. 19. lib. 4. Consil. Carleual lib. 1. tit. 3. disput. 4. n. 12. de Iudic. Thor. par. 1. compend. dec. Neap. verbo, Instrumentum liquidari nequit, & verbo, Instrumentum liquidari non potest*, & non dissentit *in voto 84. par. 1. num. 257. & 258. Borrel. par. 2. summ. decis. tit. 19. de instrum. liquid. num. 105. Nouar. lib. 2. qq. for. cap. 36.*

3 Vacillant autèm DD. in casu instrumenti censualis, quod tametsi decursis annis viginti habere paratam executionem, afferat *Frecc.* decisum attestans, *de subfeudis lib. 2. §. pluribus modis, num. 36.* attamen in modo procedendi colluctantur, quandoquidem alij credunt non licere id facere, inculsando iuxta formam *Ritus*, verum præpræmissa citatione, ad dicendum causam, quare instrumentum non debeat contra eum exequi, iuxta formam *Regia Pragmaticæ, ac Bulla Papa Nicolai*, cuius sententiæ fuerunt *Petrus Foller. in prax. censual. vers. tanquam res indicatas, num. 37. Carau. hoc in Rit. num. 32. Galter. indic. rubr. vnica, num. 35. Sempron. Ascia determin. 15. num. 6. Flau. Amend. ad Franch. decis. 273. n. 11. Io. Franc. Marott. discept. forens. lib. 1. cap. 31. num. 66.*

Alij autèm credunt pro tertijs decursis, etiam elapsis annis viginti, liquidari posse, quam opinionem sectatur *Carol. Grimal. ad practicam, Tartagl. d. cap. 1. incip. stylus Curiæ, vers. Ista duodecima limitatio, & Thor. verb. Instrumentū, § 49. p. 1.* quorum postremā sententiam tamquam veram amplexamur pro ter-

tertijs tantum decurſis, & maturatis in annis currentibus viginti, non autem ante annos viginti, quando priorem admittimus aſſertionem, quam noſtram diſtinctionem conſectatur *Conſt. Papa in ſua addit. ad Carau. in hoc Ritu*, eamque, ni fallimur, præportant recenſita à nobis verba huius ritus, aliaque apertiora *Iacob. Anell. de Bottis in hoc eod. Ritu*; referentia in Sacro Conſilio Anno 1584. de Menſe Ianuarij in cauſa cuiuſdam Settembris deciſum fuiſſe, quod dicta verba à die Natiuitatis intelliganeur, a die quo fuit actio cum effectu nata, ideſt à die, qua intentari potuit, quia illa verba ſunt cum effectu intelligenda; ex quibus dicendum omninò eſſe arbitramur, quod vbicunquè ceſſit dies ſolutionis in tempore nondum prolapſo viginti annorum, ſiuè pro debito, & cauſa principali, ſiuè pro tertijs, ſemper attendatur ipſius iam partæ actionis tempus, nō initi inſtrumenti, illudq; propterea liceat præſentare, & liquidare ſiuè pro ſorte ſiuè pro tertijs, opitulaturque ratio, quà idem *Conſtant.* fulcitur, quod ex cēſibus, ſeu tertijs ſingulis annis maturatis naſcitur actio, cuius, & aliorum authoritate fretus tradit *Carleual. add. diſput. 4. à num. 16.* Ius executiuum ſtatuto tempore, quo ad decurſas tantum præſtationes ante tempus ad præſcriptionem neceſſarium, non autem quo ad redditus in futurum decurrēdos, præſcribi, quamq; aleam inſequitur *Rodriquez de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 9. num. 69. Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 58. num.* 18. ſed illa non arridet *Patr. de Affl. contron. Iur. reſol. cap. 49. ſub num. 30. verſ. mihi*, tueturque *Anton. Gomeſ.* ſententiam præſcriptionem iuris exequendi dantis, tàm pro præteritis, quàm pro futuris redditibus, *in l. Taur. 63. num. 2. Parlador. lib. 1. quotid. cap.* 1. §. 12. *ex num.* 5. & §. 13. *ex num.* 7. & alij, quos memorat *Carleual. num.* 17.

Hacquè admiſſa opinione, illa re-
4 ſtringitur, quotiès creditor in iudicio ordinario pro annatis decurſis victor extiterit, purgata iam effluxa mora, pro futuris redditibus, nam via executiua agere quibit, liquido iterùm reddito crediti documento, omniquè nebula, quæ ipſum offuſcabat iudicati vi fugata, vt aduertit idem *P. de Affl. ſub num. 30. verſ. nequè etiam.*

Quin, diuerſo iure ius executiuum ab ipſa principali actione cenſetur, vt proptereà ſi illud præſcribatur, hæc tamen durat, vt via ordinaria exerceri
5 poſſit, *Tuſch. concluſ. 547. num.* 8. *Scacc. de commerc.* §. 7. *Gloſ.* 7. *num.* 3. & in illo præſcribendo bona fides non exigitur, vt in præſcribenda actione, *Gratian. diſceptat. cap.* 52. *n.* 22. & alij, quos coacervat *Carleual diſp. 4. num.* 2. memor quoquè *Carau. in hoc rit. num.* 3. *Maur. Iunior alleg.* 105. *n.* 11. & proindè ſtatutum, quod, elapſis viginti annis, creditores petentes eorum credita, audiri non debeant in Iudicio ordinario, non valere, exiſtente debitore in mala fide, concludūt *Surd. dec.* 158. & *ibi D. Conſil. Hodierna, Menchac. de ſucceſſ. creat.* §. 1. *Guttier. in repet. l. nemo poteſt, num.* 480. *de leg.* 1. *Ludouiſ. dec. Rot. Roman.* 419. *Scacc. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. num.* 135. *Cancer. lib. 1. var. reſol. cap. 15. tit. de præſcript. num. 9. in fine.*

6 Sed in Iudicio ordinario vtrum aduerſus cenſuale creditum vna præſcriptio ſufficiat, vt etiam futurorum cenſuum actio perimatur, àn verò tot requirantur præſcriptiones, quot ſunt anni, tres fuerunt Doctorum ſententiæ, *Bulgarus* enim *Gloſator* vnam pro omnibus ſufficere præſcriptionem cenſuit, nec eſſe complendas tot præſcriptiones, quot ſunt anni, quoniam præſcribitur, & extinguitur illud Ius formale, illa exigendi actio, *Cenc. de Cenſib. q.* 118. *num.* 3. lateoquè calamo comprobat *Praſ. Merlin. lib. 1. controuerſ. forenſ. cap.* 44. quem inſequuntur *Thor. p. 3. ſect. 2. compend. deciſ. verbo, Præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum, Franc. Mar. Prat. lib. 2. diſceptat. forenſ. cap.* 34.

Con-

Contrariæ opinionis fuit ex diametro *Martinus Glosator* etiam *in l. si vsufructus alterius, ff. quibus modis vsufruct. amittatur*, *Iacob. Thoming. dec. 17. num. 26. Guid. Pap. dec. 406. Vasq. illustr. controu. cap. 83. num. 39. Cuiac. in parat. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Iohan. Borcholdus in tract. de vsur. cap. 4. Matth. Coler. inc. auditis, num. 13. de præscrip. Paul. Christinaus ad leges Mechlimenses. tit. 12. art. 8. num. 2. & Ioan. à Sande rer. iudicatar. in Suprema Frisiorum Curia, tit. 6. lib. 5. de præscript. defin. Mauson. de caus. exequut. ampl. 6 Gratian. discept. forens. lib. 3. cap. 490. num. 1. & cap. 883. num. 14. Gayll. obseru. 73. lib. 2. Vin. decis. 605. num. 3. Barbat. in pragm. assistentiam, Glos. 7. num. 8. de assistent. Carleual de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 4. sub num. 8. vers. ratio est, Fachin. controu. iur. lib. 8. cap. 99.* & videndus notabilis *text. in l. cum notissimi, §. vltimo, C. præsc. 40. annor.*

Et tandè alij distinctione vtuntur inter præstationes annuas ex contractu, & ex vltima voluntate, vt primo casu vnica sufficiat, secundo verò tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni, qua de re *Cenc. add. q. 118. Capyc. Latr.* & ad eum *Gizz. dec. 27.*

7 Pactum verò executiuum spatio triginta annorum præscribitur, hic namquè *Ritus* loquitur dumtaxàt in liquidatione instrumenti, *Reg. Capyc. Latr. decis. 58. & ibi Gizz. num. 9. Afflict. decis. 245. in fin. Reg. de Ponte decis. 18. num. 14. Barbos. in l. sicut 3. C. de præscript. triginta annorum, num. 154. Carleual lib. 1. tit. 1. disp. 7. n. 5. & lib. 1. tit. 3. disp. 4. n. 15. Thor. p. 3. comp. sec. 2. verbo, Pactum rescissorium*, qui contrarium contra hæredes debitoris decisum memorat *ead. par. 3. verbo, Pactum exequutiuum*, quod scitum sustineri non posse, tradit idem *Gizz. num. 12.* vigore cuius pacti, vt plurimum in M. C. V. agitur pro solutione tamen tertiarum, vel sortis principalis ad certum tempus solui promissæ, & præuijs duobus præceptis debitori, de soluendo relaxantur literæ exequutoriales realitèr tantùm, *Carleual lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 3. sub num. 913. Præs. Merlin. lib. 2. controu. forens. cap. 66. num. 5.* illudq; contra quoquè debitoris hæredis exercetur, *Reg. Sanfelic. dec. 312. num. 1. lib. 2. Consil. Staib. lib. 1. resol. forens. 84. num. 16.* instante quoquè cessionario creditoris, vt probat idem *Staib. num. 3.*

8 Quod si intra spatium viginti annorum pro liquidatione, & triginta in pacto executiuo citatio verbalis, vel realis, aut productio instrumenti, eiusquè executionis petitio, præsente tamen, & sciente Reo, in Iudicio per creditorem facta fuerit, dato quod tempore interrogationis completi essent viginti anni, huiusce *Ritus* sanctio restringitur, *Galter. par. 2. prima par. n. 33. & 34. Danz. tom. 1. de pugn. DD. tit. de instrum cap. 3. num. 37* nisi, & notificata citatio esset nulla, vel circumducta, dummodò per comparitionem debitoris illa non reconualescat, & de interruptione præscriptionis nonnulla, annotat *Fontanell. de pact. nuptial. to. 1. claus. 4. Glos. 18. par. 5. à num. 19.* Cauti verò sint debitores in non comparendo, citatione circumducta, sed alium eius nomine mittant, qui de nullitate citationis dicat, vel opponat lapsum annorum viginti, nam hoc non opponente valida erit liquidatio, & quando præscriptioni renunciari possit, inquirit *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. Glos. 2. num. 14.* qui *num. 12.* de aduerbio quandocumq; in materia præscriptionis, de quo *Carau. n. 7.* loquitur, *& de retract. consanguinitatis §. 1. num. 10. Glos. 34.* & potissimùm de præscriptione in hoc *Ritu* indicata, *Galter.* meminit *add. loc. num. 29.*

9 Aduertant quoq; creditores, vt census intra decem, & nouem annos, vel minori spatio decursos expostulent, vt præscriptionem euitent, nisi tamen, vel ex ipsamet confessione actoris, vel alio prompto documento actionem viginti

an-

norum curriculo exercitam non fuisse, neque infrà illud tempus exactum debitor ipse ostenderet, hoc enim patefacto, non valebit creditor, fraudulenta minus petitione debiti, debitori præiudicium afferre in iam quæsito præscriptionis Iure, sed subsistat nè pactum, quod etiam post viginti annos liquidari possit instrumentum, affirmatiuè dicit *Carau. hoc in Ritu num.* 36. concurrente renunciatione cum iuramento huius *Ritus* sanctioni, *Carau.* insequuntur *Galter. cit. loco num.* 29. *Danz. add. cap.* 3. *num.* 19.

10 An, & quando remissum, vel satisfactum ex cursu longæui temporis debitum præsumatur, censusq; redemptus, inquiunt *Thesaur. decis.* 179. *nu.* 15. *Camill. de Medic. conf.* 131. *num.* 15. *Consil. Theodor. alleg.* 78. *num.* 19. *Pras. Merlin. cent.* 1. *controu. forens. cap.* 44. *Tusch. pract. concl. lit. I, concl.* 524. inde ex lapsu temporis solutionem præsumi, in quo verisimile haud est, tanto tempore creditorem exactionem distulisse, ostendit *Afflict. dec.* 13. post alios, *Surd. decis.* 105. *num.* 4. *Reg. Capyc. Latr. consult.* 68. *à num.* 1. de qua re agit *Andreoli lib.* 2. *contr.* 135. *&* 136. nec requiri in terminis *l. procula, C. de probat.* illa tria copulatiuè, nempè, sanguinis coniunctionem, temporis diuturnitatem, & sæpè calculatam rationem, existimat, post *Menoch. Mascard. Mundox.* & alios, *Cyriac. controu.* 280. *num.* 5. *& controu.* latiùs 412. sed sufficere tales esse coniecturas, quæ Iudicis animum adigant ad ità credendum, in quibus verisimilitudo plurimùm valet, ad tradita per *Tiraquell. in præfation. l. si vnquam, num.* 38. *C. de reuoc. donation.* qualitas, s. creditoris, debitoris facultas, facilitas, vel difficultas probationis, impedimenta, quibus creditoris taciturnitas causari potuit, & similia, vt plurimum attenduntur, & videndi sunt *Escob. de ratiocin. cap.* 37. *num.* 6. *Reg. de Marin. quotid. resol. cap.* 75. *nu.* 2. *lib.* 1. quin in Aragonia debitum regularitèr viginti annorum curriculo præscribitur, nec ibi mala fides debitoris attenditur, sed sat est negligentia creditoris non petentis, teste *Cuenca de deposito clausa.* 34. *num.* 8. quod in foro poli non admittit.

11 Ritus insupèr noster exequutionem dumtaxàt tribuit instrumentis de per se liquidis, sine alia probatione, vel petitione danda ad probandum liquiditatem, vndè si aliquantulum indubium refricari possit instrumentum, vel ipsius fides, liquidum amplius non dicitur, *Anton. de Butrig. in cap. cum contingit, de rescriptis, Decius cons.* 474. *num.* 3. *Soccin. cons.* 776. *Cacheran. decis.* 229. *num.* 7. *Grammat. decis.* 58. *num.* 13. *Giurb. dec.* 15. *num.* 6. *&* 7. *Donad. de renunciat. lib.* 1. *cap.* 9. *sub num.* 16. *Visconti in conclus. iur. ver. exceptio non adimplementi, de Petris cons.* 41. *R. Galeot.* huiusce *Ritus*, necnon *Carau. ibid.* memor, *lib.* 1. *controu.* 63. *à nu.* 18. *Gallupp. in prax. S. C. par.* 2. *cap.* 22. *nu.* 83. quo casu produci via *Ritus*, non potest, si liquidum non fiat, cum libello, audita parte, præuijs probationibus, *Bart. in l.* 2. *C. de sent. quæ sine cert. quant. in l.* 1. *ff. de edend. num.* 8. quæ non prosunt, nisi sententia sequatur, *Glos. in l. si possessor,* §. *penult. ff. de iur. iurand. Frecc. de liquid. instrum. p.* 2. *q.* 2. *à nu.* 43. *& ead. q.* 1. *per totam*, sic conditionale instrumentum haud executionem habet, cum extrinsecùs probandum sit, conditionem extitisse, *Frecc. d. q.* 1. *nu.* 15. concinitquè *text. in l. hoc iure, ff. de verbor. obligat. Mantic. de tacit. lib.* 14. *tit.* 42. *num.* 4. *Bald. in l. item quia, in addit. num.* 1. *ff. de pact.* & in terminis, quod vigore illius via executiua agi nequeat, nisi prius, citato debitore, constet conditionem extitisse, idem *Bald.* me docet *in l. si si quidem, C. de exception. Alex. cons.* 119. *lib.* 1. *Couarru. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. *Ludouic. Cencius de censib. par.* 2. *cap.* 2. *q.* 5. *art.* 6. *n.* 36. Vndè Iudicis, etiam parte non opponente, partes erunt ex officio inspicere

re

re instrumenti tenorem,si est liquidum, vel nè, ex dictis à nobis in *Ritu 166. à nu.62.* malè propterea *Galter.tit.aduertat ad debita, & causas, num.* 32. firmauit, instrumentum post viginti annos liquidari posse, debitore non opponente esse elapsum vigennium, vt probè obseruat *Danz. cit. tit.3. num.* 31.

Sed non insulsè quæritur, si quis promittat publico instrumento soluere alicui aliquam quantitatem, si aliquid infrà certum tempus factum non fuerit, puta, si infrà annum ex Asia non venerit nauis, nùm, termino elapso, liquidari instrumentum possit ad instantiam creditoris, quasi ad ipsum non pertineat probare, nauem ex Asia non venisse, & quæsito respondet *Mocc.* videndus *in syln. cas. forens. cap.* 33. qui optimè distinguit.

Non tamen excludit *Ritus* illis ver-
12 bis, *liquidum per se*, quin possit instrumentum alio modo liquidari, stantibus alijs eiusdem *Ritus* verbis postea declarantibus, ibi, *quorum vnum esset liquidum per respectum ad aliud*, probatur igitur instrumentum liquidari,& illiquidari per aliud, *Ann. sing.* 257. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 12. *à nu.*3. *& de Franch. decis.366. num.*3. quinimò non solùm alio instrumento liquido, sed alio genere probationis, *Freccia super hoc Ritu in 8.par. in 1.quæst.Grainensis* etiam *n.76.de Franch.d.decis. 366. num. 9. & decis.*410. *num.*4. *Intrigl.singular.*50. *num.*4. *& Gallef.de Camerali obligatione, fol.*126. *in paruis num.* 4. *Munnoz de ratiocin. cap.* 22. *num.*22. *Gait. de credit. cap.3. tit.* 1. *à num.* 941. *Moron. de tregua, & pac.q.*37. *n.*75. *Gratian. decis.March.* 212. *num.* 14. potissimùm confessione partis, eodem *de Franch.* teste *indic. decis.366. nu.* 7. quidquid dicat *Ann. d. singul.* 257. quem insequitur *Prat. respons. crim.* 31. *sub num.*13. simpliciter autumans, instrumentum liquidans illiquidum debere esse æquè autenthicum; sicut primum, sufficit namq; quod sit alia scriptura publica, *Tartagl. in prax. rer. ciuil. cap.* 1. *ante n.*38. vel alio genere probationis liquidetur, *de Frãch.* sæpiùs *mem.dec.*366. qui explicatiuè loqui *Ritum* in illis verbis, *vt si esset hares*, admonet *num.* 10. ac propterea non aduersari conclusioni per ipsum, aliosq; in superioribus relatos, vt etiam alio instrumento liquido, aut insupèr alio genere probationis liquidetur, quam insectantur quoquè *Mastrill. decis.*221. *num.* 11. *Cenall. comm. opin. q.* 662. *Bellon. in tract. de ijs, quæ in continent.p.2. cap.*88. *Giurb. dec.*15. *n.* 6. & alij laudati à *Io. Franc. Andreoli lib.* 2. integra *controu.* 107. *Thor. par.3. sect.2. compend. dec. verbo, Liquidari an possit instrumentum*, omnia tamèn Curia dumtaxàt sedente produci debere, sanxit *pragm.* anno 1587. die 14. Aprelis emanata, quæ est 4. *de instrumentorum liquidatione*, quæ enim sunt de substantia actus eodem tempore debent interuenire, *Reg. de Ponte cons.*81. *num.*6 *lib.* 1. cumq; in ipso interrogationis actu ius partibus, & fisco statim quæratur, meritò sanxit *pragm.* non posse deindè recipi scripturas liquidationis substantias cõcernentes, ex quibus inferretur dandum iuri à partibus,& fisco quæsito, *R. Rouit. in ead. prag.*4. *de Franch.decis.* 420. *&* 623. *P. de Afflict.cap.* 19. *controu. iur.num.*20. *Franc.Maria Prat. respons. crim.*15. *num.*25. tùm si scripturæ à Reo, tùm si ab Actore præsententur, iuxtà *decis.de Franch.*420. *Reg. Sanfelic. decis.*313. *num.*1. *par.*2. quiquè tradunt fortiùs in Actore memoratam vigere *pragm.* qui debet esse certus, antequam prouocet ad Iudicium, insequitur *Franc. Maria Prat. respons.crim.*31. *n.*7.

13 Possunt tamèn scripturæ post Curiam rectam produci, si sint declaratiuę illarum, Curia sedente, editarum, decisum tradit *Reg. Sanfelic. add. decis.* 313. *Consil. Rocc. tom.* 2. *respons.*16. *n.* 6. *&* 7. *tom.*2. subnectens sic practicari, *P. de Afflict. add. cap.* 19. *num.* 36. de-

declaratio namq; actus retrotrahitur ad illius tempus, & facta cenſetur eodem momento, quo actus geſtus fuit, *l. donationes quas, C. de donation. inter virum, & vxorem*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 464. *num.* 18. *lib.* 3. *Surd. deciſ.* 29. *Præſ. Merlin. controu.* 9. *lib.* 2. *num.* 4. Hinc, vt Reus debitor magis certus, & inſtructus veniat, in citatione ſuper tenore de vtroq; ſcilicèt, inſtrumento illiquido, & alio, per quod illud liquidatur, mentio fieri debet, ex *Carau.* deducit *Dom. de Franch. dec.* 420. & clariùs *dec.* 623. & loquitur de citatione inſtrumenti publici Regia diſpenſatione vallati, *Viſconti in concluſionib. iur. verbo, Inſtrumentum, quando eſt illiquidum, P. de Afſl. cap.* 30. *n.* 1. *Franc. Maria Prat. reſponſ. crimin.* 31. *n.* 12. *& reſponſ.* 39. *ſub num.* 38. *verſ. Præterea, Conſil. Staiban. reſol.* 183. *nu.* 7. *cent.* 2. *& num.* 158. poſt *Carau. Reg. Marcian. to.* 1. *diſp.* 32. *num.* 39. *Carau.* etiam adducens, & nos notauimus in *Rit. anteced. nu.* 81. 199. *& num.* 201.

Verùm in themate propoſito dicebam, non poſſe procedi ad liquidatio-
14 nem inſtrumenti venditionis annuorum introituum, in quo debitor confitetur pecuniam recepiſſe per medium banci, niſi oſtendatur per partitam banci, ad quod confeſſio refertur, pecuniam realitèr fuiſſe numeratam, vt ex multis probat *Maſcard. de probat. concluſ.* 385. *& concluſ.* 1325. *num.* 2. Vndè non conſtito de re, ad quam referens ſe refert, non dicitur conſtare de facto, *Graſſ. de except. except.* 13. *n.* 13. quamq; banci partitam Curia prò Tribunali eſſe præſentādam, addebam, nec ſufficere, ſi fuerit illa producta extra Curiam, ſiquidem applicari non poſſunt in hunc caſum termini *memor. deciſ. Sanfel.* 313. qua fuit admiſſa fides infirmitatis producta ab excuſatore in Aula S. C. ad declarationem alterius fidei præſentatæ, Curia pro Tribunali, quæ fuerat reiecta per M. C. ex quo non erat clara, ſed obſcura, nàm non ideò ſequeretur, poſſe produci per creditorem ſcripturam extra Curiam, ad declarationem inſtrumenti, quod petitur liquidari, inſtrumentum namquè quod per ſe non eſt liquidum, & clarum, non poteſt via *Ritus* præſentari, & ſi liquidetur per aliam ſcripturam, opus eſt, vt de ea debitor reddatur certior per illius mentionem in citatione, vt pluriès diximus.

Ampliùs, nullo modo dici poteſt, partitam banci, ex qua probatur ſolutio pecuniæ, venire ad declarationem inſtrumenti, ſed potiùs dicendum eſſet, afferri ad coadiuuandum inſtrumētum, & ad ſupplendam probationem, quæ non poteſt reſultare ex ſimplici confeſſione, nàm ſi verum eſt, numerationem pecuniæ requiri pro ſubſtantia contractus conſtitutionis cenſus, eamquè minimè probari ex ſimplici confeſſione de recepto, ſicuti notauimus *in Ritu* 20. *ſub num.* 14. *to.* 1. niſi reditus fuiſſent ſoluti per venditorem per plures annos, quo caſu, præſumeretur confeſſionem fuiſſe veram, *Rodriq. de ann. red. lib.* 1. *q.* 13. *num.* 4. conſequens eſt, vt ſcriptura, quæ producitur ad probandam numerationem, veniat ad coadiuuandum, ſiuè potiùs ad tradendum robur inſtrumento, quod aliàs fuiſſet nullum, & propterèà dicebam, hoc in caſu verſari in terminis, quo vnum inſtrumentum liquidatur per aliud, & proindè vtrumq; produci debere Curia pro Tribunali, ex traditis apud *De Franch. add. deciſ.* 623. & alios.

15 Hinc etiàm noto, memoratam *prag.* 4. locum vendicare in ſcripturis, quæ aduerſus inſtrumentum, & citationem ſuper ipſius tenore præſentantur, de his enim extra Curiam præſentatis nulla eſt habenda ratio. Nō verò, ſi Actore producente alias ſcripturas, de quibus nec in citatione, nec in inſtrumento fuit facta mentio, Reus pro illarum reiectione alias ſcripturas produxerit extra Curiam, de his enim omninò ratio haberi debet, quia Reus diuinare tunc non poſſet, quæ Actor producturus eſſet, vt paratus venire poſſet ad ex-

excipiẽdum cum scripturis necessarijs, Curia pro Tribunali, vt ex *Reg. Io. Camilli Cacaci responso*, obseruat *Carol. Anton. Mocc. in sylu. cas. forens. cap. 46.* tradens *n. 6.* fortiùs prædicta procedere in scripturis extra Curiam præsentatis per Reum pro responsione eorum quæ creditor in informando allegat ad Iudicum aures, & de *Moccia* meminit *P. de Affl. controu. iur. resc. 48. sub n. 33.*

16 Vnum, ad huiusce *Ritus* limitationem, addere non omittam, instrumentum nempè, vbi de dotali agitur debito, etiàm post annum vigesimum, posse liquidari, vt auctoritate *Marsil. in sing. 442.* aduertit *Paulus Fusc. in addit. ad Frecc. de præsent. instrum. par. 10. quæst. 1. lit. B*, confirmat *Galter. de liquid. instrum. tit. aduertat ad debita, & causas num. 30. Viscont. in addit. ad Franc. decis. 341.* & indiuidualitèr *Nouarius qq. foren. lib. 2. q. 36. Danz. de pugn. DD. tit. de instrum. cap. 3. num. 19.* quibus collimat *Salicet.* axioma *in l. fin. C. de iure dotium*, ab omni generali dispositione causas, quæ ad dotem pertinent, exceptas esse, qua do-
17 ctrina innixus *Auus meus Dom. Prosper. Petra ad Capyc. decis. 9. num. 6.* dixit, refutationem feudi puram, ac simplicem, quę fieret à patre in filium contemplatione matrimonij cõtrahendi, nõ indigere Registri in Quinternionibus Regiæ Cam. iuxta *prag. 20. de feud.* & iterũ ad *Grãm. dec. 103. à n. 141.* magis latè, *Auus meus* hoc fundat, q̃ nõ registrata valida sit respectu refutantis, & refutatarij.

18 Sed dùm video eumdem *Auum meum* inermem, quippè iàm mortuum, quem patris loco iure censeo, virum de Republica optimè meritum, & iuris, legumq; peritissimum, in aperto non quidem vitæ (cum illum virtus immortalem effecerit) sed famæ, quæ vita ipsa superior habenda est, discrimine positum, & totum illi periculum imminere à doctissimo, & sapientissimo viro Pręsid. S. C. D. Francisco Merlino Marchione Ramontis, quem, post ipsum Auum meum, proximè veneror. Illud mihi propè modum euenire videtur, quod Atheniensi cuidam euenisse ex historijs accepimus, qui cùm patris sui vitam in discrimine aperto constitutam videret, nisi matrem, in patrem ipsum inermem districto gladio insurgẽtem, iàm iàmq; confodientem perimeret, vt hunc, vtpotè cui ex naturæ legibus plus deberet, incolumem seruaret, illam volens, volens, vidensq; interfecit, quod cùm ad Areopagitarum Senatum delatum fuisset, sapientissimi illi viri, nè vel pietatem in patrem damnare, vel sæuitiam in matrem probare viderentur, in centum annos hominis iudicium distulerunt. Vndè quo me vertam nescio. Auum destituam? impius ero. Tantum Virum calamo aggrediar? piget facere. Sed pietas cogit. Venia prius petita, aggrediar quidem, ità tamen, vt ferire eum, aut lædere, minimè velim, cùm illud vnũ in animo sit, Aui mei sententiã tueri. Deindè ad ipsummet Dom. Merlinum, tamquam ad Areopagi Præsidem iudicandus recurram; Non dubito quin mihi perbenignus Iudex futurus sit, saltèm temporis spatium satis prolixum ad purgandum factum meum non negabit. Hac spe fretus rem totam proponam, exponam, ac diligentèr expendam.

Vt diximus, *Auus meus* memoratis in locis sustinuit, nedùm *Saliceti* doctrina, sed alijs rationibus nixus, donationem feudi, nuptiarum contemplatione factam á patre in beneficium filij primogeniti, valere, etsi non registratam in Quinternionibus Reg. Cameræ, iuxta memoratæ *pragm. 20. de feud.* generalem sanctionem, *Aui mei*
19 sententiam sequitur magnus ille Vir, magistratuum Idea, atq; exemplar, litterarum pelagus *Regens ScipioRonitus*, cuius gentilitium cognomen retrogrado characterum ordine, quod Anagramma appellant, purè sonat, O' VIRTVS, Vir iste sapientissimus, cuius laudes libros, atq; ora penè vniuersorum repleuerunt, in aureo illo immortalitati consecrando *Commentario ad*

Regni

Regni Pragmaticas, non modo vt dixi, in *Aui mei* ſententiam libens pergit, verùm etiam eumdem ſummoperè cōmendat, his verbis, *Vide perſpicaciſſimum Proſperum Petra, olim meritiſſimum Auditorem in Prouincia Principatus citrà, & quauis ſummo magiſtratu dignum*. Qua de re gratias illi immortales refert idē *Auus meus in princ. addit. ad Grammat.deciſ.* & eiuſdem *Aui mei* aleam amplectitur peritiſſimus *Dom. Conſil. Franciſc. Rocc. tom.1.reſponſ.47. num.* 10.& firmat *Groſſus ad Conſtit. Pragmatical. Sicil.* § 2. *ad nu.* 15. *lit.A. fol.*271.ſermocinans de ſtatuto Siciliæ,& doctiſſimè ſcripſit *Dom. Michael Angel.Gizz.*Aduocatus ſummę doctrinę, & bonitatis, *in reſponſo*, quod edidit pro Illuſtri Duce Siani, contra Fratres ſecundogenitos.

20 Dom. Don Franciſcus verò Merlinus,Marchio Ramontis, vir omni eruditione, ſapientia, ac prudentia refertiſſimus, quem breuiſſimo temporis interuallo, ad ſummum honoris, ac dignitatis apicem virtus euexit (primò quippè Iudicis munus, deindè Commiſſarij Campaneæ,túm Regij Conſiliarij,& Præſidis Regiæ Cameræ obtinuit,cumq;hæc officia ſumma cum laude exercuiſſet, Regni etiàm Secretarius,deindè Regens,poſtremò Sac.Cōſilij Præſes renunciatus eſt:quo in munere virtutum ſuarum radios clariùs explicauit, integerrimum ſeſe in Iudicijs exhibendo, improbos coercendo, dilationes, & calumnias eliminando:ac dignitatis, officijq; ſui partes intrepidè ſuſtinendo; quin etiàm Aulam ipſam Sacri Conſilij ampliorem, atquè auguſtiorem effecit, & magnificentius exornauit)hic, inquam, Vir *in ſecundo controuerſiarum forenſium volumine,cap.* 59. & *cap.* 60. cauſam, quæ inter Catharinam Caracciolam, & Andream Caracciolum agitabatur, diſcutiens, atq;ad iuſtitiæ libellam reuocans, non modo *Aui mei* ſententia reiecta, contrarium tuetur; verùm etiam *ſub num.* 22.*cap.* 59.vehementiùs in illum inuehitur, acriterquè ſuggillat; *Ex quibus* (inquit)*Nouiter à nobis conſideratis, dicendum omninò videtur doctrinam Salyceti, perperàm à Proſpero Petra fuiſſe ad terminos noſtra Pragmaticæ applicatam.* Acria ſunt hæc,ſed acriora, quæ ſequenti *cap.* 60, *in princ.*profert. *Quicquid*(inquit)*parum cautè ad eas rationes non aduertens, oſcitantèr effinxerit Proſper Petra.*

Sed,pace tanti Viri,dixerim: parùm cautè ipſemet in tam celebrem auctorem hæc proferre videtur. Poterat, quod plerique omnes ſapientes fecerunt, aduerſarij ſententiam rationibus infirmare: hominem,à quo læſus non fuiſſet,iniurijs appetere nō debuit:præſertim verò iàm vita functum:cum gra-

21 ue crimen ſit in mortuos ſæuire, qui ſe ipſos tueri non poſſunt. Diſceptare, ac differere inter ſe doctis viris permiſſum, immò laudi, virtutiq; datum: ſed ex æquo,& argumentis,non conuicijs.

Alexander ille Macedo, cognomēto Magnus, cum adhùc adoleſcens eſſet, & ex æqualibus nonnulli ex eo percunctarentur; ad Olympicum nunquid ſtadium libens decertaret? libens equidem, inquit, ſi decertaturos reges mecum ſim habiturus (*Curtius lib.*1) An hic ſi inRegem mortuum incidiſſet, decertare cum eo voluiſſet, aut rem æquam,aut ex ſua dignitate, exiſtimaſſet?Quis vnquam hoc ſibi perſuadeat? Tibi quoquè, Merline doctiſſime, ſi cum viuente Auo meo, in arenam hanc forenſem deſcendere, manuquè conſerta, pugnare libuiſſet, fortaſsè decorum, minimèq; à dignitate, ac ſapientia tua alienum videri poterat;Iuriſconſultus enim primarius, cum Iureconſulto non de poſtremis,ęquo Marte contendiſſes; Laudemq; immortalem victor reportaſſes. At quæ pugnæ æquitas? quæ victoriæ laus? dimicaſſe viuentem cum mortuo;illiuſq; famę inſultaſſe?

Illud verò magis diſplicet, quod ità

22 egerit Merlinus, cum illo, quem ſemper doctiſſimi quiquè, ac laudatiſſimi

viri laudarunt. Pudor me vetat, nè immensum celeberrimorum scriptorum catalogum contexam, qui de illo honorificè, magnificèq; loquuti sũt, quippè hoc ab alio, quam à nepote fieri optarem. Sed vnum saltèm *D. Fabium*
23 *Capycium Galeota* Regentem prætermittere absq; piaculo non possum, de quo, mutato nomine, ego illud verissimè pronunciauerim, quod quidam in Platonis laudem dicere solebat, Fabius mihi est instar omnium, dignus certè, qui, omnium Iudicio, in legali certamine, palmam reportet, atq; inter primos laureatus triumphet. Ego verò non modò ob egregiam virtutem, insignemquè sapientiam, quæ in eo fuit, & eius scripta demonstrant, illum semper maximoperè colui; verùm etiam ob summam necessitudinem, & seruitutem cum D. Iacobo eius filio, qui nùnc Regens est, & patriæ laudis hęres, velut Fabius alter ab omnibus habetur, qui cum ex Hispania iamdudum in Italiam rediisset, ita hanc Vrbem, atquè vniuersum Regnum Neapolitanum exhilarauit, vt sol quidam ex occiduis regionibus exortus fuisse, nobisquè affulsisse visus fuerit, mihi verò in primis, qui doctrinæ, & prudentiæ illius præclarissimis radijs, & iucundissimè fruor, & homini addictissimus viuo, *Fabius* igitur Aduocati munus pro Fisco in R.C. tùnc agens, illum adducẽs ad degustandum articulum, Vtrùm debitor contumax, sicut se in vinculis constituẽdo aduersus obligationem incusatã, aut instrumentũ liquidatum audiri debet, ita pariter venditionem bonorum contra ipsum exequutorum impedire possit, sic laudibus illũ extollit, *num.* 53. *& optimè D. Prosper Petra olim meus in studijs socius vir doctissimus, & supremis honoribus dignissimus*, quod rescribit *Nicol. Top. de Orig. Tribun. par.* 2. *lib.* 5. *cap* 1. *n.* 16. & nos ipsi notauimus *in Ritu* 63. *sub num.* 8. *tom.* 1.

Sed video, illud *Aui mei* laudibus, detrimenti non nihil afferre posse, quod non multa, vel ingentia volumina, sed pauca, eaq; paruæ molis cuiuscemodi sunt Obseruationes ad *Capycij, & Grammat. decis.* in lucem dederit, fateor ita esse: sed paucitatem, ac breuitatem voluminum, non ex numero, aut magnitudine, æqui vnquam iudices æstimarunt, sed ex doctrina, & sententiarum pondere. Est & sua gloria magnis; Est & sua gloria paruis. Ipsaq; rerum parẽs Natura non in Elephanti magis, quã in formicæ artificio mirabilis, sapientissimis viris visa est. Ac de libris quidem rectè *Martialis lib.* 4. *Epigr.* 29.

Sæpiùs in libro memoratur Persius vno,

Quam leuis in tota Marsus Amazonide.

Quod, & Prosperi mei euenisse libris videtur. Refert enim *Io. Dominicus Boue* Neapolitanus in *epist.* quam ad Lectores scripsit in principio obseruationum ad *Grammat.* doctis omnibus illius ætatis admirationi fuisse, præsertim verò doctissimo illi, ac nunquam pro dignitate satis laudato viro *Regenti Valenzuela*. Alij placuerunt semèl: hi decies, imò centies, ac millies repetiti placuerunt.

24 Quod verò magis est, scripsit ille non quidem in Vrbe hac Neapolitana, in qua, vtporè doctrinæ, sapientiæquè emporio, alios Iurisperitos, & Aduocatos consulere posset, eorumq; allegationes euoluere; id quod maximo, ac propè necessario scribentibus adiumento esse, nullus inficias ibit: sed in suæ ditionis oppido, quod Vastum Girardi appellatur, vbi, & plura etiam scripsisset, atq; in lucem dedisset, nisi immatura morte abreptus ad immortalitatem cõuolasset. Pulcherrimum de priuilegijs Regiæ Doghanæ Apuliensis opus concinnauerat, quod vnà cum alijs elucubrationibus perijt, in magno illo populi tumultu anni 1647. in quo vt ego, Paterquè meus Catholico Regi Domino nostro inseruiremus, regiæ militiæ domum nostram cessimus, quæ incendio absumpta, ibidèm immensa

sup-

ſuppellex, quæ multis aureorum millibus conſtaret, & ſelectiſſimorum librorum bibliotheca, quam maiores mei per ſex propè ætates ſummo ſtudio collegerant, periere, vt ſcripſimus *in Ritu 66. ſub n. 2. to. 1.*

25 Quid verò, quod *Merlinus* ipſe *Proſperum* commendans: id quod cõtra illum ſcripſerat, dãnare, atq; improbare videtur? Nam eodem *cap. 59.* hæc habet verba. *Meritò quidem Proſper Petra his noſtris rationibus, &c.* Nulla maior laus eſt, quam quæ ab aduerſario proficiſcitur. Hinc Troiani laudatiſſimi ex *Virg.* quod à græco homine laudarentur.

Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat.

26 Sed ad controuerſiæ ipſius punctum veniamus, & tùm *Proſperi*, tùm *Merlini*, argumenta libremus: ſic faciliùs pro vtro ſtet victoria cognoſcemus. Quod ſi etiam *Merlinus* in cauſa ęquè bona verſaretur; notam tamèn non effugeret, quia *Proſperum*, qui anteſignanus fuit in *pragm.* terminis, quæſtionem illam excitando, tàm acritèr pupugiſſet.

27 Affirmat igitur *Auus meus ad Grãmat. dec. 103. ſub num. 146. prag. 20. de feud.* conditam fuiſſe in fauorem Regij Fiſci, non contrahentium, & ad effectum euitandi fraudem in releuiorum ſolutione ob Regię Curię indemnitatem, idq; legiſlatoris mente perſpecta, quæ ex eiuſdem ſanctionis proœmio, & verbis colligitur, *l. fin. ff. de hered. inſtit. Reg. de Ponte conſ. 1. n. 15. Ann. alleg. 2. num. 3. Pirr. Corradus in prax. diſpenſ. Apoſt. lib. 2. cap. 5. n. 3. Groſſ. ad mem. Conſtit. Prag. Sicil. §. 2. num. 36.* ideòq; ſolùm Regio Fiſco, & non alijs, refutationis nullitatem, ob non regiſtrationem, allegare licebit, ad quos lex ipſa ſtatutaria extendenda non eſt, ſtatutum namquè non loquẽs in caſu, de quo agitur, minimè allegari poteſt, *Manenti conſ. 56. num. 2. Ciriac. controu. 284. n. 53. lib. 2. controu. forẽſ.* allegans ſtatutum, e is verbis inhærere debet, *Bertazz. conſ. crim. 505. n. 9. Ciriac. cõtr. 487. n. 27. lib. 3.* ac probare tenetur illius qualitatem, *Bertaz. conſ. crim. 45. n. 9. in fine*, & vbi verba non conueniunt, nec eius diſpoſitio locum habet, vt poſt *Bart. Neuiz. & Cagnol.* tradit *Ciriac. controu. 67. num. 27. lib. 1. controuer. 286. num. 2. & controu. 368. num. 2. lib. 2* à verbis enim ſtatuti non eſt recedendum, iuxtà notata per *Bart. in l. quod conſtitutum 22. in primis verbis, ff. de teſtam. milit.* ſequitur *Ciriac. controuerſ. 161. n. 2. lib. 2.* ideòq; debet ad litteram intelligi, nam tantùm diſponit, quantùm loquitur, & non vltrà, nec ei licitum eſt aliquid addere, vel diminuere, *Decian. conſ. 71. n. 2. 3. 4. & 5. Alderan. Maſcard. de ſtatut. concluſ. 4. num. 1. cum ſeq.* quos ſequens adducit *Ciriac. controu. 254. num. 62. controuerſ. 386. num. 4. ac controu. 387. nu. 53. & 54. lib. 2.* & quod non dicit, nec nos dicere debemus, ſecundum *Bald. in l. illam 19. ſub num. 3. C. de collat. & Ciriac. controu. 477. num. 10. lib. 3.* ſic paritèr qualitas ſtatuti, vbi non verificatur, ceſſat illius diſpoſitio, *Gloſ. in l. mancipia 5. in verbo, Auocandum, C. de ſeru. fugit. Catheran. dec. 71. num. 22. Surd. dec. 65. num. 9.* poſt *Dec. & Rom.* quos laudat *Ciriac. controu. 284. nu. 52. & controu. 356. num. 11. d. lib. 2.* nec ſtatutum debet ampliari contra Ius commune, *Bal. in d. l. illam 19. ſub num. 2. & Ciriac. controu. 400. num. 114. memor. lib. 2.*

28 Quamobrèm ſtatutã de regiſtrandis donationibus condita ſunt pro intereſſe tertij, non autem donantis, proùt ſtatutũ Valentiæ *de regiſt. don. in foro 17. fol. matr.* forum. n. illud factum fuit ad tollendas fraudes in tertij præiudicium, vt tradit *Leon. deciſ. Valen. 110. num. 4.* & de ſimili ſtatuto in Sabaudia loquitur *Sola ad Conſtitutiones Sabaud. tit. de regiſtr. inſtrum. Gloſ. 1. num. 9.* & in Regno Siciliæ adſunt *Cap. 61. Reg. Ferd. de donat. omnib. regiſtran. et Prag. inuictiſſimi Regis Philippi ſecundi de anno 1581. & Excelentiſſimi Marci*

Antonij Colunnæ Proregis illius Siciliæ Regni de anno 1582. §.6.

Hinc insinuatio donationis ad euitandas fraudes, metumquè remouendum, inuenta est, *l.* 1. *C. de his,qui per met. Iud. non appell. l. data, alias lata* 27. *C. de donat. l.fin. C. de fideic. l. testamenti factio,ff. de testam. Guid. Pap.* 325. *num.* 2. *Seraph.de priuil. iuram. priuil.* 73. *num.*50, atquè ita magis in odium, quam in fauorem donantis, & donatarij introducta esse censetur, *Reg. Capyc. Lat. decis.* 156. *num.* 36. *lib.* 2. & consequentèr respicit tertij fauorem, & illorum, qui contrahunt cum donante, vel donatario, vt notitiam habeant rem esse donatam, iuxta adducta per *Castill. dec.* 99. *num.* 41. *Capyc. Latr. adduct. loco num.* 38. hunc igitur registrationis, seù insinuationis defectum ipsi creditores allegare quibũt, non donans, vel donatarius,ad tradita per *Leon. dec. Valen. add.* 110. *n.* 5.

29 Prætereà,cum Capitulum Sãctissimi Nicolai Barensis(è cuius sacro corpore perennis miraculorum fons Manna emanat, de quo, præter alios, memor est *Baron. Annal. tom.* 11. *pag. mihi* 783. & ex nostratibus, *Reg. Tapia dec.* S.C. 10.*num.* 50.)postulasset vti dominus iurisdictionis ciuilis prælationem in locatione de decennio in decẽnium iurisdictionis criminalis Terræ Sancti Nicandri facta Francisco Grifono: insurrexit conductor, ac negauit, id fieri posse, ea præsertim ex causa, quod locatio ad manus mortuas esset transitura. At responsum fuit, non esse Conductoris hac in re obstare, aut aliquid obijcere, sed Regij Fisci, ad quem vtilitas perueniret, & cuius interesset, nè feuda peruenirent ad manus mortuas propter interesse releuij,& deuolutionis,vt ex *Cassan.in consuet.Burgun. rub.*9. *Deus Maior mortes* §. 10. *nu.* 54. *vers.fortius dico,*obseruat *Reg. Capyc.Latr.dec.*168.*lib.*2.

Pergit vltra *Auus meus*, illo in themate cessare causam fraudãdi releuium, dum superstes fuit vita refutans, & dum statutum fundatum est in fraude, cessante fraude, illud cessat *And. in cap. milite vassallo qui cont. act. in cap. præterea, quæ sit prim. caus. benef.amm.* quod idem in bannis fundatis in fraude,concinnè demostrat *Vinc. de Ann.alleg.*58. *num.*2. *Dom.Reg.Galeot. tom.* 2.*controu.*6.*num.*28.*Monter. dec.* 44.*num.* 7.*Maynard.decis.Tholos.* 53. *lib.*2.*num.*2.

Amplius, vis iuramenti omnem defectum registrationis tollit, tantæq; est efficaciç,quod si in actu donationis interueniat, insinuatio non requiratur, *Abb. in cap. cum contingat, de Iureiurand.*& post *Federic.de Senis,Castrens. Alex.Roman.Dec.Guid.Pap.Tiraquel. Neuizan.Roland.Alciat.Bellon.Crauet.* firmat *Surdus cons.* 450. *num.*41.*Menoch.cons.* 1.*num.*377.& quælibet generalis dispositio ad casum iuratum non trahitur,ex *Afflict. decis.* 5.*Bouer. de Iureiurand.cas.*23.firmat idem *Auus meus vbi supra num.*154.& sic in terminis *cap. Siciliæ Regis Ferdinandi*, quod donatio iuramẽto vallata teneat, etsi non registrata, ratione iuramenti, dixit *Bolognett.Siculus cons.*6.*num.*50. qui de magis communi in illo Regno canonizata, & in praxi seruata opinione testatur, non obstante *d. cap.* quod idem affirmat *Mar. Muta decis. Sicil.* 74.*num.*6.& in specie,quod non possit donatio sub prætextu prædicto reuocari,dixit *Cancer.*relatus à *Fontanel.de pact. nuptial. claus.* 4. *Glos.*29.*num.*8. *tom.*1.& frustrà de Iure tertij opponebat donans, qui tenebatur dictam registrationem procurare,nam cum *prag.* prædicta non exprimat,ad cuius instantiam facienda sit registratio, in pari causa culpæ,& moræ,debet esse deterior conditio agentis, & sic donantis, & non donatarij, *argum.l. si seruus*, §. *sequitur, ff. de verb. oblig.l. viro atquè vxore,ff.sol. matrim.* Hinc in consessu doctissimorum virorum respondi,nullo iure subsistere reuocationem, vigore constitutionis *Constit. Diuæ Memoriæ*, ab emptore feudi factam, ex quo impetra-

petratus assensus non fuerit infrà biennij tempus registratus in quinternionibus Regiæ Cameræ, neq; in Reali Cancellaria, sigilloq; careat, neque ipsum posse hanc actus nullitatem allegare, cui ipse causam præbuit, nam licèt memorata Constit. *Constitutionem Diuæ Memoriæ*, quæ olim tempore *Freccia* fuit interpretata, vt tantum in venditore, non autem in emptore locũ haberet, vt dixit *lib. 2. de subfeud. in quæst. incip. à regnicolis in prima authorit. Baron.* hodiè ex passim recepta prudentum interpretatione procedat adhuc in emptore, vt tradunt *Capyc. decis.* 100. *Preses de Franchis decis.* 540. *Gizzarel. decis. 2. num. 12. & decis. 29. per totam, Reg. Capyc. Latro decis. 43. num.* 19. & 20. *Consil. Staib. resol. 1. num. 35. & Reg. de Marinis lib.* 1. *cap.* 121. *nu.* 4. attamen quotiès dolus ipsius emptoris est reuocationis causa, & contractus ex propria ipsius culpa, absq; facto venditoris resoluitur, emptor, qui ad hoc reuocationis remedium ex prudentum intellectu fuit admissus, non potest in hoc casu illud vsurpare, vt post *Frecc. lib. 2. de subfeud. limit. 3. ad dictam Cõstitutionem*, qui refert sic iudicatum *Præs. Mormile in eadem constit. num.* 33. & alios, refert *Reg. de Ponte decis. 6. num. 8. & 12. & cit. cons. 17. n.* 18. *lib.* 2. nam indubitata est conclusio, eum, qui causam dedit nullitati contractus non posse illam allegare, vt ex *l. 1. §. si omnes ff. de ventre inspiciendo*; probant *Crauetta cons. 421. num. 5. & in quæst. de Indemnit. mulier.* impressa post *tractatum de antiquitate temporum, num.* 33. *Capra cons. 144. nu. 7. Honded. cons. 27. n. 33. Ruin. cons. 40. nu. 7. et 8. lib. 5. Soccin. cons. 28. num. 30. lib. 2. Caphal. cons. 133. num. 125. lib. 1. & Magon. decis. Floren. 137. n. 5. & sequen.* quod procedit tàm agendo, quàm excipiendo, *Roland. cons. 52. num. 16. lib. 4. Ludouicus decis. 140. num. 10. & Franc. Nig. Cyriacus controu. iuris lib. 2. cap. 181. num.* 68. cum non debeat quis ex propria culpa, vel dolo contra iuris rationem lucrari, *l. ne ex dolo 12. ff. de dolo*, nec admitti ad propriam culpam, vel dolum allegandum, *l. 2. §. 1. de doli mali, metusq; except. l. & eleganter* vbi *DD. ff. de dolo*, aliàs enim esset aperta via fraudibus, & obligationes ex culpa, & defectu promittentium tollerentur, vt considerat *Magon. d. decis. 137. sub nu. 6.* & alioquin dolus vnius ex contrahentibus contra naturalem æquitatem noceret, quod haud est permittendum, *l. dolũ 3. C. de peric. & commo. rei vend.* nec implicat in iure, vt vnus, idemquè actus, qui respectu vnius contrahentis est nullus, valeat respectu alterius, quotiès nullitas ex peculiari vnius culpa procederet, vt notant *Bart. in l. bona fides 52. nu. 4. ff. de actio. empti, & Bald. in l. fin. n. 5. C. de peric. & comm. rei vẽditæ*, vbi docent in terminis statuti, ex cuius forma solui debet Gabella de cõtractu sub pęna nullitatis, si vnus ex cõtrahentibus soluat, alter verò non, contractus nullitatem non posse allegari ab eo, qui non soluit, sed cogi, altero volente, stare contractui, & sequuntur *Vantius de null. tit. quot, & quibus modis null. proponat. post num.* 124. & alij plenè adducti per *Magon. cit. dec. 137. num. 5. & 6.*

Huiusmodi articulus fuit olim acritèr controuersus in nostro S. C. in causa Marchionis Cerchiariæ, cum Secretario Soto, qui cum reuocasset contractum emptionis, ex eo, quod assensus non fuisset descriptus in Quinternionibus Regię Cameræ, ob clausulam resolutiuam in eodem assensu adiectam, fuit decisum per geminatas determinationes, etiam in gradu reclamationis, non fuisse locum reuocationi, ea quidem ratione, quia cum ad emptorem spectaret onus impetrandi assensum in forma probante, eiusq; culpa, non fuisset adimpleta solemnitas requisita, non debebat emptoris culpa venditori nocere, vt probat *Reg. Lanar. cons.* 82. qui pro Marchione scripsit, quidquid pro Secretario reuocante, firmauerit *Reg. de Põte in cons. 5. lib. 1. et cons. 60. lib. 2.*

quos

quem refert *Dom. Reg. Cacacius in alleg.* 83. rescripta per *Dom. Reg. de Marinis in tom.* 3. *alleg. diuers.* in qua causa plenam conscripsit decisionem *Reg. Reuert.* 33. *lib.* 6. *in manuscript.* quæ inter recollectas *à Dom. Reg. de Marin. est decis.* 497. *tom.* 2. vbi confirmat, non potuisse reuocari contractum ab emptore, ob non impletam conditionem in assensu, cum per eum stererit, quominus adimpleretur, nam hoc casu de iure habetur per adimpleta; ad *tex. in l. iure ciuili* 24. vbi *DD. ff. de cond. & demonstr. & l.* 3. *ff. de condit. inst. cum concord.* nè ex vnius culpa conditio alterius deterior redderetur.

Et licèt *Dom. Reg. Marcian. disp.* 31. *lib.* 1. *num.* 41. dicat, hanc decisionem processisse ex eo, quod venditio fuisset facta sub hasta S. C. quæ semper est irreuocabilis, cõstat tamen ex dictis per eumdem *Reg. de Ponte d. cons.* 5. *in princip. vers. quoad primum*, eam fuisse voluntariam, & fundamentum decisionis fuisse ipsam culpam emptoris, prout tradit idem *Reg. de Ponte dec.* 6. *in fine*, vbi inquit, articulum venditionis sub hasta in ea causa non fuisse disputatum, sed perfunctoriè tactum, & colligitur ex eodem *Lanar. d. cons.* 82. sed nostrum non est veritatem huius articuli inquirere in hoc loco.

Agebatur insupèr illo in themate

31 de refutatione facta contemplatione matrimonij, quæ est ipsius matrimonij pars, ac contractus dotalis, & cum eo confunditur, & de ea iudicatur idem, quod de dote prædicta, vt præterea gratia Neapolitanis mulieribus impartita, & concessa per Serenissimos Reges, vt assensus ipse intelligatur præstitus feudorum obligationi pro dotis constitutione super bonis dotantis, vt *in cap. & priuilegio Neapolit.* 20. *anno* 1505. de quo *in pragm.* 2. *de feud.* etiam si alter coniugum sit Neapolitanus, vt in *pragm.* 3. *eodem tit. de feud.* quod ad bona soceri extenditur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensib. Reg. in princ. num.* 14. *Ann. alleg.* 115. *Reg. Rou. in pragm.* 8. *num.* 4. *de feud. Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resol. cap.* 28. *& ad Reuer. decis.* 3. *num.* 2. *& dec.* 229. etiam quoad antefatum, vt in *pragm.* 8. *eodem tit. de feud.* Idem *Reg. de Marin. in add. obseru.* 229. complectitur etiam donationem contemplatione matrimonij à parentibus, siuè alijs in eodem documento dotali factam, vt firmarunt *Horatius Montanus in rep. cap. Imperialem*, §. *præterea ducatus, num.* 36. *pag.* 133. *lit.* O, *in fine, vers. Dicebatur.* Idem *Dom. Præs. Merlin. lib.* 2. *controu. forens. cap.* 60. *in* 5. *conclus. num.* 17. *ad* 22. *Dom. Consil. Franc. Rocc. add. resp.* 47. *num.* 12. *to.* 1. & nouissimè *Dom. Iudex Franc. Maria Pratus lib.* 3. *discept. forens. cap.* 44. expendens *Dom. Reg. Donat. Anton. de Marin.* contrarium firmantem *lib.* 2. *quotid. resol. cap.* 28. qui idem sustinuit deindè *in obseru. ad Reuer. decis.* 318. *num.* 3. sicuti igitur *pragm.* prædicta non habet locum in instrumentis dotalibus fauore dotis, sic nec in ipsa donatione contemplatione matrimonij,

Hocq; axioma, in gratiam dotis tradidit *Salic. in l. fin. n.* 3. *C. de iure dot.*

32 scribens, quod statutum generaliter disponens, vt instrumenta publica non probent, nisi reperiantur registrata, seù insinuata, non comprehenderet instrumenta dotalia, quam conclusionem ante *Salic.* firmauit *Bald. in auth. eo decursum, C. de donat. antè nupt.* & *Salic.* sequuti sunt *Ias. in d. l. fin. n.* 9. *Rip. in l.* 1. *num.* 15. ibiquè etiam *Dec. num.* 9. *ff. solut. matrim. Cagnol. in l.* 2. *num.* 22. *ff. de regul. iur. Bald. Nouell. in tract. de dot. par.* 6. *priu.* 47. *num.* 2. *Neguf. de pignor. par.* 8. *rubr.* 1. *num.* 23. *in fine*, vbi de communi testatur, & ab ea non esse recedendum, nec in consulendo, nec in iudicando affirmat *Ruin. cons.* 194. *num.* 4. *lib.* 3. *Marsil. in singul.* 442. *Tiraq. de retract. conf. sang.* §. 1. *Glos.* 14. *num.* 104. *Canar. de insinuat. q.* 40. *Affl. in Constit. Bainlos, & omnes, num.* 52. *Dom. Reg. Loffred. cons.*

conſ. 31. *num.* 9. *Menoch.conſ.* 261. *nu.* 38. *& ſeqq. vol.* 3. *Intrigl.* poſt alios, *ſingul.* 95. *lib.* 2. *Cald. de iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 23. *Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis, num.* 257. *ff. de lib. agnoſc. Barb. in l.* 1. *par.* 1. *num.* 17. *&* 18. *ff. ſol. matr. Caſtill. deciſ.* 90. *n.* 6. *D. de Franch. deciſ.* 219. *num.* 4. *D. Anna pater*; qui pluriès in facto obtinuiſſe teſtatur, *in rub. de vaſſallo decrep. ætat. num.* 31. & ita ſemper fuit iudicatum in Rota Romana in termino ſtatutorum Vrbis, ac Marchiæ requirentium in donationibus, & contractibus certas ſollemnitates? non comprehendi dotem in ijs ſollemnitatibus de iure communi ſpecialitèr priuilegiatam, vt teſtatur *Put. dec.* 160. *lib.* 3. *Verall. dec.* 3. *&* 190. *p.* 3. *ac Pitus, poſt tract. de contract. deciſ.* 13. *n.* 3. dum donatio contemplatione matrimonij in omnibus doti æquiparatur, eiuſq; priuilegijs, & prærogatiuis fruitur, cumq; confunditur cum dotali contractu, illiuſquè pars ſit, & cenſeatur quaſi vnum, & idem, vt ſupra latè deduximus, & probāt *Groſſ. in add. vbi ſup. lit. A, Marott. diſcep. forenſ. c.* 14. *n.* 14. *&* 15. *Giurb. d. obſer.* 38. *n.* 12. *&* 16. *verſ. ſunt enim*, quod in feudis præſertim procedere dixerunt *Camerar. in cap. Imperialem, fol.* 85. *de prohib. feud. alien.* per *Feder. D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. ſuper dot.* §. 2. *num.* 21. *cum ſeqq. ac D. Ronit. conſ.* 94. *num.* 23. *vol.* 1.

Hinc *Gabriel conſ.* 6. *num.* 10. *lib.* 2. tradidit, ſtatutum requirens inſinuationem non comprehendere donationem contemplatione certi matrimonij, potiſſimùm, ſi illa fiat ab eo, qui donare tenebatur, qualis eſt pater, vt obſeruat *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 474. *nu.* 24. in huiuſmodi namquè patris donatione ceſſat omninò fraus, ſiquidem illa non liberalis, & gratuita; ſed neceſſaria, dicitur, *Monter. dec.* 10. *nu.* 8. quin non donatio, ſed dotis datio illa nuncupatur ab *Antonio Fabro de error. Pragm. decad.* 48. *error.* 4. *num.* 7. ad quam faciendam pater cogi benè poteſt, *Conſil. Gizzar. dec.* 22. *n.* 15. *Groſſ. ad cit. conſtit. Pragm. Sicil.* §. 2. *num.* 10. tradens, ſtatutum Siciliæ mandans inſinuandas eſſe donationes ex cauſa dotis, ac donationes propter nuptias, loqui de illis factis ab extraneo, non autem de ea, quæ fit à patre; ex *Cutell. de donat. contemplat. matrim. tract.* 1. *diſcurſ.* 1. *partic.* 11. *num.* 53. *& diſcurſ.* 3. *partic.* 6. *nu.* 17. *verſ. quia reſpondetur, & tract.* 2. *diſcurſ.* 1. *ſpecial.* 4. quicquid dixerit *Intrigliol. ſing.* 95. *lib.* 2.

Maximè, ſi factæ fuerint contemplatione certi matrimonij cum certa perſona contrahendi, *Giurba obſer.* 33. *num.* 12. quo caſu totalis ceſſat fraus, *Leon. dec.* 137. *num.* 13. *Groſſ. in add. ad mem.* §. 2. *ad num.* 15. *lit. A. pag.* 271. *Monter. indic. dec.* 10. *nu.* 7. *Intrigl. dec.* 20. *Giurba obſer.* 38. *nu.* 7. qui declarato *Octauio Corſett. cōſ.* 29. diſtinguēdo, hoc firmat.

Atqui aduerſus *Salicetum*, eiuſquè aſſeclas, inſurgit idem *D. Præſ. Merli-*
33 *nus, mem. cap.* 59. *num.* 3. *verſ. verùm*, affirmans, illius ſententiam plurimis eſſe difficultatibus inuolutam.

Etenim quantùmuis dotis cauſa multas obtineat prærogatiuas, non tamen ijſdem gaudet, niſi in caſibus expreſſis, ea ratione ab ipſo *num.* 5. memorata, quod ſtatutum generalitèr prouidens, comprehendat etiam perſonas, & cauſas priuilegiatas, niſi ſint priuilegio munitæ in indiuiduo caſu, de quo agitur, ex *tex. in l. in fraudem*, §. *fin. ff. de milit. teſtam. Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *Gloſ.* 14. *à num.* 93. & adiungimus *Troyſ. in prag. odia litium num.* 118. *de arbitr. D. Iudicem Franc. Mar. Prat. lib.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 20. *à num.* 23. *& obſeru.* 70. *num.* 14.

Addit *num.* 6. quod etſi ſpecialitèr ſancitum reperiatur, in *l. fin. Cod. de iure dot.* fauore dotis, vt donatio cuiuſcumquè quantitatis non inſinuetur, non propterea ex hoc argui, vt eius inſtrumentum ſub ſtatuto mandante, illud redigi in publicis memorialibus, non comprehēdatur, quod etiam aduerſus *Salicetum* affirmaſſe autumat;

Curt. Iunior. in l.hæres absens,n. 18.ff. de Iudic. qui. Saliceti, erroneā doctrinā præconizat, insequuntur *Coras. in l. 1. in 2. lect.n.23.ff.soluto matr. Dec.cōs.5. num.2. & cons.537.num.6. Puteus dec. 160. num. 2.lib.3. Præs. Amat. cons. 92. num. 30. Præs. de Franch.* à quo prædictas rationes mutuatus est *Præs. Merlin. dec.286.n.2. Castill.* plures alios cōgerens, *dec.90.nu.7.* tradens in illo Senatu decisum, contractū subiugatorium, quē Nostrates annuorum introituum appellant, qui intra tres menses insinuari debet iuxta illius Regni *pragmat.* insinuandum esse, etiam si dotis causam ille contineat.

Pergit vlteriùs, putans omninò registrationem refutationis requiri; tùm quia *prag.* memorata loquitur verbis vniuersalibus pluriès repetitis, ibi: *Che tutti quelli*, & iterùm *tutte le refutationi*, quam vniuersalem dictionem comprehendere causam dotis, & nihil excludere, credit idem *Merlin. add. cap. 59.num.7.ex Cranett.cons.294.num.1. & num.5. Surd.cons.361.num.21.vers. 3. admissa,lib. 3. Pedroca cons.25.n.37. & Castillo add. dec. 90. n.18.* & addimus vulgatos *tex. in l. Iulianus 68. ff. de leg. 3. l.à procuratore, C.mandati, & in l.omnes, C.sine censu, vel reliq.* & confirmāt *DD.* relati à *Sim.Vaaz in princ. iur.lit.O.n.4.* & à *Marotta discep.forēs. c.31.n.44.& 45.* tùm etiam quia *prag.* vltra prohibitionem, procedit ad actus nullitatem, & ex clausula annullatiua in *prag.* adiecta forma inducitur.

Prosequitur idem *Præses num. 14. & 15.* considerans solemnitatem registrationis requisitam in casu statuti relati per *Salicetum* esse extrinsecam, & accidentalem contractui dotali, & proindè sine illa sustineri posse, quia actus supponitur iam in esse productus, & cum solemnitas desideratur ad confirmationem rei iam existentis, defectus formæ accidentalis actum non vitiat ipso iure, ex *Bald.in l.vniuersa num.2. C. de precib. Imp.offer.* & in his terminis rectè procedere, ait, decisionem apud *Franc. Hieron.de Leo dec. 110.lib.1.* At in terminis *pragm. 20.de feud.* forma registrationis est substantialis, nedùm ex clausulæ annullatiuæ, & temporis præfixi viribus, sed etiam quia feuda in nostro commercio non sunt, sine Domini directi voluntate, ex *cap.1.§.commercium, de prohib. feud.alien.per Lothar. Camer.in c.imperialem fol.27.col. 3. Io: Dominic.de Anna in responso, si legato feudo debeatur æstimatio num. 22.* rescripto post *alleg. Vincent. de Anna Reg. de Ponte de potest.proreg.tit.6.§. 1. num. 18.* & proindè actum vitiare ipso iure, cum substantialis dicatur, concludit ex *Bald. in d. l.vniuersa, & Franc. de Leo cit.loco num. 13.*

Quintò considerat *num. 18. 19. & 20.* Salicet dicterium procedere tantum in materia *l.fin.C.de iure dotium*, in qua prius dos erat priuilegiata, & adducit *Dec. Barbos. de Franchis*, & alios. At in feudis dotem nullum habere priuilegium, non solum in suis accidentibus, sed neque in sui generalitate & substātia, adeò vt sine Domini assensu in eis dos constitui non possit, nec pro ea feuda obligari, tùm perspecto iure communi, *in c.1.§.donare, qualitèr olim feud.poter.alien.* tùm nostro municipali, *Camerar in mem.cap.Imperialem fol. 65.lit.A.& fol.82.lit.B.Montan.in repet. eiusdem cap. Imperialem num. 206.*

Ideòq; (addit *n.21.*) in feudis illa non est priuilegio munita, quia in eis versatur domini interesse, quod quidē interesse nō solùm cōsiderandū est proptèr dānum diminutionis feudi, vel prōpter seruitia domino debita; vt perpendit *Montan. cit.num.206.* sed etiam propter voluntatem domini, *arg.tex.in l.fin. ff. de vsu, & habit. And.in eod.cap.Imperialem col. 1. in fin. Gizzar. dec.74. num.2. de Ponte de potest.Proreg.tit.de refut. feud.§.6.nu.4.* at cum *d.prag. 20. de feud.* nihil aliud, nisi Domini interesse, respiciat, tam pro deuolutionis iure, quam pro releuio sibi debito, propterea nullum dotis priuilegium præualere de-

debet, & satis esse, quomodocunquè vis inferatur domini voluntati, statuentis pro suo interesse refutationem registrari, vt alitèr dotalis contractus nullus censeatur, concludit *n.21.& 22.*

Sextò dicit *n.22. vers.dico 6.* quod licet ex gratia mulieribus Neapolitanis à Serenissimis huius Regni Regibus impartitū sit, vt assensus Regius intelligatur præstitus obligationi feudorum pro dotis cōstitutione super bonis donantis, id tamèn solum locum vendicare, quoad hypothecam acquirēdam, non autem, vbi agitur de dominij translatione, eo enim casu requiri assensum, prout in cæteris feudorum alienationibus, ex *Reg.de Ponte add.tract.de assens.sup. dot. tit.6. num.39.* pro indubitato sentit, & quod proindè non liceat argumētari de vno casu ad aliū, nec de priuilegio restitutioni dotis cōcesso ad refutationem, quæ dominij ipsius corporis feudi translationē importat.

Vltimò *num.23.* concludit ex *Dom. Præs.de Franch.dec.663. D.Reg.Tap. dec.S.C. 47. D. Reg. de Ponte tit.8.de refut. feud. n. 8. Dom. Reg. Fabio Capyc.Galeot.lib.1.contrŏu.illust.44.n.11.* fuisse, hunc articulum decisum, etenim ibi determinatum fuit, refutationem feudorum factam contemplatione matrimonij, quamuis non redactam in registris infrà dies quindecim, seruata forma *d. prag. 26.* fuisse validam, ex quo supèr ea fuerat impetratus Regius assensus, & infrà biennium registratus in Quinternibus Regiæ Cameræ Summariæ; vndè infert *D. Merlinus* præsuppositum decisionis fuisse, omninò requiri registrationem infrà quindecim dies, alioquin decisio careret ratione dubitandi; si enim donatio prædicta contemplatione matrimonij registro non indigeret, frustrà esset de illius inualiditate dubitatum proptèr omissum registrum refutationis.

Et tandèm hanc suam opinionem circumuallat supremi Senatus S.C.decreto, lato in causa Catharinæ Caracciolo sub die 4.Martij 1641.cuius verba rescribit, *in principio cap.61.*

34 Verùm enim verò huiusmodi obiectiones, non modo non deijciunt, verum etiam fulciunt *Aui mei* sententiam, maximèq; eam corroborant, quandoquidem dos, ac donatio contemplatione matrimonij registrum, seù insinuationem non requirunt, in hoc enim speciali prærogatiua fruuntur, vt de dote loquitur memoratus *text.in l.fin. C. de iure dotium*, & de donatione propter nuptias, alter *tex.in l.sancimus 34. §.alias, vers.insupèr, C.de donat.in l. minor, & in Auth.eo decursum, C.de donat. ante nupt.* & propterea *pragm.* sanctio, etsi generalis, hos casus fauore dotis specialitèr prouisos non complectitur, nisi specialis de ea mentio fiat, *l. 3.* vbi *Glos.Bar.* & alij, *C. de silentiar. lib. 11. cap. si propter 51.* vbi *Glos. de rescript. in 6. Bar. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 13.* vbi *Ias.in 2. lect. n. 98. Rip. num.70. Cret.num.68.* & alij, *ff.de legat.1. Bal.in l. siuè plures nu.5. C.de Sacros. Eccles. & in l.omnes populi num.19.ff.de Iustit.et Iure, Andr.Isern. & Afflict.in Constitut. ea,qua ad decus à num.32.& decis.111.num.9. & Gabriel. comm. conclus. tit. de legib. & constit.concl.1. num.10.*

Et quod in locis, in quibus necessariò est insinuanda donatio, non veniat comprehensa donatio contemplatione certi matrimonij facta, preter adductos, tradunt *Bal. Nouell. cit.par.6. priuil.47. Roland. cons.44. num.9. lib. 4. Peregr. de fideicomm. artic.51. à n. 66.& cons.66. num.31. lib.1.Menoch. cons.261. & cons.944. num.31. Carpan.ad Statutum Mediol.cap.324.num. 49. Cancer.var.lib.1.cap.8.n.3.Franc. Molin.de Rit. nupt. lib. 3. q.6. n.507. Ludouis. decis.491. num. 10. & decis. 563. num.12. Fab. defin. 2.C.de insin. donat.Gratian.discept.forens. cap.984. num.25. tom.5. P. Rebell. de oblig. iust. lib. 18. q. 6. num.9. Filliuc. tract. 34. cap.4. num.90. Cutell. in tract.2. de donat. contempl. matrim. discurs.1. special. 4. num. 10.* qui plures decisiones

Curt. Iunior. in l.hæres absens,n.18.ff. de Iudic. qui. Saliceti,erroneā doctrinā præconizat, insequuntur *Coras.in l.1. in 2.lect.n.23.ff.soluto matr.Dec.cōs.5. num.2. & cons.537.num.6.Puteus dec. 160. num. 2.lib.3.Præs.Amat.cons.92. num. 30.Præs.de Franch.*à quo prædictas rationes mutuatus est *Præs.Merlin. dec.286.n.2.Castill.* plures alios cōgerens,*dec.90.nu.7.* tradens in illo Senatu decisum,contractū subiugatorium, quē Nostrates annuorum introituum appellant,qui intra tres menses insinuari debet iuxta illius Regni *pragmat.* insinuandum esse,etiam si dotis causam ille contineat.

Pergit vlteriùs, putans omninò registrationem refutationis requiri;tùm quia *prag.* memorata loquitur verbis vniuersalibus pluriès repetitis, ibi: *Che tutti quelli*,& iterùm *tutte le refutationi*,quam vniuersalem dictionem comprehendere causam dotis, & nihil excludere, credit idem *Merlin. add. cap. 59.num.7.ex Cravett.cons.294.num.1. & num.5.Surd.cons.361.num.21.vers. 3. admissa.lib. 3.Pedroca cons.25.n.37. & Castillo add. dec. 90. n.18.* & addimus vulgatos *tex. in l. Iulianus 68. ff. de leg. 3. l.à procuratore,C.mandati,& in l. omnes,C.sine censu,vel reliq.*& confirmāt *DD.*relati à *Sim.Vaaz in princ. iur.lit.O.n.4.*& à *Marotta discep.forēs. c.31.n.44.& 45.*tùm etiam quia *prag.* vltra prohibitionem, procedit ad actus nullitatem, & ex clausula annullatiua in *prag.* adiecta forma inducitur.

Prosequitur idem *Præses num. 14.& 15.* considerans solemnitatem registrationis requisitam in casu statuti relati per *Salicetum* esse extrinsecam,& accidentalem contractui dotali; & proindè sine illa sustineri posse, quia actus supponitur iam in esse productus, & cum solemnitas desideratur ad confirmationem rei iam existentis, defectus formæ accidentalis actum non vitiat ipso iure,ex *Bald.in l.vniuersa num.2. C. de precib.Imp.offer.*& in his terminis rectè procedere,ait, decisionem apud *Franc. Hieron.de Leo dec. 110.lib.1.* At in terminis *pragm. 20.de feud.* forma registrationis est substantialis,nedùm ex clausulæ annullatiuæ, & temporis præfixi viribus, sed etiam quia feuda in nostro commercio non sunt,sine Domini directi voluntate, ex *cap.1.§.commercium,de prohib. feud.alien.per Lothar.Camer.in c.imperialem fol.27.col. 3.Io: Dominic.de Anna in responso,si legato feudo debeatur æstimatio num. 22.* rescripto post *alleg. Vincent. de Anna Reg. de Ponte de potest.proreg.tit.6.§.1. num. 18.*& proindè actum vitiare ipso iure, cum substantialis dicatur, concludit ex *Bald. in d. l.vniuersa,& Franc. de Leo cit.loco num.13.*

Quintò considerat *num. 18. 19. & 20.* Salicet dicterium procedere tantum in materia *l.fin.C.de iure dotium*, in qua prius dos erat priuilegiata, & adducit *Dec. Barbos. de Franchis*, & alios. At in feudis dotem nullum habere priuilegium, non solum in suis accidentibus,sed neque in sui generalitate & substātia, adeò vt sine Domini assensu in eis dos constitui non possit, nec pro ea feuda obligari, tùm perspecto iure communi, *in c.1.§.donare,qualitèr olim feud.poter.alien.*tùm nostro municipali,*Camerar in mem.cap.Imperialem fol. 65.lit.A.& fol.82.lit.B.Montan.in repet. eiusdem cap. Imperialem num. 206.*

Ideòq;(addit *n.21.*)in feudis illa non est priuilegio munita,quia in eis versatur domini interesse, quod quidē interesse nō solùm cōsiderandū est proptèr dānum diminutionis feudi, vel propter seruitia domino debita; vt perpendit *Montan. cit.num.206.*sed etiam propter voluntatem domini,*arg.tex.in l.fin. ff. de vsu, & habit.And.in eod.cap.Imperialem col. 1. in fin. Gizzar. dec.74. num.2.de Ponte de potest.Proreg.tit.de refut. feud.§.6.nu.4.*at cum *d.prag. 20. de feud.*nihil aliud,nisi Domini interesse,respiciat,tam pro deuolutionis iure, quam pro releuio sibi debito,propterea nullum dotis priuilegium prævalere,

de-

debet, & satis esse, quomodocunquè vis inferatur domini voluntati, statuentis pro suo interesse refutationem registrari, vt alitèr dotalis contractus nullus censeatur, concludit *n.21. & 22.*

Sextò dicit *n.22. vers. dico 6.* quod licet ex gratia muiieribus Neapolitanis à Serenissimis huius Regni Regibus impartitũ sit, vt assensus Regius intelligatur præstitus obligationi feudorum pro dotis cõstitutione super bonis donantis, idtamèn solum locum vendicare, quoad hypothecam acquirẽdam, non autem, vbi agitur de dominij translatione, eo enim casu requiri assensum, proùt in cæteris feudorum alienationibus, ex *Reg. de Ponte add. tract. de ass. sup. dot. tit. 6. num. 39.* pro indubitato sentit, & quod proindè non liceat argumẽtari de vno casu ad aliũ, nec de priuilegio restitutioni dotis cõcesso ad refutationem, quæ dominij ipsius corporis feudi translationẽ importat.

Vltimò *num.23.* concludit ex *Dom. Præs. de Franch. dec. 663. D. Reg. Tap. dec. S.C. 47. D. Reg. de Ponte tit. 8. de refut. feud. n. 8. Dom. Reg. Fabio Capyc. Galeot. lib. 1. contro. illust. 44. n. 11.* fuisse, hunc articulum decisum, etenim ibi determinatum fuit, refutationem feudorum factam contemplatione matrimonij, quamuis non redactam in registris infrà dies quindecim, seruata forma *d. prag. 20.* fuisse validam, ex quo supèr ea fuerat impetratus Regius assensus, & infrà biennium registratus in Quinternibus Regiæ Cameræ Summariæ; vndè infert *D. Merlinus* præsuppositum decisionis fuisse, omninò requiri registrationem infrà quindecim dies, alioquin decisio careret ratione dubitandi; si enim donatio prædicta contemplatione matrimonij registro non indigeret, frustrà esset de illius inualiditate dubitatum proptèr omissum registrum refutationis.

Et tandèm hanc suam opinionem circumuallat supremi Senatus S.C. decreto, lato in causa Catharinæ Caracciolo sub die 4. Martij 1641. cuius verba rescribit, *in principio cap. 61.*

34 Verùm enim verò huiusmodi obiectiones, non modo non deijciunt, verum etiam fulciunt *Aui mei* sententiam, maximèq; eam corroborant, quandoquidem dos, ac donatio contemplatione matrimonij registrum, seù insinuationem non requirunt, in hoc enim speciali prærogatiua fruuntur, vt de dote loquitur memoratus *text. in l. fin. C. de iure dotium*, & de donatione propter nuptias, alter *tex. in l. sancimus 34. §. alias, vers. insupèr, C. de donat. in l. minor, & in Auth. eo decursum, C. de donat. ante nupt.* & propterea *pragm.* sanctio, etsi generalis, hos casus fauore dotis specialitèr prouisos non complectitur, nisi specialis de ea mentio fiat, *l. 3.* vbi *Glos. Bar.* & alij, *C. de silentiar. lib. 11. cap. si propter 51.* vbi *Glos. de rescript. in 6. Bar. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 13.* vbi *Ias. in 2. lect. n. 98. Rip. num. 70. Crat. num. 68.* & alij, *ff. de legat. 1. Bal. in l. finè plures nu. 5. C. de Sacros. Eccles. & in l. omnes populi num. 19. ff. de Iustit. et Iure, Andr. Isern. & Afflict. in Constitut. ea, quæ ad decus à num. 32. & decis. 111. num. 9. & Gabriel. comm. conclus. tit. de legib. & constit. concl. 1. num. 10.*

Et quod in locis, in quibus necessariò est insinuanda donatio, non veniat comprehensa donatio contemplatione certi matrimonij facta, prętèr adductos, tradunt *Bal. Nouell. cit. par. 6. priuil. 47. Roland. cons. 44. num. 9. lib. 4. Peregr. de fideicomm. artic. 51. à n. 66. & cons. 66. num. 31. lib. 1. Menoch. cons. 261. & cons. 944. num. 31. Carpan. ad Statutum Mediol. cap. 324. num. 49. Cancer. var. lib. 1. cap. 8. n. 3. Franc. Molin. de Rit. nupt. lib. 3. q. 6. n. 507. Ludouis. decis. 491. num. 10. & decis. 563. num. 12. Fab. defin. 2. C. de insin. donat. Gratian. discept. forens. cap. 984. num. 25. tom. 5. P. Rebell. de oblig. iustit. lib. 18. q. 6. num. 9. Fillinc. tract. 34. cap. 4. num. 90. Cutell. in tract. 2. de donat. contempl. matrim. discurs. 1. special. 4. num. 10.* qui plures decisiones

nes adducens, subdit hanc conclusionem carere omni dubitatione, si donatio facta contemplatione certi,& determinati matrimonij contineatur in dotalitio contractu, seù in capitulis matrimonialibus, ratione cohærentiæ illius contractus, occurrens omnibus obiectis in contrarium excogitatis à *Siculo Io:Francisco del Castillo dec.* 90. *&* 152. *in fine*, à quo argumenta percepit *D. Merlinus*, *& Cutelli* sententiam insequuntur alij relati à *Giurba obser.* 48. *num.* 15. *& d.Iudex Franc. Mar.Prat.ad Paschal.de virib.patr.potest.p.*1.*cap.*4.*ad num.*36.

Corruit prætereà altera ratio:donatio siquidem, per Instrumentum perficitur,& tamèn Instrumentum donationis insinuatur, non autem ipsa donatio concepta tantùm verbis,ideoq;sinè Instrumento minimè insinuari potest, vt ex *l.sancimus,& l.penul.C.de donat.*deducit *Stephan.Gratian.discept.forens. lib.* 5. *cap.* 887. *num.*8.probans, id eò fortius procedere,vbi per statutum requiritur insinuatio, tunc enim omninò necessè est, vt donatio fit per instrumentum celebrata,& sic in hoc Regno hoc est indubitatum, attenta *memor. prag.*20.*de feud.*

Nec obstaculum facit adducta decisio à *Io: Francisco del Castillo in mem. dec.*90. *num.*7. *to.*1. relata à *Domino Merlino cit.cap.*59.*n.*6.siquidem Serenissimus Rex Philippus II.sua *prag.*emanata Madriti die 26. Augusti 1581.& executoriata in Regno Siciliæ sub die 15. Februarij 1582. mandauit,omnes, & singulos contractus subiugatorios, iuxta formam *Bullæ, & Reg. Prag.* 1. *de censibus*, esse registrandos infrà sex dies, à die initi contractus, sub pœna nullitatis actus,quantum ad tertij præiudicium, id quod confirmauit Excell. Marcus Antonius Colunna Prorex Siciliæ die 13. Martij 1582. testibus *Mu a dec.*73. *num.* 30. *& dec.*74. *n.*7. *Mastrill. ad Petr. de Gregor. sup. cit. Bulla,q.*9. *num.* 30. *Graff. ad Constit. pragm. Sicilia*, §. 1. *num.* 1. *&* 2. *&* §. 37. *n.* 22.Ortaq; deindè controuersia, nùm sub prædictarum sanctionum dispositione comprehenderetur contractus subiugatorius ex causa dotis,& donationis proptèr nuptias, varietas decisionum relatarum per *Castill. add.loco,num.* 19. causa fuit, vt Excell. Comes Castri eiusdem Siciliæ Prorex sub die 30.Iunij 1618.declararet, in *Pragmat.* memoratis comprehendi etiam contractus subiugatorios ex causa dotis, & donationis proptèr nuptias factos.

Non, inquam, obstat, etenim nos sermocinamur de donatione proptèr nuptias, siuè contemplatione matrimonij, quæ specialitèr de iure cõmuni est priuilegio munita,vt nulla indigeat insinuatione, *cit.l.sancimus* 34.§.*alias, vers.his insupèr,C. de donat. l. minor, & Auth. eo decursum,C.de donat. ante nupt.* & confunditur cum toto contractu dotali, *Guid.Papa decis.*145. *nu.*2. *Io: Vincent. Caualer. in alleg.* 28.*n.*13. rescripta per *Dom. Reg. de Marin. in t.*3. *alleg. diuers.* Non tamen hoc priuilegio fruitur contractus subiugatorius, qui fit pro solutione dictæ dotis, & propterea cum sit speciale in causa dotis, & donationis proptèr nuptias, non benè infertur, quod sit etiam speciale in contractu subiugatorio, siuè venditionis annuorum introituum, vt benè argumentatur idem *Castill.à n.*9. & insequitur *Groff.in add.*§.2.*num.*7. & ex diuersis non fit illatio, *l.Papinianus exulis,ff.de minor. Reg. Capyc.Latro decis.*168. *num.*60. *dec.*181. *n.*42. *& decis.*191. *num.*20. *lib.*2.

Nec suffragantur verba vniuersalia pluriès in *pragm.* 20. *de feud.* (cuius etiàm memores sunt *Camill. Laratha in theat.feud. par.* 2. *dilucid.*67. *n.*24. *Bilotta in addit. ad alleg.* 16. *Io. And. de Georg.t.* 2.)repetita, etenim illa in statuto adiecta, quamuis vniuersalia, nullo modo comprehendunt casus specialitèr priuilegiatos, potissimùm,fauore dotis,absq; speciali illorum expressione, *Gl.in cit.cap.si proptèr* 51. *de rescript.*

script. in 6. in add. l. 3. C. de Silentiar. lib. 11. in verbo, Et quibusq; in l. fugitiui, verbo, Qualibet alia pena, Cod. de seru. fugitiu. Vndè *Auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi oport.* quamuis vniuersalitèr loquatur, non tamèn complectitur priuilegia in corpore iuris clausa, vt ibidem notabilitèr obseruat *Glos. in verbo, Quicumq; ex omni priuilegio,* confirmant *Ruin. cons. 195. num. 2. lib. 3. Eugen. cons. 90. num. 26. lib. 1. Ciriac. contron. 61. à num. 13. lib. 1. & contron. 518. num. 38. lib. 3.* affirmans, sub statuto loquente vniuersalibus verbis, non comprehendi dotem, ex *Ruin. cons. 195. num. 2. vol. 1. cons. 61. num. 3. vol. 3. Cephal. cons. 13. sub num. 44. Menoch. cons. 261. n. 39. lib. 3.* Hinc generalis sanctio *in l. 1. ff. ad Velleian.* nè pro vllo mulieres intercederent (quod verbum, vllo, iunctum cum negatiua, nè, resoluitur in simplicem negatiuã, pro nullo, quæ est vniuersalis) restringitur pro dote, pro qua validè mulier obligatur, *l. promittendo 42. in princ. ff. de iure dot. l. si dotare 12. & l. fin. C. ad Velleian. Henriq. de fideiuss. cap. 7. num. 452. Dom Cons. Staiban. cent. 2. res. 177. Mucc. quæst. forens. 12. Dom. Præs. Merlin. contron. forens. cap. 56. num. 10.*

Et *Cranett. cons. 294. num. 6. ac Pedroca cons. 25. num. 37.* sermo est in statuto loquente per verba negatiua, puta, nullus contractus fiat, aut nulla donatio fiat, vt tùnc omnia excludat, ex *Glos. in cap. statutum, verbo, Nullum, de rescript. in 6.* ideòq; *Cranetta* ibidèm scribit, quod vbi sunt duæ regulæ contrariæ, alia affirmatiua, alia negatiua, vt negatiua præualeat, *l. 3. §. liberti, & ibi Bar. ff. de suspit. tutor.* Et vbi sunt duo statuta, vnum affirmatiuum, & alterum negatiuum, præualeat negatiuum, ad tradita per *Castrens. in l. non est nouum, ff. de legib. Dec. cons. 44. col. fin.* Et è duobus priuilegijs, affirmatiuum præfertur negatiuo, *l. 1. & l. Ruffinus,* vbi *Bal. Cod. de milit. test.* At cum donatio contemplatione matrimonij sit negatiuè priuilegiata, vt non insinuetur, & *pragm. 20. de feud.* affirmatiuè loquatur, vt omnes refutationes registrentur, iure præualet dispositio iuris communis, negans insinuari donationẽ contemplatione matrimonij factam, & proindè tantùm abest, vt *Cranetta, & Pedroca D. Merlini* opinioni faueant, vt potiùs nostram sustineant aleam. Quibus collimat, quod quamuis in feudis prohibita sit per verba vniuersalia negatiua omnis præscriptio, ex *tex. in cap. vnico, de capit. Corrad. & cap. Imperialem, §. habito, de prohib. feud. alien.* per *Federic.* non tamèn excluditur centenaria præscriptio, *Glos. in Auth. vt de catero comm. Eccl. rer. in verbo, Præscriptione, Affl. in cit. cap. vnico, §. præterea, num. 31. Ciriac. contron. forens. lib. 1. contron. 3. n. 85. Intrigl. de feud. cent. 2. artic. 96. num. 12.*

Clausulam verò annullatiuã in *prag.* adiectam, quæ formam inducere videtur, qua non seruata, actus nullus redditur, dicimus, operari respectu Regij Fisci, cuius interesse prospexit, non tamèn contrahentium, vt in simili dixerunt *Lanar. cons. 82. num. 15. Reg. de Ponte cons. 17. num. 8. lib. 2.* quem refert *Dom. Reg. Capyc. Galeot. lib. 2. cit. contron. 6. num. 33.* (qui tamen ab eo dissentit *lib. 1. contron. 14. à num. 49.*) *d. Lelius Giptius in alleg. 108. num. 27.* rescripta per *Dom. Reg. de Marin. in tom. 3. alleg. diuers.* asserens, dictam clausulam non irritare nec resoluere, nisi volente eo, & sic fisco, cuius gratia apposita est.

Nec est inconueniens, quod refutatio non registrata respectu partium sit valida, & nulla respectu Regij Fisci, nam regula, quod vna, eademq; res diuerso iure censeri non debeat, ad *tex. in l. cũ qui ædes, ff. de vsucap. c. cognouimus 12. q. 2.* restringitur, vt respectu diuersorum, diuerso iure censeri debeat, ad *tex. in l. miles, §. pro parte, ff. de legat. 2. Monac. dec. Florent. 28. num. 12. Vaaz in loc. comm. iur. lit. l. num. 48. Sard. dec. 266. num. 8. Molfes. ad Consuetud. Neap.*

Neap. par.4.de success. ab intest. q.8.n. 9. lib. 1. R.Capyc.Latr. dec.33. n. 16. lib. 1. loquens in peculiari materia *d. pragm.20.*

Nec solemnitas registrationis est de forma substantiali, vt opinatur *D.Merlinus num.14.& 15.*sed tantum sollemnitas extrinseca,seù accidentalis,quod desumitur ex verbis eiusdem *Bald. in in l. vniuersa num. 2.C.de precib.Imp. offer.*rescriptis à *Merlino ibidem,*quandoquidem registrum non requiritur ad esse rei, sed tantum pro interesse Regij Fisci,potest enim omni iure fieri proximo successori refutatio absquè assensu *Bilocta consul. 29.num. 12.* post *decis. Beneuent. Dom. Reg. Galeot. cit. controu.6. num.3. Dom.Consil.Staib. cent. 2.resol.forens.172.num.46.* Vndè non ipso iure erit nulla,nec mandauit *prag.* quod in actu stipulationis refutationis interuenire deberet illa sollemnitas,& illa omissa, esset nulla refutatio,quibus in terminis procedit *tex. in l. non dubium, C.de legib.*quem laudat *Merlin. n.8.* nec prohibet illā fieri,sed solùmodò ex post facto iubet illā registrari pro Regij Fisci interesse,alias non valeat,& sic non impeditur obligatio, sed paratur exceptio, vt deducitur ex *d. l.vniuersa*, vbi *Glos.* declarat illa verba, (*Non aliter valeant,*) idest, (*non aliter sortiantur effectum;*)Vt obseruat *Leon. dec. 20. num. 10.* qui *num.11.* insequitus *Bar. in l. cum lex 46. num.8.vers. si verò contractus, ff.de fideiuss.* lepidè firmat, statutum disponens instrumenta donationum esse insinuanda infrà sex menses aliàs illę non valeant,non irritare donationem ipso iure, sed producere exceptionem,reddit rationem, quia statutum iubet adhiberi sollemnitatem post contractum perfectum, & adducit *Bar. in d. l. vniuersa,num. 2. & Ias. ibid. num. 8. & nu.15.* prosequitur idem *Leo* non impediri proptereà dominij translationem.

Prædicta confirmat *Cumanus cons. 173. in princip.*sermocinans de statuto Vicentino,quo disponitur,quod donatio non insinuata certo modo intrá annum præiudicium non inducat creditoribus, affirmat, statuto prædicto non irritam reddi donationem, sed solùm prohiberi per eam præiudicium inferri creditoribus, qui posteà cum donante contraxerunt.

Quartum insupèr *Merlini* obiectum sua macerie obruitur, concedit enim contractum dotis esse priuilegiatum à iure,vt insinuatione non indigeat,iuxtà *cit. l.fin. C.de iure dotium,* & *Salic.* doctrinam procedere tantummodò in materia præfatæ *legis*, non tamen in feudis, in quibus nullum consideratur dotis priuilegium, nec in eis vlla dos constitui potest, nec illa pro dote hypothecari possunt sine domini assensu.Et tamèn in multis ipsam dotem priuilegiatam in feudis esse,scimus,potissimum quod iure municipali feuda sunt obligata,tàm pro constitutione,& promissione,quàm pro restitutione dotis,vigore *Capitulorum,& Pragm. Regni*, vt nos diximus,& admittit idem *D. Merlinus in 6.oppositione num. 22.* & assensus qui expediri non potest post mortem obligantis feuda *Reg.Rouit.in prag.1.num.1.de fide memor.Reg.Capyc. Latro dec.137.num.15.lib.2.* validè fauore dotis expeditur *Reg.de Ponte cons. 75 num.38.& de potest.Proreg.tit.6.§. 1. num. 1.& 18.*ex *tex.in l.si ego §.res ff. de iure dot.* & concludunt *Anna alleg. 66. num. 5. alleg.115, num.2. de Franch.dec.86. nu.1.& dec.620.nu.9. R.Galeot. controu. . num..lib....*ea freti ratione quia de iure feudorum non reperitur prohibitio expresè in dote, sed tantum specialitèr, quo in casu recurrendum est ad ius commune,in quo specialiter dos priuilegium obtinet, proùt,& in materia insinuationis.

Sextum etiàm corruit fundamentum, etenim, vt pluriès diximus,refutatio à principio est valida respectu contrahentiū,scilicet,refutantis, & refutatarij, dū illa fuit pura, & simplex,& in proximum successorem collata,vt idem *Merlin.*tradit *lib. 1. controu.forens. cap.57. num.5.*

num. 5. & concernit registratio tantùm Regij Fisci interesse, nec ipsi argumentamur à priuilegio constitutioni, & restitutioni dotis impartito, vigore *Capitul.* ad præfatam refutionem, quæ dominij translationem importat in refutatarium, absque assensu.

Vltimum similitèr argumentũ *Merlini num.* 23. faciliùs tollitur, imò contra illum retorquetur. Sibi enim persuadet ex *dec. de Franch.* 663. & alijs, quibus addo *D. Consil. Staib. add. ref. forens.* 172. *n.* 45. *Lelium Gipt um add. loco n.* 29. memorem *Aui mei ad Grām. cit. decis.* 103. *n.* 145. registrationem hoc in casu omninò requiri, & in casu *decis. de Franch.* refutante reuocante refutationem contemplatione matrimonij factam, sed non registratam nec infrà quindecim dies, nec posteà, sed super illa impetrato Regio assensu, illoque infrà biennium registrato in Quinternionibus Regiæ Cameræ Summariæ, fuit hæsitatum, ân reuocatio subsisteret, stante assensus registratione, & non refutationis, & discusso articulo, fuit valida declarata refutatio, & absoluti hæredes refutatarij, nequè fuit ibi oppositum, nullitatem ex defectu registrationis non potuisse allegari per creditores, sed tantùm per Regium Fiscum, & sic casus decisus non dicitur, dum non fuit à parte oppositus, nec à Iudice ex officio discussus.

Quin, in illo themate, determinatum fuit, registrationem fuisse adimpletam per æquipollens ex registro assensus, per quem Regia Camera conscia erat de possessore feudi refutati pro illius deuolutione, & releuij solutione, quam registrationem per æquipollens adimpleri posse, dum habetur intentus notitiæ refutationis, tradunt *de Franch.* & cæteri adducti (quidquid aduersus *Dom. de Franch. dec. cit.* 663. dicat idem *Merlin. dict. cap.* 59. *à num.* 24. *ad* 33.) In feudis enim vendicat locum regula, nihil refert quid ex æquipollentibus fiat, *Isern. in cap.* 1. *num.* 9. *& ibi add. qui successor. tenet. Camer. in cap. Imperialem, fol.* 59. *vers. Decima tertia conclusio, Reg. de Ponte add. tract. tit.* 7. *de Assens. Reg. num.* 26. *& tit.* 8. *de refut. feud. num.* 10. *&* 11.

Huc confert notabile *cons. Cephali* 35. *num.* 45. *lib.* 1. quod licet Princeps statuat, actum in statutis registrari, cum tamen id facere præsumatur, vt ad eius notitiam perueniat, si actus registratus fuerit in Camera Mutinensi, atq; ita ad ipsius notitiam peruenerit, sufficiat, quia non curatur de modo, dummodò sequatur effectus, *l. mater, C. de instit. & subst. DD. in l. Gallus, §. & quid si tantùm, ff. de liber. & posthum, & Cagnol. in l. si quis maior, num.* 27. 28. *Cod. de transact. ac Cassiador, dec.* 2. *de Indic.* scribunt, quod registratio ad vnum finem per statutum requisita per æquipollens adimpletur.

Concinunt *Text. in l. fin. §. omnem,* vbi *Bald. C. de administr. tutor. & in l. legitimis, in princip. ff. de legit. tutor* vbi idem est, vt tutor, vel curator promittat rem pupilli saluam fore, vel promittat, vtilia facere, & inutilia prætermittere. Et vbicumq; dispositio considerat effectum, sufficit, vt per æquipollens adimpleatur, *Bar.* & alij *in cit. §. & quid si tantùm, Crauet. de antiq. temp. par.* 1. *num.* 246. *Paris. cons.* 9. *num.* 16. *lib.* 3. *Cephal. add. cons.* 35. *num.* 46. probans, *num.* 47. quod vbi apparet de scientia, publicatio non requiratur, nàm constitutio ligat sciẽtes, *Bar. in l. omnes populi in* 5. *quæst. princ. ff. de inst. & iur.* & stante notitia, defectus publicationis parum operatur, & omissio tã leuis solemnitatis non vitiat, *l.* 1. *§. fin.* vbi *Bar. ff. de vent. inspic. & in l.* 1. *§. si plures col.* 4. *ff. de exercit. action.* Imò etiam si registratio, post tempus in statuto adiectum, sequatur, valida erit, dummodò non sit medio illo tempore quæsitum ius alicui tertio, vt aduertit *Bal. in c.* 2. *vt lite non cõtest.*

Hinc ferè quotidiè Collaterale Cõsilium mãdat, quod assensus feudalium registretur in R.C.S. & habeatur pro registrato, lapsu temporis duorum anno-

norum non obstante, citrà præiudicium iuriū Regij Fisci, & partium, vt aduertit *Auus meus ad Gram.cit. decis.*103. *num.*154. & desumitur ex *pragm.*23. *de feud.* & seruari, quoad registra donationum in Regno Siciliæ testatur *Groff. cit.* §.2. *num.*47.

Iàm tandèm superest, vt decisioni, quæ ipso *Dom.Merlino referente*, manauit è S.C. satisfaciam. Atqui (pace tanti Senatus dictum sit) huiusmodi determinatio suos haber scopulos, cum ex dictis liquidò constet refutationem registrationis vinculo obnoxiam non esse, & creditoribus hanc nullitatem opponere non licere, sed solùm Regio Fisco: Neque Catherina Caracciolo, quod causa excideret, admodùm sollicita fuit, atq; ideò ab ea sententia non reclamauit, mandante S. C. vt eidem satisfieret super pretio Terræ Rateni, tamquam obligatæ D. Francisco Caracciolo per Hyppolitam Riccio matrem pro obseruantia refutationis, vt testis est idem *Dom. Merlin cap.*60. *num.*9. & 10. & sic licet non obtinuerit satisfieri super pretio dictæ Terræ tanquam rei propriæ D. Francisci eius viri, vt institerat, ex traditis per eumdem *D. Merlin. add.c.*57. *n.*4. *vers his sic præcognitis,t.*2. tamen votum suum assequuta est, dum creditū recuperauit super pretio illius oppidi.

Hæc in *Aui mei* causa, pietate suadente, veritate impellente, *Dom.Merlino* obiurganti respondere operæpretium existimaui; quæ ità à me dicta accipi, & intelligi volo, vt nullū ictum secum ferre velim, nisi quem ratio dubit, & æquitas. Neque enim mihi cum homine aduersario res est, cuius caput irato petere liceat ijs telis, quæ à vindicta parantur, sed cum Viro amicissimo, & nobilissimo, quem in primis colo, cuius virtutem deosculor, sapientiam veneror, doctrinam miror, quem vel leuiter læsisse, non minùs mihi displiceret, quam in Auo meo me læsum videri, vtinàm ipse viueret, & animi mei erga se voluntatem intueri oculis posset, simùl quo apud me loco sint eius nomen, & decus? At homines sumus: nemo est, qui opinionis suæ affectu non ducatur, præsertim qui scribimus, cui indulgētes, dū stylum acuimus, nō opinionem solùm aduersariam rationibus ferire satis habemus, sed & homines ipsos aliquandò perstringimus.

RITVS CLXVIII.

Item nota, quod assignans instrumētum in dicta Curia, & petens interrogationē fieri: obligat se, & bona sua, non concordare, cum parte altera sine licentia Curiæ: immò de prosequendo dictam causam extraordinariam supèr tenore dicti instrumenti vsq; ad finem: ad pœnam tarenorum sex, pro qualibet vncia contenta in dicto instrumento, & non minus: tamèn quando esset vna summa multum excessiua: putà duarum, vel trium millium vnciarum: tunc committitur arbitrio Curiæ. Nota, quod ille Ritus isto modo practicatur per ipsam Curiam: videlicet, licèt instrumentum sit liquidum, & omnia concurrant, quę in eo continentur: tamèn si ille, qui petit aduersarium suum interrogari, sit præuentus per citationem à dicto aduersario suo, vt rumpat ei instrumentum illud, super quo petit interrogationem fieri: tùnc nō potest fieri interrogatio, nisi sit finita dicta causa ruptionis dicti in-

instrumenti, qua finita, videbitur, si est locus interrogationi, vel non. Et fit interrogatio hoc modo: videlicet vnus Aduocatus fisci legit in conspectu Curiæ alta voce dictum instrumentum, quo lecto, audiuntur Aduocati fisci ad fundandum intẽtionem Curiæ, quod præcedat interrogatio. Secũdario, audiuntur Aduocati eius, qui præsentauit instrumẽtum. Tertio audiuntur Aduocati illius, contra quem petitur interrogatio fieri: quibus auditis, si procedit interrogatio, vnus ex Iudicibus Curiæ facit iurare illum, contra quem est præsentatum instrumentum, si illud instrumẽtum habet pro vero: & siuè dicat sic, siuè non detinetur in carceribus: & deindè facit iurare facientẽ interrogari, si aliquid recepit de summa in instrumento contenta: & deinde datur vtriquè parti terminus ad probandum, (quo termino dato) proceditur in dicta causa, hoc modo videlicèt: quia dato termino ad probãdum, & elapso, vel non elapso, renunciato tamen ipsi termino, (sicut etiam fit in alijs casibus) publicatio, & deindè alij actus, & conclusio fit, & datur sententia ciuilis quoad sortem, non autem ad pœnam pecuniariam, vel ciuilem. Ille autem qui præsentat instrumentum, obligat se ad pœnam tarenorum sex pro qualibet vncia infrà duos menses prosequi (quod intelligitur prosequi causam ipsam per citationẽ, vel alios actus) & non pacisci cum parte aduersa sine licentia Curiæ. Et tunc causa ipsa potest finiri quandocunq; etiam post duos menses, prout de iure est.

SVMMA RERVM.

1 *Præuentio impedit liquidationem instrumenti, & nullo statuto videtur exclusa.*

2 *Vt validè fiat libellus requiritur, cum valida citatione.*

3 *Illa admittitur nedùm aduersus Instrumentum, sed, & obligationem penès acta, literas cambij, & apocas banci.*

4 *Præuentioni ân obstet renunciatio, & quid obtenta per debitorem à iuramẽto absolutione, et ân illa sit de stylo.*

5 *An necessarius sit, vt renunciatum exceptioni præuentionis dicatur, tactus scriptura, & inuocatio diuini nominis, ân verò sufficiat, dicatur, renunciando præuentioni.*

6 *Iuramentum necessarium, quod requiritur à iure, exquirit tactum, voluntarium verò non.*
Tactura præsumitur.
Nec requiritur inuocatio Diuini Nominis.

7 *Præuentionis renunciatio, vt valeat, ân de essentia requirat iuramentum. Decisio S.C. adducitur.*

8 *Si citatio super tenore Instrumenti, & præuentionis eodem die concurrant, ân procedi possit ad liquidationem?*
Quid si citatio præuentionis fuerit expedita in Tribunali superiori, & illud manus apposuerit.
Stylus practicorum in expediendis promissionibus notatur.

9 *Fideiussio requisita à prag. vnica de præuent. moder. qua ratione fuerit introducta.*
Præuentio potest fieri in omni Curia, sed an in foro præuenientis, vel præuenti.

10 *Cautio præstari debet, nedùm quando præuentio ordinatur ad satisfactionem,*

nem, sed etiam an quando allegatur alia causa.

An illam praestare debeat Clericus.

11 *Fideiussio praedicta an sit de forma, ita quod non possit praeueniens admitti, nisi priùs eam praestiterit, vel in tantum teneatur, in quantum petatur.*

12 *Praeueniens an teneatur in terminis d. prag. vnic. tempore publicationis processus etiã personaliter comparere.*

13 *Praeuentor, praestita cautione, & adimpletis adimplendis, an citari possit super tenore instrumenti, & contra eum citatum, et contumacem exequi possit, non obstante praeuentione.*

14 *Mensium computatio quomodo facienda.*

Anni, aut mensis tantùm, quandoq; non satis est, cum partis nonnunquam etiam requiratur.

15 *Aduocatus fisci, absentibus Iudicibus, an ius dicere possit, & de illius praerogatiuis, remissiuè.*

RAtioni consentaneus videtur praesens *Ritus*. Etenim verisimile non est, aliquem alienae pecuniae Reum, tàm insigni audacia, ac temeritate esse, qui in actorẽ suum actionem praeuertere, iudicijq; aleam experiri non reformidet, nisi de causae suae aequitate ita certus sit, ac talibus veritatis fundamentis suffultus, vt nè suspicionem quidem improbitatis, ac fraudis in se cadere posse, confidat; Horrere enim obaerati forum, ac iudicia solent, non praeuenire, aut prouocare. Quamobrèm obseruantiam *Ritus 166 de liquidatione instru-*
1 *mentorum*, secundo correctat *Ritus* iste, vbicumq; creditor, qui praesentauit instrumentum, fuerit per citationem praeuentus à debitore ad illud cassandum, quolibet namquè statuto prohibente aliquid opponi contra instrumentum, non complectitur praeuentio, *Muta decis. 94. num. 1. Tusch. lit. S, conclus. 525. num. 1. Giurb. decis. 44. num. 3. Mandos. de inhib. quaest 49. num. 6.*
2 Ex quibus seligo primum, nõ sufficere citationem, nisi illa cõtineat petitionem, quae debet esse specifica, non generalis, *Affl. & Vrsill. decis 294.* olim quippè citatio antecedebat libelli productionem, ex notatis per *Maran. par. 6. membr. 1.* ipseq; latiùs probo super *Ritu 271.* quamobrèm dicta citatio non est satis ad impendiẽdã liquidationem, teste *Afflict. decis. 294. & Maran. par. 6. eodem membro 1. sub n. 71.* idquè clarescunt verba nostri *Ritus*, illa, scilicet, *sit praeuentus ab Aduersario suo per citationem, vt rumpat ei instrumentum*, ergo non loquitur de citatione ad petitionem porrigendam, de qua *Afflict. & Marant.* sed de citatione ad rumpendum instrumentum, atquè ideò continet petitionem, quibus verbis comprobatur apertè assertio altera, & in iure verissima, nè libelli sola praesentatio operetur praeuentionem, nisi & parti aduersae fuerit insupèr notificatus, & intimatus libellus ipse, & consequenter subsequens citatio sit causa praeuentionis, quam mille tradunt *DD.* quorum aliquos memoramus super *Rit. 67. tom. 1.* plura similia inibi cumulantes, illud praesertim, quod litis pendentia non dicitur, vbi libellus minimè fuerit notificatus parti, quod praetèr illic cumulata probat *dec. Rota 685. n. 5.* inter congestas à *Farinac. p. 2. to. 2.* alioquin, nec dicatur lis introducta *decis. 605. num. 11.* cum lis probetur ex citatione executa, *decis. 736. num. 1, Carleual de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. num. 879. Thor. voto 5. num. 8. Pras. Merlin. lib. 2. controu. forens. cap. 66. Quesada differt. 12. num. 48.* inquirẽs, quomodo debeat fieri citatio.

3 Eiusmodi autem praeuentio, quemadmodùm instrumenti liquidationẽ impedit ex hactenus notatis, ita incusationem obligationis penès acta, dicit *Afflict. decis. 387.* & admittitur etiam aduersus litteras cambij, & apocam banci, *Afflict. in Constit. Regni causam per magistros num. 10. Reg. Tapia in iur. Regn. tit. de apoc. in pragm. 63. § item se supplica, num. 4. de offic. proc. Caesar.*

Cons.

Consil. Rocc. tom. 1. respons. 10. num. 3. etsi nonnulli affirment per Iudicium praeuentionis liquidationem non impediri, *Canar. de exec. instrum. q. 51. Guttier. de iuram. confirm. 1. par. cap. 2. num. 29. Azzeued. in l. 1. num. 142. tit. 21. lib. 4. recopil. Scacc. de appell. q. 19.* aliiq; apud *Giurb. dec. 44.*

4 Sed quod eiusmodi praeuentioni obstet renunciatio, tradunt *Frecc. de præsent. instrum. q. 1. par. 1. ex num. 35. Vrsill. ad Afflict. dec. 387. n. 2. Franch. decis. 670. num. 3. Galter. in pract. instrum. 3. par. 2. princ. rub. 2. num. 26. Thor. voto 60. in princ. vol. 2. Nouar. ad pragm. Regn. Neap. collect. 193. n. 2. & de fori elect. sect. 3. q. 7. n. 6. Amat. resolut. 36. num. 13. Mauson. de caus. exequut. lib. 1. q. 2. num. 36. Burg. de laudem. par. 3. inspect. 40. Vin. decis. 516. Muta dec. 20. num. 15. & decis. 94. num. 1. Gallerat. de renunciat. p. 3. centur. 2. renunc. 144. à num. 3. Donad. de renunciat. cap. 33. sub n. 43. Anichin. de præuent. cap. 7.* integra *q. 1.*

Quin, obtempta per ipsũ absolutione à iuramento dictæ renũciationi praeũctionis addito, non impediatur interrogatio, adeò quod liquidari liceat instrumẽtum, & peracta liquidatione, debitor possit se in vinculis tueri, praeter *Carau.* scribit *de Franchis* decisum attestans *indic. decis. 670. tom. 4.* & determinatum etiam refert *Visconti add. loco*, & neq; incusationem obligationis penès acta, & illius executionem adiungit, tueturq; praetereà *Anton. Gagliard. in tract. de absolut. à iuram. §. 3. n. 575. Carraba singular. 86. Ricc. collect. 152. 337. & 460. Thesaur. decis. 165. Consil. Carleual lib. 2. de Indic. lib. 1. tit. 3. disput. 14. sub num. 16. Consil. Staib. lib. 1. resol. forens. 21. num. 4.* quod declarat *Borrell. in summ. decis. par. 2. tit. 19. de instrum. liquid. num. 97.* firmans, dando intellectum *memor. decis. de Franch. 670.* quod obtenta absolutione à iuramento, facta legitima praeuentione, ad actum liquidationis, & executionis instrumenti deueniri non possit; certum tamèn est, quod quando exceptio esset notoria, & liquida oriẽs ex ventre eiusdem Instrumenti, liquidationem impediret, non obstante renunciatione praeuentioni, vt ex pluribus probat *Amat. add. resol. 36. n. 13.* & aduertit *D. Consil. Staiban. lib. 2. resol. forens. cap. 186. num. 23.* & conferunt tradita à *Tondut. de præuent. to. 1. cap. 18. num. 2. D. Petr. Quesada dissert. 12. num. 43. & Borrell. par. 1. summ. decis. tit. 48. de except. num. 49.* Verùm, pactum in instrumentis appositum de non praeueniendo, esse de stylo, notarunt *Intrigl. sing. 173. num. 6. lib. 2. Milan. dec. 13. num. 33. lib. 2. Amat. add. resol. 36. num. 3.* quos insequitur *Io: Franc. Marotta discept. forens. cap. 36. num. 38.*

5 Sed an sufficiat quod debitor in apoca dicat, renunciando cum iuramento exceptioni praeuentionis vel requiratur tactus scripturarum, & inuocatio diuini nominis vel alterius rei Sacræ.

Quod non sit necessaria tactura scripturarum, deducitur ex *Abbat. in cap. fraternitatis in fine de testibus*, qui mirabilitèr firmat, tactum requiri solum in testibus, in caeteris verò iuramentis, sufficit iurare sinè tactura, per *text.* expressum in *cap. & si Christus, de iureiurando*, & per *gl. in summa 22. q. 1.* quia vt ibidem, tactura potiùs ad terrorem, quam pro forma iuramenti requiritur; vndè dicit *Innocentius in allegato cap. & si Christus*, quod tactura scripturarum requiritur in illis actibus tantum, in quibus tali forma à lege seruari praecipitur, vndè DD. communitèr vnica distinctione quaestionem resoluunt:

6 quod aut iuramentum defertur ex necessitate, vt in teste, & aliis, qui coacti iurare debent, & tunc debeat fieri tactis scripturis; aut vero ex voluntate, vt in contrahentibus, & tunc tactura scripturarum non requiratur, *gl. in cap. 1. §. porrò, in verb. tacta, clem. de haret. Surd. dec. 159. & 334.*

Concinit *text. in l. si alterius s, C. minor se maiorem dixerit*, vbi dicit I.C. quod

quod si minor cum iuramento asseruit se maiorem, tunc non potest se minorem dicere, nisi legitimis scripturis hoc probauerit: si verò cum iuramento corporalitèr tacto, se maiorem dixerit, tunc nullo modo auditur: vndè clarè desumitur, quod iurari potest, tactis, & non tactis scripturis, licet strictius primo, & largius secundo modo.

Quin, si in tali iuramēto requireretur tactura scripturarum, ipsa tamen præsumeretur, ita vt parti onus incumberet contrarium probandi, dicit *Abb. vbi supra*, & meliùs *Viu. in libro 1. communi opin. opin.432. num.3. & Gratian. c.60. num.14.*

Nec inuocatio simplicitèr est necessaria, cùm tantùm sit scribere, vel scribi facere me iurasse, quantum solemnitèr iurasse, vt dicit *Bart. in l. nec in arbritris, C. de recept. arbitr.* & confirmat *Anne. Robert. rerum iudicat. lib. 1. cap. 11.* qui dicit, iusiurandum non firmati cęrimonijs, non conceptis verborum, non externa superstitione, sed pietate, probitate, & mentis sinceritate.

Hinc est, quod stylus nostri temporis introduxit iuramenta absq; antiqua solemnitate verborum, quia sufficit, si quoquo modo constet de voluntate iurantis, etiam quod verborum nulla pręcesserit expressio, *Roland. Cauagnon. ad cons. Menoch. 37. num. 38.* quem sequuntur communiter infiniti DD. & ex nostratibus *D. Marcell. Marcian. cons. 29. sub num. 6.*

Nec silentio inuoluimus quod *de*
7 *Frāch. add. dec. 670.* cæteriq; *DD.* quos vsque adhuc videre potui, non contendunt, ad validitatem talis renunciationis iuramentum requiri, & proindè dicere audeo, iuramentum non esse necessarium, ea fretus ratione, nā dicta renūciatio nō est actus prohibitus; imo præuentio est actus prohibitus, dum impedit ea, quæ sunt introducta de iure gentium, (scilicet, *pacta seruabo*,) vndè patet in foro externo iuramentum non esse necessarium; in foro verò interno nec etiam est necessarium: nam inter simplicem promissionem, & iuramentum quoad Deum nulla datur differentia, vt in *cap. iuramenti 22. quæstione quinta.*

Hinc cū Ianuarius Granito, & Carolus Costa, sub die 28. mensis Iunij 1659. vigore apocæ banci se constituerint debitores ad beneficium Francisci Mariæ Battimelli in ducatis nonincentum ad complementum ducatorum mille, & quatuorcentum, ex causa emptionis pitturatum, cum expressa renunciatione præuentioni, sub ista formalitate verborum, *renunciandomo con giuramento all'eccettione rei non traditę, & à qualsiuoglia altra, ancorche fusse liquida preuentione, de quali promettemo non seruircene, nè farcene scruire, nè in iuditio, nè fuori.* Antequam veneric dies solutionis dictorum ducatorum nonincentum, prædicti debitores præueniendo, comparuerunt in M.C.V. & asserentes, se ipsos enormissimè lęsos in emptione prædicta, instetierunt pro rescissione contractus; ipsoquè rescisso, mandari, quod apoca laceraretur, & quod dictus venditor restitueret pecuniam receptam, vna cum interesse, & vigore decreti, pręstiterunt cautionem de soluendo debitum, & pœnam, & demùm obtinuerūt aliud decretum, per quod fuit mandatum impartiri terminum in causa, & fieri appretium dictarum picturarum ad finem prouidendi.

Interim, cum cesserit dies solutionis dictarum quantitatum comparuit dictus creditor in M.C.V. & institit pro expeditione litterarum exequutorialium ad sui beneficium, non obstante pręuentione pręd

icta; & cum fuisset in ipsamet disputatum de viribus dictę petitionis, asserente debitore, non fuisse pręuentioni cum iuramento renunciatum, nec adfuisse tactum scripturę, inuocationem diuini nominis, neq; alterius rei sacrę, fuit decretum, quod terminus currat, dicendo, ipsam M.C. stare in decisis, à quo decreto, cum obtinuisset creditor Regiam decretationem de

de verbo faciendo in S.R.C. anhelans pro expeditione litterarum exequutorialium, vel saltèm, quod pars non audiretur, nisi in vinculis, vel facto deposito, factoq; verbo per *Dom. Consiliar. Marcellum, Marcianum* tùnc M. C. V. Iudicem sub die 5. Septembris 1659. prouisum fuit, quod non audiatur debitor, nisi in vinculis, vel facto deposito, penès Garrupam Act. Mag.

8 Quod si citatio præuentionis, & super tenore instrumenti concurrat in eadē die, procedere liceat ad interrogationem dicit *Ritus 186. Affl. dicta decis. 387. Robert. de Iudic. consid. 4. num.* 58. idem *Galeer. 3. par. 2. par. princip. rub. 2. num. 4.* confertq; *Dec. consil.* 387. teste *Mangrell. ad Bart. in l. 1. ff. solut. matr.* nulla habita ratione, vter earum præcesserit; Imò constito etiam, quod Instrumenti productio subsequuta fuerit citationem a reo impetratam, ob illa verba in ipso *Ritu* 186. posita, *ante, vel post*, quibus liquet, satis esse, quod eadem die concurrerit citatio, & præsentatio, vt interrogatio suo tempore facienda non impediatur; cum, scilicet, in eadem Curia, vel inferiori, quia si in superiori Curia, tunc stante appositione manuum facta à Iudice Superiore, videtur, vel absolutè dicendum, nè deueniatur ad interrogationem, ex traditis à *Roman. cons.* 335. *Anchar. cons.* 57. *Vincent. de Ann. alleg. 99. num. 4. Aut meo ad Capyc. dec. 22. nu. 2.* vel saltèm cum distinctione temporis, si antè præsentatum Instrumentum, vel posteà, etenim si post citationem pateret, Instrumentum fuisse productum, sine dubio impediri interrogationem scribit decisum fuisse *de Bottis in sua annot. ad eumdem iam cit. rit. 186.* qua de re latè agit *Anichin.* in peculiari, & absoluto *tract. de prauent. cap. 3. q. 5. & 6.*

Hinc malè iuxtà sensum eiusdem *Anichini cap. 1. num. 30.* practici seruant, dum in expeditione prouisionum Curijs inferioribus, instantibus debitoribus, in præuentionum causis addunt clausulas, stante præuentione facta, non procedant ad instrumenti liquidationem, dummodò dies non cesserit solutionis, *Ritus* namquè non exquirit in præuentione ad liquidationem remorandam, quod non venerit, vel secus dies solutionis, sed quod documentum liquidum non sit exhibitum contra debitorem, sed isthæc praxis tuetur ex *prag. 44. incip. audiuimus, de offic. magistr. Iustit.* qua disponitur, præuentionem factam tempore, quo venit, & cessit solutionis dies, non operari suspensionem executionis, vt aduertunt *Constant. Papa*, apud nostrum *Carau. in rit. 186. & Muscatell. in prax. lib. 2. par. 1. Gl. in forma, num.* 78.

9 Ista tamen subsistunt, si præueniens dederit fideiussionem de soluendo debitum, & pœnam, casu, quo solutio probata non fuerit in causa præuentionis: sine qua non esse admittendas præuentiones sanxit *prag. vnic. incip. Malitijs litigantium, de prauent. moder.* condita ad refrenandas calumniosas præuentiones ad iniquitatem redactas, hoc addendo dispositioni *rit.* 189. vt obseruat *R. Rou. in d. prag. vnic. n.* 1. quæ præterea insinuat fieri posse in omni Curia, ibi: *Coram quocunquè Iudice*, & fatetur *Carau. super Ritu* 190. *sub n.* 1. sed cautio in foro præuenientis, vel præuenti sit præstanda, inquirunt *Afflict. decis.* 294. quem refert *Gallup. in prax. S.C. par. 2. cap. 22. nu.* 40. *Boer. dec.* 114. *Pand. de præsent. inst. par. 4. num. 11. dubit 19. tit. de prauent.*

10 Quin, illa præstari debet, nedùm quando præuētio tendit ad debiti probandam satisfactionem, de qua memorata *pragm.* sermocinatur, sed, & quotiès alia adducitur causa, qua existente, non esse ipsum ad soluendum obnoxium, debitor prætenderet, vt ex responso *Io: Angeli Pisanell.* scribit *R. de Marin. lib. 2. quot. res. c. 66. et ex Affl. ac Vrsil. dec.* 387. annuit *Donad. add. c.* 33. *num. 9. de renunciat.* Laicum præueniens cautionem pro pęna haud Clericus præstare teneatur in materia *indic. pragm.* tradunt *Reg. Rouit. in ipsamet*

samet pragm. num. 3. *Minad. dec.* 4. *R. de Marin. lib.* 2. *cap.* 74. *num.* 12. quorum meminit *Anichin. cap.* 6. *q.* 1. *n.* 9. *Episcop. Campanil. ad Olinam sup. Rit.* 4. *Cur. Archiepisc. sub num.* 19. *Thor. par.* 1. *compend. decis. verbo*, *Clericus laicus*.

11 Quia verò sanxit præfata *pragmat.* vt nullus præueniendo, creditorem suum conuenire possit, nisi priùs præstita fideiussione de soluendo debitum, casu, quo solutio in causa præuentionis legitimè probata non fuerit, & pęnam vnciarum decem, quam ipso iure mandat incurrere præuenientem, & contingere potest, vt, illa non præstita fideiussione, in ipsa causa præuentionis ad vlteriora processum fuerit; Ideò cõtentio fuit, si iam dicta acta subsistant, quam quæstionem extricans *Freccia p.* 4. *q.* 3. annuit, si fuerit à creditore oppositum supersedēdum in causa, donec debitor adimpleuerit illius *pragm.* legem: negat verò, si tacitus ille pertransiuerit; confirmant *Troys. in d. pragm. de præuent. moder. Giurb.* in simili *dec.* 103. *nrm.* 13. quorum distinctionem improbant *Carau. in rit.* 189. *num.* 6. *& 7. & in prag.* 1. *ad* S.C. *Macedon.* §. 10. *ex num.* 4. *Maran. cons.* 31. *Galter.* 3. *par.* 2. *princ. rub.* 2. *ex num.* 13. affirmantes, cautionem esse de forma *Reg. Rouit. in mòx memor. prag. n.* 4. *Surd.* ibidemq; *Dom. Consil. Hodiern. dec.* 57. *n.* 1. idemq; *Hodiern. ad decis.* 276. *Cons. Carleual tom.* 2. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 14. *sub num.* 14. *Vin. opin.* 418. *num.* 6. *par.* 1. *Muscat. in prax. Glos. expensis. num.* 37. *Consiliar. Staiban. resol.* 31. *per tot. Barrell. add. tit.* 19. *num.* 198. remittens se ad *obseru. ad iura Regn. Neap. lib.* 1. *obseru.* 9. & cõferunt tradita ab *Auo meo ad Gram. dec.* 26. *sub num.* 3. & à nobis *rit.* 287. quamuìs namquè petitio exquiratur, vt locum vendicet legis præceptum, *de Franch. dec.* 487. *num.* 9. *Carleual de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 7. *sect.* 1. *num.* 797. id tamen restringitur, quotiès à iure aliquid pro forma requiritur, proùt fideiussio in dicta *pragm.* ex illis verbis: *Nisi pæstita fideiussione*, vt præter memoratos DD. tradunt *Trentacinq. lib.* 2. *variar. resol. tit. de appellat. resol.* 1. *num.* 8. *Visconti in concl. iur. verbo*, *Debitor, qui suum creditorem*, *Carau. memor.* inquiens *Carau.* valdè gauisum fuisse, si consulere potuisset, *cons. cit.* 31. *Marant.* quod fuit typis editum in anno 1591. post suos commentarios ad Ritus M.C.V. teste *Iudice Franc. Maria Prato ad Muscat. de fideiuss. p.* 1. *modo* 4. *vers. secundo fuit, in fin.*

12 Quin, prætereà annotanda monemus postrema verba *d. pragm.* Ritum confirmantia, & renouantia, vt publicatio cum fit in causa præuentionis debeat præueniens venire personalitèr ad finem, vt detineatur, si nihil probatum apparuerit, quod eò magis notatu dignum arbitramur, quò minus reperitur apertè dispositũ in aliquo rituum de liquidatione, aut præuentione loquentium, nec quidem minimum verbum de ea re adsit in *Ritu* 169. quem allegat *Glos.* immarginea ad *d. pragm.* existimans eo in *Rit.* id decerni illumq; virtute *d. pragm.* confirmari, & ità seruari in praxi omnium Tribunalium, vt fideiussio continere quoq; debeat debitorem se pręsentando tempore obligationis, recordatur *Visconti add. verbo, Debitor, qui suum creditorem*, quod non admittit *Muscatell. de fideiussor.* 4. *mod. col.* 1. *&* 2. & multa addit *in* 8. *quæst. & in prax. de appell. Glos. in forma*, *à num.* 78. & aduersus *Visconti* dictum eius motiuis occurrẽs, confirmat authoritate *R. Rouiti, Dom. Iudex Prat. add. modo* 4. *vers. prima excitata fuit quæstio*, fidemq; præstat, nunquam vidisse talem præsentationem tempore publicationis fuisse à creditore petitam contra debitorem præuenientem.

13 Et tandèm non insulsè queritur, àn præuentor citari possit super tenore instrumenti, præstita iã cautione, & adimpletis de iure adimplendis. Noster *Carau.*

rau. in hoc Ritu antè num. 1. vers. ex quo sequitur, & in ritu 189. sub n. 3. 2. not. infert, quod creditori præuento liceat suum debitorem citare; Verùm allegata ab ipso personaliter comparente præuentione, supersedetur in liquidatione, & interrogatione, additque cautelam esse, quod creditor præuentus debitorem citet, & accuset primum contumaciam, quoniam in vltima impeditur per præuentionem, vt postmodum vnico contextu discussa præuentione, si apparuerit de non iure præuenientis, possit condemnari; Ducitur argumento, quia *Ritus* non dicit, quod non potest procedi ad citandum debitorem, sed quod non possit procedi ad interrogationem ipsius super tenore instrumenti, quando præuentum est, vt in hoc *Ritu* ibi: *Non potest fieri interrogatio*; *Carau* insequitur *Galter. verbo fuerit ab eo præuentus, sub num. 22.* Quod si præuentor citatus non compareat, debeat reputari contumax, & contra eum exequi, haud obstante præuentione, etiam si in eodem tribunali de ea facta Iudici constet; ex contumacia enim cõtracta, videtur iudicio præuentionis renunciasse, vt *Bal.* no at *in l. peremptorias, C. sent. resc in. non poss.* & hoc ex eo, quoniam exceptio præuentionis, & litis pendentiæ dicitur exceptio fori declinatoria, idem *Bal. in Auth. sed nouo 5. col. C. de seru. fugitiu. in l. sepulchrum, C. de sepulc. viol. Iason in l. ita demùm, C. de procur.* & propterea debet opponi ante lite n contestata n., *Bal. in l. senatus, C. qui accus. non poss. in l. si pluribus, ff. de leg. 1. Alex. in l. Iulianus, §. pen. ff. de sepulchr. viol.*

Contrarium ex doctrina *Pandi* sustinet *Anichin. cap. 2. à num. 21. Ritum* explicans aduersus *Carau.* intellectum, motus verbis illis ipsiusmet *Ritus*: ibi: *tunc non potest procedi ad citationem super tenore, nisi præuentionis causa prius absoluatur.* Ducitur etiam ex *Frecc. p. 9. quæst. 5. sub num. 5.* tradente, quod facta præuentione, tollitur iurisdictio Iudici, coram quo præsentatur Instrumentum, ex nostro *Ritu*, ibi: *tunc non potest fieri interrogatio, nisi sit finita causa ruptionis instrumenti*, & expressius *ex Ritu 189.* ibi: *Interim verò donec causa præuentionis pendet non procedatur ad interrogationem*; Et ratio quidem rationis est, nàm non stat simùl, non posse procedi, & posse citari, & quando aliquid prohibetur, censetur quoque vetitum omne id, per quod ad illud peruenitur, *l. Oratio, ff. de sponsal.* Sed *Carauita* effatum pluribus in causis M. C. insequuta est, potissimùm in illa Prudentiæ, & Lucretiæ de Angria, cum Ioanne Camillo, & Francisco Buttigliero, de Anno 1645. *referente Dom. Cons. D. Thoma Carau.* tunc Iudice, cuiusq; merita altiora petunt, & huius sciti meminit *Io: Lagan. ad Ronit. ad rub. de Instrum. liquid. lit. B.*

14 Dum verò mensium meminit *Ritus* noster in finalibus verbis, obseruo, quod mensis, vt ait *Cicero de natura Deorum*, est Lunæ cursus, qui, quia mensa spacia conficiunt, menses vocantur, eorum autem computationem, non aliam passim admittendam esse, quamdiù obseruatam hactenus dicit *Marta voto 35. num. 1.* Verùm quia nonunquam contingit, aliquid faciendum esse in præscriptis mensibus, qui non à Kalendis mensis, sed aliquod post tempus exordiuntur, tunc contentio est, quot dies prolabi debeant, vt statutum terminum abijsse, & præterijsse dicamus; & verior est conclusio, n.tium computandorum mensium sumendum ab eo die, quo terminus incipit, eiusq; mensis attendendum esse dierum numerum tot ex subsequenti mense, additis diebus, quot ipsius perficiant dimensionẽ, iuxtà *Glos.* percelebrem *in cap. cum sit, de elect. in 6.* & singularem *de Franch. decis. 471.* aliamq; *Putei 442. lib. 2.* atque ita deinceps continuandum, considerato subsequentium mensium dierum numero, illimet inquiunt. Anni tamen, & mensis in delictis meminisse, licet videatur satis ex iuribus multis, tamen vbicunq; in aliqua parte mensis ve-

vetitum esset, aliquod fieri, & punibile non in altera, tunc mensis non sufficeret mensio, nisi etiam, & partis addita expressè fuisset, alioquin veniret absoluendus inquisitus, ex *Bar.* & alijs carpit *Balh. dec. 20.* & de duobus mensibus à *Conc. Trid.* requisitis antè professionem in renunciatione Monachi, quomodo illi intelligi debeant, loquitur *Reg. Capyc. Latr. dec. 29. num. 6.*

15 Cæterum, multa de fisci Aduocati prærogatiuis (de quo loquitur *Caran. in hoc Ritu sub num. 4.*) scripsimus *in Ritu 2. num. 24. & num. 25.* notauimus ortam fuisse quæstionem inter D. Io. Camillum Cacacium, tunc in R.C. Fisci Aduocatum, & D. Iulium Mastrillum fisci patronum in M. C. V. vter ex his præcedere deberet, cum seiunctim ab eorum Tribunalibus inuicem occurrerent. Nunc addo, per eundem D. Cacacium lepidum in illa thesi fuisse editum responsum, quod rescribit *D. Reg. de Marin. tom. 3. alleg. diuers.* & est 85. Sed àn valeat Fiscus, absentibus Iudicibus, ius ipse dicere, & causas expedire, tangit idem noster *Caranita in hoc Ritu eod. n. 4. & 5.* firmans, Auditoribus Prouinciarum licere non iure proprio, sed vti consultoribus Præsidum, ad quos, Auditoribus Iudicibus ordinarijs absentibus, consultorem eligere spectat, cuius dicti rationem reddit *Danz.* illud mirabiliter declarans *tom. 1. de pugn. DD. cap. 1. de offic. fisc. à num. 82.*

RITVS CLXIX.

VBi autem citatus super tenore instrumenti venit ad ipsam Curiã in termino, sibi dato, in prima citatione, vel infrà triduum cum sacco paratus, idest cum pecunia, vel eo quod debetur, tūc nō potest exigi pęna, ad quam se obligauerat pręsentãs instrumentum, sed denarij tunc ponuntur in manibus Aerarij, qui Aerarius subtiliter indagat, si facta fuerit aliqua concordia extra iudicium inter ipsas partes sine voluntate dictæ Curiæ, si reperit fore factam aliquam concordiam extra iudicium inter partes ipsas sine voluntate curiæ, tunc de ipsa pecunia, quæ intrat in bursam actoris se obligantis, retinet pœnam, ad quam actor voluntariè se obligauerat, quando præsentauit dictum instrumentum, scilicet tarenorum sex pro qualibet vncia, & ipsa pęna acquiritur ipsi curiæ.

SVMMA RERVM.

1 *Debitor, citatus super tenore instrumenti, vt liquidationem vites debet cum pecunia, vel eo. quod debet in Curia comparere quid si instrumentum non contineat pecuniam, sed vinum, oleum, & similia.*

2 *Fides depositi àn impediat liquidationem, latè inquiritur.*

3 *Fides crediti, nulla addita conditione, depositata, illam impedit.*

4 *Quod depositum, sine solutio etiam à tertio fieri potest nomine debitoris, & quid post rectam Curiam.*

Depositum conditionale deponentem non releuat.

An possit illud fieri in S.C. vbi lis pendet, ad euitandam liquidationem.

5 *Deposita àn possint fieri penès Iudicem. Quid seruetur in hac Ciuitate.*

6 *Vndè prodierit communis illa assertio, vt citatus super tenore Instrumēti audiri nequeat, nisi in vinculis, vel facto deposito, tangitur.*

7 *His nostris temporibus, actor minimè* co-

cogitur ad finiendam causam liquidationis.

8 *Aduersus depositum, quæ soleant opponi exceptiones.*

9 *Illud integrum esse debet, cum extensionibus, & declarationibus.*

10 *Etiam depositari debet ius soluendum Notario pro retrouenditione, facienda per Creditorem.*

11 *Quid si tertia sint illiquida.*

12 *Cuius periculo illud stare debeat, & quid si Bancum interim decoxerit.*

13 *Si vnus ex Creditoribus receperit à depositario depositi ratam, quamuis deindè depositarius non soluendo efficiatur, non tenetur cum alijs communicare.*

1 QVòd debitor super tenore instrumenti citatus, vt liquidationem vitet, debeat cum pecunia, vel eo, quod debet in Curia comparere, statuit *Ritus*. Quid dicendum, si instrumentum non contineat pecuniam, sed vinum, oleum, & similia, quæ ad Curiam asportari commodè minimè possint, inquirit *Carrab. sing.* 208. *Galter. in prax.* 2.*par. princ. num.* 16. *Duen.* de oblatione loquens, *reg.* 175. *in* 6. *ampl.*

2 Et quid, si cum fide depositi veniat, & in hoc affirmatiuè fauet sententiæ *prag.* 4. *de instrum. liquidat.* & ratio, nam illud habet vim solutionis, *Cranett. consi.* 705. *num.* 7. & 8. *Muta dec. Sicil.* 19. *num.* 4. latèq; *Tuschus concl.* 201. *lit. D.* idquè adeò, quod liberat debitorem, ex *concl. Tuschi* 55. *lit. D*, in tantum, quod Angelus consulit, pro summa liquida fieri depositum, pro liquidanda verò oblationem, vt debitor morosus dici nequeat, *in l.* 4. §. *ait prætor, ff de re iudic.* Ideò controuersum fuisse reperimus in prætorio Panorm. si cum requiritur solutio, satis sit offerre, vel insupèr depositare, & legimus apud *Milanens. decis.* 4. *num.* 101. *lib.* 2. sequentibus autem numeris respondet, distinctione vtens, non igitur dubium fuit, si deponere satis erat, vel cum effectu soluere, & proprijs creditoris manibus pecuniam consignare debuisset, sed tantùm, si offerre, ân etiã deponere: quasi supponẽs, quod deponendo soluat: id quod extricant *De Franch. dec.* 227. *num.* 420. *de Arnon. sing.* 34. *Benedell. in suis animaduers. ad tract. de iur. protom. in* §. *in primis, num.* 7. *Galter. in prax. instr.* 2. *p. prima par. num.* 21. *memor. de Franch.* & noster *Carau. in hoc Ritu*, quem laudat *Visconti ad mem. de Franch. decis. num.* 5.

Quodquè veritate nititur, vbicumquè creditor pecuniam accipere recusat, ex *tex. in l. si creditrici*, iuncta *l. acceptam, C. de vsur.* & hoc in casu loquitur ipse *Milanens. adducto nu.* 101. atquè *Ronit. super ipsa pragm.* 4. *n.* 7. nimirùm (idem *Ronitus* inibi concludit) haud impediri liquidationem proptèr depositum, quod, & ipse tenaci quoquè animo semper admisi, tum verbis huius *Ritus*, tùm eadem impulsus ratione, qua suffultum esse præcitatum *Ronitum* reperi, quod supradicto excepto casu, quotiescumq; solutio pecuniæ est facienda, nequit debitor illam deponere, *Gallin. de verbor. signif. lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 19. atquè ideò causa inesse debeat, vt fieri possit, deducitur ex *l. qui mutuam*, §. 1. *ff. mand.* & *dec. Rota in Romana census* 2. *Aprilis* 1607. *coram Manzanedo*, inter rescriptas per *Cencium post suum tract. de censib. decis.* 296. *num.* 1. quæ proptereà subijcit *num.* 3. quod si creditor haud renuit pecuniam recipere, factum depositum minimè suffragetur. Necesse igitur est, vt pecunia numeretur coram testibus, deindè creditori offeratur, iuxtà *Anchar. iun.* effatum, *q.* 51. *n.* 33. *par.* 3. quod insequitur *Viscont. in conclus. iur. in verbo, Depositum*, non solùm *memor. Carau.* quoq; *in hoc Ritu* 2. *notab.*

3 Creditor siquidem pecuniam consequi explicitè debet, nulla prorsùs cum dilatione, nullaq; expensa, quarè si tale esset depositum, quod nullum re-

requireret decretum Iudicis, nullã l berationem, nullamq; expensam, ni fallimur, impediret liquidationem, & subsisteret, ex traditis per *Paul. de Castro in l.soluturus.ff.de solut. Anton.de Fano in tract. de pignor. memb.3. 5.par. num.11. Scaglion. ad Rit.163.nu.17.* qualis nimirum esset apoca banci (vulgò fides crediti) nulla addita conditione, quam habere vim solutionis specialiter, scripsit *Puteus dec.163.lib.1.Rot. Rom.* apud *Gratian.discept.forens.cap.187.num.35. tom.2.* atquè esse depositum extraordinarium, tutatur solemne *consilium Reg. de Ponte 70.vol.2.*

4 Quodq; depositum præsentari posse etiam à tertio nomine ipsius debitoris, decisum memorat *Praes.Merlin.cēt. 1. controu. forens. cap.82.* quin, & ipsi tertio liceat, post rectam Curiam ante galli cantum, illud exhibere, provt licitum foret debitori, remanso condemnato, comparendi de sero ad purgandam contumaciam post rectam Curiam, idem *Merlin.* determinatum ibidem quoquè recenset, etenim iure communi, licet fieri solutio per tertium, etiam inuito debitore, *l. solutionem 23.ff.de solution. l.qui cum decem 72. §. sticbum, vers sed quid si ignorante, eod. tit. Gratian. to.2. cap.387. n.5.* nititur etiam *Praes. Merlin.* effatū *Carauita,* quem solertissimum *Rituum* Glossatorem præconizat, in hoc *Ritu num.12.* concludentis, quod si pecunia mittatur per procuratorē amicum, vel extraneum, non animo soluendi, sed deponendi, non admittatur; sin autem soluendi, nullam exceptionem in contrarium proponendo, & tunc sine dubio contra debitorem procedi nō posse, cum solutione eius, quod debetur, omnis tollatur obligatio, ad collecta per *Riccium collect.dec.1106.& 1131.* & *Carauit.* insequitur *Galter. allegata prax.2.p.prima, num.53.* quod si conditionale depositum sit, deponentem non releuabit, *Castill.dec.Sicilia 175. num. 5.* & admonet *Consil. Staib. in huiusce Ritus, & adduct. prag.4. terminis lib.1.resol. forens. 17. num.15.* Sed àn fieri illud possit in Sacro Consilio, vbi lis pendet ad euitandam liquidationem, tangit *P. de Afflict. controu.iur. resol. cap.30. sub num.64.*

5 Deposita verò posse fieri penès Iudicem, scripsit addictio ad *Bal.in l.acceptam, C.de vsur.Rou in adduct.prag. 4.sub num. 11. Carrab. singul. 52.* in huius *Ritus* materia, *Carau. memor.* annuit *Auus meus ad Capyc.decis.195.* subnectens, Iudicem nunquam eligere debere seipsum, neq; Actuarios, aduertunt *Bouad. lib.3. polit. cap. 14. n.52. Ioseph Sesse de inhib. cap. 4. §.2. nu.6. Consil. Staiban.cent.2.resol.153 n. 34.* & confirmauit *pragm. 79. num.19. de offic. S.C.* sed fide dignum ab ipso eligendum, *Rendell. in tract.de iur.protomis.vers.non soluerit, num. 24.* latiùs *Giurb. decis. Sicil. 38.* in hac tamen Ciuitate fiunt in publicis bancis.

6 Ceterùm imaginari nunquam potuí, vndè prodierit vulgi, nedùm communis illa assertio, sed peritorum quoquè Regni, vt citatus super tenore instrumenti, audiri nequeat, nisi in vinculis, vel facto deposito, nullus enim (quem viderim) *Ritus* hanc depositi exceptionem proponi annuit; imò, & noster illam apertè reijcit, cum ipsum venire debere, ait, sacculo paratus, idest præsenti pecunia, & prudens *Praes. de Franch. decis.657. propè num. 4. to.4.* non immeritò dixit, nullam in Regno aduersus liquidum instrumentum admitti exceptionem, nisi in vinculis debitor causam dicat: implicitè prætereà insinuans, solutionem, in promptu verificatam, non dependerē ex opposita exceptione, quasi tunc illa non opponatur, verum ex eo quod proposita, & probata vnà simul fuit, anteàq; probata, quam interposita, imò si præcesserit sequestrum in bonis omnibus debitoris, non retardetur liquidatio, sed vtriq; si fructuum exactio intercesserit, illiq; fuerint alicui consignati cum cautione de restituendo, &c. ita decidente *eod, de Franch. dec. 200. n.2. cum seq.*

Et

7 Et quia noſtris his tēporibus actor
minimè cogitur ad finiendam cauſam
liquidationis, quod præter atteſtatio-
nem *Caran. in hoc Ritu propè num. 3.*
quotidiè experimur, nimirùm ſi con-
cordato actore, non vltra proceditur;
quin debitor non amplius ærario (iux-
tà huius *Ritus* ſanctionem) pecuniam
conſignat, ſed creditori volenti recipe-
re perſoluit.

Quod ſi aliquam opponat creditor
exceptionem ex multis aduerſus de-
poſitum opponi ſolitis, & coaceruatis
per *Cencium in dic. tract. de cenſib. p. 3.
cap. 1. q. 2. artic. 9.* præſertim, depoſitum
8 non eſſe integrum, quam validè quiſ-
què objiciet, cum illud omninò inte-
grum eſſe debeat, alioquin nullum, ex
*l. obligatione, C. de ſolut. Bal. in cap. con-
querente, num. 1. verſ. in textu,* ibi, *in-
tegrè, de reſtit. ſpoliat.* & *Rota dec. 269.*
apud *Farinac. ſub num. 1. par. 1. to. 1.*
ac deponentem minimè iuuet, dixit
*Rota in Aprutina, ſeù Montis Alti cen-
ſus 4. Iulij* 1601. quæ apud *Farinac.
eſt deciſ. 45. par. 1. tom. 1.* atq; alij plu-
res ſcripſerunt, quos recenſuit idem
Cencius num. 38. integrum autem non
dicitur, ſi minima tantum ſumma deſit,
*Alex. conſ. 75. num. 8. lib. 7. Tiraq. de
retract. conuent.* §. *4. gloſ. 4. num. 1. &
gloſ. 6. num. 23. & ſeq. Menoch. de
arbitr. caſu 232. num. 28. & 29.* ſcili-
cèt ſi nummus deſit, ſcripſit *Bal. in l.
quandiù, num. 3. C. de diſtract. pignor.*
9 quin, & ſortis non tantùm, ſed etiam
vſurarum fieri debet, & fructuum, ad
text. in l. tutor, §. *Lucius, ff. de vſur. l.
vſuras, C. eod. Couar. var. reſol. lib. 1.
cap. 15. num. 10. Peregrin. conſ. 99. n. 2.
lib. 1. & Rot. in congeſtis* per *Farinac.
deciſ. 493. num. 7. par. 1. tom. 2.* Id-
què adeò, quod ſi obolus deficiat ex
capitali, ſiuè fructibus, currant etiam
vſuræ, inſinuat *Gloſ. in l. res bona, C. de
contrahen. empt.* dictuſq; *Cencius* pro-
bat *num. 39. Auus meus ad Capyc. deciſ.
19. num. 2. Gallup. de concurſ. credit.
par. 4. cap. 7. ſub nu. 7. Foller. de cenſib.
verbo, Inſtrumentum gratia, num. 49.*
*Reg. Lanar. conſ. 29. Gratian. deciſ.
129. num. 9.* inſuperq; videtote *Tira-
quell.* alia cumulantem *in tract. de Iu-
dic. in reb. exigen. p. 2, verſ. 6. fol. 49.*
Non ſecus, ac de contumace dicitur,
nè audiatur, niſi refectis omnibus ex-
penſis, vſquè ad obolum, qui ſi deſit &
audientia quoquè illi denegetur, teſte
Viuio, alios coaceruante *deciſ. 11 n. 2.*

10 Quin, à debitore depoſitari debet
ius, ſoluendum Notario pro retrouen-
ditione, facienda per creditorem, alias
depoſitum nullitate callet, *Thor. par.
1. compend. deciſ. verbo, Expenſa, ſeù
ſportula, & verbo, Intereſſe conuentum,
Conſil. Staib. add. reſol. 17. num. 12.*

11 Quod ſi acceſſiones, ſeù intereſſe
illiquidæ, & incertæ ſint, quia non poſ-
ſunt certitudine deponi, ſufficeret fi-
deiuſſio de illa ſoluendo, ex traditis à
Magon. deciſ. Florent. 132. num. 16. ſed
cautela vberior erit, quod fiat depoſi-
tum ſummæ debitæ, & alterius ſummę
vltra, cum proteſtatione, *Tiraq. in tra-
ctat. de Iudic. in reb. exig. par. 2. verſ.
6. fol. 49. Auus meus loco cit. ſub n. 2.
in fine.*

12 Tunc verò, cuius periculo ſtare de-
beat? reſpōſio erit valida, ſi dicamus, vel
generatim id inueſtigari, & vtile erit
perquirere, quæ notāt *Affl.* & ad eum
*Vrſill. addit. deciſ. 172. Franch. deciſ.
480. Gama deciſ. Luſitan. 189. nu. 3.
Stracha in tit. de decoctorib. par. 1. n. 2.
Cabal. caſu 73. in eius calce, Surd. conſ.
8. num. 14. Tuſch. concl. 204, lit. D. Co-
ſta de port. rata q. 125. num. 7. Giurb.
deciſ. 96. Theſaur. q. forenſ. 27. par. 1.
B rſat. conſ. 113. à num. 10.* vel ad hunc
effectum liquidationis impediendæ, &
credimus, attendendum eſſe finem ne-
gotij, vt ſuccumbentis periculò cedat,
etiam reſpectu actoris, vt illud reſti-
tuat, quamuis non receptum in caſu,
quo debitor oppoſuerit ſatisfactionem
à creditore negatam, ab ipſo debitore
promptim non probatam, & ad euitan-
dum carceres depoſitatam, etenim il-
lam deindè ſi probauerit, atq; intereà
argentarius decoxerit, tenebitur actor

pecuniam restituere deponenti, quia nisi ipse iniustè petijsset quantitatem, non eam citatus deposuisset, & consecutiuè, nequè amissa esset ob depositarij decoctionem, ad *text. in l. qui decem, ff. de solut.* sicuti, & si iustè, & validè factum depositum protraxerit ipse creditor, aut noluerit accipere, quandoquidem suæ negligentiæ expensum illud ferre debere, scripsit elegantèr *Sceuola in l. pupillus, ff. quæ in fraud. credit.* collaudatquè *Rota decisio in Romana Montis Farnesij 19. Nouemb. 1610. coram Lugdunensi*, inter recollectas à *Farinac. est dec. 253. par. 1. tom. 1. num. 2. Consil. Rocc. responsi 53. sub num. 16. tom. 1.* In iisq; cuius periculo cedat, banco decocto, distinguunt *Marescot. lib. 1. variar. cap. 57. Gamma decis. Lusitan. 189.*

13 Quod si vnus ex creditoribus receperit à depositario depositi suam ratam, quamuis deindè depositarius non soluendo efficiatur, non tamen cum alijs tenetur communicare, nè suę industriæ pęnas desidiæ soluat, *l. fin. Cod. deposit. Menoch. cons. 46. Ann. alleg. 4. num. 7. Gratian. discept. forens. c. 230. num. 32.* & notamus *in Rit. 187.*

RITVS CLXX.

Item nota, quod quando volens interrogationem fieri, idest actor habet instrumentum publicum, & liquidum, & dicit aduersarium suum post confectionem dicti instrumenti factum esse fugitiuum, & duo testes dicunt eum nihil possidere immobile in Regno, licèt non assignent benè causam scientiæ, tunc fit citatio contra ipsum debitorem isto modo, super tenore instrumenti, videlicèt quod citet eum, & in defectu fideiussoriæ cautionis de iuri stando cum capi faciat de persona, quæ citatio vocatur vulgaritèr citatio super tenore instrumenti de citando, & capiendo, & hoc quotidiè seruat ipsa Curia, præsentato prius instrumento in dicta Curia in forma prædicta, & facta obligatione, vt supra dictum est; aliàs si non facit ipsum capi, Curia incipit à citatione multotiès etiam nō præsentato instrumento in ipsa Curia, & sufficit si instrumentum præsentatur, postcà veniēte Reo, vel dic, quod condemnatur ad tertiam partem bonorum eius mobilium, vbi etiam decernitur per ipsam Curiam actorem fore ponendum in possessionem pro mensura debiti declarati in ipso instrumento, multotiès etiam antequam fiat citatio, præsentatur ipsum instrumentum, & se obligat, vt supradictum est.

SVMMA RERVM.

1 *Debitor de fuga, vel de inopia suspectus vinculis mancipari potest, & propria authoritate.*

2 *Deficiente tamē Iudicis copia, & debitor fugiat cum pecunia, vel re debita.*
Et etiam die feriata capi potest in honorem Dei.
Etiamq; si Clericus sit, Miles, Doctor, aut nobilis.

3 *Debitor de fuga suspectus, num antè diem conueniri possit.*

4 *Creditor annuorum redditu um antè tempus agere potest, vt tempore adueniente debitor soluat.*

5 *An, & quando Creditor possit agere con-*

contra debitorem ante diem:

6 *Vniuersitas ex priuilegio valet, conductores vectigalium, datiorum, &c. ob publicam necessitatem ante tempus compellere, vt soluans, dimisso tamen eis interusurio medij temporis.*

7 *Debitor ipse quando valeat ante tempus soluere, cogaturq; Creditor recipere.*

8 *Iudici, vt mandat capturam debitoris fugitiui, quæ constare debeant.*

9 *Ad probandam fugæ suspicionem, num sit necessaria summaria probatio, vel Iuramentum sufficiat Creditoris.*
Et refertur praxis vigens in nostri Regni Tribunalibus.

10 *Suspicio fugæ emergere necesse est post contractum, secus si antè.*
Nec forensis cum quo contractum fuit, suspectus indicabitur, noua nō superueniente causa.

11 *Capi possit nè debitor fugitiuus de nocte.*

12 *Debitor iniustè, & nulliter carceratus pro debiti solutione, vel pro cautione prestanda in forma de stando Iuri, excarcerari num debeat, absque cautione.*

13 *Debitor iniustè captus, possitnè iustè detineri, stante eius confessione debiti.*

14 *Ad conualidandam capturam haud sufficit iuramentum, vel alia probatio crediti superueniens, sed inspiciendum est initium negotij.*

15 *Captus nulliter, recommendari nè possit ad instantiam creditorum, vel reponendus pristinæ libertati.*

1 PRæsens *Ritus* modum, & practicam rescribit seruandam quando Creditor instrumentum habens contra debitorem, illum habet suspectum de fuga, quò quippè casu iure quoquè communi arcto vinculis mancipari potest, tàm de fuga, quàm de inopia suspectus, decisum memorat *Vilhelmus Radelantius dec. posthum. Cur. traiect.* 73 propriaquè authoritate, & ab ipso Creditore capi, vt ex *Textu in l. ait prætor, §. si debitorem, ff. quæ in fraud. Credit. & in l. generali, C. decurion. lib.* 10. deducūt *Pechius Giriceus de Iure sistendi, cap. 2. num. 1. Vasquius Mentha. controuers. vsufrequent. cap. 26. num. 2 in legibus duodecim tab. tit. de Iudic. 7. §. 2. de reo fugiente, Melchior. Phabus decis.* 54. *Caccialupus de debitore suspecto, & fugitiuo, quest. 4 à num.* 10. *Cenallos quest.* 267. *Petrus de Abendano in declaratione dict. l. 4. & 5. tit. de las exceptiones, num. 12. vers. 5. casus, Ripoll. variar. cap. 1 à num.* 82. *Guttierez pract. quæst. lib. 1. cap. 82. & sequent. Ioan. Christoph. de Suelues consil. 30. num. 2. centur. 1. Ricc. collect.* 1203. *Coler. de process. execu. p. 1. cap. 2. num. 122. Marc. dec. 449. num. 2. tom. 1: De Franc. de Cuenca de deposito claus.* 300 *à num.* 21. Ibidemq; *D. Ioseph. de Ninò in addit. lit. E.* deficiente tamèn Iudicis

2 copia si debitor fugiat cum pecunia, vel re debita, *Caccialup. d. q. 4. num.* 12. admittit, quin feriarum, & nundinarum tempore, *Gambacurt. de immunit. Ecclesiast. lib. 4. cap. 15. num. 3. Bald. Perus. in tract. de Carcerib. cap. 1. nu. 7. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 14. Borrell. in sum. decis. tit. 37. num. 235. t. 2.* etiam die feriata in honorem Dei, *Caran. ritu* 172. *num.* 4. & antè ipsum *Guid. Papa dec.* 251. quam perpendit *Galter. in prax. Instrum. 3. p. princ. verbo, verum debitor de persona compareat, sub num.* 3. & aduertit *Barbosa in Collect. ad l. fin. num. 3. C. de ferijs,* etiam Clericus, Miles, Doctor, & Nobilis suspectus, *Seuerinus de suspecto Tutore q. 6. 5. q. princ.* relatus à *Guttier. de Iurament. p. 1. cap. 16. num. 32. Cenall. addi q. 267. num. 2.*

3 Sed an debitor antè diem, fugitiuus conueniri possit, affirmatiuè ex hoc *Ritu* deducitur, quod primo intuitu non videtur iure subsistere, obstante regula illa, nè debitor conueniri possit antè diem, cuius meminit *Bal. cons. 169. lib. 3. & text. in §. temporales, instit. de except.* licet *Glos. in l. quoties, C. de donat. quæ sub modo*, existimauerit dari actionem

nem Creditori in diem, quamuis remoueri posse exceptione addiderit, vt propterea iam dictas dissentientes opiniones conciliare volentes, possimus dicere, quod vbi constaret, Creditorem ante diem egisse, & conuentum opposuisse ad impediendum vlteriorem processum, teneatur Iudex actorem ipsum reijcere, eique mandare, nè vltrò in causa procedat, teste *Alex. consf.95. lib.* 1. Quod si nihil opposuerit, aut versemur in casibus quibusdam, in quibus admitti exceptionem ad prædictam regulam, auctumant *DD.* tunc impediri haud quaquã posse, tametsi, ante diem egerit, quorum primus erit, si de fuga sit debitor suspectus, vt in hoc *Ritu* asseritur, & iure quoquè probari super eo annuit *Carau.* necnon *Ioseph. Ludouic. conclus.*8. *vers.*3. *limita*, atq; *Tusch. conclus.*52.*lit. D*, *Bertax. & addit. consf.* 464. *lib.* 2. *Manson. de caus. exequut. ampliat.*22.*num.*9. *Milan. dec.* 15. *num.* 12. *lib.* 2. *Giurb. dec.*4.*num.*28. & alij quos laudat *Dom. Consf. Hodiern. ad Surd. dec.*307, & post *Carau. in hoc ritu* annuit *Reg. Sanfelic. in addit. ad dec.* 308. *lib.* 2. quin, & multis alijs in casibus licere affirmat, eos congerens *Tusch. ead concl.* 52. *lit. D.* quibus, & ille tanquam præcipuus inferitur, cum creditor

4 annuorum reddituũ agit ante tempus, vt adueniente tempore soluat, nam, & id posse fieri, concordi scribentium sententia probatur, ac decisum fuisse in nostro Senatu Neapolitano, testatur *Affl. dec.* 272. in altero Pedamontano *Osasch. decis.*130. in altero Mantuano, *Surd. decis.*120. in altero Lucensi, *Merlin. decis.*2.*num.* 20. atquè ideò passim fieri conspicimus, vt creditor petat condemnari debitorem ad soluendum singulis annis in futurum, atquè eiusdem tenoris succedat condemnatio, quæ subsequuta, adueniente postmodum quolibet subsequenti anno, minimè sit necessarium, vt creditor libellum offerat, & condemnari debitorem postulet, sed Iudicis officium dumtàxat pro sententiæ exequutione imploret iuxta *tex. in Litem veniunt*, §. *idem ff. de petit. heredit.* & doctrinam *Vrsill. ad Affl. in ead. decis.*279.*n.*2. adiunctis alijs notatis *in decis.* 346. quibus adstipulantur prædictus *Ioseph. Ludouic. add. concl.* 8. *vers.*9. *fallit*, *Milanens. dec.*15. *nu.*13. *lib.* 2. *Camill. de Medic. consf.*148. *nu.* 9.

5 An, & quando Creditor possit agere contra debitorem ante diem *Dec. in l. cum tempus de Regul. Iur. de Franch. decis.* 24. *Cacheran. decis* 130. *Vin. commun. opin. verbo*, *Creditor*, *Grass. except.* 41. *num.* 5. *Castill. dec.*17. *lib.* 1. & multa cõgerit *D. Consf. Hodier. ad num. Surd.* 120. *dec.* & debitor ad diem, vel sub conditione cauere àn obstringatur *Affl. & Vrsill. decis.* 108. & 365. *Cappell. Tholos. & addit. decis.*30. *Cancer. var. resol. cap.*5. *num.* 154. *quæst.*40.

6 Vniuersitatis tamen illud esse priuilegium, vt valeat, cõductores, vectigalium, datiorum, & aliarum impositionum vniuersalium, vrgente publica necessitate, compellere ante tempus, & diem, soluere, dimisso eis interusurio medij temporis, notarunt *Glos. & Bald. in l.* 1. *C. de condit. ex lege*, illo *textu* freti, casum valde notabilem, & menti tenendum exclamantes, & post *Iason. & Marsil.* scribit *Carocc. in tract. de excuss. bonor. p* 2 *q.*53. insequutus à *Nicol. Losæo de Iur. vniuersit. p.*3. *cap.*6. *nu.*2. & decisum memorat *Thesaur. lib.*2. *qq. forens. cap.*54. *num.*2. *Thoru*s*q.* affirmat *in addit. ad Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.*7. *de regal. impost.* §. 8. *sub num.* 13. talique prærogatiua fiscum quoquè gaudere, consultus respondit *Franc. Maria Prat. obser.* 18.

7 Ipse verò debitor quando valeat soluere antè tempus, cogaturquè creditor recipere, extricant *Dec. in l. lecta, ff. si cert. petat. & in add. l. cum tempus*, *Auus meus ad Gramm. dec.*103. *nu.*16. & proindè debitores fisci anticipatè soluere possunt administratori fiscali, *l.* 1. *C. de condit. ex lege*, & quilibet debitor etiam procuratori, *Coler. de process. execut. par.* 1. & *cap.* 3. *num.* 267. *Gomes. de qualit. contract. to.* 1. *cap.* 11. *num.*

num.22. Gratian.discept.forens.cap.8. num. 5. & cap. 505. num 31. quando enim tempus solutionis est adiectum debitoris gratia, anticipatam solutionem rectè fortiri posse, nefas est contradicere, ex *text.in l. quod in diem, ff. de solution. in l. continuus, §. cum ita stipulatus, vers.possit, ff.de verbor.oblig. in l. eumqui calendis Ianuarij, §. quotiès, ff.eodem, in l.quod quis, ff.de action. & obligat.in l.intra dies constitutos, ff. de re iudic. in l.liber homo, qui bona fide, §. 1. ff. de verbor. obligat. & in l. post mortem*, *C. de fideicom.* vbi *Glos. Alex. Trentacinq. lib.*3. *var. resol.*25. *num.*9. & distinguunt *Fab. in suo Cod. lib.* 8. *tit.* 29. *de solut. defin.* 14. *Rota Roman* apud *Farinac. decis.*252. *par.* 1. *num.*5. *Cened. can. quæst.* 35. *n.*15. & conciliat *Hodier. add. decis.* 120. *à num.* 18.

8 Quæ autèm constare debeât Iudici, vt mandet procedi ad capturam debitoris fugitiui, ostendit *de Cuenca add. claus.*30. *num.*24. ex *Molin.* tria, quod sit debitor, non habeat bona vndè soluar, & fugitiuus existat *Hyppolit. sing.* 282. & 284. *Calà de mod.articul.*§.2. *glos.*11. *num.* 606. *R. ginell.pract.qq. cap.* 11. *Ricc. decis.*199. *par.* 2. *Galter. in prax. instrum. in* 3. *part. princip.*

9 *rub.* 2. *num.* 14. Sed ad probandam fugæ suspicionem, ân sit necessaria summaria probatio, ân verò iuramentum creditoris sufficiat, controuersi i est affirmantium, & negantium, diuisos habens commilitones, nàm vt iuramentum sufficiat, scribunt *Caccialup. q.* 6. *num.*17. & 18. *Alex. cons.*19 *num.*2. *vol* 3. *Menchà. cap.*26. *num.* 1. at summariam probationem exquirunt *Alex. cons.*241. *num.*4. *vol.*6 *Dec.cons.*75. *num.* 2. *Morla in emporio iur. par.* 1. *tit.*8.*q.*15. *num* 3. & satis ere vnicum testem aduertit *Coler. par.*3.*cap.* 1. *nu.* 74. distinctionis tamen moderamen adhibet *Ceuall.q.* 133. & tradunt *Iodoc. in prax. ciuil.cap.*64. *n.* 19. *Vrsill. dec.*170. *num.*4. *Carrab. de Sindic.p.*2. *num.*160. *Duen. regul.*175. *n.*3. *Muscat. in prax. lib.* 2. *par.* 3. *Glos.fin. n.* 26. *Marant. in specul. par.*4. *distinct.* 16 *num.* 92. praxis tamen vigens in Regni Tribunalibus ea est, vt capiatur summaria informatio per duos testes de suspicione fugæ, ad finem illum capiendi, & detinendi in carcerem, donec cautionem præstiterit, de qua inferiùs eloquar, teste *Franc. Maria Prat. ad Muscat. in prax. lib.*2. *par.*3. *Glos.detinebitur ad num.* 15. Non potest verò appellari fugitiuus, qui statim redijt *Carpan. ad statut. Mediol.*69.*num.*26. *lib.*2. *Paul. Bellon. lib.* 1. *de potest.eor. quæ fiunt in continent. cap.*34. & *c.*60.

10 *sub num.*2. quæ quidem suspicio fugæ necesse est, quod emerserit post contractum, secus si antè, *Caccialup.q.*6 *n.* 1. *Celsus Vgo cons.* 71. *num.*3. *Pech.de iure sistendi, cap.*5. *num.*18. *Iodoc.cap.* 64. *num.*20. *Carol. de Grass. de effect. cleric.*4. *effect. num.* 296. latè *Fontanell. decis. Cathal.* 212. *Gab. Aluarez de Valasco lib.*1. *de priuil.miserab.person. par.*1. *q.*45. *per tot.* cuius rei creditor gnarus erat, aut scire debebat debitoris conditionem, scilicet, quia erat notoriè, *Ribaldus Suarez in l.post rem iudicatam, limit.*7. *n.*38. vt proptereà aduena, si sit forensis, cum quò contractum fuit, noua causa non superueniente, suspectus non iudicabitur, cauere tamen ille debet de iudicatum soluendo, *Vrsill. dec.* 170. *sub num.*4. *Galter. add. rubr.* 2. *sub num.* 14. & *rubr.* 3. *sub num.* 11. necnon altera 5. *sub num.* 1. & de iudicio sisti, *Muscat. lib.*1.*par.*3. *Ricc. dec. Cur.Archiep* 61. *Reg. Capyc. Latr. consult.*73. *num.*37. *lib.* 1. Sed ân in dubio præsumendum sit, creditorem notitiam habuisse conditionis debitoris tempore contractus, inquirunt *Menoch. de arbitr. casu* 87. *num.*16. *Ioseph Ramon. cons.*12.*n.*38. *Sola ad constit.Sabaud.tit.de captur. debit.in Glos.*2. *par. num.* 4. *Valasc.consult.*66.*n.*33. *Fõtanell. de pact. nuptial. claus.*5. *Glos.* 1. *par.* 2. *ex num.*37. & *dec.*232. *num.*9. & iterùm *dec.*233. ad quem lectorem relego, qui in *seq. decis.* multa

multa in hac materia debitoris suspecti, & assecurationis Iudicij notabilia subnectit.

11 Capi verò an possit de nocte, negatiuè resoluit *de Cuenca clauf.30. n.37.* contradicit *Peckius de iure sistendi,cap. 7. num. 2.* àn intrà domum, *Faber in C. tit. de in ius vocando, n.12.Gaill. de pac. publ. lib. 6. cap. 16. num. 31. Vuessembech. cons.43. num.56. Marc. dec.129.lib. 1,Roman.cons.234. Cuiac. lib.7. obseruat. cap. 15. Donell.lib. 23, commen. cap. 9. & Quintilian. lib. 8, cap. 9.* memorat, legem Romæ fuisse in ius educere non licere, *lib. 8.cap.9.*

12 quod vsus non recipit, quid autem si quis iniustè,& nullitèr fuerit mancipatus pro debiti solutione, vel pro cautione præstanda de stando iuri in forma,vt puta,quia non interuenerunt requisita pro captura decernenda, àn excarcerari debeat absquè cautione? Hic casus cum accidisset annis retro decursis, vt audiui, tempore iudicatus Francisci Antonij Rocca Iudicis M.C. quo fuit carceratus Gibertus Duquer, Flander, debitor Hieronymi Porrata, tamquam suspectus de fuga ad finem soluendi, vel præstandi cautionem de stando iuri in forma. Prædictus debitor carceratus prætendit se iniustè, & nullitèr fuisse carceratum,non concurrentibus requisitis, de quibus per *Angel. in l. nemo carcerem, Cod. de exat. trib. lib. 10. & Imol. in l. 2.ff. solut. matrim. Bart. in l. ait prætor, ff. quæ in fraud. credit. Dec. cons.75. Afft. & Vrsill.decis.170.* & alios, quos laudat *Gramm. cons.17. & Thesaur.dec.220.* vltrà à nobis memoratos, ac proindè debere excarcerari, nec teneri ad petitam cautionem, & per M.C. ad relationem prædicti Iudicis fuit prouisum, quod excarceraretur, à quo decreto, & si Hieronymus appellasset, & dixisset de nullitate, attamen, quia nullitates non erant formitèr propositæ,iuxtà *pragmaticam*, idem Iudex domi prouidit,quod pro exequtione decreti M.C, excarceraretur, & sic fuit excarceratus. Hieronymus tempore syndicatus prædicti Rocca exposuit querelam contra eum,ex quo exequutus est decretum M. C. domi die festo, & non expectato biduo ad appellandum;cumquè fuisset in S. C. ad supplicationem eiusdē Iudicis de iustitia decreti M.C. tractatum, fuit per S.C. confirmatum decretum M.C. quoad demandatam excarcerationem debitoris. A quo decreto S.C. cum Hieronymus reclamasset, die 18. Ianuarij 1618. *referente Iudice Paschali* in Collaterali Consilio iunctis Consiliarijs duarum Aularum, scilicèt D. D. Ianuarij, & Freccia, existentibus tredecim votis, fuit declaratum, benè fuisse prouisum per S.C.cōfirmando decretum M.C.circa excarcerationem,& sic fuit habitum pro verò, quod debitor fuerat indebitè carceratus, & sic iustè M.C. decreuerat,

13 quod excarceretur,non obstante pretensione creditoris. Quod si fuisset iniustè captus debitor, poterat tamen iustè detineri, stante præsertim confessione debiti,facta per ipsum debitorem post capturam, ex doctrina *Caccialupi de debit. suspec. quæst. 14. num. 4. & Magon. decis. Floren. 126.* & aliorum per eum allegatorum *num. 3.* cuius debitoris Aduocatus respondebat, quod confessio debiti superueniens non deseruit, nisi ad probandum debitum; si tamen requisita ad capturam non probentur,captura non conualidatur, ita affirmat *Sola in constit. Sabaud. tit. de captur. pro caus. ciuil. in Glos. 3. par. sub num.5. & Peeck. de iur. sisten.cap. 12. num. 9.* & ad conualidandam capturam non sufficit iuramentum, vel alia probatio crediti superueniens, *Thesaur. d.decis.220. num.3. ex Natta, Neuizz.* & alijs, cum sit inspiciendum initium negotij, prout latè fundauit *Reg. Reuit.in pragm. 1. num.28. & seq.ad Senat.Con.Maced.*& sic prius & antè omninò prouideri debuit super illius excarceratione, attento tamen primordio carcerationis,nullo iuris ordine sequuto, quo casu priuatus fuit

fuit sua propria libertate, & propterea antè omnia est restituendus, *Cepoll. cõs. 19. num. 2.* & Iudex, sicut fuit facilis ad decernendam capturam, ità debet esse ad reuocandam. Sic captus nullitèr, non poterit recomendari ad instantiã eius creditorum, sed reponẽdus erit pristinæ libertati, *Peguer. dec. Cathalon. 133. de Franch. dec. 415. Michael Ferrer. in 3. par. obseru. Cathal. cap. 109. Martha voto 79.* & decisum refert *Thor. par. 3. compend. decis. verba, Captus, siuè carceratus.*

RITVS CLXXI.

Item nota, quod ille, qui carceratur vigore instrumẽti, si non probat legitimè infrà terminum sibi datũ ad probandum: Curia ipsa procedit, etiam ad trũcationem, siuè ad mutilationem manus: vt vidi seruari tempore Regis Ladislai: scilicèt contra notorium Andream Burranam de Neap. contra quem præsentauerat quoddam instrumentum dominus Gualterius Galiota de Neapoli. Verùm non fuit facta executio dictæ mutilationis manus: quia habuit cõcordiam cum parte: licet in quadam obseruantia in hoc libro contenta, dicatur, quod non proceditur ad mutilationem manus: nisi via ordinaria, & non via extraordinaria, agatur, quod nota.

SVMMA RERVM.

1 *Pœna liquidationis instrumenti olim erat obtruncationis manus ob periurium.*

2 *Illud non amplius tali pœna punitur, & quarè.*

3 *Tali pœnæ satisfit in liquidatione instrumentorum, cum solutione carolení vnius pro quolibet ducato.*

4 *Nonnulla, in detestationem periurij notantur.*

1 Poena liquidationis instrumenti olim erat obtruncationis manus, ex *Constit. eos, qui scientèr,* notat *Affl. in Constit. Grandis vtilitas, sub num. 5. & in Constit. Statuimus, vt magna, num. 14.* idq; contingere ratione periurij commissi adiũgit *Carauita*, & aduertunt *Fab. Montell. in prax. arbitr. par. 4. in 8. quæst. num. 23. Paschal. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 9. n. 19. Thor. par. 1. comp. dec. verbo, Periurij pœna, Frecc. de præsent. instrum. par. 6. in princ.* autumans, liquidationem fundari in periurio, pœna, & mora, *Camill. de Medic. cons. 39. Franc. Maria Prat. lib. 1. controuers. forens. cap. 15. num. 70. & resp. 15. n. 16. & 38. n. 6 & ad Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 8. ad num. 2. Reg. Sanfelic. dec. 299. num. 3. & decis. 370. num. 2. Reg. Galeot. controu. illustr. cap. 54. num. 22. lib. 1.* si via tamèn ordinaria, & non extraordinaria, agatur, vt in terminis huiusce *Ritus* annotat *Alber. Oliua ad Ritum 37. Curia Archiepisc. n. 72.* facta conclusione in causa, quin exequuta mutilatione tandiù detinetur in vinculis, quandiù aduersario satisfecerit, iuxtà *Ritum 179.*

2 Neuter tamèn eorum hodiè est in more circa pœnam truncationis manus, vt noster *Caran.* testatur vtroquè in *Ritu*, necnon *De Franch. dec. 162. sub num. 16. Staiban. sen.* suo *in cons.* rescripto inter *consilia Molfes. post comment. ad Consuetud. Neapolit. tom. 2. cons. 20. sub num. 4. Foller. in sua pract.*

Q cen-

*censual. vers. Nicolaus num.*89. Idquè,
vel quia partes non instant, quando ijs
est satisfactum de credito, quod debi-
tores periurij pœna mulctentur, quia
si insisterent, tenerentur Iudices illam
infligere, vel, & melius, quia periurij
pœnæ satisfit in liquidatione instru-
3 menti, cum solutione caroleni vnius
pro quolibet ducato, in quam pœna
periurij, quæ olim criminalis erat, com-
mutata est, *Foller. in sua prax. crim tit.
de falsit. & simul. contr. q.* 160. §. *pęna,
num.*32. *Carrab. de syndic. par.* 2. *num.*
164. *Amend. ad Franch. dec.*366. *nu.*
11. *Reg. Rouit. in prag.* 1. *num.* 35. *de
offic. Baiul. Thor. ead. par.* 1. *verbo,
periurij pœna, Auus meus ad Capycium
decis.* 75. *in fin. Carau.* memor, *Reg.
Capyc. Latr. decis.* 58. *num.* 6. *lib.* 1.
qui *in dec.*45. *num.* 18. obseruat, hoc
esse de consuetudine generali omnium
curiarum, *Anichin. depraueut. instr. c.*6.
*q.*1. *sub n.*19. *Marott. controu.*9. *n.*45.

Ita nostris temporibus, postquam
periurium familiare vrbi, ac foro esse
cæpit, pœnarum in illud grauitas anti-
4 qua exulauit. Olim grauissimum cri-
men grauissimè vindicari consueuit,
non apud humaniores tantùm natio-
nes, sed etiam apud barbaras, similesq;
ferarum. Nam tùm Ægyptios, tùm
Scythas, peieratores capite damnasse
legimus. Indos verò manuum, ac pe-
dum summitates (quod *Ritui* nostro
veteri non multum absonat) huiusmo-
di criminis rei, præcidisse. Alias quoq;
gentes, acuto telo linguas peierantium
terebrasse; alias alijs supplicijs affecis-
se constat, quæ si hodiè in more essent;
vel grauissimum scelus, rarissimum, vt
olim, futurum; vel peieratorũ capitibus,
truncisq, corporibus omnia fora redun-
datura putauerim. At fortasse magis
miserandum periurium; quàm huma-
nis supplicijs vindicandum, nostra
ætas existimauit, quippè cui seuerius
forum, hoc est, diuinum paratum sit,
atq; apertum, vbi (quod apud *Home-
rum Agamemnon de Teucrorum periu-
rijs*, dixit) *Etsi*

*Iuppitèr è cęlis præsenti haud puniat
ira*
*At quandoq; graues magno cum fę-
nore pœnas*
*Hi cum coniugibus, ac tota stirpe re-
pendent.*

quas pęnas non luituros solum in al-
tera vita credimus, sed, & in præsenti
plerumq; luere miseros periuros vide-
mus; ita vt non opus sit neq; Olachia
amne Bithyniæ, de quo *Plinius lib.* 31.
cap. 2. cuius gurgite periurij notantur
pati velut flammam vrentem, ad eos
dignoscendos, nequè alij pœnis ad vin-
dicandos, cum diuina ipsa vltio per se
satis, & eos manifestet, & puniat. Cę-
terùm, quia de hac re egimus latiùs
alibi, hic plura contexere superuaca-
neum puto.

RITVS CLXXII.

ITèm quod si debitores citati super tenoribus instrumẽtorum in dictis Curijs, vel altera ipsarum fuerint contumaces, & non comparuerint in termino statuto, statim tanquam suspecti possint capi de persona.

SVMMA RERVM.

1 *Debitor citatus super tenore instru-
menti, factusq; contumax, statim de
persona capi potest.*
Et quomodo accipiatur dictio (statim.)
*Et nùm debitor ad omnem voluntatem
creditoris, possit illico cogi.*
2 *Ob suspicionem fugæ multa permit-
tuntur, quæ aliàs iura vetarent.*
3 *Capi nemo debet, nisi præcedentibus in-
dicijs, & informatione, nisi suspectus
sit de fuga.*
Et pro debito ciuili die festiuo quem-
quam

quam capi interdictum est, nisi suspectum de fuga.

4 *Inquisitor aduersus Episcopum hereticum procedere non valet, nisi suspectum habeat de fuga.*

5 *Curam animarum habẽtes, Sacramenta ministrare Epidemiæ morbo laborantibus, num teneantur.*

Et num valeant Episcopi, & Curati aufugere à loco beneficij in casu pestis, si Canonici, reliquiuè Sacerdotes non Curati.

Vel si Religiosi obedire obnoxij sint Prælatis, mandantibus, vt laborantibus ipsis spiritualia subministrent.

Et num deniquè medicus temporalis ad illos accedere deuinctus sit.

6 *Memoratur, & deploratur pestis, quæ de anno 1656. hac in Ciuitate fuit.*

Idquè fuit horrendum Authori, eiusq; Patri, ac D.Hortẽsio Pepi eius Socero extra Ciuitatem moram faciẽtibus.

7 *Multi hoc anno ope Sancti Francisci Xauerij fuerunt seruati, vt propterea ipse Sanctus in patronum Ciuitatis sit electus, summisquè honoribus festum celebratum.*

Votumq; fuit factum à 21. Deputatis Sanitatis publico Vrbis nomine Immaculatæ Conceptioni Virginis Mariæ, & quale.

8 *Quamplurimi fuerunt, qui publicæ rei se victimas dederunt, famulando in pestilentia Castris, vulgò Lazaretti, ipsa pestilentia affectis.*

9 *Quo tempore posuit Ciuitas huius, tùm beneficij præclari monumentum in Diui Laurentij ad honorem Immaculatæ Conceptionis Virginis Matris.*

10 *Pater Alphonsus Petra Soc. Iesu singularis pietatis, ac Christianæ charitatis specimen dedit erga pestilentia laborantes.*

Isquè commendatur ab origine, & vndè ortum traxerit, antiquissima familiâ Petrâ, quouè tempore hoc in Regno feudis potita fuit, traditur.

11 *Dictus Pater Alphonsus quo tempore immortalitati adscriptus sit, eiusquè vitam quisnam inscripserit.*

1 SAnxit *Ritus* debitorem citatum super tenore instrumenti, contumacemquè factum, ob non comparitionem, statim de persona, tamquam suspectum capi posse, verùm isthæc dictio (*statim*) non adeò strictam admittit intelligentiam, vt cõfestim deuinciri post terminum possit, quandoquidem in certo tempore verificatur, secũdum Iudicis arbitrium, *Abb. in cap. quia propter*, §. 1. *de electìon.* & alij in diuersis casibus loquentes, quos *Menoch.* coaceruat *de arbitr. Iudic. cas.9. cum seqq. Ann. cons.65. n. 10. vol.1. Montanar. in prag.5.* §. 10. *num.6. de administr. vniuersit.* Et quod debitor ad omnem voluntatem creditoris, non possit illico cogi, deducitur ex *Capyc. decis.* 116. *& Auo meo ibid.* Contumax igitur ex hoc *Ritu* de persona capi potest, ex quo suspectus de fuga dicitur *Galter. in prax. instrum. 3. par. princ. rubr.* 2. *num.* 17. *Carrab.*

2 *sing.* 84. Nec mirum, quia ob suspicionem fugæ complura permitti, quæ alioquin iura vetarent, dicit *Castr. in l. si longius*, §. *filiusfam. num.* 3. *ff. de Iudic.* ac propterea attenta conclusione superiùs statuta in *Ritu* 170. vt conueniri antè tempus, tametsi nemo debeat, nihilominus liceat, cum suspectus est de fuga. Proùt confitenti debitum concedi terminus ad soluendum, quia debet, nec ille intereà cogendus ad cautionem, aut vinculis mancipandus, tamen cessat si fugitiuus dubitetur, iuxta *Ritum* 187. vbi multa ad hanc rem spectantia congerimus. Ita etiam non

3 obstante regula iuris, vt capi nemo debeat, nisi præcedentibus inditijs, & informatione, teste *Farinac.* infinitos *add. DD. q.* 27. *num.* 123. nosq; latè probauimus alio in loco, tamen deuenciri posse (etiã informatione minimè capta) suspectum de fuga, subnectit idem *Farinac. num.* 125. itidèm aliquem capi pro debito ciuili die fe-

stiuo, quamuis interdictum sit, ni hilo-
4 minùs si suspectus sit ille de fuga possit ad eius personæ capturam deueniri eo die, scribunt *Bal. in* §. 1. *num.* 15. *instit. de action. Bar. in l. ait Prætor*, §. *si debitorem*, *num.* 7. *ff. de his quæ in fraud. cred. Abb. in cap. fin. num.* 22. *de Iudic. Aufrer. ad Cappell. Tholos. dec.* 158. *additio ad Guidon. Papam dec.* 118. tandemquè *Anchar. cons.* 123. vnus ex procuratoribus *num.* 8. nosquè copiosè alibi. Quin, & inquisitor quamuis aduersus Episcopum hæreticum procedere non valeat, ex regula constituta per *Rosellā, in verbo; Hæreticus, vers. sed non possunt procedere, sub num.* 3. *Siluestrum eod. verb.* §. 2. *vers. item quòd non possunt sub nu.* 13. aliosque plures *Farin. præsertim tract. de Hæret. q.* 186. *ànum.* 113. eandem multis extendentem, atque restringentem modis conclusionem, ac præsertim *nu.* 19. coarctantem, vbicumque Episcopus esset de fuga suspectus, quandoquidem posset in illum manus apponere. & capi facere, captumquè ad Sanctissimum transmittere. Quod antea scripserant *Eundissal. a Villadige tract. de hæret. q.* 7. *sub num.* 15. *Repertor. Inquisitor. verbo* Carcer *vers. item. ac Inquisitor possit incarcerare Episcopum*, *& verbo Episcopus vers. ad secundum. Pegna de director. Eymerici p.* 3. *q.* 27. *Comment.* 26. *vers. Rursus si Episcopus, & vers. cæterū*, postquè alios de hac re agit *Pater Azzorius instit. moral. lib* 8 *cap.* 18. *q.* 12. *p.* 1. quando verò quis sit suspectus de fuga, declarant *Paris. cons.* 99. *num.* 18. *Bart.* cæteriq; *in l. si constante in* 3. *q. & in* 4. *ff. solut. matrim.*

Cæterùm, fugæ tractatulum illum tamen alio tēdentem peroptimè scripsit *Bencouius* duabus distinctum partibus, in quarum prima egregiè, ni fallimur, inuestigauit veritatem illius quęstionis, quam delicatam, omniquè sub-
5 tili inuestigatione dignā appellitat, An curam animarum habentes, tenenantur ministrare Sacramenta laborantibus epidemiæ morbo; cuius vera solutio, vt illustrius pateat, multas præmittendas esse quæstiones edifferit. Vtrum nēpè valeant Episcopi, & Curati aufugere à loco beneficij in casu pestis, An Canonici, quibus nulla imminet cura animarum, An curati tenerentur adesse, & non abesse: àn etiam actu ministrare Sacramenta si teneantur, & quando reliqui Sacerdotes nō Curati, An Religiosi obedire Prælatis obnoxij sint mādantibus, vt in festis ipsis suppeditent spiritualia, An aliqui extēt Religiosi, ex eorum instituto, debentes sæcularibus malè affectis in subsidium inseruire: An queant eo tempore sanctimoniales è claustris exire, earumq; monasteria deserere, & aufugere, tandemquè an medicus corporalis, ad illos accedere deuinctus sit, illosq; curare, & medicare, quibus in hæsitationibus doctorum primò ponit, tùm Canonistarum, tùm Theologorum sententiam. Deindè quid sit tenendum, per aliquot conclusiones aperit, postremò, argumenta, in quæstionis initio posita dissoluit, prosternitquè; illa præhabita protestatione, quòd loquitur de iustitia, & necessitate; non autem de perfectione charitatis, qua considerata, optimum referri consilium memorat. vt præsentes sint, & ministrent in omni casu, *Ioan.* enim *c.* 15. dicitur, *maiorem charitatem nemo habet*, *quam*, *vt animam suam ponat, quis pro amicis, & proximis suis*; Tu itaquè, bone Lector, illius scripta percurrere nè omittas, quippè quæ, & periucunda sint, & animæ proficua, quin, & in exteriori foro, plerumquè accidere possunt: non secus, ac & alia in secunda parte adiicit sub altera itidem generica quæstione: nempè quę præstanda sint circa iam extinctos, & mortali vita defūctos illius morbi causa, lepidum quoquè tractatum edidit *Philibertus Marchinus de Bello Diuino*.

6 Interea cum de epidemiæ morbo sermo hic inciderit, liceat Vrbis huius deplorandas calamitates, tàm lethali, ac pestifera vi, superioribus annis ad sum-

summum propè exitium afflitæ, paucis exponere, præter recensi as à nobis *in proem. tom.* 1. vt, & monumentum simùl, & emolumentum posteris nonnullum tradamus. Annus 1656. planè mortualis, luxit potiùs, quam illuxit huic Ciuitati, quo tempore illa, & à tumulo Sirenis Parthenope à *Plinio* appellata, & sæuientis pestilitatis causa à Cumanis olim, seù condita, seù restituta, iamq; annos cētum, ac viginti, vt aiunt, huiusmodi contagione immunis, ita labefactata est, atq; perculsa, vt non minus commiserationis, in eiusdem mala audientium animis excierit, quam cum exundans flammarum vorticibus Vesuuius, rerum omnium, atq; hominum interitum minitaretur. Quis dicat quam sæua fuerit, atq; obuia vbiquè mors, in abscondita quęq; peruadens? quam miserè abiecta passim, & noua putribus aggerata cadauera? quòd nè maximo quidem pretio potuerit obtineri, vt tabescentia præ foribus corpora mortuorum, tumulo conderentur, cum non esset, qui sepeliret: templis ipsis in quibus initio condebantur, odore tetro pestem spirantibus; vespillonibus verò iam extinctis, alijs metu periculi dilapsis, alijs labore defessis. Horrendum fuit mihi, atq; Patri meo, & Dom. Hortensio Pepi meo Socero, nondum eo tempore in Consiliarium electo, tam diram contagionis tragedīā audire ex amicorum literis, quæ hinc nobis in amænissimam Vrbis Casertæ syluam, nè dixerim delitiarum sedem, perferebantur, quò Vere iam cæpto, ac Mense Maio florescente, salutis seruandæ causa, quasi in portum secesseramus, nondum publicorum malorum tempestate latissimè furente. Quæ mòx adeò inualere cæpit, vt mense Iunio, & Iulio, ad Augusti ferè dimidium, sæpè intra diei vnius periodum, octingentos rapuisse illam, literæ nunciarint: non semèl supra duo, triauè millia mortalium inuoluisse fama detulerit; ita vt veteris illius cataclismi, aut decretoriæ diei imago quædam, oculis intuentium videretur. Non Excell. Comitis de Castriglio Proregis, summa prudentia, ac singularis pietas desiderari potuit: non nobilissimorum ciuium diligentia, ac studium, vt à tanto vrbem hanc naufragio, vindicarent. Nihil tamen, aut parum, irato Numine obsistente, profecere.

Hieronymus Brusonius in Europa Historia, Italicè edita, memorat multos eo anno S. Frācisci Xauerij ope seruatos, cui propterea tanquā Vrbis liberatori in Patronum electo summis honoribus festum celebratum est: censeriq; internecinà illa clade ducenta, ac triginta millia capitum interijsse; 12. Iunij eiusdē anni ab xxI. Viris, quos deputatos Sanitatis dixere, ex prima claritudine delectis, votum conceptum est, publico Vrbis nomine, Immaculatæ Conceptioni Virginis Matris, cuius ope lues extincta est: Moderatores Religiosorum, summa Vrbis voluntate, Eminen-
8 tiss. Cardinali, & Excell. Proregi operam promptè obtulerunt, & quamplurimi fuere, qui publicæ rei se victimas dederunt pestilentia affectis, in ipsius pestilentiæ castris, quæ Itali *Lazaretti*, nuncupamus summa charitate famulari, atquè adesse non veriti. Alij tota vrbe morientium, quæ ab ingenti Nosocomio nihil distare videbatur, summæ necessitati, pro Christiano more, ministrarunt, sacris expiationibus opē ferētes. Alij deniq; ad eadem obsequia, Valetudinarijs, extra ciuitatem, præstāda destinati sunt; ne quis locus esset, vbi religiosa charitas non effloresceret. Abire ciuitate, per id tempus, Magistratibus Proregis iussu interdictum erat, vt summis simul periculis possent consulere; Quosdam, quibus vita sua carior, quam respub. fuit, reddita mox tranquillitate, vrbe ipsa recipi noluit, exulare coactos; etsi, quæ tanti Principis erat clementia, paulo post ab exilio reuocatos acceperit *Misericordiæ igitur Domini, quia non sumus consumpti: quia nō defecerunt miserationes eius: Thr. 3.* Quamobrèm ipsi Deo Opt. Maximo, eius-

eiusquè Matris Virginis Immaculatæ Conceptioni immortales gratiæ referendæ sunt: cuius beneficio factum est, vt mirandum prorsus in modum, Epidemiæ furor, quo tempore æstuantior videbatur, momento penè temporis conciderit, atquè omninò desierit. Huiusmodi beneficij, tam præclari, ac singularis monumentum Concep-
9 tionis Sanctissimæ symbolis insignitis in templo Diui Laurentij posuit Ciuitas, & à die 20. mensis Nouemb: 1659. Conceptionis festum ad septem itidem dies in eodem templo celebratū, quod singulis annis in posterū fiet.

Horrendum igitur fuit ad breue tempus Vrbem hanc anteà florentissimam, Regnumq; pulcherrimum pestifero afflatu cōtaminatum, funestatumquè contueri. Nequè verò Neapoli solùm, eiusquè suburbijs se continuit lues, sed, & longè distractas regiones corripuit, ac penè consumpsit. Quas Genuæ strages edidit, quas Romæ? quas alijs locis? sunt qui Romæ triginta capitum millia, sunt qui plura, censeant, cecidisse, vbi vti non defuit sollicita contra contagionem vigilantia ita etiam nec defuit Religiosorum pietas pro animarum salute.

10 Inter quos singularis, tùm pietatis, tùm charitatis Christianæ specimen erga ea tabe laborantes dedit P. Alphonsus Petra Societatis Iesu, è Papientium Comitum Illustri, atq; antiquissima familia, ex qua nostram hanc, multis retro seculis Papia ad hoc Regnum maioribus nostris digressis, deriuatam esse, & historiæ tradunt, & multorum testimonio scriptorum satis cōstat: quo in Regno multis feudis insignita, ac potita fuit, ab ann. salutis humanæ 1260 vsq; adhæc tempora: virorū prudentia, militia, litteris, clarorum sobole non infæcunda. Eamdem, & Genuæ, Liguriæ, & Mediolani, ac alijs Italiæ Vrbibus ex eadem origine Papiensi propagatam honestissimè floruisse refert gentilis meus *Petrus Antonius Petra* Præses Placentinus *tract. de fideic. quæst.* 21. *num.* 522. Quæ obiter dicta sint, vt genus Patris Alphonsi Petra, quo de agimus, cum nostro conuenire in origine sua intelligatur. De ipso verò Religiosissimo viro, plura dici possent, si locus iste permitteret, historiam contexere. Illa tamèn quæ ad præsentem rem pertinent, omninò ne omittam, paucis perstringere conabor.

11 Is enim Pater cùm plurimis, eodem anno contagione laborantibus, operam tulisset, malo ipse afflatus tertia Ianuarij 1657. coram Imagine Sancti Ignatij, & S. Francisci Xauerij venerabundus, & supplex, manibus lecto nixus, ac velut in genua se demittens repertus est, felici iam morte optata, immortalitati, vt spes est, transcriptus. Imagini verò Beatissimæ Virginis votum antea inscripserat, his verbis: *Tibi Iesu Deo meo, tibi Matri semper Virgini Mariæ offero hanc animam, hanc vitam, hoc fætidum, reumquè corpus meum, ob amorem amoris tui, Iesu, quo pro me mori amauisti; in vnione meritorum, Iesu, S. Mariæ, S. P. Ignatij, Xauerij, Ildelphonsi, & omnium Sanctorum, & in obsequium peste infectorum, & ad animarum salutem æternam, etc. Moriar mihi, & mundo, vt tibi solùm in æternum viuam, cui creatus sum. Amen.* Huius Patris vitam inscripsit *P. Ioannes Nadasi eiusdem Soc. Iesu in catalogo eorum, qui è Societate Iesu charitati animam deuouerunt, seù Heroes, & victimæ charitatis, pag. mihi* 555: ex quo quam graue fuerit Neapolitanæ pestis mostrum facilè intelligetur, *fol.* 511. si libuerit.

RI-

RITVS CLXXIII.

Item quod si aliquis, vel si aliqua citatus, vel citata fuerit de mandato dictarum Curiarum, seu alterius earum ad respondendum super tenore instrumenti alicuius debiti, in quo contineatur pœna pecuniaria, & iuramentum, si de periurio, vel pęna accusetur, aut aliter quomodolibet conueniatur, citatus, vel citata compareat in Curia in peremptorio termino sibi præfixo, cum sacculo paratus, vel parata satisfacere de debito creditori, ad quod teneatur, etiam si lapsus fuerit terminus in quo soluere tenebatur huiusmodi debitum in dictis Curijs, & qualibet ipsarum ex quadam æquitate nullatenus procedatur cõtra dictum debitorem, aut debitricem super pœnis prædictis.

SVMMA RERVM.

1 *Termino elapso debitor citatus super tenore instrumenti comparens sacco par. tus, pęnas euitabit, de æquitate.*

2 *Elapsa die contrahitur mora, nec eius purgatio admittitur quando agitur de conducendo frumento pro annona.*

3 *Mora de iure non purgatur, nec semper à differente exequi, illa committitur.*

4 *Si interpellatio nimirùm haud intercesserit, & quando.*

5 *Interpellatio solùm requiritur etiàm apposita die, quando unum est ad obligationem, & aliud ad pęnam.*

6 *Debitor, & creditor si sint diuersi fori, dies facienda solutionis in certo, & mentionato loco, haud interpellat pro homine, nec debitorem facit morosum.*

7 *Tempus multis in casibus adhùc nulla cum interpellatione labitur.*

8 *Interesse dotis relicta tempore, quo puella nupserit, nuptijs sequutis statim debetur absque interpellatione, data tamen sequuti matrimonij scientia.*

Fructus legitimę, nùm debeantur statim mortuo testatore, vel à die petitionis.

Quidue in fructibus rei legata.

9 *Moram àn contrahat, qui totum posse suum fecit, vt adimpleret promissa.*

10 *Vbi interpellatione opus est, nemo dicitur morosus, nisi, & illi tempus fuerit constitutum ad soluendum, vel aliud faciendum.*

11 *Mora quibus in casibus purgari queat.*

12 *In contractu verò continente pactum resolutiuum, possitnè mora excusari, & aboleri.*

13 *Iure Canonico detur nè purgatio moræ in pacto resolutiuo.*

14 *Emphyteota canonem soluere differenti, permittatur nè mora purgatio.*

15 *Mora huiusmodi, dicatur nè remissa. si dominus Canonem recipiat absque protestatione.*

Quosque effectus producat protestatio.

16 *In criminalibus possit illa purgari in breui tempore, quamuis dies, & pæna iusit.*

17 *Contra debitorem super tenore Instrumenti Citatum, qui se non teneri ad solutionem dicat, ex quo imminet Euictio in re sibi vendita, possit nè liquidari Instrumentum, & quando.*

18 *Magistratus fideiussorem non recipiens ab idoneo principali excusetur nè.*

Et idonei facultatibus quinam præsumantur.

Excusetur nè venditor ab onere præstandi

standi huiusmodi cautionem, si diuitem in authorem laudauerit.

Tutor an teneatur, decocto debitore, cui pecuniam pupillarem mutuam dedit.

19 *Aequitas, idest aequalitas, in nostro Ritu explicatur.*

Eamquè Iudex semper antè oculos tenere debet.

Non tamen nimis iustus, sed misericordiam adiunctam habebit.

20 *Aequitas quidnam sit. Et qua aequitate debeant callere Iudices.*

Multaq; expenduntur in laudem aequitatis.

21 *Memoratur elegantissima disceptatio de hac aequitate Liuiae cum Augusto.*

22 *Aequitas, et beneuolētia Principē decet.*

23 *Iudices in interpretandis quoq; legibus sequi oportet aequitatem.*

Elapso termino in documento impartito ad soluendum, si citatus debitor super tenore instrumenti compareat in Curia cum sacco
1 paratus, de aequitate pęnas euitat, dum iuris rigor abnuit, ob vigentem regulam illam, quod dies interpellat pro homine, quam ponunt, extendunt, & restringunt *Socciu. regula* 15. *Anton. Gabriel lib.* 3. *tit. de solut. concl.* 9. *Tuschus conclus.* 408. *lit. D*, eximius Iurisconsultus *Valenzuela cons.* 16. *à num.* 5. *lib.* 1. Ita quod, illa elapsa die, contrahitur mora, *l. magnam*, *C. de cōtrahend. & committ. stipulat. Roland. cons.* 98. *num.* 9. *lib.* 2. *Castrens. cons.* 99. *n.* 2. *vol.* 1. communem dicit sententiam *decis. Ianuens.* 139. *in princip. Tusch. concl.* 373. *lit. M*, *& concl.* 379. *tom.* 5. *ead. lit. M*, *& Signorell. cons.* 195. *num.* 5. probans, purgationem morae non dari,
2 quando agitur de conducendo frumento per annona, adstipulaturquè in simili *Cacheran. dec. Pedem.* 49. *Anton. Faber lib.* 6. *coniect. cap.* 7. *in princip. Marta in summ. dec. vniuers. orbis lib.* 1. *tit. de mora cap.* 1. *Donell. lib.* 16. *c.* 19. & ibi *Osualdus lit. D*, *D. Francisc. de Cuenca de deposito, claus.* 15. *num.* 1. *& in add. ad Chyrograph. mercator. lit. N*,
3 & mora de iure non purgatur, ex notatis per *Caran. hoc in Ritu n.* 1. cuius meminit *Amend. ad Franch. dec.* 227. *num.* 28. laudans quoq; *n.* 15. *Thesaur. dec.* 77. *Ricc. collect. decis.* 145. *Masull. ad Capyc. dec.* 19. *num.* 6. *Pet. Garsia à Toleto dec.* 6. *Thor. par.* 1. *compend. decis. Regni*, *verbo*, *Mora*, nosquè breuibus comprobauimus verbis super *Ritu* 163. *num.* 3. Nuncquè abundantius loquentes, memoria repetimus, haud semper à differente exequi committi moram, cum namq; aduersarij facto impedita est altera partium implere, mora citra dubium cessat, *Farinac.* latè probans *q.* 34. *num.* 46. aut si dilatio adsit, vel suspensio, *Mastrill. dec.* 260. *num.* 16. *par.* 3. Itidèmq; si inter-
4 pellatio minimè intercessit, vt ille subdit *n.* 126. idemquè *Valenzuela nu.* 23. quod veritate fulciri, aduertimus, cum solutionis dies non insit contractui; illa siquidem si extaret, quia pro homine interpellaret, potissimum, si iuramento ille roboratus fuerit, vtiq; mora contraheretur, nisi solueret in promissa die, vt omnes antea citati affirmant authores, necnon *Aegyd. Bellam. cons.* 9. *num.* 26. idq; adeò, vt etiam si dies tacita, & legalis sit, *cap. potuit, locat. Corbul. de iure emphyt. rub. de causa priuat. ob non solut. canon. ampliat.* 1. *Bar. in l. mora num.* 11. *ff. de verbor. oblig.* vbi *Ias. n.* 2. *Alex. cons.* 99. *num.* 7. *vol.* 4. *Natta cons.* 226. *num.* 4. *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 41. *n.* 141. *& dec.* 221. *num.* 15. *Affl. dec.* 316. *Farinac. dec.* 85. *num.* 1. *in posthumis recollectis*, *Anton. de Amat. resol.* 49. *n.* 18. *Giurb. obseru.* 1. *à num.* 1. *Consil. Rocc. tom.* 2. *respons.* 93. *num.* 11. quarè soluere teneatur, repetiturus deindè, si indebitum praetendat, ex *dec. Seraphin.* 152. *par.* 1. *diuers.*
5 Solùm enim requiritur interpellatio, etiam apposita die, quando, vnum est ad obligationem, aliud ad poenam, in poenam .n. non incurritur, nisi facta interpellatione, & sic procedit *tex. in l. si poenam*, *ff. quando dies legati cedat*, concordat *Aymon cons.* 64. *à num.* 1. *Gozadin.*

zadin. conf. 34. *num.* 6. *Peregrin. conf.* 72. *num.* 10. *lib.* 3. *Gratian. lib.* 2. *discept. forens. cap.* 307. *n.* 19. *Altograd. cons.* 72. *à num.* 78. concinnuntq; exarata à *Reg. Capyc.Latro dec.* 59.*à num.* 23. *Cons.Prouenzali obseru.* 22. *à n.* 9. *R.Marcian.lib.* 2. *disp.* 83.*à n.* 29.*Epist. Sperell.decis.* 7. *& Carolo Bottilier. in tract. de success.cap.* 1.*theor.* 72.*per tot.*

6 Verumtamèn si debitor, & creditor fuerint dissimilis fori vtiquè alijs hæc vtilior, & fortassè frequentior est ad memoratam regulam limitatio, vt dies faciendæ solutionis in certo, & mentionato loco haudquaquam interpellet pro homine, neq; debitorem constituat morosum, nisi creditor illum adiuerit locum, ibiq; debitorem vocauerit ad congruum, & oportunum tempus, teste *Viuio dec.*442. *Magon. decis. Lucensi* 78. *& Ortembergo decis.* 806. *par.* 4. *diuers.* quin idipsum in promissionibus dandi, vel faciendi, & consequutiuè repræsentandi Reum, si stylus suppetat, contrarium vigentem stylum in Regno, attestans idem *Viu.*

7 *num.* 6. Tempus etiam multis in casibus, adhùc nulla cum interpellatione, labitur. In pœnis nempè conuentionalibus,ita quod tribus diuersis diebus ad ratificationem totius populi promissis, & ratificatione non sequuta, dicantur moram eo ipso commisisse promittentes,concludit *Thesaur.*addens pugnantem regulam, nè tempus currat, interpellatione haud præcedente, restrictã fuisse per Senatum ad præparatoria Iudicij, *in decis.* 212. assentiturq; *Valenz. cit. num.* 54. veluti in promissione etiam statim persoluendi ad incertum tamèn tempus, scilicet post habilitationem à summo Præsule obtentam, iuxta *decis.*476. *par.* 1. *diuers.* aùt insupèr purificata conditione,ex altera *Guid. Papa decis.* 498. copiosè extricantis, sed *Anton. Gabriel. comm.conclus. tit. de solut. conclus.* 9. *à num.*30. subnectit, promittentem contractus ratihabitionem à minore, quando legitimæ erit ætatis,non constitui in mora aduenientе illa die, sine interpellatione, id quod ex *Decio cons.* 333. scripsit, *Mangr. ad Bar. in mem. l. magnam*, insequiturq; *Reg.de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.*200. *num.* 9. Interesse ve-

8 rò dotis relictæ tempore,quo puella nupserit, deberi statim,nuptijs sequutis, absq; interpellatione, data hæredi sequuti matrimonij scientia, Senatus Sabaudiæ iudicauit apud *Fabr.decis.*8.*C. de vsur. & fruct. legat.* quod scitum potiùs æquitati ob dotis fauorē, quàm iuris rigori innixum, putat *Reg.de Marinis mòx cit. loco num.* 10. fructus autem legitimæ àn debeantur statim testatore diē functo,vel à petitionis die, extricant *Reg. Rouit. cons.* 20. *num.*8. *& 9. lib.* 1. *Reg.de Marin.lib.*1.*c.*200. *Consil. Staib. lib.*2.*res.for.*170.*n.*53. *& Thor. p.*3.*sect.* 1. *verbo, fructus legitimæ,*& de illis rei legatæ scripserunt *de Franch. dec.* 558. *n.* 5. *& 634. Surd. decis.*25. *Reg.Rouit. decis.*90.

Quod si renunciatum fuerit purgationi moræ,nec de æquitate canonica purgari illa potest, *Viu.comm. opin.lib.* 2.*opin.*522. *n.*12.*R.de Marin. c.*271. *num.*5. *lib.* 1.*Prat. lib.*1.*discep.forens. cap.*48. *num.*12. *& lib.* 2. *cap.*43. *nu.* 20. *Put. decis.*465. *par.* 2. *Caran. hoc in Ritu num.*4. *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *de different. feud.quatern. num.*24. cui beneficio satis dicitur renunciatum ex pacto, scilicet in continenti, omni mora postposita, quin, & iuramento in contractu adiecto illud tolli, annuunt DD. penès *Affl. decis.*174.*n.*5. *Ciriac. tom.*1. *controu. forens.*58.*num.* 40. *& tom.* 2. *controu.* 239. *num.* 16. *Anton. Merend.controu. iur. tom.*2.*lib.* 10. *cap.*4. *num.*5. *Consil.Rocc.respons.* 94. *num.*19. etiam ex verbis eandem vim habentibus,prout si fuerit promissum contractum inuiolabilitèr obseruari, extendunt *Roland. à Valle cons.* 69. *num.*36. *vol.*4. *Ciriac.tom.* 1. *controu.* 55. *num.*24. *Carrab. in tract.de Syndic. par.* 1. *num.*218. & alios effectus iuramenti enumerat *Ricc. collect. dec.* 205. *&* 2053. vigore cuius instru-

ſtrumentum exequutionem retinet paratam, *Gramm. conſil. ciuil.* 11. *num.* 3. *Fuſc. ſingular.* 73. *lit.* I. Quod ſimilitèr noſter *Affl.* fecit de illiquido agens, & moram non conſtitui, explanans in *dec.* 205. & tradunt *Reg. Lanar. conſ.* 28. *n.* 24. *Surd. dec.* 179. *n.* 13. *& deciſ.* 260. *n.* 15. *Ann. conſ.* 95. *n.* 23. vel ſi in promiſſione adſit certa dies cũ certa pęna, *Bar. in l. ſi inſulam, ff. de verbor. oblig. num.* 4. *Bal. ibid. num.* 3. *Accurſ. in l. etſi poſt tres, ff. ſi quis cautio. verbo, Pluresq; Duaren. & Donell. in d. l. ſi inſulam*, *Cuiac. tract.* 7. *ad African. in l. traiectitia, ff. de oblig. & act. col.* 4. *lit. B, Molin. de contract. diſp.* 564. *Oſaſc. dec.* 71. *num.* 57. *Theſaur. dec.* 212.

9 Ipſam verò moram, necnè ille contrahat, qui totum poſſe ſuum fecit, vt adimpleret promiſſa, exarat *Caputaq. deciſ.* 230. *par.* 2. & quando poſt contractam moram interitus Rei ad Reum pertineat, ſi interitura eſſet ea res eodẽ modo penès Actorẽ, peroptimè diſtinguit *Trentacinq. var. reſolut. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſolut.* 11. & meliùs, *Menoch. de preſump. to.* 1. *lib* 3. *præſumpt.* 138. *à num.* 1.

10 His tamen omnibus regulam appendimus illam, quod vbi interpellatione opus eſt, nemo dicatur moroſus, niſi, & illi tempus fuerit prætereà conſtitutum ad ſoluendum, aut aliud faciendum, ex *deciſ. Seraphin.* 805. *par.* 4. *diuerſ.* At ille, qui voluerit à mora procul eſſe, oblatione vti debebit, non tamen cõditionali, vt idẽ *Caputaq. dec.* 268. *ead. p.* 2. nec verbali, ſed in ſcriptis & reali, *Theſ. q. for.* 81. *n.* 6. *lib.* 2. *Staib. reſ.* 153. *t.* 2. At oblationem debitorum in alia pecuniarum quantitate, etſi verbali, nec congruo loco, & tempore factam, imò de ſola pretij parte ad excuſandos ipſos à caducitatis pęna, pro bona, & legitima reputauit *Rota*, eodem *Caputaq.* teſte *in deciſ.* 271. non autèm oblationem pretij fructuum per conductorem locatori factam ad ęſtimationem vnius anni, quam locator accipere renuebat, volens ad æſtimationem alterius anni fieri, vt ille ſcripſit *dec.* 269. concinunt à *Menoch.* tradita *de arb. Iud. caſu* 232. *num.* 3. *Thor. add. ſect.* 2. *verbo, mora purgatio.*

11 Contracta itaquè mora, ſubintrat altera regula, nè illa purgetur, vt anteà diximus ex *Caran. num.* 1. & alijs, præterquam aliquibus in caſibus, præſertim in adimplendo non impletum contractum, ex dictis per *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. reſol. cap.* 187. *à num.* 12. quin, & vbi dolus adeſt, etiam concurrente iuramento, admittatur de Iure Canonico, præportat *dec.* 277. *par.* 2. *diuerſ.* alteraquè *Caputaq. dec.* 231. *par.* 2. quæ prætereà fatur de pœna in obligatione promiſſa, ſi antè interpellationem contrahatur, illamquè necnè tunc valeat Præſul exigere. Et quando ius partis, re integra, non eſt effectum deterius, illa quoquè datur, *Reg. Capyc. Latro dec.* 30. *lib.* 1. *& dec.* 160. *num.* 36. *lib.* 2. *Noguerol. alleg.* 6. *Ciarlin. lib.* 2. *controu.* 126. *num.* 8. *Fontanel. dec.* 407. *num.* 1. *lib.* 2. *Ann. ſingul.* 349. *Reg. de Marin. lib.* 1. *cap.* 133. *Ripoll. var. reſol. cap.* 7. *n.* 241. *Cenc. dec.* 521. *num.* 5. *& dec.* 535. *num.* 1. *poſt tract. de cenſib. Prat. lib.* 1. *diſcep. forenſ. cap.* 21. *num.* 90. *& cap.* 48. *num.* 15. *Conſtl. Rocc. reſponſ.* 93. *num.* 1. *lib.* 2. & quid dicendum in contractibus inominatis, docent *Alex. in l.* 3. *§. ſed ſi tibi, num.* 1. *ff. de condit. cauſ. dat. & Paul. de Caſtro ibidem, num.* 3. *in fine*, àn competat Iudęo, *Anich. de præuent. c.* 6. *dub. vnic. n.* 56.

12 In contractu verò continente pactum reſolutiuum, poſſitnè eiuſmodi tarditas aliquo modo excuſari, & aboleri; negatiuè reſpondent *Hieronym. Grat. conſ.* 93. *num.* 61. *lib.* 1. *Gratian. diſcep. forenſ. tom.* 4. *cap.* 786. *num.* 31. *de Ponte conſ.* 67. *num.* 5. *Amat. conſ.* 69. *num.* 22. *Reg. de Marin. lib.* 1. *cap.* 271. *num* 3. diſtinguit verò *Caputaq.* & negat, inſpecto iure ciuili, *in dec.* 235. *par.* 2. necnon *Puteus dec.* 66. *p.* 3. laudatus à *Paulo Bellono lib.* 1. *de poteſt. cor. quæ fiunt in contin. c.* 73. *n.* 7. *Viu. dec.* 531.

13 De Iure verò Canonico maximè du-

dubitari, neq; illucusquè decisum reperiri addit ipsemet *Caputaquen.* cuius meminit R. *Capyc. Latr. add. dec.* 30. *n.* 6. nec refragatur altera eiusdem *Caputaq. dec.* 231. siquidem pacto non innititur resolutiuo, quod adiectum ratificationi, non assignationi præbendæ, aduertit, nimirùm perperàm prætendisse Franciscum Floranum concordiam esse resolutam; Quamuis autèm ex eius verbis deducatur, quod reijciendo Francisci instantiam tanquam non a dictum pactum assignationi præbendæ, sed ratificationi, videatur supponere, quod si assignationi præbendæ additum appareret, iusta fuisset prætentio Francisci, asserentis concordiam resolutam, non obstante quod breue post tempus capitulum purgasset moram, ratificando illam, & consecutiuè in eam perpendisset sententiam, dari purgationem moræ de Iure Canonico in pacto resolutiuo. Etenim non propterea falsum est, quod scripsit in priùs adducta *dec.* 235. illucusquè decisum minimè fuisse; quandoquidem nec in illa 231. decisum apparet, cum illius articuli, ac dubij inuestigatione opus non fuisset, illud enim non intrabat, ob subsistens in eo casu specificum factum, cuius virtute excludebatur Francisci intentio, absquè quod illius veritas inquireretur, qua in re videas *Gratian. discept. forens. lib.* 4. *cap.* 786. *& cap.* 915. *nu.* 3. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 23. *tit.* 2 *num.* 29. *Ioseph. Ludou. dec.* 9. *Reg. Capyc. Latr. in* sæpiùs *memor. dec.* 30. *& Consil. Rocc. cit. respons.* 93. *à num.* 15. atq; de his satis.

14 Ad emphyteutam nùnc progredientes dicimus, quod si canonem soluere distulerit, & hæsitetur, àn sibi permittatur, necnè moræ purgatio; Relegamus illius veritate indigentem ad *Guidon. Papa dec.* 123. alteramq; in superioribus citatam *Putei* 66. *par.* 3. *& Vinij dec.* 531. & *Corbul.* limitationem quadragesimam primam constituendo regulam *tex. in cap. potuit, locati*, affirmat, purgare posse, cum ampliationibus, & restrictionibus *in rubr. relata in superioribus limit.* 41. quamq; moram, & emphyteutæ creditori purgare quoquè licebit, soluendo census decursos, ad conseruationem sui iuris, nè res deuoluta declaretur, *Ann. sing.* 168. *Giurba dec.* 91. *num.* 6. *Reg. Sanfel. dec.* 114. *num.* 1. *lib.* 1. *Gizz. in obseru. ad indic. decis.* 30. *Reg. Capyc. Latro num.* 17. & distinguit *Faber in C. lib.* 4. *tit.* 42. *de iur. emphyt. defin.* 62. quid verò post sententiam *Vrsill. ad Affl. dec.* 174. *n.* 3. *Thor. par.* 3. *compend. dec. sect.* 2. *verbo, moræ purgatio, Sanfel. add. loco, Gratian. discept. forens. cap.* 709. *num.* 46. *Consil. Hodiern. ad Surd. dec.* 29. *nu.* 9.

15 Verùm iam dicta mora dicatur nè remissa, si dominus recipiat Canonem absq; protestatione, extricant *Magon. dec. Lucensi* 35. & latioribus habenis idem *Corbul. eadem adducta rubr. limit.* 21. *Iul. Clar.* §. *emphyteusis q.* 10. *n.* 2. *Guid. Papa quæst.* 171. *num.* 3. & affirmatiuè resoluunt, etiam si à procuratore exigatur, *Monter. dec.* 5. *num.* 77. nisi protestatus fuerit, per hoc non remittere caducitatem, *Clar. add. loco n.* 1. *Marta par.* 1. *decis. tit. de mora cap.* 19. quæ quippè protestatio hunc effectum producit, quando pensiones de præterito recipiuntur, secus si de tempore futuro, tùnc namquè protestatio nihil operabitur, quo minus caducitatis pœna remissa censeatur, teste eodem *Claro num.* 1. *vers. hoc ita intellige, Suelues cons.* 9. *num.* 3. *D. Franc. de Cuenca in add. ad Albaran. lit. X, sub num.* 9. qua de re *Reg. de Marin. lib.* 1. *cap.* 271. *à num.* 9. Cum verò agitur de pœna regressus quomodo purgetur, extricat peroptimè *Peniæ decis.* 804. *p.* 4. *diuer.* quæ insupèr resoluit, non impediri moræ purgationem per clausulam, sublata.

16 In capitalibus autem causis (vulgo criminalibus dictis) possit etiam illa purgari in breui tépore, quamuis dies, & pæna insit, in Iudiciorum tamen præparatorijs, cum alioqui Regula obstet, conclusit *Thesaur. dec.* 77. concinitq;

præfata *Caputaq.dec.*235.noſq; accuratius explanauimus ſuper *ritu* 163.*tom.* 1.& nunc addimus *deciſ.Maſtrill.*259. *& 291 par.3.Viu.dec.*425.*lib.*3.*& Seraphin. priuil.* 48.*Paul.Bellon.lib.*1.*de poteſtate cor. quæ fiunt in cont. cap.*34. *ſub num.*3.*& cap.*73.*num.*7.& quando in huiuſmodi materia breue dicatur tempus, *Gratian.lib.*2.*diſcep.forenſ.cap.* 307.*num.*30.*Viu.opin.*524.*Barz.deciſ.* 50. *nu.*77.*Anton.Contius lib.*2.*ſucceſſ. lect. cap.* 18. *Cacher.dec.*48.*Emundus Merill. lib.* 2.*obſeruat.cap.*16.*Reg.Capyc. Latro dec.* 129. *num.*33.*Gizz.ad eund.Reg.Latro obſer.*29.*à num.*12.

17 Cæterum quæſtionem excitatam à noſtro *Cauit.num.*6.de debitore ſuper tenore Inſtrumenti citato, qui ſe non teneri ad ſolutionem dicat, ex quo imminet euictio in re ſibi vendita, de eaquè conſtet per authenticam fidem, extricant, ipſo citato *Conſil. Paſchal. de patr. poteſt.p.*1 *cap.*8.*ſub num.*6. *Frecc. de præſent. Inſtrum. p.* 7.*q.*5.*& 6.Galter. in prax. Inſtrum.p.*2.*ſecunda par. num.*55.*Ricc.collect.dec.*1708.*Thor.p.* 3.*compend.deciſ.ſect.*1.*verbo,exequutio inſtrumenti,Conſil.Staiban.cent.*2.*reſol. for.*186.*Conſ.Hodier.ad Surd.dec.*295. *nu.*2.& certè, data fideiuſſione à Creditore, illud liquidabitur quæ præſtanda erit pro omni euictione, iuxtà *dec. de Franch.*555.quam inſequitur *Maſtrill. dec.* 160. *in fin. p.* 2.quiduè ſi euictio immineat ratione hypothecæ, idem *de Franch.*tãgit concinũtq; à *Coſta* tradita *in praxi conuent.clauſ.*73.*p.*2.quid verò ſi emptor non petat pretium, ſed debitor illud offerens cautionem petat, *Fab.de Ann.in add.nouiſ. ad ſing.genitoris* 570. *num.*563.& lis ſit affectata, & calumnioſa, *Galter. num.*58. hæcq; cautio præſtari debet etiam ab idoneo facultatibus, iuxtà *Carau.* hoc in *ritu n.*9.effatũ,& *Galter.add.loco n.*56. idonei verò facultatibus qui præſumãtur, *Surd.dec.*295.*n.*11.*& dec.*320.*Burſat. conſ.* 113. *nu.*16.*lib.*1.*Maſcard.de prob.concl.*878.*Menoch.de præſump.lib.* 6.*præſ.* 91.*num.*22.*Gratian.diſcep.forenſ. cap.* 289.*num.*11. *Paul.Bellon.de poteſt. cor.quæ fiunt in continenti,lib.*1. *cap.* 178. *num.*2.

18 Verùm Magiſtratum, ſi non recipiat fideiuſſorem ab idoneo principali, excuſari, ex *Carau.* indicat *Auus meus ad Gramm.dec.*33.*nu.*9. Excuſatur quoq; venditor ab onere præſtandi huiuſmodi cautionem ſi laudauerit in Authorẽ diuitem, qui onus Iudicij in ſe ſuſcepit, *Affl. dec.* 171. *Surd.dec.*183.*num.*10. *Maſtrill. dec.*160.*Gaſp.Theſaur.quæſt. forenſ.*77.*num.*5.*lib.* 1.quibus, & *Carauita* laudatis, inhæret *Paſchal. in add. nouiſ. poſt memor.tract.num.*6.*Galter. cit.num.*57.*Menoch.de arb.Iudic.lib.*2. *cent.* 3. *caſ.* 234.*num.*4.*Borgn.Caual. dec. Fiuiz.* 4.*p.* 1.*num.*3.*Marcell.*Calà *de modo articul.Gloſ.vnic.*§.2.*nu.*997. *Thor.p.*1.*compend.dec.verbo, cautio*, de quo dubitat idem *Carauita*, & cum eo Ipſe. Ex quibus in cauſa propria reſpõdi, tutorem, qui pecuniam pupillarem depoſuit apud Mercatorem, qui communiter reputabatur idoneus, non teneri, illo decocto, *l.ſi res pupillaris, ff. de adminiſt. tut.Bar.in l.ſi ſolutionus, ff. de ſolut.Lop.in cap.per veſtras notab.*6. §. 6.*num.*1.*& 3.pag.*175.*Surd.de aliment. tit.* 9. *q.*40.*num.*39.*ex tex.in l. ſed an vltro*, §. 2.*ff.de negot.geſt.l.*2.*C. eod.* & in terminis *Io: à Sanne* videndus *deciſ. Friſic.ſeù in lib. rer. in ſuprem. friſ. Cur.iudic. lib.*2. *tit.* 9. *defin.*13.*fol.*171.

19 Quia verò æquitatis etiam noſter *Ritus* meminit, ad memoriam legentium reducimus, quod æquitas, ideſt æqualitas explicatur, per *Afflict. in c.vnico*, §. *ſed quia, nu.*15.*quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.* quam æqualitatem, quia iura ſemper deſiderant, *eod. Afflict.*teſte *in cap.*1.*Imperator Lotharius* Iudicem oportere æquitatem ſequi, eamque ſemper debere ante oculos tenere, aſſeuerat *tex.in. l. quod ſi epheſi*, §. *in ſumma, ff. de eo, quod certo loco*, ità tamen, vt nimis iuſtus eſſe, non debeat, ex *tex. in cap. denique* 1. *diſtinct.*ſed miſericordiam adiunctam habeat,

beat, vt inquit *Specul.de offic.omn.Iudic.* §. 1. *versf.item ad Iudicis*, quin *Bar.in l. 1.ff.de legib.* æquitatem esse temperamentum quoddam recedens ex causa à regulis iuris communis affirmat, necnon *Archidiac.in cap. 1.de confess.in 6.* authoritate *Cyprian.* scripsit, esse iustitiam dulcedine misericordię temperatam, ob idquè æquitate non immeritò pro ipsa iustitia vtuntur iura, *text.* præsertim *in l.fin.C.de censib.* ibi, *æquitatis ratione suadente*, *Iacob.* etiàm *de Beluis.& Bal.in c.vnico.§.vt autem æquitas,de pace iuram.firm.* equitatis definitionem illam esse dicunt, quod sit rerum conuenientia, quæ in paribus causis paria iura desiderant, & omnia benè coequiparat.

20 In hoc imitentur Iudices, ac Principes Deum, qui, & ęquitate summa, & clementia omnes prosequitur, ad *tex.in l.vlt.C.de donat.int.vir. l.Imperialis, C.de nupt.* Hos honores regia maiestate dignos habeant, hoc felicissimi Imperij pulcherrimum sceptrum, æquitatem, gerant, non fulmen(vt *Plutarchus* ait) non tridentem, quomodo se pingi, ac fingi iubentes nonnulli stultitiam suam inuidiæ exposuerunt, dum affectant ea, quæ consequi nequeunt. Succenset enim Deus tonitrua, & fulmina, radiorumquè proiectus seueritatem videlicet, imitantibus: qui verò virtutem ipsius æmulantur, & clementia, humanitateq; ipsum referre conantur, ipse hoc studio delectatus eos auget, suaquè iustitiæ æquitate, veritate, ac mansuetudine impertit, quibus nihil est aptius, quod populorum animos, & exterarum gentium amorem illis cōciliet. Hæc proponit Principibus eruditissimus *Nieremberg.Soc. Iesu in suo Theopolitico:* & sanè opus Principis æquitas est benignitatis aura conspersa, hæc est qua Regna seruantur, quæ seditiones cohibentur: si Iudicem æquum paritèr, & clementem sortiantur populi, nullum illis est seueritatis iugum, nulla in Principem animaduersio. Auream illam *Senecæ de Consol.* sententiam Iudicibus æquè, ac Principibus amplectendam propono: *Nihil quidquam*, ait, *ipse pulchrius existimo in fastigio collocatis, quam multarum rerum veniam dare, nullius petere*; quis enim ignoret, quod æquitatem clementiæ cognatam voluntaria innocentia impetu suo sequatur?

21 Extat hac de re elegantissima disceptatio Liuię cum Augusto, *apud Dionem Nicæum*, vbi clementiam imperantibus summè necessariam esse, demonstratur, & optimè *Antonius Pius post Scipionē, Malle se vnum Ciuem seruare, dicebat, quam mille hostes occidere*, eandemquè aliorum Principum Romanorum sententiam fuisse, testantur *Sextus Aurelius Victor.in Nerua,& Diocletian.Vulcat. Gallican.in Auidio Cassio.Pompon. Lætus in Diocletian.Marcell.lib.19. in fin. 26.& 30.*

22 Hæc æquitas igitur, & beneuolentia Principem decet, vt quocunq; venerit, mansuetioria omnia faciat, cuius clementiæ, & mansuetudinis encomia ex nostratibus recenset *Franc.de Petr. sestiu. lect. lib. 1. cap. 3. sub num. 9. & lib. 2. cap. 2.* necnon *consil. 5. & cons. 44. num. 6.* Iudices etiam, in inter-

23 pretandis legibus, sequi oportere ęquitatem; eloquentiæ Romanæ Princeps *Tullius in oratione pro Aulo Cæcina*, copiosissimè, atquè ornatissimè probat: *Nam, non ex verbis*, inquit, *totum pendere ius debet, sed verba seruire hominum consilijs, & auctoritatibus*. Atq; hic obseruatione dignum, vt in vnaquaquè re, neq; partes iustitiæ, nequè misericordiæ penitus excludantur, sed optimo vtriusq; temperamento adhibito procedatur, *Aerod. lib. 7. titul. 3. cap. 12. Petr. de Vineis lib. 6. epist. 18.*

Et tandem noto, quod iste *Ritus* in Ritibus vulgaribus tenebat cētesimum vigesimum locum, eiusquè initium erat, *quando alcun citato, &c.* nec tantum amplexabatur relatam obseruantiam, sed aliam insuper, quod debitor teneretur soluere creditori quidquid in reassumptione instrumenti, alijsq; in actis

actis Curię expendisset, teste *Paride de Puteo in tract. de syndicat. verbo, Instantia.*

RITVS CLXXIV.

ITèm seruat ipsa Curia, quòd si aliquis, vel aliqua interrogata per ipsam Curiam super tenore alicuius instrumenti depositi, commodati, vel alterius debiti, siuè confiteatur instrumentum ipsum esse verum, asserens se satisfecisse: siuè neget instrumentum esse verum; statim detinetur, & competens terminus datur ad probandum defensiones suas, nisi in promptu doceat per publicum instrumentum quietationis, vel per aliam scripturam authenticam: quo casu non detinetur.

SVMMA RERVM:

1 *Probatio facta per Instrumentum, vel aliam authenticam scripturam dicitur in promptu, & in continenti.*

2 *Apoca sit nè scriptura authentica, & quando probet.*
Si testibus subscriptione careat; quid si habeat sigillum.

3 *Cogi an possit creditor ad recognoscendum apocam ab eo subscriptam.*

4 *An fidem faciat apoca, vbi non sunt subscripti testes, sed deponunt de characteris notione, & concurrat manus comprobatio.*

5 *Apoca bancaria in fide crediti notata, & creditori consignata, an impediat liquidationem.*

6 *Copia apocę ex Banco sumpta, àn authentica, vel priuata dicatur scriptura.*
Quid si sit extracta ab exemplo, legitimè excemplate.

7 *Authenticam quid, eiusq; significata remissiuè.*

8 *Apocę virtute creditor anterior nùm, & quando pręferatur posteriori vigore Instrumenti, quid inter mercatores,*

1 RItus iste noster annuit, probationem factam per Instrumentum publicum, vel aliam scripturam authenticam dici esse in promptu, & in continenti, & confirmant *Roland. cons. 76. nu. 8. cons. 79. num. 47. cons. 85. num. 38. & cons. 89. in princ. vol. 1. de Franch. decis. 279. num. 1. & ibi Visconti* memor *Carau. in hoc ritu, Ann. cons. 17. num. 23. Feller. de censib. num. 59. fol. 228 Gratian. dec. 44. num. 1. Cephal. cons. 21. col. 1. Ruginell. in tract. p.p. qq. in 6. q. nu. 9. Galter. in prax. 2. p. 3. par. rub. 3. nu. 28. Iodoc. in prax. ciu. cap.* 174. & consequentèr, etiàm per apocam subscriptam trino teste, scribit *Carau. sub nu. 3.* & indicauit *in rit. 167. num. 23.* confirmatque *Iodoc. in sua prax. Ciuil. cap. 175. num. 21.*

2 Quid si tantùm manu creditoris sit signata, quamuis neget *Milanensis in decis. Sicilia 13. sub num. 129. lib. 2.* attamèn idem dicerem, quia *tex. in l. scripturas C. qui pot. in pign. hab.* supponit fraudem, quæ posset tertio nocere, qua cessante, cessat etiam, & illius dispositio, vt dicit *de Franch. decis. 95. sub num. 4. & Seraphin. decis. 1379. par. 2.* ac proptereà respectu eiusdem creditoris, non dubito, explosa contradicente sententia citati *Milanensis*, suffulti legibus illius Regni, quibus etiàm iuribus probari testibus hoc casu solutionem non posse, adiungit, & tamèn illis probari posse, eisque in promptù productis, audiri, non constitutum in vinculis conceditur in Regno, per *Ritum* proximè sequentem 175. quid si fuerit recognita manus, vide *Ann. allegat. 175. à n. 3.* si verò fuerit producta apoca non manu

nu, sed signo trium testium scribere nescientium signata, vide *Surd. decis.* 137. quid si præter subscriptionem adesset sigillum, *Portius Imolinens. conf.* 95. *nu.* 15. *Claud. Lutius allegat.* 8. *num.* 12. *Iodoc. cap.* 174. *num.* 3. quid si careret subscriptione, côtineret tamèn sigillum *Roman. conf.* 303. *sub num.* 2. *& Hippol. in rub. C. de probat. num.* 300. aut si adesset subscriptio, esset tamen manu propria ipsius scripta, idem *Roman. num.* 1. per *text. in l. cum antiquitas, §. fin. C. de testamen.*

3 Sed àn cogi possit creditor, qui apocam subscripsit, ad recognoscendum, affirmatiuè tradunt *Dec. in cap.* 1. *num.* 25. *de probat. Mandos. ad Rom. conf.* 573. *Vrsill. ad Affl. dec.* 85. *num.* 6. *& dec.* 173. *num.* 1. *Gram. dec.* 34. *num.* 16. *Caualc. dec.* 27. *num.* 58. *p.* 2. *Ann. sing.* 277. *& Foller. in prax. censual. in verbo, tanquam res iudic. nu.* 62. *pag.* 228. *in nou.* loquitur de apoca, quæ à debitore producitur aduersus liquidationem, & executionem instrumenti censualis, quæ si non est recognita, & verificata, non impedit, sed potest cogi creditor ad illam recognoscendum, eaquè recognita, supersedetur, insequitur *Visconti in conclus. iur. verbo Iudex potest compellere*, qui ita intelligendum esse *Carau. in hoc ritu ad fin. vers. quarto illa*, aliàs malè loqueretur, subnectit.

4 Quid si adsint testes in apoca non subscripti, sed deponentes tantummodò de debitoris manu, non quod illum scribentem viderint, sed quia eius characterem notum habent, & cũ talibus depositionibus, concurrat manus comprobatio cum alijs scripturis, recurre ad *Ann. alleg.* 125. *Thesaur. q. forens.* 24. *nu.* 10. *lib.* 2. *Anum meum ad Gramm. dec.* 84. *num.* 1. *Reg. Sanfelic. dec.* 155. *tom.* 2. *Reg. Valenz. conf.* 174. *num.* 10. *Reg. Fab. Capyc. Galeot. contron.* 29. *tom.* 2. *Consil. Rocc. respons.* 29. *num.* 2. *tom.* 1. & latè *D. Petr. Quesada diser.* 11. *à num.* 1. *Io: Bapt. Mucc. var. qq. forens. dilucidat. q.* 6. intellectũ tradens *prag.* 5. *de liter. cambij num.* 4.

5 Quid verò si apoca bancaria fuerit à debitore creditori facta, & notata in fide crediti, & pecunia non sit à banco, seù mensa argentaria amota, respondi, impediri liquidationem, quãuis ordine superioris, vel ex alia causa, originem non habente à debitore, fuerit in banco impedita exactio pecuniẽ; Etenim datio fidei crediti cum apoca eidem banco directa habetur loco numerationis pecuniæ, & ex consignatione cedulæ dominium, & possessio pecuniæ in creditorem recipientem transit, *Reg. Sanfelic. dec.* 157. *lib.* 2. *Reg. Ronit. dec.* 35. *num.* 8. *Cons. Staiban. centur.* 2. *resol. forens.* 165. *per tot.*

6 Copia tamen apocæ ex banco sumpta, seù fides solutionis per eum factæ est certè authẽtica, quamuis priuata, & sufficit, quod idẽ *Milanens.* asserit *cit. decis. sub n.* 130. & tradit *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 14. *& fin. Glos. vnic. p.* 1. *n.* 17. *to.* 2. Si verò esset scriptura extracta ab alio exemplo, nequaquam, etenim illa non probat, etiam si ab exemplo legitimè exemplato, iuxta *decis.* 739. *par.* 1. *diuers.* quin, & dato quod scriptura esset sollemnitèr, atquè legitimè exemplata; isthæc siquidem omnia conclusit *Rota in Ispalens. seù nullius decimarum de Aymonte* 14. *Iunij* 1610. *coram tunc emeritissimo Auditore Ludouisio*, deindè *Sanctissimo Gregorio XV.* inter cuius decisiones, est *decis.* 28. *lib.* 3.

7 Cæterùm, Authenticum quid, eiusquè significata, tradit *Pacaninus Gaudentius expositionum Iuridicarum in additamento critico c.* 42. *fol. mihi* 177. & nè omittas perlegere, quæ *Lanfranch.* distinguendo, scribit de apodixa *in prax. cap.* 9. *à num.* 47. quæ principalis subscripta manu, ac notarij subscriptione roborata, satis quidem esset, quia est etiam authentica, tametsi priuata.

8 Cum verò dubitetur, num creditor anterior virtute apocæ priuatæ præferatur creditori posteriori vigore instrumenti recordare, decisum fuisse affirma-

matiuè *in ead. dec.Seraph.*1379. si duo concurrant, alterum, si comprobetur veritas debiti in apodixa contenti, Alterum verò, quod in dicta apoca sit constituta hypotheca, *Genua de script. priu. lib. 1. conclus. 3. & vlt.ad legem scripturas num. 19. & 49. Thor. p.3. compend.sect. 1.verbo hypotecha*,illaque tribus testibus probatæ atq; integræ opinionis verificetur, *Reg.Sanfelic. in prax.iudic.sect.*5 1.*num.*21.*de Franch. dec.*644.*num.*2.*Gratian.cap.*537.*à nu.* 1. *Cons. Carleual. de Iudic.lib.* 1.*tit.*2. *disput.*7.*num.*37. quid verò dicendum sit vnus ex tribus testibus sit mortuus, tradit *Gizz. ad Reg.Capyc. Latro dec.* 55.*à num.*6.Inter marcatores verò sufficere duos testes subscriptos esse, si de veritate negotij illi deponant, imò,& si non sint subscripti, tradit *D. Ioseph de Ninno de Albarano, seu Chirographo mercator.*§.11.*num.*10.

RITVS CLXXV.

ITĕ in casu præmisso, si interrogatus per ipsam Curiā super tenore instrumenti alicuius aduersarij, doceat in prōptu per publicū instrumētum quietationis, vel aliam scripturam authenticam: vel per testes se satisfecisse suo aduersario de debito in ipso instrumento cōtento:non detinetur:sed detinetur suus aduersarius prædictus, tanquam calumniator,et periurus.

SVMMA RERVM.

1 *Vnicuiquè volenti aliquid probare, facere licet, vel scripturis, vel testibus.*

2 *Testibus probari solutionem ad impediendam liquidationem ostenditur, in promptu tamen productis.*

3 *Illi sint nè tùnc citandi?*

4 *Requisiti à parte dicantur nè spontanei.*

5 *Testes ad futuram rei memoriam recepti, àn liquidationem instrumenti valeant impedire.*

6 *Pactum quod non possit probari solutio per testes, nisi per scripturas, àn valeat.*

7 *Excludatur nè probatio per iuris præsumptiones.*

Decisio S.C. adducitur.

8 *Sed àn sicuti possunt produci testes, Curia pro tribunali ad probandam satisfactionem, ita etiam recipi debeant super alijs exceptionibus, vt impediri possit liquidatio, & debitor extra carceres audiatur, latè inquiritur.*

9 *Praxis, & stylus M.C.V. indicatur.*

1 VNumquemquè volentem aliquod probare, vel scripturis, vel testibus id facere posse, non dubitatur, ex *tex. in l. cum de indebito, ff. de probat.* vbi *Glos.* adijcit, quocumq; ex prædictis modis factam probationem dici legitimam, sequiturquè *Pacian. de probat. negat. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 20. *de Franch.dec.* 278. *num.* 1. *Mysinger. singul. obseru.* 39. *num.* 1. *cent.*4. Ideò cum ad impe-
2 diendam liquidationem instrumenti, iuxta formam *Rit.* 166. satis sit, deducere solutionem ex verbis illiusmet *Ritus*, opus quippè erat subijcere modos omnes, quibus ad hunc effectum intelligatur probata solutio, idquè per instrumentum, vel alteram scripturam authenticam fieri posse, quia in antecedenti *Ritu* asseritur, quin, & in huiusmet initio confirmatur, decebat autem ex prædictis id ipsum concedere per testes, nimirùm si addidit verba (*vel per testes*)quibus allegatā solutionem testibus quoq; verificari, insinuat, hancquè probationem per testes primum locum obtinere inter probationes

nes, ſcribunt *Maſcard. de probat. to. 1.*
q. 5. in init. Fontanel. de pact. nupt.
clauſ. 14. & fin. Gloſ. vnic. par. 2. num.
num. 68. Conſil. Staiban. cent. 2. reſol.
forenſ. 152. num. 1. & appellatione in-
ſtrumentorum, teſtes comprehendun-
tur, *Scaglion. in Ritu 163. num. 1. Ca-*
nenſ. in Ritu 245. num. 35. Schrad. in
l. admonendi, ſub num. 140. ff. de iure-
iur. Caran. in Ritu 275. num. 17. Pa-
ris. de reaſſumpt. inſtrum. rubr. 17. nu.
3. Frecc. de præſent. inſtr. p. 8. q. 2. n. 53.
Surd. dec. 72. n. 6. Thor. p. 3. compend.
dec. ſect. 2. verbo, Probatio liberationis,
dummodò quinq; illi ſint, & rogati, ad
tex. in l. teſtiũ, C. de teſtib. Myſing. ſing.
obſer. cent. 1. obſeru. 5. num 4. D. Reg.
Rouit. in rub. de inſtrum. liquid. n. 38.
Papar. ad Conſuet. Cathac. n. 17. f. 248.
& in promptu producantur, vt impe-
diri poſſit liquidatio inſtrumenti, *Dãz.*
t. 1. de pugn. DD. tit. de præamb. n. 38.
3 Quemadmodum, & de ſcripturis lo-
quẽns vterquè *Ritus* conſtituerat, ſci-
licet ſe illos vna ſecum produxit, quo
caſu præcedere citationem teſtium nõ
oportet, eo quod producti fuerunt à
parte, & ceſſat ſuſpicio ſpontaneæ de-
poſitionis. Alteraq; ſubintrat aſſertio,
4 quod teſtis requiſitus à parte non ſpõn-
taneus dicitur, neq; ſuſpectus reputa-
tur, ex *Caſtr. in l. quæ omnia, num. 4.*
ff. de procurat. longioriq; ſermone do-
cet *Farinac. q. 80. num. 11.* quid ſi de-
bitor producat vnum teſtem, & petat
ſibi deferri iuramentum ſuppletorium,
án interim ſit vinculis mancipandus,
quod ſic, *Frecc. de præſent inſtrum. par.*
16. q. 2. Ad futuram rei memoriam
5 examinati, àn inſtrumenti liquidatio-
nem valeant retardare, inquirunt *Lof-*
fred. conſ. 19. num. 7. de Franch. deciſ.
366. num. 14. Molfeſ. ad Conſuet. to. 2.
fol. 225. num. 8. P. de Affl. contro.
iur. cap. 21. num. 20. & 35.
6 Verùm àn valeat pactum, quod non
poſſit probari ſolutio, niſi per teſtes,
negatiuam aleam ſuſtinent *D. Reg. de*
Ponte conſ. 36. num. 16. vol. 1. Rouit. in
prag. 1. num. 16. de locat. & conduct.
Vin. opin. 575. par. 2. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 1318. num. 14. Peregrin.
deciſ. 149. num. 3. Dom. Conſ. Hodier.
ad Surdum deciſ. 277. ſub n. 5. contra-
rium verò pro validitate pacti iurati
reſpondere, *Vrſill. ad Afflict. dec. 398.*
num. 4. de Franch. deciſ. 361. num. 4.
Thor. compend. dec. par. 3. ſect. 2. ver-
bo, pactum, quod ſolutio, pag. 231. Reg.
Sanfelic. deciſ. 185. num. 10. par. 2. Io:
Franc. Marott. diſcept. forenſ. cap. 24.
per tot. Reg. de Marin. ad Reuert. dec.
435. nouiſſimè deciſum tradens ſub
n. 2. noſq; diximus latè in *Ritu 166.*

Sed in cauſa patrimonij Michaelis
de Amato, ſiuè eius creditoris Nota-
rij Io: Baptiſtæ de Auerſana hominis
morum ſuauitate, ac vitæ integritate
præclari, cum Olimpia Milone legata-
ria D. Laurentij de Amato. Expeten-
7 ti prædictæ Olimpiæ creditum ducato-
rum centum quinquaginta mutuo da-
torum à dicto Michaele prędicto Lau-
rentio eius fratri vigore inſtrumenti
ſub die 22. Ianuarij 1602. opponeba-
tur, quantitates prędictas non deberi,
& prçſumi ſatisfactas, ſeù remiſſas ex
lõgitudine tẽporis, & ſanguinis coniun-
ctione, ad *tex. in l. procula, de probat.*
Affl. dec. 13. num. 13. Surd. deciſ. 105.
num. 4. Præſ. de Amat. conſ. 43 nu. 25.
& conſ. 53. num. 1. Eſcob de ratiocin.
cap. 37. num. 7. Duen. reg. 207. nu. 3.
Præſ. Merlin. q. for. 87. lib. 1. Theodor.
alleg. 78. num. 18. affirmantes, hæc duo
requiſita ſufficere, & minimè eſſe ne-
ceſſariam calculatam rationem.

Hęc non negabat Olimpia Milone,
ſed dicebat, habere pro ſe clarum pa-
ctum in inſtrumento adiectum, non
poſſe .ſ. probari mutui ſolutionem, niſi
per ſcripturam, & inſtrumenti cãcella-
tionem, & proindè ſi ſolutio per teſtes
probari non poterat (ſuppoſita etiàm
validitate pacti) quorum probatio qua-
ſi pręualet probationi per inſtrumen-
ta, ex dictis per *Franch. deciſ. 278.*
multò minus per prçſumptiones, cum
ſolutionis verbum ad omnem perti-
neat liberationem, *Roman. conſ. 14.*

num. 10. *Fontànel. dec.* 124. *num.* 15. *Giurb obser.* 82. *num.* 4. sed replicabam ipse Notarij Io: Baptistæ Aduocatus, pacto prædicto non excludi probationem per præsumptionem iuris, ex *Bal.* doctrina *in l. vacuatis in final. verbis, C. de decur. lib.* 10. *de Frãch. dec.* 361. *n.* 6.

Addebam, pacto excludi probationem solutionis, sed attentis terminis *l. procula*, debitum nõ solutum, sed remissum censetur, ibi, *quasi tacitè fideicommissum fratri fuisset remissum*; vndè non erat sub pacto hic casus comprehensus.

Et discusso articulo, per S.C. sub die 4. Iulij 1661. *referente Domino Marchione Oliueti*, fuit absolutum patrimonium Michaelis de Amato debitoris, in Banca de Neapoli, in proc. 2. vol. fol. 647. Et vltra præsumptiones prædictas, alia concurrebat, D. Laurentiũ, nempè, creditorem emisse, domum à Michaele fratre, & pretium exoluisse, quod retinuisset, si creditor fuisset, sicut in terminis probant *Bald. in l. si quidem nu.* 3. *C. de transact. Crauett. cons.* 129. *num.* 9. *Natt. cons.* 358. *n.* 13. *vol.* 2. *Aretin. de solut. cap.* 4. *num.* 20.

8 Sed àn sicuti possunt produci testes, Curia pro Tribunali, ad probandam satisfactionem, possint etiàm recipi super alijs exceptionibus, quæ in promptu probatæ, impediant carcerationem, & in consessu doctissimorum virorum, nonnulli hoc non licere affirmabant, idq; deducebant ex nostri *Ritus* verbis, vbi dicitur, *quod si debitor interrogatus per Curiam doceat in promptu per publicum Instrumentũ quietationis, vel aliam scripturam Authenticam, vel per testes, se satisfecisse suo aduersario de debito in ipso Instrumento contento, non detinetur, sed detinetur suus aduersarius, tanquam calumniator, & periurat.* Alij verò hoc negabant, & addebant *Ritum* hunc non aliud præcipere, quam vt si debitor probet in continenti se satisfecisse, teneatur Aduersarius tanquam calumniator ad pœnam; cæterùm quod attinet ad id, àn testes possint, vel nè, recipi super alijs exceptionibus, id nullo modo in *Ritu* deciditur, sed relinquitur dispositioni Iuris; aliòquin enim sequeretur; vt solùm exceptio satisfactionis admitti pòsit ad impediendam liquidationem, eò quod, tàm in hoc *Ritu*, quàm in *Ritu* 166. dicatur, *Debitores statim esse carceribus mancipandos, nisi in promptu, & in ipso instanti doceat de satisfactione*, & tamèn nullus iure dubitauerit, quin aliæ quæuis exceptiones in promptu probatæ impediant carcerationem, vt illo in eodem *Ritu* 166. ostendimus, idquè firmauit *Carauita ibidèm num.* 60. vbi cum probasset *num.* 58. omnes exceptiones in promptu probatas impedire instrumenti liquidationem, quærit postmodùm *num.* 60. *Quonam modo poterunt in promptu probari exceptiones oppositæ ad impediendam carcerationem*, & inquit, *Hoc breuitèr respondere posse, quod dicetur fieri probatio in promptu, si fiat per Instrumentum publicum, item si per aliam scripturam authenticam*; & insupèr, si per testes, & de hoc ait esse ad literam *textum in d. Ritu* 175. & pro indubitato firmant *Franc. de Iud. Robert. in suo praxi liquidationis Instrumenti, consid.* 4. *num.* 54. *Galter.* 2. *p.* 3. *partis principalis, rub.* 2. *nu.* 55. *vers. vndè si debitor*, & eamdem sententiam, post prędictos omnes, sequutus fuit *D. Reg. de Marin. tom.* 1. *resol. cap.* 191. *num* 15. vbi ex citata doctrina *Carau.* inquit, probationem exceptionis, falsitatis, nullitatis, rei non traditæ, & similes in promptu fieri, si fiat per publicum instrumentum, vel per aliam scripturam authenticam, ac insupèr per testes, vt dixerunt, inquit ipse, alij sequentes *Ritus* 174. & 175. & nouissimè confirmat *Pater Gaetanus de Afflict. controuer. Iur. cap.* 48. *nu.* 22. & decisum in sua thesi, refert *Thorus in supplem. verbo, liquidatio Instrumenti an impediri possit, pag.* 377. vbi quęrit, àn liquidatio instrumenti impediri possit prætextu cuiusuis exceptionis oppositæ in continenti, vel per instrumen-

men-

mentum, vel per publicam scripturam, vel per testes, & concludit, fuisse decisum affirmatiuè, quia cum in casu, de quo agebatur, fuissent producti testes Curia pro Tribunali, qui deponebant de noua conuentione facta per creditorem circa prorogationem termini concessi ad soluendum, quorum dicta confirmabantur ex facti verisimilitudine, fuit decisum per S. C. quod causa remaneat, & ratio fuit, inquit *Thorus*, quia exceptiones in promptu probatæ impediunt instrumenti liquidationem; Incontinenti verò dicuntur probatæ, quando constant per publicum instrumentum; Item per aliam scripturam authenticam, & insupèr per testes; ex traditis per *Carauitam Ritu 166.n.60.*

Quin etiam si verba nostri *Ritus* admitterent testes solum super satisfactione, tamèn quia non continent dictionem taxatiuam, tantùm, adhùc extendenda sunt ad exceptiones similes; iuxtà tradita per eumdem *Carauitam d. Ritu 166. num. 59. & in Ritu antecedenti 174. nu. 2. vers. Quæro*. Quinimò, si ad probandas alias exceptiones, nullus negat, quin possint produci instrumenta, & aliæ scripturæ, vel ex hoc ipso admittere opus esset, posse produci etiam testes, cum scripturarum appellatione veniant testes, vt probat idem *Carauita in hoc Ritu n. 2. & 3.*

9 Sed praxis contrarium obseruat, recipitq; tantùm, Curia pro Tribunali, testes super satisfactione extrà vincula, ex traditis per *D.Consil.Staib. resol. 21. to. 1. & resol. 132. to. 2. Cons. Rocc. resp. 90. num. 6. Præs. Merlinum c. 24. to. 2. controu. forens.* & in causa liquidationis instrumenti petitæ per Ill. Comitem Celani, contra Ill. Principem Beluederis, instante Principe, recipi testes, Curia pro Tribunali productos, ad probandam instrumenti simulationem, impedita interim liquidatione, fuit per Iudicem Hebdomadarium prouisum, quod recipiantur testes super satisfactione tantùm, confirmatumquè extitit de mense Martij 1662. per M.C.V. iunctis aulis, & votantibus D.D. Padilla, Cortez Commissario, Astuto, Salamanca, Dura, & Afflicto; fuitq; determinatum, quod pœna ponatur in libro, verùm non exequatur, donèc facto verbo in S.C. alitèr fuerit ordinatum. In banca de Alexio. Quæ prouisio adhùc pendet facienda in S.C. & Dom. M.C.V. Fisci Patronus, iustitiam Comitis cireũuallauit fide omniũ Act. Magistrorũ M.C.V. attestãrium de stylo immemorabili, solùm testes, Curia pro Tribunali, recipi super satisfactione extrà carceres; ratio huius praxis illa videtur, quia opponens satisfactionis exceptionem non impugnat instrumentum, imò illum acceptat, atq; confirmat, sed alias exceptiones obijcienti iuramentum obstat, & proindè vti periurus extrà carceres non auditur, alias esset aperire viam calumnijs, atq; dilationibus.

RITVS CLXXVI.

ITèm seruat ipsa Curia, quòd quãuis secundũ praticam, immò per capitulum quoniam contra, extrà de proba. penès acta debent remanere originalia documenta, tamèn ipsa Curia, facta collatione, restituit partibus.

SVMMA RERVM:

1 *Originalia instrumenta præsentata, an, & quo casu restituantur producenti, vel remaneant in actis Actuarij.*
2 *Scripturæ extractæ ab originalibus vel copijs quando fidem faciant.*
3 *Constare de mandato procuratorio quomodo debeat.*

4 *Assertio Actuarij seu Notarij, in actis existens, quod illud viderit, sit nè satis, quidue si viginti Notarij attestentur, vidisse.*
Quia in antiquis.
5 *Coniunctus, vt pro coniuncto admittatur sine mãdato, duo potissimum conuenire debent, qua recensentur.*

1 Congruit *Ritus* 96. super quo pauca quædam, sed vtilia notauimus. Vide *Muscatell. in praxi Ciuili par. 3. Glos. Respondendum, num.* 14. *et* 15. loquentem de protestatione facienda in actu productionis declarante id facere cum potestate repetendi originale, post *Carau. & Marãt. in specul. p. 6. in 8. actu n. 36.* huius *Ritus* memorem, *Carrabb. de syndic p. 1. num.* 138. *Gaill. pract. obseru. lib. 1. obser.* 134. *nu.* 24. id quod ex hoc *Ritu*, & *Carauita* indicat *Auus meus ad Capyc. dec.* 40. *sub num.* 1. Etenim nec de iure cogitur creditor originalia instrumenta dimittere, ex *Specul. in tit. de Instr. edit. §. videndum, post princ. ex Abb. in c. contingit prim. notab. de fid. instr.* deducit *Carau. hoc in Ritu num.* 1. & de originalibus, & copijs scripturarum, & instrumentorum, quando fidem faciant, loquitur *Iodoc. in prax. Ciuil. cap.* 174. *Thor. p. 3. sect.* 1. *verbo, Exemplum*.

2 Verùm quia in extractionibus copiarum ab originalibus, consuetum est, apponi clausulam, illam extraxisse à proprijs originalibus, intelligendum esse putat *Puteus dec. Roman.* 152. *nu.* 4. *p.* 3. de originalibus registratis in processu, si Notarius priùs fassus esset se extraxisse à processu. Copia verò, seu fides ex altero processu exemplata sit nè satis, dicam *Ritu* 185. opitulanturq; scripta *sup. Ritu* 184. *num.* 2.

3 Mandatum verò procuratorium quando constare debeat, si ignorare nolis, adeas *Boer. decis.* 281. fusissimè explicantem, tùm in contractibus, tùm Iudicijs loquentem: cuius verba huc spectantia, in eam summam reducenda arbitror, originale dimittendum esse, vel saltem exemplum, restituto originali, ex auctoritate *Lucæ de Penna in l. hac sanctione, vers. si quid in procuratore, de diuers. offic. lib.* 12. mentio-
4 nem verò simplicem procuratorij mãdati celebrati manu talis Notarij non sufficere, probatur, ex doctrina *Castrens. in auth. si quis in aliquo documento, subum. 2. C. de edend. & Bal. in rub C. de fide Instr. sub num.* 14. etsi dicatur fuisse illud productum, & visum, reiecta doctrina *Felini in cap. cum in Iureperitus, sub num. 14. de offic. delegat.* quamquã acerrimè reijcit, post *Alber. & Castrens. Rota* coram *Vbaldo in Anconitana censuum 20. Nouembris* 1613. *sub num.* 1. inter rescriptas à *Farinac.* est *decis.* 535. *par. 1. tom. 2. Gratian. discep. forens. cap.* 268. *num.* 54. *Tusch. conclus. iur. lit. R. conclus.* 128. *num. 3. Paul. Bellon. lib. 1. de potest. cor. qua fiunt in contin. cap.* 92. Idq; adeò verum esse addit idem *Castrensis eod. in loco*, vt etiàm si viginti Notarij attestarentur, vidisse mandatum, non probent, cum producendum omninò esse originale, existimet, relicta copia ordinatione Iudicis extracta, adijciẽs quoquè id communi scribẽtium voto probari, & obseruat *Mascard. de probat. concl.* 108. *num. 6. ex Soccin. cons.* 79. *lib.* 2. quid si cum enunciatiua concurrat temporis diuturnitas, *Gabr. comm. conclus. 1. num. 1. Affl. dec.* 347. *Emil. dec.* 353. *p. 2. Mastrill. dec. Sicil.* 101. *n.* 29. *Muta decis. eiusdem Regni* 67. *n.* 6.

5 Quid verò, si coniunctus pro coniuncto compareat, indicat *tex. in l. exigendi, C. de procurat.* præstita cautione de rato, ad *tex. in l. non solum. §. qui alienum, ff. de procur.* & dummodò longè sit coniunctus absens, non in vicinis locis degens, vt optimè probat *Hippol. de Marsil. singul.* 228. & in simili scripsit *Episcop. Campanil. in diuers. rub. 11. cap. 23. num.* 156. cum verò mandatum exhiberetur, nullo addi-

to

to nomine procuratoris; verùm esset album in eo relictum, ad nominandum procuratorem, sit nè validum, prolixo sermone edisserit *Boer. decis.* 274. demumquè annuit.

RITVS CLXXVII.

ITèm quod quæcunquè citationes in processibus factis, nunquam ponuntur in processibus, sed in fasciocitationum, & hæc duo semper fuerunt, & ad præsens seruantur per dictam Curiam.

SVMMA RERVM.

1 *Citationis literæ in processu extare debent, nisi consuetudo admittat poni in filsa.*

2 *Si nullibi reperiantur, verùm Actuarius de illis attestetur sit nè satis.*

3 *Ritus hic obseruatur in citationibus liquidationis Instrumenti, quæ causa summariÿssima dicitur.*

1 VNniuersalis Regni vsus, & omnibus patens non reijcit prędictam obseruantiam, nè literę citatorię ponantur in processu, sed in fasciculo: Romæ autèm ita passim fieri certissimum est mihi, & omnibus, qui eam Ciuitatem incoluerunt in aperto est, nequè propterea in ea Ciuitate subsistūt, quę *Vbald.* congessit *in Anconitan. censuum* 24. *Maÿ* 1613. *num.* 3. iterùmq; *die* 10. *Nouembris eiusdem anni num.* 1. quæ *Farinac.* sunt *decis.* 492. *&* 535. *par.* 1. *tom.* 1. siquidem locum habent, si schedula non reperiatur: non autem cum penès Actuarium, siuè Notarium causę residet, quamuis non in eodem processu, maximè vigente vsu ponendi in filsa, hoc autem Romę in morę est quando facilè haberi, & videri potest;
2 cujus contrarium si schedula abesset, quamuis de ea Notarius attestaretur, illamq; vidisse, aut factam fuisse, scripserit ex allegatis per *Felin. in cap. quoniam contra, sub num.* 51. *si de probat.* opitulanturquè rescripta à nobis antecedenti *Rit. num.* 4.

3 Verùm quoad citationes super tenore instrumenti, hic *Ritus* seruatur, quę cōseruantur simùl in vno fasciculo, vt *Carau.* quoq; fatetur, ea ratione, quia instrumenti liquidatio est succincta cognitio, & vt aiunt, summariÿssima, in qua extraordinariè proceditur, nec fit verè processus, vt alibi plurièes notauimus.

RITVS CLXXVIII.

ITē seruat ipsa Curia, quod si debitor alicuius venit, & ipse creditor sit defunctus, & habeatur de debito ipso publicum instrumentum, & præsentetur in Curia ad petitionem filij, & hæredis dicti creditoris defuncti, dictus debitor viuens interrogatur super tenore instrumenti, si constat eum esse hæredem, secus autem, si debitor ipse sit mortuus, creditor autem viuat, nàm hæredem debitoris ipsius quomodolibèt interrogare non potest super tenore instrumenti, cum præsumatur, iustam ignorantiam causam habere.

SVM-

SVMMA RERVM.

1 *Debitor vivens interrogatur super tenore instrumenti, quamuis creditor mortem obierit, cuius hares liquidat.*
Expedito tamèn praambulo in beneficium haredis creditoris.
2 *In liquidationis executiuo iudicio non vendicat locum regula illa, filius, ergo hares.*
3 *Liquidandi facultas non competit legatario, cui fuit nomen debitoris legatum.*
Praambulum non interponitur in beneficium legatarij.
4 *Heredi vsufructuario àn liceat prasentare Instrumentum.*
Praxis adducitur.
5 *An hares particularis, & fideicommissarius, & hares haredis.*
6 *Creditori àn hoc liceat, cui Iudicis decreto fuit nomen debitoris adiudicatum.*
7 *Contra haredem debitoris, instrumentum liquidari non potest.*
Ratio diuersitatis traditur.
8 *Debitoris corpus, instante creditore, non sequestratur, nec detinetur, quin sepellietur.*
9 *Creditoris vexantis personam, aut domum moribundi debitoris additur pena.*
10 *Sepulchrum àn sequestrari possit, & familiare àn ad faminas heredes transeat.*
11 *Casus recensetur inter Ill. Comitem Conuersani nepotem Ill. D. Portia Pepi Neritonis Ducissa, et Dominum Consiliar. Hortensium Pepi Authoris Socerum, super successione conspicui tumuli erecti in Regali Ecclesia Diui Dominici huius Ciuitatis in familia decorem à D. Marco Antonio Pepi Barone Conturfii, aliorumquè oppidorum.*
D. Hortensius Pepi quando inter Consiliarios Sancta Clara ascitus fuit.

1 Etiam sanxit noster *Ritus* legem, vt hæres creditoris extincti ad formam *Ritus* agere valeat in debitorem viuentem, & prorsùs vera est sententia, quam, iure quoquè communi attento, probant *Bal. in in l. fin. §. etsi prafatam, Cod. de iure deliber. Aretin. cons. 32. num. 1. & 2. Soccin. cons. 89. Suarez. in l. post rem, ampl. 1. num. 10. ff. de re iudic. Gomes, ad l. Tauri 64. nu. 6.* recensentes hanc praxim liquidandi instrumentum, cui quippè praxi complures, tùm ampliationes, tùm restrictiones accommodat, *Galterius in sua praxi liquidation. Instrum. 1. par. 2. par. princ. rub. 1. à num. 10. Masull. ad Capyc. dec. 75. n. 3. Carrab. singul. 88. Grauin. p. 2. declarat. 3. num. 4. Frecc. p. 11. q. 10. Robert. consid. 3. num. 3. Reg. Sanfelic. dec. 213. num. 9. lib. 2.* facto tamen præambulo, explicat *Maranta par. 6. actu 8. sub num. 24.* & insinuat *Auus meus ad memor. Capyc. dec. 75. sub num. 1:* de quo latiùs erit sermo inferiùs *Ritu* 181.

2 Vt propterea in hoc liquidationis executiuo Iudicio, vulgaris illa non habeat locum regula, filius, ergo hæres, sed aliundè vigore præambuli se esse hæredem, liquidationem expostulans, deducere debet, *arg. l. vt necessarijs, ff. de acquir. hared. Bal. in l. perdiuersas num. 22. q. 10. C. mandati, Cancer. var. resolut. cap. 3. num. 92. tom. 2.* & ex *Alex. Natta, Foller.* & alijs, annotat *Camill. Borrell. in summ. decis. tit. 19. num. 6. tom. 2.* & aduertit *Galter. in d. prax. verbo, Aduersat creditor, num. 10. & 11.* & ita iudicatum reperi, tàm in M.C. quàm in S.C. *referente D. Iudice Aloysio Corcione*, in causa Andreæ Porpora, cum Not. Francisco Antonio Campagna, penès Actuar. Lucinam, & conferunt, quæ ad huisce *Ritus* exornatum scripsit *Episcop. Ricc. par. 6. collect. decis.* 2304.

3 Hinc hæc liquidandi facultas haud competit legatario, cui à testatore creditore legatum est nomen debitoris virtute solemnis documenti, iuxtà *Carau.*

ran. sensum *in hoc Ritu sub nu.*8. quem insequuntur *Galter. add. verbo,ad certas creditor*, *num.* 26. & 27. *Tartagl. in prax. ciuil. cap.* 1.*num.*45. quidquid dicat *Carol. Ant. Mocc. in sylu. cas.forens. cap.*42. *num.* 17. annotans,facultatem à nostro *Ritu* non impartiri dumtaxàt hæredibus creditoris ad exclusionem particularium successorum, potissimùm legatarij, qui in re legata pro hærede reputatur, *l.quoties, de hared. instit. Cancer. tom.*3. *cap.*20.*num.* 222. eisquè solidissimum præbet munimen inconcussa praxis, quæ inoleuit,vt præambulum nunquam interponatur in beneficium legatarij, ex exaratis à *Præside Merlino par.* 2. *controu. forens.cap.*2.*num.*2.*Vinio dec.*46.*Thoro voto dec.*57 *num.*2.*Montan.controu. forens. cap.* 43. *num.*11.quiq;substinet præsentationem Instrumenti strictè intelligendam fore,vti pænalem,& à iure communi exorbitantem,quin *Franc. Maria Pat. pract. obseruat.*24.nè dùm *nu.*7. *Carauita* sustinet aleam respectu legatarij, sed nec hæredi in vsufructu, non dato alio hærede in proprietate

4 post mortem, licere præsentare Instrumentum via *Ritus*, explosa *D.Reg.Rouit.*authoritate in contrarium adducta *dec.*26.*num.* 3. firmat, & tradit *Thor. par.* 3.*compend. dec.sect.*2. *verbo*, *Liquidariàn possit instrumentum,pag.* 39. praxis propterea viguit, vt, vel hæres in proprietate interroget super tenore instrumenti, vel vterquè,scilicèt,hæres in vsufructu, eum hærede in proprietate, de qua testatur idem *Pratus n.* 21. sicuti de cedente, & cessionario diximus *Ritu* 166.

5 Idem dicas in hærede particulari, qui loco legatarij habetur, & etiam attenta distinctione *Bar. & Bal. in l. ex facto la* 2. *ff. de hered.instit.*certum est, quod in eum non transeunt actiones directæ, iuxtà *l. quoties*, *C. de hered. instit.* quicquid in contrarium somniauerit, tàm in legatario, quàm in hærede particulari, *Grauinens. p.*2. *declar.* 8. & 9. *à num.* 15. & pro hac opinione collimant cumulata à *Lambert. de iur.patron.lib.*1. *par.*2. *art* 62. *q. princip. pagin. mihi* 136. & *Emanuel Costa in cap.si pater*, *prim. par. in verbo*, *in re certa*, *nu.*11. & 12. Quid de fideicommissario, tangit *Vinc. de Franch. dec.*204. *in princip.* & de hærede hæredis, aut substituto, loquitur *Berard. Pand. de liquid. instrum. p.*2. *declar* 4. & 5. *Galter num.*15. *Duen. regul.*39. *in princ. Papar. ad Consuet. Cathac.fol.*245.*n.*2.Qualitèr verò procedetur si hæres sit pupillus, *Francisc. Ant. de Iudic. Rober. de liquid. instr. consid.* 3.*num.*7.

6 Hinc creditor cui prævio Iudicis decreto nomen debitoris adiudicatum fuit,absquè creditoris, in cuius faciem fuit instrumentum iuratum, vel eius hæredis interuentu, non valebit illud liquidare, *Reg.Sanfelic.decis.*213.*n.*6. & 12. quem insequitur *Gizz. in obseru.ad dec.*115. *Reg. Capyc.Latr.n.*5.

7 In hæredem verò debitoris instrumenti virtute, attentaq; forma agi posse, negat *Ritus* iste noster in relatis verbis, *Si debitor ipse sit mortuus*, ex quibus id peroptimè deducunt DD. quos idem *Galter.*recenset, 2.*par.*2.*p. princip. rub. vnic. à num.*27. necnon obseruat *Auus meus ad Capyc. dec.*75. *sub num.* 1. *Thor. par.* 3. *compend.decis.sect.* 2. *verbo*, *Pæna liquidationis instrumentorum*, & *verbo*, *pragm.* 8.§.7. *in medio*, & decisum memorat *Regens Capyc. Latro dec.* 115. etiam in hærede hæreditario nomine pro defuncti ære obstricto, cuius sciti memores sunt *Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 15. *in fin. Thor. in suppl. dec. par.* 1. *verbo*, *hæres cum beneficio*, necnon *Consil.Staiban. resol. forens.*19. *lib.* 1. scripsit in gratiam creditorum contra hæredem obligatum nomine proprio, cuius veritatem inuestigamus *eod.in Ritu* 166. & meminimus decreti generalis registrati à *Reg. Sanfelic. dec.* 212. *lib.* 2. quod referunt etiàm *Thor.par.*2.*compend. decis. verbo*, *Exceptio discussionis Inuentarij*, *Reg. Capyc. Latr.* 1. *tom.* con-

consult. 31. qui *num.* 26. testatur, in determinatione illa fuisse iunctos Dominos trium Aularum, sed ex lectura decreti apparet totum S.C. fuisse vnitum, vt aduersus *R. Capyc. Latro*, obseruat *Prat. ad Paschal. par.* 1. *cap.* 2. *ad num.* 77. & addimus, de iure communi articulum examinantem, *Mar. Giurb. p.* 1. *obseru.* 104. quo beneficio, & gaudere fideiussorem ipsius hæredis, expēsa doctrina *Hering.* resoluit *Moccia, in eius sylua cap.* 47. Verùm quæ fuerit tàm dissimilis huius *Ritus* dispositionis ratio, vacillāt scribentes, quāuis non desint, qui persuasiuas recenseant rationes, maximè *Pannus ad Ritū* 166. *par.* 2. *declarat.* 3. *n.* 5. idemquè *Galter. à nu.* 28. postrema verò huius *Ritus* verba insinuant, quæ illa sit, dum in hæredē debitoris interrogationem non admittūt, quia præsumitur iustam ignorantiæ causam habere, sed eius quę sit vis, poteris, studiosè lector, animo peruoluere.

8 Cæterùm, cum debitor interijt, eius cadauer sequestrari, vel detineri nequeat, adhùc creditore instante, quin sepulturæ detur, asserit *Menoch.* latè scribens *de arbitr. Iud. cas.* 387. *Brunor. à Sole q.* 29. *à num.* 1. *Mart. de iurisd. par.* 2. *cap.* 47. *nu.* 3. *& par.* 4. *cas.* 155. *num.* 2. *Canalcan. de brach. Reg. p.* 4. *num.* 379. *& par.* 6. *num.* 558. *Caball. cons.* 203. *Ant. Scopp. de iur. non script. cap.* 99 *num.* 6. *Franc. de Petr. cons.* 49. *num.* 38. *Lauor. variar. lucubrat. tit. de prisco funerand. more, cap.* 1. *n.* 125. *Manson. de caus. execut. limit.* 2. *nu.* 4. *Gramm. & ad eum Auus meus decis.* 82. *Brunor. à Sole in quæst. legal.* 29. *Didacus Spino in specul. testament. Glos.* 2. *num.* 11. *Petr. Cenedo collect. iur. Canon. par.* 2. *collect.* 40. *num.* 3. *Franc. Herculan. de attentat. cap.* 31. *n.* 147. *Vin. epin.* 171. *verbo, Creditor, Petr. Gregor. syntagm. iur. vniuers. lib.* 33. *cap.* 23. *num.* 15. *Petr. Pech. de iure sistendi, cap.* 5. *num.* 23. *Borrell. par.* 2. *summ. decis. tit.* 36. *de attent. appell. pendent. n.* 167. *Muscat. in prax. S.C. lib.* 2. *p.* 3. *Gl. detinebitur, n.* 51. tandemquè *Farinac. q.* 20. *nu.* 139. satis enim inhumanum esset (inquit *Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10.) & à Christiana charitate alienum, nè adhùc barbaris moribus conueniens, impiumquè, nedùm apud Christianos, sed etiam apud Ethnicos, cadauer inopis debitoris insepultum detineri, ex eo, quod æs alienum minimè soluatur, cui, & illam addimus perutilem extensionem, quam idem *Menoch. indicat. cas. n.* 21. tradit, amplians ad creditorem adeuntem debitoris moribundi domum, illumquè, aut suos vexantem, illum siquidem propterea ius non modo amittere suum, verùm tantumdem etiam vexatis restituere debere, ait, fultus *Auth. Item qui, C. de sepult. viol.* quæ notanda duximus; nàm, & his temporibus haud defuerunt creditores, qui sequestra petere, & imperiti Iudices, qui illa concedere ausi fuerint, iunixi *Angeli* placito affirmantis, creditoribus iure licere, *in Auth. vt defuncti, seù funer. eor. à creditor. in princ. notab.* 2. quod falsum esse, & dæmone, non homine, dignum, *Marta cit. cas.* 155. *num.* 6. *& Farinac. memor. q.* 20. *num.* 142. aduertunt, quin *Borrell. add. loco num.* 169. nullo modo sibi persuadere valet, hanc fuisse *Angeli* Iurisconsulti grauissimi *Baldi* fratris summæ nobilitatis viri, sententiam, sed potius in illo loco malignatam fuisse literam ab aliquo inuido post eius mortem, & præcedere debere negatiuam, non, quod, scilicet, cadauer non possit impediri.

9 (margin, beside "tem debitoris moribundi domum")

10 Sed àn sepultura sequestrari, & vendi possit absq; labe simoniæ, negatiuè scripsit *Suar. tom.* 1. *Relig. lib.* 4. *de Simon. cap.* 14. non solùm ratione benedictionis, sed etiàm ratione terræ, ex *cap. Abolenda, de sepult.* insequuntur *Barbos. in eod. c. n.* 2. *Lauor. cit. lib variar. elucubr. tit.* 2. *et* 10. *Reginald. lib.* 23. *num.* 226. quod intelligit *Fragos. de regim. reipubl. lib.* 5. *de sepultur. disp.* 8. §. 17. *num.* 518. quoad spirituale, & benedictionem, secus verò ratione materiæ, & ter-

& terræ, in qua fundatur ius ſepulturæ, nàm illud materiale vendi poteſt, ex *Azor. 3. par. lib. 12. cap. 17. q. 2.* Quod ſi ius ſepeliendi iure ſanguinis competat, transfertur ad poſteros illius familiæ, excluſis creditoribus, ex *tex. in l. pro herede, ff. de acquir. hered. l. penul. C. de ſepulchr. violat. Io. de Anan. conſ. 86.* ſi autem iure hæreditario conueniat, ad quoſcunq; heredes tranſmittitur, ad inſtar iuriſpatronatus, quod tranſmittitur cum vniuerſitate bonorum, *l. ius ſepulchri, ff. de relig. & ſumpt. funer. Tuſch. verbo, Sepulchrum, concluſ. 101.* Hinc filius matris ſepulcrum familiare non habebit, & filia ſepulchro patris carebit, ſed illud ad proximiores de agnatione pertinebit, *Theſaur. qq. forenſ. lib. 1. q. 21. n. 3. & 4.*

11 Accidit ſuperioribus annis, vt hic articulus in diſceptationem veniret inter Dom. Conſiliarium Hortenſium Pepi Socerum meum (cuius viri merita, ac virtus alio fortaſsè præcone, quàm me Genero, magis gaudent, nè ſuſpecta laudatio mea videatur. Illud tamèn, cùm notiſſimum ſit, memorare de eo paucis non dubitauerim, eum M.C.V. Iudicem Excell. Comitis Caſtrilli Proregis iuſſu (quo primùm tempore huius Regni habenas pro Rege moderandas hic accepit) datum; illud munus omninò recuſaſſe, quòd aliquot antè annos illud idem obijſſet. Peſtilentis mòx anni malignitate apud Vrbem Caſertam deuitata, dum valetudinis quadragenario ſeceſſu in Caſali Barræ experimentum facit, iterùm ab eodem Prorege accerſitum, ac M.C.V. Iudicem electum mēſe Nouemb. 1656. Quem Magiſtratum menſe Maio anni 1657. gerere cæpit, cùm tamen iàm ſuperioris menſis Aprilis 30. die, per Regium diploma, Matriti datum, àc ſubſcriptum, inter Conſiliarios Viros aſcitus eſſet, quam dignitatem, vt honeſtiſſimè gerit, ita diù gerat, atq; augeat, maximoperè voueo) inter hunc, inquam, Virum, & Illuſtrem Comitem Conuerſani accidit huius articuli diſceptatio. Cùm .n. anno ſalutis 1580. à Marco Antonio Pepi Domino Conturſi, S Angeli Faſanellæ, Optati, Opatelli, Baroniæ Tuccaniſi, Abriolæ, Caſalis Ruſciani, & aliorum feudorum erectus fuiſſet tumulus marmoreus ſatis conſpicuus in Regali Eccleſia Sancti Dominici Maioris huius Ciuitatis, (vbi nobiles è proxima Nidi ſeſſione, ſiuè aliæ Ciuitatis, & Regni, præclariſſimæ tamèn, familiæ ſacella, ac monumenta habent) in memoriam Bartholomæi Pepi Regij Conſiliarij, ſub Carolo V. Imperatore, Parentis ſui, totiuſquè familiæ decorem, cum inſcriptione, quam reſcribit *Ceſar Engennius in Napoli Sacra, fol. 280.* Cumquè aliquòt poſt annos V. I. D. Lutius Pepi cauſarum patronus inſignis, Hortenſij filius, qui de anno 1563. Aduocati fiſcalis munere, apud Bonam Poloniæ Reginam functus eſt, frater patruelis prædicti Marci Antonij, è viuis fuiſſet ſublatus, Paulus I.C. & Aduocatus veridicus ipſius Lutij filius, Hortenſij verò Soceri mei, de quo nùnc mihi ſermo eſt, pater, aliud Epitaphium inſculpi fecit, ab eodem *Engen.* reſcriptum, fol. eodem 280.

Contendebat proindè Ill. Comes Conuerſani, nepos ex filia Ill. D. Portiæ Pepi Neritonis Duciſſæ, filiæ prædicti Marci Antonij, ac D. Beliſarij Acquauiuæ, Neritonis Ducis coniugis, tumulum ipſum, de quo dicebamus, ſuum eſſe, nec vlla ratione ad Hortenſium dictum pertinere, qui quamuis ipſius Duciſſæ eſſet conſanguineus, erat tamèn in remotiori gradu, nec illius hæres.

Contrà à Socero meo dicebatur, nullum ius Comiti in tumulum competere, vtpotè ex fœmina deſcendenti: ſed omnia iura familiaris eius tumuli in decorem familiæ, & benemerentium erecti, pertinere ad ſe, tanquam gentilem, eiuſdemquè familiæ, ob rationes iam dictas.

Quamobrèm obtinuit è Collatera-

lis Consilij decreto Socer meus manutentionem in possessione tumuli.

Qua re cognita, Comes, ipsiusquè rei æquitate, acquieuit, ac lite dimissa, per publicum instrumentum, mediante persona Adm. Reu. Patris F. Thomæ Parascandoli Ordinis Prædicatorum eius procuratoris, stipulatum sub die 17. Iunij 1639. manu Horatij Dominici Francisci Vitagliani, cessit, ac renunciauit ad beneficium dicti Hortensij, & q. Marci Antonij Pepi iunioris patris V.I.D. Hieronymi adhùc viuentis eiusdem Hortensij Consobrini (qui duo tantùm Viri, cum liberis suis, ex hac familia supersunt) eorumq; posterorum capellam, tumulum, ac sepulturam, vnà cum ornamentis, tanquam eiusdem generis, ac familiæ dictæ Portiæ Neritonis Ducissæ, superstitum; Hodièq; apud eos possessio est, qui correspondent dicto Monasterio annuum censum ducatorum decem. Iidem possident alium tumulum, vnà cum Altari, Virgini Deiparæ Annunciatæ dicato, ab eodem M. Antonio Pepi extructum in anno 1576. intra celeberrimum Sancti Francisci Monasterium Monialium huius Ciuitatis, vbi duas filias habuit, Deo addictas.

Itaq; in beneficium prædictorum ex Lutio Pepi descendentium, dùm remanent sepulcra, feudales ditiones, ac terras ad alias familias rerum mortalium vicissitudo distraxit, quid enim hic in terris, tàm firmum, quod temporis iniuria, fortunæq; Rota non circumagat, susq; dequè ad libitum verset?

Huius porrò rei causa ea fuit, quia M. Antonius, de quo sæpiùs suprà, Lutij Consobrinus, liberos masculinæ stirpis nullos sortitus, duas tantùm filias suscepit Portiam, & Hortensiam, cum quibus in matrimonium collocatis tota eius res simùl migrauit, hinc cum Portia ad Neritonis Ducem, hinc cum Hortensia ad Claudium Capyciū nobilem Sedilis Nidi, vt testantur potissimùm *Zazzara in familia Acquauiua, Filibertus Campanil. in Historia Familia Capycij, Cesar Eugenius in descript. Regni Neapol. fol. 64.*

RITUS CLXXIX.

Item seruat ipsa Curia, quòd si aliquis, vel aliqua interrogatus per ipsam Curiam super tenore alicuius instrumenti, fuerit incarceratus: & infra terminum ad probandum, si datum, nō probauerit defensiones: facta conclusione, Curia ipsa procedit contra eum ad sententiam mutilationis manus: & tamdiù tenet ipsum captiuum: donec contentabit aduersarium suum, qui fecit eum carcerari.

SUMMA RERUM.

1 *Dictio, donec, quid importet.*

2 *Cedere bonis àn liceat, cui fuit incusatum instrumentum, ad finem præsertim, vt à carceribus relaxetur.*

3 *Cessio bonorum, in via executiua admittitur.*

Maxillæ sententia reijcitur, & perpenduntur illius verba.

4 *Cessionis bonorum materia, remissiuè.*

5 *Debitor vinculis mancipatus vigore Instrumenti liquidati, deindè excarceratus, nunquid præsumatur soluisse.*

6 *Debitor, si post liquidationem Instrumenti, verè satisfecerit creditori per depositum, eidem liberatum cum cautione, si postea idem creditor iudicis decreto coactus fuerit alteri creditori*

ditori illud restituere, an sequuta pecunia auocatione, possit carcerari instante eodem creditore, vigore liquidationis primo loco facta.

1 CONcordat *Ritus* 171. super quo pauca quædam adnotaui. Et eiusmodi dictionem (*Donec*) in hoc *Ritu* memoratam esse limitatiuam temporis, & taxatiuam, probat *Cauaglios quæst. comm.* 806. *num.* 35. *tom.* 3. *Carau.* noster *num.* 1. adductus verbis *Ritus*, *Contentabit*
2 *aduersarium*, deducit, dubitari posse, si ad cessionem posset ille admitti bonorum, contra quem fuit liquidatum instrumentum, cùm namque mandet, tandiù detinendum esse, quamdiù satisfecerit, atq; ita excludit aliũ quemcumq; modũ relaxãdi à vinculis, concludit tamèn non prohiberi beneficio cessionis vti, & præter rationes ab ipso consideratas, alias plures nos quoquè perscrutati sumus; illam potissimùm, quod vtiquè contentat aduersarium, qui bonis cedit, si verbum illud, *contentabit*, actiuè sumatur, scilicèt, vt debitor satisfaciat, quod si passiuè, nempè, vt creditor contẽtus remaneat, certè bonis cedendo, non inhæreret verbis *Ritus*, nos autem iuxta primum sensum intelligere debemus, eo quod iura hanc admittunt, etiam in validiori casu, interpretationem, cum solutionis verbo, satisfactionem omnem accipiendam, dicat *Text. in l. solutionis verbo, ff. de verbor. signific. Giurb. obser.* 82. *n.* 4. quin apertiora sunt verba *tex. in l. solutionis verbo, ff. de solut.* ea nempè, *solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem, magisquè ad substantiam obligationis refertur, quàm ad numorum solutionem*, atquè in terminis consimilis legis, Hispanicę, ita cõcludit *Guttierez pract. q. lib.* 1. *q.* 33. *n.* 5. reiectis contradicentibus, per ipsummet anteà relatis authoritatibus *n.* 2. quin, & illa verba, vsquè ad cõdignam satisfactionem, opitulantur plurimùm, quæ rectissimè obseruat *Abb. in cap. præterea, num.* 3. *de vsur.* & *Episc. Campanil. in diuers. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 20. *sub num.* 64.

3 Imò, & assumptum illud, quod in via executiua admittitur cessio bonorum, probatum multis Doctoribus *in tract. priuileg. Gironda, q.* 234. *num.* 1238. anteaquè tutatus erat *Afflict. decis.* 29. *nu.* 2. & 3. atquè *decis.* 19. *num.* 9. necnon *Guttier. in tract. de Iuram. confirm. cap.* 15. *nu.* 37. & *Matthæus Brunus in suo peruulgato tract. cessiõn. bonor. q.* 12. *princ.* & prætèr similia hactenùs recensita, & rationes citra dubium validas, tùm nostræ, tùm *Carau.* sententiam defendẽtes, vt cessione impediatur Instrumenti liquidatio, si in Regno pręsentetur iuxtà formam *Ritus*; Doctores extant speciatim in eiusdem *Ritus* terminis loquentes, atquè in eamdem propendentes assertionem, apertisq; verbis defẽdentes, scilicet idẽ *Carau. Rit.* 166. *num.* 54. *Francisc. Anton. de Iudice in tract. de liquid. Instrum. consid.* 14. *num.* 68. *Pandus eod. tract. par.* 5. *declarat.* 31. *Galterius in sua praxi. liquidat. Instrum.* 2. *par.* 3. *par. princip. rub.* 2. *num.* 32. *Apicella in suo tutamine pauperum tit. de cession. bonor. num.* 2. *lit.* C. & illic *additionator n.* 681. contradicit tamèn *Maxill. ad consuet. Barens. tit. de cess.* §. *licet n.* 25. cumq; refert *Amatus*, cuius nullũ quippè verbum præiectum in *Maxilla* sententiam ipsummet deflexisse. *Amatum in cons.* 50. *sub num.* 5.

Nequè veritate fulcitur, quod *Ritus* vtatur illis negatiuis verbis, *Alitèr non excarcerentur*, quibus suffultus idem *Maxilla* contrariæ subscripsit opinioni, tantummodò enim in debitore opponente solutionem simplicitèr loquẽs, dicit, quod donec probet solutionem, debeat in vinculis causam dicere. Cæterùm qui cessionis bonorum voluerit perlegere compendiosum tractatulum,
4 atquè vtilissima in ea re addiscere percurrat, quę nos congessimus *Ritu* 287. illud pręsertim, si cessioni iam dictæ renunciari possit, extricamus, quodquè latè tangunt *Amescua de potest. in se ipsum c.* 20. *lib.* 2. *Altograd. cons.* 42.

*Cristin. decis.*228. *Dom.Reg.Tapia de Iure Regn. lib.* 4. *tit.* 19. *de morator. Muscat. in prax. par.*3. *lib.*2. *Glos. detinebitur, num.* 49. & 108. *Grass. de exception.*17. *except. num.* 10. *Caran. in hoc Rit.num.*4.memor, *Thesaur.dec.* 186.

5 Quod verò *Caran.* hoc eodem *in Ritu num.*7. tradit, non probari, debitum fuisse satisfactum, ex eo quod debitorem fuisse vinculis mancipatum, cōstaret, confirmant, ipso laudato, *Auus meus ad Capyc. decis.*46. *sub num.*2. *in fin. Galter.par.*2.3.*par. rub. vlt. num.* 7. & post eumdem *Carauit.* notat *Io: Franc. Papar. in comment.ad Consuet. Cathac. in* 2. *dilat. stylo num.* 19. *post prax. ciuil. & crim.* non enim sequitur fuit carceratus, ergo creditor exegit, secundum *Bal.cons.*26.*num.*4.*vol.*1.sic bonorum cessio liberat à carcere, sed non à debito, *Iodoc. in prax. ciuil.cap.* 70. *num.*8.

6 Quid si debitor post peractam liquidationem verè soluerit per depositum, quod fuit liberatum creditori cum cautione, sed posteà hic creditor coactus fuit alteri anteriori restituere, àn debitor possit vigore illius liquidationis primo loco factæ in carceribus mancipari; hanc quęstionem tāgit *R. Rouit.in apostilla propria eius manu*, quam seruo, facta in imargine cuiusdā libri, & affirmatiuè resoluit, fretus *tex.* iuncta *Glos. fin. in princ. in l. deferre*, §.*fin.ff.de iure fisci*, cum qua concordat *Bar. in l. Mæuius*, §.*duobus, num.* 4. *propè fin.ff. de leg.*2. *Bal. in l. libera num.*6. *C. de senten.& inter.* vbi *Angel. in princ. & Salyc. ibid. num.* 2. *in pen. q.* solutio namq; diu non duratura nihil operatur, *l. qui sic, ff. de solut.* addit deindè *Reg.* hæc verba: *Dum hic casus accidisset in M.C. inter Annibalem Caracciolum, siuè eius hæredes, & Io: Michaelem de Morra, per M.C. fuit prouisum, quod infrà quatuor dies faciat depositū, aliàs renouentur literæ executoriales realitèr, & personalitèr; quod decretum fuit confirmatum per S.C. in Aula Domini Theodori, cum interuentu duorum tantùm ex Regijs Consiliarijs, scilicèt Domini Gizzarelli, & Domini Sanchez. Actuarius M.C. est Pulpus; Sed postea, facto iterum verbo in eadem Aula, cum interuentu Domini Fenicis, ad supplicationem Corneliæ de Magistro-Iudice vxoris dicti Io: Michaelis, contra quam fuerant etiam renouatæ literæ executoriales, & in prima relatione non fuit audita, fuit decretum, quod audiatur ipsa ordinariè, & sic fuit sublata illa via exequutiua.* Et idem *Reg. Rouit.* pleniùs hunc articulum examinat, *super rub. de instrum. liquidat. num.*48. de quo meminit *Io. Francisc. Papar. ad Consuet. Cathac. sub nu.* 16. *pag.*248.

RITVS CLXXX.

ITèm seruat dicta Curia, quòd postquam ille, qui fecit citare aliquem, super tenore instrumenti, & fecit cōdemnari eū, quia non comparuit: (& fortè fuit ipse accusatus alias accusator missus in possessionem ex primo decreto, & transierunt duo menses à die factæ obligationis) tùnc adhuc ipso reo condemnato, scilicet ad tertiam partem bonorum mobilium, statim post lapsum dictorum duorum mensium reddit instrumentum ipsi actori, quod in dicta Curia assignauit, & fecerat obligationem, quæ obligatio scribitur supradicto instrumento à tergo, cuius obligationis tenor statim ponetur: quo instrumento reddito, non exigitur obligatio ab

illo,

illo, qui obligauit se: licet se concordet extra iudicium sine licentia Curiæ, tenor obligationis, quæ fit in ipsa Curia per eum qui assignat instrumentum ipsum, (qui actus assignationis est primus in dicto extraordinario processu: & citatio est secundus) talis est: videlicet à tergo hoc modo instrumentum pro &c.

SVMMA RERVM.

1 *Contumax inter alias pœnas exequutionem ex primo decreto patitur.*
2 *Contumacia propterea præcedere debet primum decretum, atq; in actis constare.*
3 *Citatio si non reperitur in actis dicitur verificata negatiua, quod quis non fuit citatus.*
4 *Contumacia si longiùs protelet ur deuenitur ad secundum decretum, & quantum temporis prolabi debeat, cum alijs.*
5 *Immissus in possessionem ex primo decreto fiat nè possessor, discutitur.*

1 EX huius *Ritus* dispositione creditor ex primo decreto ponitur in possessioné bonorum debitoris citati super tenore instrumenti, contumacisquè effecti, estquè vna pœnarum, quam patitur contumax, *l. consentaneum, Cod. quom. & quand. Iudex, l. fulcinius, §. 1. ff. quib. ex caus. in possess. eatur, Tuschus conclus.* 1019. *lit.* C. *& conclus.* 286. *lit. M.* atq; in Regno viget *Prag. 3. de ordin. Iudic.* qua disponitur, actoris arbitrio concessum esse post incusatam vltimam contumaciam, si velit petere terminum ad probandum, àn potiùs se immitti in possessionem ex primo decreto; conse-
2 cutiuè igitur præcedere oportet contumaciam, vt dictum interponatur decretum, quia, & illa, quamuis intercesserit, in actis tamen non appareat ad illud properare nequeat Iudex, cui innotescere, & constare priùs ex actis debeat citatum laborare contumacia, vt validè illud proferat idquè Doctorum sententia probat, quam veram asserit *Butrius in cap. vestra num.* 31. *de cohab. cleric. & mulier, Felin. Bald. Gemin. Calder.* & alij, quibus innixus eamdem insequitur *D. Reg. Valenzuela cons.* 52. *num.* 10. nosq; in consimilibus scribimus in postremis verbis *Rit.* 210. atquè *in Rit.* 176. quin, & altero in consimili de relatione executæ citationis loquens *Rota Romana* de ea constare debere in actis, nequè satis esse Notarij attestationem, etiam si diceret, sibi relatum fuisse à nuntio de executa citatione, si illius relationis tenor non appareat in ipsis actis, vt videre licet *in Anconitana censuum* 24. *Maij* 1613. *coram Vbaldo*, apud *Farinac.* est *decis.* 492. *num.* 3. *par.* 1. *tom.* 2.
3 Ac propterea dici verificatam negatiuam (scilicèt, quod quis non fuerit citatus) eò ipso quod citatio non reperitur in actis, tenuit eadem *Rota coram Lugdunensi in Tholosan. Canonic.* 10. *Decemb.* 1608. *nu.* 42. apud *Farinac.* est *decis.* 167. *par.* 1. *tom.* 1. *Paul. de Castro cons.* 81. *nu.* 3. *lib.* 2. *Alex. cons.* 1. *num.* 21. *lib.* 4. *Afft dec.* 117. *num.* 5. & ibi *Vrsill. Maur. alleg* 4. *num.* 6. *Costa de fact. scient. & ignor. dist.* 81. *nu.* 12. *cent.* 2. *Put. decis.* 110. *lib.* 2. *Card. Caualc. dec. Rot. Roman.* 35. *num.* 2. *& dec.* 163. *num.* 2. *Nouar. dec.* 30.
4 Et quia primum iam dictum decretum est præambulum, ad secundum ex *Bar. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. Marant. par.* 6. *actu* 11. *num.* 2. ideò perseuerante Reo in contumacia proceditur contra ipsum ad missionem in possessionem ex secundo decreto, per eumdem *§. Iulianus*, atquè *Bart. in l. cum proponas, Cod. de bonis auth. Iudic. possid.* extatq; *Pragm.* 4. *de ordin. Iudic.* quantum verò temporis prolabi debeat à primo ad secundum decretum, videtur incertum, attenta dispositione iuris, etenim alij Iudicis ar-

arbitrio remittunt, alij annum saltem requiri intermedium opinătur, vt videre licet, apud *DD.* coaceruatos per *Hieronym. de Ceuagl.q.comm.* 160. vbi prætereà addit quid iuris ex illius Regni lege. Huius autem Neapolitani, postquam trimestre præterijt ad secundum procedi decretum, cõcedit *prag.* 4. modò *relata*. Eiusmodi autem termini, scilicèt primùm decretum, atq; secundum decretum, quid præseferant, & & alia vtilia, scribit *Marant. par. 6. membr. 2. n. 12.* atq; *de Bottis in addit. ad easdem memoratas pragmat.* & quia secundum decretum est sententia interlocutoria; Ideò quit Iudex quandocumquè reuocare, *Roman. sing. 608. & Matthes. sing. 39.* est etiam verum im-
5 missum in possessionem ex primo decreto in actione personali, non effici possessorem, sed simplicem detẽtorem; nullamq; propterea acquirere possessionem, *Decius cons. 400. sub num. 8.* & magis communem dicit *Negusant. de pignorib. in 2. memb. 3. par. vers. quinto quæritur, sub num. 11. Menoch. de retinen. possess. remed. 3. q. 27. n. 225.* ideòq; expellere haud posse antiquum possessorem, sed vtrumq; stare posse in re, scilicèt, priorem tanquam dominum, & possessorem, immissum verò tanquam custodem, & detentorem, ex eodem *Negusant. add. membr. 2. n. 18.* probatq; *Grat. decis. 12. Marchia num. 13.* idquè ex omnium sententia dicit *Glos. 1. in cap. contingit, de dolo, & contumac.* idest tàm Iuris Ciuilis, quàm Canonici professorum; cum in actione reali dissentiant, dum Legistæ annuunt, Canonistæ verò negant, vt illamet testatur *Glosa*, & altera *in cap. quoniam frequentèr, §. fin. vers. veruis, vt lite non contest.* necnon *Hieronym. de Ceuaglios q. comm. 176.* supradicta verò immissione proptèr contumaciam facta, si debitor sibi restitui possessionem infrà annum petat, satisdare Iudicio sisti compellitur, licet bona immobilia possideat; *Glos.* percelebris *in §. si verò etiam, & quidam iurent, in Auth. de exhib. reis, Iason in l. sciendum n. 2. & Hippol. num. 247. ff. qui satisd. cogant,* tandemquè *Valent. Franch. de fideiuss. cap. 4. num. 11.*

RITVS CLXXXI.

ITèm seruat ipsa Curia, quod si fit præsentatio instrumenti debiti in ipsa Curia, quod non est liquidum: putà, quia dico hæredem Titij, cui fecisti instrumentum tale, &c. licet non constet per publicum instrumentum quomodo sum hæres: tamen possum dare petitionem, & probare per quascumquè probationes me esse hæredem: & interposito decreto, quod sum hæres, procedat interrogatio. Aliqui tamen dicunt cõtrarium: dicentes, quòd debeo probare in promptu per publicum insttumentum, me esse hæredem: proùt in quadam alia obseruan-uantia, &c. quarum quandoquè fuit obseruata vna, quandoquè alia.

SVMMA RERVM:

1 *Iste Ritus fuit conditus ab Henrico Acconciaioco Ciuitatis Rauellensis, qua laudatur.*

2 *In hoc Ritu traditur praxis seruanda ab hærede ad probandum se esse talem.*

3 *Præambulum hæredi tantum, non fideicommissario concedendum.*

4 Eius-

4 *Eiusmodi praeambulum iure communi, àn Rituum innitatur.*
Legitimatio persona in Iudicio, etiam exequutiuo, est necessaria.
5 *Praeambulum cur ita dicatur.*
6 *Illo non dum prolato, nec nè relaxari possit citatio super tenore instrumenti.*
Instrumentum illiquidum, mòx tamèn liquidandum, produci potest ad formam Ritus.
7 *Sola fides actuarij M. C. V. de praeambulo interposito, àn sufficiat, vt hares valeat liquidare instrumentum.*
8 *Forma petitionis ad decretum praeambuli obtinendum, & interponendi decretum, traditur.*
9 *Praeambuli decretum citatione non indiget.*
Qui in linea Collaterali.
10 *Decreta praeambuli nullum afferunt praiudicium, nec inducunt litis pendentiam.*
Tractantur in M. C. V. & interlocutoria dicuntur.
11 *Si fuerit à decreto praeambuli reclamatum non committitur causa in S. C. sed in eo fit à Iudicibus M. C. relatio, quod limitatur.*
12 *Semper illa expediuntur in* M. C. *& interposita extra Ciuitatem, àn probent in* M. C.
13 *An, instante clerico, possint interponi coram Iudice ecclesiastico.*
14 *Coram quo Iudice conueniendus sit clericus immissus in possessionem, vigore decreti praeambuli.*
15 *Ad beneficium haredis ex testamento, etiam decretum praeambuli interponitur.*
Non tamen vigore codicillorum.
Quid ad instantiam haredis particularis, legatarij, cessionarij, fideicommissarij, &c.
16 *Sed àn, probata per testes voluntate testatoris.*
Quid vigore pacti in contractu interuiuos adiecti.
17 *Hares eligens viam testati àn variare possit.*
18 *Haredi ex testamento nullo praeambulum non cōceditur, sed, quādo aliquid aduersus illud opponitur, impartitur terminus, praeuio sequestro bonorum haredi tariorum.*
19 *Minor àn possit haredem instituere eius Curatorem.*
20 *Pro consequendo legato, àn detur via exequutiua.*
Nouissima determinationes S. C. indicantur.
21 *Aditio hareditatis, per quos actus presumatur, & alia ad materiam traduntur.*

1 Ritus iste conditus fuit ab Hērico Acconciaioco, patritio præclarissimæ Ciuitatis Rauellensis, teste *Freccia par. 8. quæst. 2. num. 17.* quin, & ipse *Freccia in tractat. de subfeud.* recensens præfulgentes Regni Vrbes, *lib. 1. rub. de Prouinc. & Ciuit. Regni num. 35.* necnon *Fuscus in suis singular. verbo, Rauellum,* præconia huius Ciuitatis commemorant, quam Coloniam Romanorum appellatam dicunt sub Constantino Imperatore extructam, aeris salubritate celebratam, ciuium nobilitate, atquè ædificiorum magnificentia præclaram.

2 In hoc verò *Ritu* describitur praxis seruanda ab hærede ad probandum se esse hæredem, interposito decreto, scilicèt, præambuli, declarat *Marant. p. 6. sub num.* 24. qui præterea adducit concordantem *Ritum 178. & de Franch.* addit tertium, nempè *Ritum 286. in dec. 204. num. 1.* quem laudat *Reg. Capyc. Latro dec. 198. num. 19.* omnium tamen intellectum ponit *Afflic. in const. eos, qui scientèr, num. 10.* idemquè *de Franch. citata decis. n. 8.* vt loquan-
3 tur de hærede, eosquè propterea non extendi ad fideicommissarium, illiquè non esse concedendum iam dictum decretum præambuli, id quod insequuntur *Reg. Rouit. cons. 45. num. 8. & cons. 50. num. 13.* & decisum memorant *Thor. p. 2. compend. dec. verbo, praeambulum*

arbitrio remittunt, alij annum saltem requiri intermedium opinãtur, vt videre licet, apud *DD.* coacervatos per *Hieronym. de Ceuagl.q.comm.* 160. vbi prætereà addit quid iuris ex illius Regni lege. Huius autem Neapolitani, postquam trimestre præterijt ad secundum procedi decretum, cõcedit *prag.* 4. modò *relata.* Eiusmodi autem termini, scilicèt primum decretum, atq; secundum decretum, quid præseferant, & & alia vtilia, scribit *Marant. par. 6. membr. 2. n.* 12. atq; *de Bottis in addit. ad easdem memoratas pragmat.* & quia secundum decretum est sententia interlocutoria; Ideò quit Iudex quandocumquè reuocare, *Roman. sing.* 608. *& Matthes. sing.* 39. est etiam verum im-
5 missum in possessionem ex primo decreto in actione personali, non effici possessorem, sed simplicem detẽtorem, nullamq; propterea acquirere possessionem, *Decius cons.* 400. *sub num.* 8. & magis communem dicit *Negusant. de pignorib. in 2. memb. 3. par. vers. quinto queritur, sub num.* 11. *Menoch. de retinen. possess. remed. 3. q. 27. n.* 225. ideòq; expellere haud posse antiquum possessorem, sed vtrumq; stare posse in re, scilicèt, priorem tanquam dominum, & possessorem, immissum verò tanquam custodem, & detentorem, ex eodem *Negusant. add. membr. 2. n.* 18. probatq; *Grat. decis.* 12. *Marchia num.* 13. idquè ex omnium sententia dicit *Glos. 1. in cap. contingit, de dolo, & contumac.* idest tàm Iuris Ciuilis, quàm Canonici professorum, cum in actione reali dissentiant, dum Legistæ annuunt, Canonistæ verò negant, vt illamet testatur *Glosa*, & altera *in cap. quoniam frequentèr, §. fin. vers. verus, vt lite non contest.* necnon *Hieronym. de Ceuaglios q. comm.* 176. supradicta verò immissione proptèr contumaciam facta, si debitor sibi restitui possessionem infrà annum petat, satisdare Iudicio sisti compellitur, licet bona immobilia possideat, *Glos.* percelebris *in §. si verò etiam, & quidam iurent, in Auth. de exhib. reis, Iason in l. sciendum n. 2. & Hippol. num. 247. ff. qui satisd. cogant.* tandemquè *Valent. Franch. de fideiuss. cap. 4. num.* 11.

RITVS CLXXXI.

ITèm seruat ipsa Curia, quod si fit præsentatio instrumenti debiti in ipsa Curia, quod non est liquidum: putà, quia dico hæredem Titij, cui fecisti instrumentum tale, &c. licet non constet per publicum instrumentum quomodo sum hæres: tamen possum dare petitionem, & probare per quascumquè probationes me esse hæredem: & interposito decreto, quod sum hæres, procedat interrogatio. Aliqui tamen dicunt cõtrarium: dicentes, quòd debeo probare in promptu per publicum instrumentum, me esse hæredem: proùt in quadam alia obseruantia, &c. quarum quandoquè fuit obseruata vna, quandoquè alia.

SVMMA RERVM:

1 *Iste Ritus fuit conditus ab Henrico Acconciaioco Ciuitatis Rauellensis; qui laudatur.*

2 *In hoc Ritu traditur praxis seruanda ab herede ad probandum se esse talem.*

3 *Preambulum heredi tantum, non fideicommissario concedendum.*

4 Eius-

4 *Eiusmodi praeambulum iure communi, àn Rituum innitatur.*
Legitimatio personæ in Iudicio, etiam exequutiuo. est necessaria.
5 *Praambulum cur ita dicatur.*
6 *Illo non dum prolato, nec nè relaxari possit citatio super tenore instrumenti.*
Instrumentum illiquidum, mox tamen liquidandum, produci potest ad formam Ritus.
7 *Sola fides actuarij M. C. V. de praeambulo interposito, àn sufficiat, vt heres valeat liquidare instrumentum.*
8 *Forma petitionis ad decretum praeambuli obtinendum, & interponendi decretum, traditur.*
9 *Praambuli decretum citatione non indiget.*
Qui in linea Collaterali.
10 *Decreta praeambuli nullum afferunt praiudicium, nec inducunt litis pendentiam.*
Tractantur in M.C.V. & interlocutoria dicuntur.
11 *Si fuerit à decreto praeambuli reclamatum non committitur causa in S. C. sed in eo fit à Iudicibus M. C. relatio, quod limitatur.*
12 *Semper illa expediuntur in* M.C.*& interposita extra* Ciuitatem,*àn probent in* M.C.
13 *An, instante clerico, possint interponi coram Iudice ecclesiastico.*
14 *Coram quo Iudice conueniendus sit clericus immissus in possessionem, vigore decreti praeambuli.*
15 *Ad beneficium haredis ex testamento, etiam decretum praeambuli interponitur.*
Non tamen vigore codicillorum.
Quid ad instantiam haredis particularis, legatarij, cessionarij, fideicommissarij, &c.
16 *Sed àn, probata per testes voluntate testatoris.*
Quid vigore pacti in contractu interuiuos adiecti.
17 *Heres eligens viam testati àn variare possit.*
18 *Haredi ex testamento nullo praeambulum non cōceditur, sed, quādo aliquid aduersus illud opponitur, impartitur terminus, praeuio sequestro bonorum hereditariorum.*
19 *Minor àn possit haredem instituere eius Curatorem.*
20 *Pro consequendo legato, àn detur via exequutiua.*
Nouissima determinationes S. C. indicantur.
21 *Aditio hereditatis, per quos actus presumatur, & alia ad materiam traduntur.*

1 Ritus iste conditus fuit ab Hērico Acconciaioco, patritio præclarissimæ Ciuitatis Rauellensis, teste *Freccia par. 8. quaest. 2. num.* 17. quin, & ipse *Freccia in tractat. de subfeud.* recensens præfulgentes Regni Vrbes, *lib.* 1. *rub. de Prouinc. & Ciuit. Regni num.* 35. necnon *Fuscus in suis singular. verbo, Rauellum,* præconia huius Ciuitatis commemorant, quam Coloniam Romanorum appellatam dicunt sub Constantino Imperatore extructam, aeris salubritate celebratam, ciuium nobilitate, atquè ædificiorum magnificentia præclaram.

2 In hoc verò *Ritu* describitur praxis seruanda ab hærede ad probandum se esse hæredem, interposito decreto, scilicèt, præambuli, declarat *Marant. p. 6. sub num.* 24. qui præterea adducit concordantem *Ritum* 178. *& de Franch.* addit tertium, nempè *Ritum* 286. *in dec.* 204. *num.* 1. quem laudat *Reg. Capyc. Latro dec.* 198. *num.* 19. omnium tamen intellectum ponit *Afflic. in constit. eos, qui scientèr, num.* 10. idemquè *de Franch. citata decis. n.* 8. vt loquantur de hærede, eosquè proptereà non
3 extendi ad fideicommissarium, illiquè non esse concedendum iam dictum decretum præambuli, id quod insequuntur *Reg. Rouit. cons.* 45. *num.* 8. *& cons.* 50. *num.* 13. & decisum memorant *Thor. p. 2. compend. dec. verbo, praeambulum*

num. 78. *Danz. cit. loco num.* 12.

In linea verò Collaterali ad inſtantiam fratris etiam fieri, neque citationem eſſe neceſſariam, ipſumq; audiuiſſe id conſuetudine receptum, à *Caſare Luciano*, cũ eſſet Iudex ipſius M.C.V. fidem præſtat noſter *Carauita* in hoc *Ritu, ſub num.*4.*verſ. benè tamèn*, cuius memores ſunt *Reg. Sanfelic. dec.* 210. *num.*3. *Franc. Maria Prat. tom.* 2. *diſcep. for. cap.* 39. *n.* 1. *Reg. Capyc. Latro add. dec.* 198. *num.* 1. At hodiè, tùm in fratris beneficium, tùm aliorum agnatorum, & cognatorum, ac vxoris interponitur, præuia tamẽ citatione per edictum, *Thor. par.* 1. *compend. verbo, præambulum faciendum*, quidquid dicat *Carauit.* quem inſequitur *Reg. Sanfelic. deciſ.* 25. *num.* 5. *lib.* 1. *Danz. add. tit. de præambul. à num.* 1. nam non tenetur probare ſe eſſe proximiorem, ſed ſufficit probare ſe eſſe certo gradu coniunctum, non comparente alio in gradu proximiore, vt conſtat ex *Alex. Cum. Iaſ.* & alijs *in l. is poteſt ff. de acquir. poſſeſſ. Tiraq. de retract. lignag.* §. 11. *Gl.* 1. *n.* 5. *Montan. controu.* 43. *ſub num.* 21. cumquè hoc decretum interponatur, partibus non citatis, *Thor. vot.* 70. *num.* 29. *p.* 1. *Gramm. dec.* 58. *Marant.* 3. *par. actu* 1. *num.* 79. *Pannus in opuſculo de præſentat. Inſtrum. par.* 4. *declarat.* 20. *nu.* 123. *Marott. diſcep. forenſ. cap.* 3. *num.* 110. ſed ex ſimplici

10 informatione, citrà cauſę cognitionem, nullum ex eo afferri præiudicium, nec in poſſeſſorio, nec in petitorio, etiam circa contenta in ipſo præambuli decreto, tradunt *Anna alleg.* 19. *Conſil. Georg. alleg.* 45. *tom.* 1. *& alleg.* 2. *num.* 14. *tom.* 2. *Gagliard. de abſolut. à iuram.* §. 1. *num.* 2. *Ricc. in add. ad mem.* 204. *Franch. deciſ. Thor. p.* 1. *compend. verb. præambulum factum, Prat. lib.* 1. *diſcep. forenſ. cap.* 13. *ſub num.* 74. *Reg. Capyc. Latro deciſ.* 198. *nu.* 18. *lib.* 2. vt proptereà non inducat litis pendentiã, cum re verà præambulum non ſit Iudicium, ſed potiùs liquida quædam probatio aditionis hæreditatis, *Camill. de Medic. conſ.* 40. *num.* 45. *Conſ. Theodor. alleg.* 17. *nu.* 21. *Lancell. de attent. in præfat. cap.* 4. *num.* 15. *Thor. p.* 2. *compend. dec. verbo, præambulum, et p.* 3. *ſect.* 3. *verbo, remiſſio cauſæ præambuli*, adeò quod lite pendente in S.C. interpoſitum nullitati ſubiacet, *Minad. dec.* 8. *Prat. lib.* 2. *diſcep. cap.* 42. *num.* 7. *Conſ. de Georg. alleg.* 2. *num.* 13. *tom.* 2. *Thor. p.* 1. *comp. verbo, præambulum aditionis.*

Hinc decreta præambuli ex teſtamento, & ab inteſtato, tractãtur ſolùm in M.C. & non in S.C. & R.C. quia abſquè tela iudiciaria reſpiciunt ſolùm, ſi aliquis ſit hæres, teſte *Reg. Capyc. Latro dec.* 139. *num.* 20. *&* 198. *num.* 22. *lib.* 2. illaquè interloquutoria dicuntur, *Scaglion. Ritu* 163. *num.* 6. quin ſi ab ipſo præambulo fuerit appellatum,

11 non committitur cauſa in S.C. ſed fit à M.C. in eodem Tribunali relatio, & nequeunt Iudices in cauſa votare, *Ann. alleg.* 18. *Ricc. par.* 2. *collect.* 370. *& p.* 6. *collect.* 2304.

Sed paſsim quandò adeſt partis cõtradictio, & negotium requirit altiorem indaginem, ſolet S. C. mandare, quod cauſa remaneat in S. C. & cauſa committitur, teſte *Reg. Capyc. Latro add dec.* 139. *num.* 21.

12 Regularitèr igitur decreta præãbuli tractantur in M. C. V. in hac Ciuitate, tàm ad inſtantiam Ciuium, quàm exterorum. Extrà verò Ciuitatem, Regiæ Audientiæ, Curiæ Regiæ, & Baronales illa validè interponunt, vt obſeruat *Danz. add. tit. de præambul. num.* 20. Verùm præambula facta extra Tribunal M.C. nullam fidem faciũt in M.C. & in hac Ciuitate, niſi fuerint in illo confirmata, ex præeminentia illius Tribunalis, ad quod dumtaxàt ſpectat ſimilia præambula facere, iuxtà hunc *Ritum*, vt obſeruat *Thor. p.* 1. *vot.* 84. *ſub num.* 336.

13 Sed àn eiuſmodi decretum, & confectio inuentarij bonorum hæreditariorum poſſit fieri coram Iudice Eccleſiaſtico, ſi teſtator ſit clericus, vel hæres, latè, poſt alios, tractant *Barb.*

V *in*

*in l.Hæres absens, in princ.nu.*77. *cum seq.de Iudic. Danza* adducens Supremi Collateralis prouisiones, *add.loco sub n.* 19.*Bouadill.tom.*2. *politic.lib.*2.*cap.*18. *num.* 179. *Sarmiento de reddit.* 4.*par. cap.* 1.*num.*8.*Guttier.lib.*2.*pract.quæst.* 49. *Guid. Papa dec.* 261. quem laudat *Auus meus ad Gramm.dec.* 10.*num.*15. *Cabed. dec.* 84.*p.*1. *Emanuel.Themudo p.* 1. *decis.Senat.Archiep. Portugal.* 18. *Thor. in supplem. compend. dec.verbo, Clericus prætendens aliquid, Gabr. Pereir.de man.Reg.* 1.*p.cap.* 16. *num.* 19. Sed coram quo Iudice conueniatur

14 Ecclesiastica persona immissa in possessionem vigore talis decreti, si de illius nullitate dicatur, inquirunt *Peregr. de fideicom. art.* 48. *num.*62. *Gratian. lib.*2.*discept. forens.cap.*238. *num.*97. *R.Rou.dec.*44.*Reg.Sanfel.dec.*210.*p*2. *Consil. Carleual de Iudic. lib.*1. *disp.*2. *n.*952. *tom.* 1. *& Franc. Maria Prat. lib.* 1.*discept. forens.cap.*42. *&* 43.

15 Ad instantiam verò hæredis instituti in testamento quoquè interponitur decretum præambuli, sed non vigore codicillorũ, in quibus nõ potest hæreditas dari, nequè adimi, *l.*2.*C.de Codicil. l.non codicillum, C.de testam.* § *penult. inst. de codicill. Vrsill.ad Affl.decis.* 134. *num.*6. *Monter. dec. Aragon.* 34.*num.*3.*Fontanol.dec.*577.*num.* 3.*p.* 2. *Prat.lib.*2. *cap.*8. *num.*33. *Ricc.add. in locis, Soccin. in reg.*169.limitationes adiungens, *Menoc.ad Minad.dec.*8.*nu.* 6. *Pres.Merlin.cent.*2. *controu. forens. cap.*2.*num.*3. sed àn in beneficium hæredum particularium, *Pres.Merlin.lib.* 2. *contro u. forens. cap.*4.*num.*28. *lib.*2. *Consil.Staiban.centur.*2. *res.*106.*n.*85. *Mocc.in sylu.cas.forens.cap.* 1. *num.* 12.

16 Verùm possitnè interponi ex voluntate testatoris, probata per testes, affirmatiuè resoluit *Gizz. ad dec.*7.*Capyc.Latro, num.*4. sed non vigore pacti in contractu inter viuos adiecti, cum inter modos succedendi non adsit iste per pactum inter viuos initum, *l.* 1.*ff.de pet.hæred. Dec.consil.*224. regulaq; resistit, dictans pacto non posse dari hæreditatem, *Thesaur. dec.*225. quidquid affirmet *Berard.Pand.p.*2. *declar.*5. 6. 7.*&* 8.posse, eo fretus argumẽto, quod ad instantiam fideicommissarij vniuersalis, legatarij, cessionarij, substituti, emptoris hæreditatis interponatur decretum immissionis in possessionem, ex edicto *Diui Adriani*, de quo *in l. fin. C.de edict.Diui Adrian.* siquidem cum materia incusationis instrumenti ad formam *Ritus* sit exorbitans, non est extendenda ad fideicommissarium, legatarium, cæterosquè, qui non valent exercere directas actiones, & non sunt creditores, ex verbis, & mente contractus, & legis, nec fiũt hæredes ex emptione hæreditatis, maximè quia ipse debitor poterit in actu interrogationis dicere, se soluisse hæredi, quem cognoscit in creditorem, seù verè repræsentantem creditorẽ in instrumento enunciatum, vt benè perpendit *Mõtan.add. controu.*43.*n.*22.de quo *Pres. Merlin.* meminit *add.c.*2.*n.*2.quibus propterea remedium *d.l.fin.C.de edic. Diui Adr.* non competit, *Viu.dec.*464.*Ludou.dec. Perus.*23.*num.*19.*Thor.voto* 57.*num.* 2. *Menoch. de adipisc.possess.remed.*4. *nu.*693.*Achil.person.de adipisc. possess. num.*238. *Roder.Suar. in l.quoniam in prioribus, C.de inoffic.test.Mart.de success.legal.p.*4.*q.*16.*ar.* 1.*num.*60. *Mier. de maiorat.q.*52.*num.*64.& debent legata, & fideicommissa accipere à manu certi, ac liquidi hæredis, *Canaler. dec.* 106. *num.* 7. *& decis.* 516. *num.* 4.*Ciarlin. lib.*2. *controuers.forens.cap.* 168. *num.* 2. verùm quod hæres particularis valeat liquidare, dixit *Thor. voto* 84. *num.* 184. *par.* 1. *& par.* 3. *compend.decis.sect.* 1.*verbo,hæres particularis.* Et àn præambulum possit expediri in beneficium substituti, existente instituto viuo, sed ad triremes perpetuò condemnato, idem *Thor.*inquirit, *par.*3.*compend.sect.*2.*verbo, Præambulum àn possit.*

17 Petens verò præambulum, & hæreditatem ex testamento non sollemni, vel inualido, si succumbat, àn variare pos-

poſſit, & petere ab inteſtato, etiam in ſecunda inſtantia, affirmatiuè deciſum tradit *Affl. dec.53.* & obſeruat *Vrſill. ibid.*necnon declarat*Conſ.Theod.alleg. 17.num.16.* àc tradit *Roman.conſ.125.*

18 Quod quidem præambuli decretum vigore teſtamenti interponitur,ipſo exhibito teſtamento, non cancellato,non abolito, nec abraſo, *Ann.alleg.19.nu. 3.* addens *nu.12.* quod Iudex mittens in poſſeſſionem ex teſtamento nullo, non modò grauat partem, ſed tenetur in ſyndicatu,*Ricc.collec.370. & 2304.* Ritus enim intelligitur de teſtamentis validis, conformãdo ſe diſpoſitioni iuris communis,ad *tex.in l.à Diuo Pio,§. condemnatum,ff.de re iudic. Ind.Prat. lib.2.diſcept forenſ.cap.23.num.7. Reg. Capyc.Latro deciſ.180.num.18. lib.2.* & iure communi attento, ex vitio viſibili in teſtamento, & conſtito in continenti de nullitate, immiſſio virtute *add.l.fin.C.de edic.Diui Adr.*impeditur *Peregr. de fideicomm. art.48. num.29. Bertaz.conſ.ciuil.55. num.28.de Ponte conſ.20 num. 23.lib.1.* & alij,quos refert *Praſ.Merlin.lib.1. controu.forenſ. cap.10.Rota Roman.*apud *Farinac.dec. 770. num.3.tom.2.p.2. Graſſ.lib.2. recep.ſentent.§.tranſmiſſio,q. 13.num.15. Tob.Non.conſ.93.num.10. Grat.diſcep. forenſ.cap.702.num.42.* quod namquè eſt euidenter nullum, aliquem effectũ parere non poteſt, *Rot.Rom.* apud *Farinac.dec. 526. num.7.& 8.tom.2.p.1. Reg.Tap.dec.S.C.1. nu.22. Praſ.Merlin.add.lib.1. cap. 10.à num.6.* quod ſi aliqua euidens,vel ſaltèm multũ dubia aduerſus illud opponatur exceptio, nõ interponitur decretum præambuli, ſed fit iudicium ordinarium, præuio bonorum hæreditariorum ſequeſtro.

19 Hinc mortua Prudentia de Rainaldis die 20. Nouembris 1652. per Regiam Audientiam Aquilanam, interpoſito præambulo ex teſtamento in beneficium Dom.D.Franciſci Antonij Sardi nobilis,Ciuitatis Sulmonis,illius Auunculi, & hæredis cum appellaſſet à decreti prædicti interpoſitione, & immiſſione in poſſeſſionem D. Io:Baptiſta Tranſmundi vti pater,& legitimus adminiſtrator eius filiorum hæredum ab inteſtato,opponens ex diuerſis cauſis teſtamenti nullitatem, potiſſimùm tanquam factum in beneficium dicti Sardi Curatoris ab ipſa Prudẽtia adulta, ex *Caſtr.conſ.231. num.2.verſ.caterùm res mali exempli,vol.2.Duen.reg. 3.in 2.concluſ.& ampl. 6. Caualcan.de tutor.& curat.num.279.Peregr.de iur. fiſc.lib.2.tit.6.num.12.verſ.ſed contra, Paul. Montan. de iur. tutel. & curat. cap.30.num.79. Petr. Rebuff. ad Conſtit.Gall.tit.de donat. & alijs diſpoſ.tutor.& admin.fact.reprobat. Gloſ.3. & 6.t.2.Marta voto 198.n.3.& 4.Reg. Tap.dec.Supr.Ital.Conſ.16.n.9.et 49.* & carpitur ex *tex. in Auth. vt is qui obligatas ſe habere prohibent res minorum,§.quod ſi quis,* quibus addo, quæ nouiſſimè ſcribit *D.Reg.de Marin. ad Reuerter. dec.146.à num.1. tom. 1.* & quamuis replicaretur à nobis validum eſſe, & legitimum, nec eſſe nullum,ex hoc quod fuerit factum in beneficium curatoris à minore, attenta communi, & veriori *DD.* ſententia, *Guttier.de tutel.& cur.p.2. cap.14.nu. 10. Azeued.in l. Reg.23. num. 14. tit. 11.lib.5. Cancer. var. reſol.lib. 1.cap. 7. de tutel.num.147.verſ.dubitari tamèn,Auend.de mer.lib.2.cap.20. in fin. Barboſ. in collect. ſup. C. in l. 4. C. de reſt. in integr. Bal. Tom. tract. 8. tit. 115. num.3965.& 4038.* qui omnes contrariæ opinionis Authores refellit, *Deccher. diſſert. Belgic.3.ſub num. 24. lib.2.Chriſtin. dec.Belgic.4.n.9. de his, qui teſtam.facer.poſs. Cõſ.Hodier. lib.1. controu. 14. num.14.* determinatum in Collaterali Conſilio atteſtans *num.33. & tex.in cit. §. ſi quis*, loqui in contractibus, & non propterea extendendum ad vltimas voluntates, vt aduertit *Guttier. add.loco à num. 19.* hocq; in caſu vendicare locum, tradita à *Conſiliario Staiban.lib.1.reſol.forenſ. cap.85. num. 26.*tamèn è S.C. *referente Dom. R. tùnc Conſ.R.Thoma de Aquino,* ſub

die 14. Aprelis 1655. manauit decretum, *Quod infrà decem dies partes deducant eorum incumbentia, & interim sequestrum factum vigore decreti confirmati per S. C. firmum remaneat*, penès Vincentium Lombardum Act. Mag.

20 Hinc legatario pro legato via competit exequutiua aduersus defuncti heredes, *l.cum filius, §.varijs, ff.de leg.2.* quod fuit opinio originalis, *Gl.in§.illud verbo, Decreto, Authent. de hered. & falcid.* quam vno ore sequuntur *Angel. ibid. num.57. Iaf. in l.fin. num.6. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. Soccin. conf. 103. in princip. lib.3. Natta conf.625. num.25. Alex. in dict. l. fin. sub num. 3. Ripa in l.ait pretor,§ si Iudex, num.7.de re iudicat. Dec.conf.17. num.6. Crass.§ legatum,quaest.77.* alter *Crass.de except. in praeludio, num. 37. Mysing. sing. obseru.cent.5. obseru.61.* vbi testatur hanc opinionem in Camera Imperiali receptam, *Marta in summ. de success.par.4.q. 16. art.1. num.68. Vasq.de success. crea. §.17. num. 122. & de success. progress. §. 18.num.98. Mattien. lib. 5. recompil. tit.4. Glossa 14.n. 11.* hanc opinionem communem esse testatur *Becc.conf.17.num.6.& 7.* eamquè vti veriorem, & magis communem defendit *Simon de Pretis de interpetr. vlt.volnut. lib.5.dub.3. num. 144. ad 168.* ità seruari in Signatura Iustitiae, & talem esse communem praxim, & stylum, fatetur *Spin. de testament. Gloss.35. num.37.* iudicatum in Parlamento Franciae refert *Guid. Pap. decis.483. Gulielm. in cap.Raynutius, vers. si absq; liberis, n. 193. de testam. Roder. Suarez in l.post rem indicatam, num.7. vers.Sextus casus,num.6. de re iudic. Azeued.in l.1. tit.21. lib.4.nou. recopil.in Glos.otras qualquieres escripturas, num.20. Felician. de sol. de censib. lib 3. cap.1. num.6. Gratian.decis. 4. num. 69. & discept. forens. cap. 62. num.16 tom.1. Ioseph Ludou. dec. 23. num.9. Cumia in Ritu Sicil.cap.19.nu. 73. Coler.de process. par.3.cap.2.n.23. vers. licet antem*, communem dicit *Mauson. de caus. exeeut.ampliat. 12. n. 5. Bardell. conf.2. nu.27. to.1.Intrigl. singul. lib.3. cap.36. Hauia in sua Curia Philipp. p. 1. in Iud. execut. 2.par. §.7. num.2. Viu. decis.464. n.2.lib.3.* qui penitùs contrariae sententiae sectatores refutat, *Dom. Reg. de Marinis quotid. resol. lib. 1. cap.241.* qui ex ore Regentis Constantij sic semper practicatum in Sacro Consilio, & decisum in anno 1626. in causa Sebastiani Camardellae, cum Victoria Salamanca testatur, *Dom. Pref. Filiu in margar. var.conclus.verbo,Legatarius l'vltimo, p. 1.* indubitatum firmat *D.Reg.Capyc. Latr.decis.12. nu.12. lib.1.* & tandèm *D.Reg. Sanfelic. decis.204. nu.2. to.2.* qui nedùm viam exequutiuam, sed immissionem quoquè legatario tribui, decisum in Sacro Consilio tradit, & satisfacit *tex. in l. 1. Cod.commun. de leg.* pro contraria opinione adducto à *Guid.Pap. q.483.* quod etiam notauit *additio ibid.*

Sicq; in anno 1644. determinatum fuit per idem Sacrum Consilium in causa D.Caroli Caraccioli, cum Illustr. Marchionissa Sancti Iuliani, in qua cum Dominus Consiliarius Antonius Mirobállus, tùnc celebris Aduocatus Marchionissae, intenderet viam executiuam legato debitam impedire, iunctis Classibus, Sacr. Consil. decreuit, esse describendum legatum in faciem D. Caroli vinculatum, quod non possit alienari in consulto S. C. & praestita cautione de restituendo cui, quibus, & quãdo, & ad omnem ordinem S. C. liceret eidem D. Carolo exigere tertias decursas à die obitus Illustr. Marchionissae, & decurrendas, & respectu omnium hinc indè praeteritorũ fuit datus terminus in causa, *referẽte D.Conf. Aloysio Gãboa*, & cum fuisset de nullitate dictum, alio decreto decisum fuit, *nullitates non obstare*, vt testantur *Dominus Franciscus Maria Prato*, qui tunc iura *D. Caroli* strenuè tutatus fuit, *lib. 1.discept.forens.cap. 10. per tot.* & *D.Thor.in supplemento decis.*

ver-

verb. legatarius, l'vltimo, fol. 339. vbi inserit Domini Miroballi allegationes. Quorum sententiæ postremò se subscripsit *Dominus D. Franciscus Merlinus contron. forens. centur.* 2. *cap.* 2. *à nu.* 1. qui immissionem dari negat, concedit tamèn legatario viam executiuam per viam præcepti, & nouissimè decreuit S.C. sub die 8. instãtis mẽsis Iulij 1662. in causa D. Cæsaris Maragnone Sargẽtis Maioris, legatarij D. Vrsulæ Lainez eius vxoris in ducatis duodecim mille, cũ D. Beatrice Albasio, & sororibus de Montoya, prouisumquè fuit, *quod prædicta D. Beatrix hæres solueret legatum prædictum de effectibus hæreditarijs, non subiectis fideicommisso, neque consuetudini huius Ciuitatis, deductis tamèn quantitatibus legitimè solutis, referente Domino Consiliario D. Ferdinando Muscoso*, Viro, in quo generis nobilitas, summa doctrina, ac integritas maxima, morum suauitate coniunctę, concurrunt. In Banca Lauiani.

Verùm quotiescumquè contra testamentum, vel ipsius legati præstationem aliqua altercatio iuris, vel facti subsistens opponitur, via exequutiua restringitur, & impartitur terminus, vt obseruat idem *Pref. Merlin. add. cap.* 2. *num.* 18. & decisum testatur *Vela* videndus *differt.* 42. *num.* 47. *&* 48. *tom.* 2. id quod Sac. Conf. insectatum fuit in causa creditorum Antonelli Mazzella, cum Carolo Mazzella debitore in ducatis sexdecim mille cum interesse, vigore legati relicti à Nicolao Mazzella fratre in beneficium Antonelli; Etenim, expetentibus ipsius heredibus, & creditoribus legati solutionem via exequtiua, sub die vltima Martij 1653. *referente Dom. Consil. Antonio Capiblanco*, prouisum fuit, *Quod infrà mensem pro omni termino, & nominatione partes producant eorum incumbentia, auditis etiàm hæredibus Antonelli Mazzella, & interim sequestrentur ducati triginta mille effectiui de capitalibus debitis per Regiam Curiam remansis in hæreditate Nicolai Mazzella*. In banca nũc de Amico.

21 Aditio verò hæreditatis, non expedito præambulo, per quos actus inducatur, tradunt *Bal. conf.* 224. *lib.* 20. *Card. Tusc. conclus.* 190. *vol.* 1. *Fab. decade* 20. *err.* 10. *Cardin. Mantic. lib.* 12. *de coniect. tit.* 9. *num.* 18. *Franc. Barrij lib.* 11. *de success. tit.* 3. *num.* 1. *Gabed. decis.* 61. *par.* 2. *Marcell. Calà de mod. artic. & prob. Glos. vnica*, §. 20. *à num.* 590. *Rota* apud *Buratt. dec.* 279 *nu.* 12. *&* 20. *Viuianus Cirocchus discept. forens. cap.* 34. *& cap.* 61. *à num.* 23. *Manson. de caus. execut. ampliat.* 12. *num* 3. *&* 9. *& ampliat.* 14. *num.* 21. *Consil. Satiban. res. for.* 176. *n.* 6. *to.* 2. potissimùm verò ex solutione legati à defuncto relicti illius inducitur aditio, *l. eam quam* 14. *C. de fideicomm. Menoch. lib.* 4. *præsump.* 101. *num.* 15. *Rota* apud *Cencium dec.* 280. *Coccinus dec.* 168. *nu.* 1. *Card. Seraph. dec.* 1407. *n.* 4. id quod restringimus in solutione legati pij, quod minimè ab hæreditatis aditione dependet, sed solùm à voluntate defuncti, *Crass. §. legatum, q.* 68. *num.* 4. *Tiraq. de pia causa priu.* 33. *Geuall. q.* 107. *Rub. pract. resolut. cap.* 61. & in terminis notant *Tusc. add. concl.* 190. *lit. A, Surd. tit.* 1. *de alim. q.* 44. *num.* 38. *Hilligerius ad Donell. lib.* 7. *cap.* 8. *Collegiũ Argentoratense lib* 29. *tit.* 2. *thes.* 13.

Et si quis confiteatur coram vno creditore se esse hæredem, àn sibi præiudicium afferat quoad alios absentes, ad intellectum *tex. in l. fin. ff. de interrog. action.* inquirunt *de Franch. decis.* 694. *Thor. p.* 1. *compend. decis. verbo*, *confessio, & p.* 3. *sect.* 1. *verbo, hæres confitendo, & voto* 23. *num.* 15. *Consf. Staib. lib.* 1. *resol. forens.* 86. *Mucc. var. q. q. forens. dilucid. q.* 4. *Vrsill. concl.* 51. *num.* 60. *tom.* 1. quid verò si in aliquo libello, seù scriptura iudiciali, quis dixerit se esse heredem, *Mascard. concl.* 40. *&* 42 *Hieronym. Vnlterius conf.* 28. *num.* 293. *vol.* 1. *Marc. Mantua sing.* 314. *Tepat. tit.* 548. *cap.* 8. §. 4. *Rota* apud *Ludouis. dec.* 460. *Mantic. dec.* 355. *num.* 8. *Cæsar. de Graff. dec.* 161.

RITVS CLXXXII.

Item seruat ipsa Curia, quod si multoties aliquis citari faciat Titium, quem Titium dicit in citatione se velle de periurio accusare, qnia constitutus idem Titius in testimonio publico coram iudice, notario & testibus &c. promisit &c. iurauit, &c. deinde Titio venienti assignatur instrumentum contra eum, cum obligatione, & non proceditur ordinariè, sed super tenore instrumenti, & hoc approbatum est per dictam Curiam, & approbatur &c.

SVMMA RERVM:

1 *Instrumentum nomine Banci confectum per illius institutorem, contra Banchum liquidari nequaquam potest.*
2 *Neque contra pupillum, si à Tutore confectum.*
3 *Quid si per Procuratorem.*
4 *Principalis pœna periurij haud plectitur.*
5 *Iuramentum licet sit personale quoad animæ vinculum, tamèn ligat hæredes, quoad obseruantiam contractus.*

1 De periurio remissiuè scripsimus in *Ritu* 171. & nonnulla notat *Ricc. collect.* 265. & cum causa præsentationis instrumenti sit Iure Rituum criminalis vt diximus in *Ritu* 166. & addimus *Consil. Staiban. centur.* 2. *resol. forens.* 109. *num.* 58. non mirum, si stipulato instrumento per institutorem, nomine Banci, elapso tempore solutionis non factæ, liquidari contra banchum nequeat, teste *Affl.* alias etiam addente rationes *in dec.* 64. atq; in tutore loquens
2 *Galterius in sua praxi instrument.* 2. *par.* 2. *par. princip. rub. vnica, num.* 24. scripsit propterea, nec posse incusari contra pupillum, *Consil. Staiban. resol. forens.* 8. *num.* 9. *lib.* 1.

Ad quæstionem verò positam per
3 *Carau.* hoc in *Ritu num.* 10. de obligatione facta per Procuratorem, vide *Vrsill. ad Affl. adducta decis.* 64. inibi multa scribentem, quæ vsu contingere possunt, insuperque delibauit *cit. Galter. num.* 25. anteaq; *Robertus de Iudice in suo euulgato tractatulo* millies commemorato, *consider.* tamèn 3. *num.* 2. *Freccia par.* ii. *q.* 6. *in* altero *suo tract. de præsent. instrum.* necnon tangunt *Foller. in pract. cens. verbo, Tanquam res indicatas, num.* 52. *Reg. Sanfelic. decis.* 213. *num.* 1. & 7. & *dec.* 237. *n.* 4. & 5. *Consf. Rocc. tom.* 1. *respons.* 21. *num.* 6. *Index Franc. Mar. Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 15. *num.* 49. *Montan. controuer.* 43. *num.* 15. & 23.

Pœnas autè periurij, congerit *Clarus in* §. *periurium*, latiùsq; *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 319. & *Viu. decis.* 120. illas autem non pati-
4 tur principalis, quamuis varius, aut periurus, vigore *Ritus* 79. & illic *Carau.* à *num.* 7. enodat, necnon *Constant. Papa* multa pretèr solitum cumulans *in sua additione ad eundem Ritum* 79.

Verùm illud quamuis quoad animæ
5 vinculum, & periurij reatum sit personale, quoad robur tamen contractus, eiusq; obseruantiam ligat etiam hæredes, ac successores, *Cagnol. in l. si quis maior num.* 199. *Cod. de transact. Guid. Papa decis.* 224. *num.* 3. *Affl. dec.* 381. *n.* 8. *Seraph. de priuil. iuram. priu.* 77. *num.* 22. *Mantic. de iur. par.* 4. *effect.* 5. *num.* 1. *Consil. Staiban. resol. forens.* 63. *num.* 15. *lib.* 1.

RI-

RITVS CLXXXIII.

ITèm quod vbi aliquod instrumentũ præsentetur publicum in dicta Curia per aliquem creditorem contra aliquem debitorem, seu eius fideiussorem, quod primo peremptorio dictus creditor debet accusare contumaciam: in vltimo peremptorio debet instare, vt interrogetur debitor, & fideiussores super tenore dicti instrumenti, vel in eius contumacia ipsos debet condemnare: nisi iusta causa interuenerit, & non potest creditor prorogare dicto suo debitori, seù dictis eius fideiussoribus terminum ad condemnari faciendum eos: nec aliquod pactum potest dictus creditor facere dicto suo debitori, seù dictis eius fideiussoribus, tàm supèr prorogatione dicti vltimi peremptorij, quàm super restitutione dictę pecuniæ, seù partis ipsius, aut alitèr quoquomodo, &c.

SVMMA RERVM.

1 *Contumacia vltima quando incusari possit; maximè in materia liquidationis instrumentorum.*
2 *Initium computandorum mensium à qua die sumendum.*
3 *Peremptorium necnè apponi queat in prima citatione.*
4 *Dispositio huius Ritus recessit ab aula.*

PRimi peremptorij fusè scripsimus super *Ritu* 118. *n.* 1. quo
in *Ritu* materiam quoquè secundi, siuè vltimi peremptorij tetigimus, distulimus tamèn ad hunc
Ritum tractationem illam, de qua, &
Caran. agit in huius *Ritus* initio, nem-
1 pè, de vltimo peremptorio, & contu-
macia postrema in eo incusanda, quæ
tametsi, vt illo in *Ritu* 118. diximus,
post triduum ab incusatione prioris
accusatur, ex vetusto tamèn vsu arbi-
trio creditoris remittitur, si tùnc velit,
aut vltrà differre, dummodò mensem
non excedat, si in Ciuitate Neapolis
fuerit exequuta citatio; bimestrem
verò, si extrà, ex inferiùs allegandis
auctoribus, ac propterea dubitari con-
tingit, si prior contumacia fuerit in-
2 cusata die 13. Octobris vltima verò
die 13. Nouembris dicatur in tempo-
re incusata vltima prædicta contuma-
cia, vel potiùs extra tempus, & sic
circumducta fuerit citatio? & quippè in
tempore permisso incusatam fuisse vl-
timam contumaciam, decisum memo-
rat *de Franch. decis.* 471. quam alle-
gant, & commendant *Capiblanc. sup.
prag. 5. de Baron. n. 32 to. 1. in vltima
impressione, & Io. Baptista Thorus in
compend. decis. par. 1. verbo, citatio,* §. 4.
nam dubium ex eo prodibat, quod
October est vnius supra triginta die-
rum, & consecutiuè mensis triginta
dierum numerandorum die immedia-
tè sequenti prædictam incusatæ primę
contumaciæ præterierat die 12. No-
uembris, etenim computatio triginta
dierum exordienda à die 14. Octob.
perficitur prædicta die 12. Nouembris,
ideòq; incusatio facta die 13. eiusdem
mensis Nouembris fuit post mensem,
cum debuisset fieri infrà illum, teste
*Affl. in constit. edictorum, sub n. 20. &
constit. Accusatorem, sub num. 7. Franc.
Anton. de Iudice in tract. de liquid. in-
strum. consid. 4. sub num. 3. & Pandus
par. 4. declarat. 4. num.* 37. sed ratio
decisionis valida fuit illa, cuius memi-
nimus, eamq; probauimus *in Rit.* 168.

num.

num. 14. initium computandorum mensium sumendum ab eo die, quo terminus incipit, perficiendum verò in altero sequentis mensis eiusdem numeri, nulla habita consideratione, si 28. dierum triginta, aut triginta, & vnius, sit ille mensis. Quod si feriæ adueniant, priusquam mensis labatur, poterit vltima accusari post ferias, neque in prima Curia, quæ ad sollemnitatem citiùs, quàm ad vtilitatem regitur, sed in altera immediatè coacta, iuxta verba *Ritus* 208. vbi *Carau. sub num.* 1. declarat, *& Galterius in sua praxi liquidat. instrum. 3. par. princip. rub. 3. num.* 10.

3 His omnibus annectimus in prima citatione apponi peremptorium, interdictum esse veteri Iure, *in l. ad peremptorium cum seq. ff. de Iudic.* concedit autèm, imò præcipit *Const. Regni*, exordiens, *edictorum*, quin, & peremptorium haud decernebatur, nisi tribus præcedentibus citationibus; in Regno autèm, vnica concurrente citatione pro tribus, vt illa in *Constit.* notat *Afflict. n.* 2. verùm alia plura de peremptorio retulimus *Ritu 29. to.* 1. & alibi.

Ceterùm, dispositioni huius *Ritus*, nè creditor valeat citato debitori su-

4 per instrumenti tenore facere aliquam prorogationem vltimi peremptorij, nec ad soluendum debitum, vel partem ipsius, collimant postrema verba sequentis *Ritus*, etenim vigebat obseruantia *Ritus 168.* qua nunc cessante, cessat itidèm prohibitiua vtriusquè *Ritus* præsentis, scilicèt, & sequentis; Quibus itaquè creditor ipse conuenire cum debitore, & alia exequi absq; pęnarum solutione aliqua, & contrauentione, horum etiàm spreta dispositione Rituum, vt aduertit *Galter. add. loco num.* 9. nostri *Carau. in hoc loco* memor.

RITVS CLXXXIV.

Item quod facta condenatione per dictam Curiam ad petitionem dicti creditoris, cōtra dictum debitorem, seu eius fideiussores, præfatus creditor saltèm semel in septimana debeat instare in dicta Curia, vt dictus debitor, seù eius fideiussores capiantur, & contra eos procedatur ad interrogationem super tenore dicti instrumenti: & non potest se dictus creditor modo aliquo concordare cum dicto debitore, seù eius fideiussoribus, vt supra.

SVMMA RERVM.

1 *Leges quam ob causam, plerumquè immutentur.*

2 *Illæ censendæ sunt prorsùs vtiles, quæ diù viguerunt.*

1 Postremum huius *Ritus* caput vnà cum duobus eiusdem præcedentibus capitibus, & *Ritu* superiori, in desuetudinem hodie abiisse, videmus; ac resecari omninò è numero possent, nisi rationem venerãdę Antiquitatis haberi magis oporteret, quam illorum vsus. Profectò habent, & iura, vt cætera omnia, vitam, & ætates suas: nec quicquam in iis æternum, nisi quod à Deo, Naturauè manauit, in quibus quemadmodum summa ratio, ac sapientia est, ita error, aut mendum esse non potest. Cæterùm alia omnia, quæ ab hominibus feruntur, alia aliis temporibus magis conueniunt; ac pro eorum ratione variantur, atq; exsolescunt. Acciditq; illis sępè, quod verbis ac-

accidere: dixit *Horatius* in Arte; vt

Multa renascantur, quæ iam cecidere, cadantque
Quæ nunc sunt in honore, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est, & ius, & norma, non *loquendi* solùm, sed. gerendi, & viuendi.

2 Quamobrèm leges eas optimas esse necesse est, quæ etsi maximè diuturnæ, integræ tamen viuere possunt, atq; antiqui vigoris succum seruare, quippè quæ diuinis magis assimilari videantur. Confirmat calculo suo *Aristoteles lib. 2. Polit. sect. 5.* vbi ait: Minimè posse latere, rectè nè se habeant leges, vel consuetudines, quæ diuturnæ sunt, & longo tempore viguerunt, cum rectè se habere omninò fatendum sit, alioquin, vt illic addit *D. Thom.* vel non essent inuecta omnia, inductaque in legem, si statim eorum inconuenientia apparuisset, vel si inducta, recessissent ab vsu, si temporum cursu, deindè cognouissent homines non esse vtilia, aut non expedire.

RITVS CLXXXV.

Tèm quòd facta cōdemnatione prędicta ad petitionem dicti creditoris cōtra dictum debitorem, seù eius fideiussores, non debeat fieri restitutio instrumenti dicto creditori in fra menses duos à die præsentationis ipsius in antea numerandos: sed lapsis dictis duobus mensibus, fiat restitutio dicti instrumenti creditori præfato.

SVMMA RERVM.

1 *Instrumentum aliauè scriptura producenda sit nè originalis, an copia relaxanda.*

2 *Mandati procuratorij in aliqua causa producti, possit nè in altera copia ex illo exemplata produci, & satis sit, eiusuè fides?*

3 *Exemplo àn credatur, non producto originali, & quid post longissimum tempus.*

4 *Instrumentum num producere cogatur, qui semèl illud in Iudicio produxit, exemplum in actis relinquendo.*

1 Concinit *Ritus* 180. attenta verò iuris sanctione, quando sit restituendum instrumentum, scribit *Guid. Pap. decis.* 471. Alijs tamèn in casibus, in quibus scripturas quascumq; publicas præsentare, quis tenetur, haud cogatur producere originale, sed copiam authenticam; dixit *Abb. in cap. 1. num. 31. & & 32. de preb. & Muscatell. prax. ciuil. par. 3. Glos. mentionatorum, n. 15.* vel originale, cum protestatione dimittendi copiam, vt scripsi super *Ritu* 176.

2 Mandati etiam procuratorij si fuerit productum, & relaxatum originale, aut concurrente iam dicta protestatione dimissa copia; si ex illa desumatur altera, siuè fides, quæ producatur apud acta alterius causæ, siuè officij, possitnè aduersarius opponere contra mandatum, & procuratorem reijcere, vel si aduersarius ipse cum illo sic constituto procuratore, velit litem mouere, & prosequi, validè nè sua prosequatur iura, àn potiùs inualidè, ita quod liceat principali constituenti, instare, declarari processum nullum, & obtinere tanquam factum cum procuratore, de cuius mandato non constat, & citrà dubium vidimus passim in Regijs Tribunalibus admitti in alio quouis Iudicio copiam desumptam

in l.Hæres absens, in princ.nu.77. cum seq.de Iudic. Danza adducens Supremi Collateralis prouisiones,*add. loco sub n. 19.Bonadill.tom.2. politic.lib.2.cap.18. num. 179. Sarmiento de reddit. 4.par. cap. 1.num.*8.*Guttier.lib.2.pract.quæst.* 49. *Gnid.* Papa *dec.* 261. quem laudat *Auus meus ad Gramm.dec.* 10.*num.*15. *Cabed. dec.* 84.*p.*1. *Emanuel.Themudo p.* 1. *decis.Senat.Archiep. Portugal.* 18. *Thor. in supplem. compend. dec.verbo, Clericus prætendens aliquid, Gabr. Pereir.de man.Reg.* 1.*p.cap.* 16. *num.* 19. Sed coram quo Iudice conueniatur

14 Ecclesiastica persona immissa in possessionem vigore talis decreti, si de illius nullitate dicatur,inquirunt *Peregr. de fideicom. art.* 48. *num.* 62. *Gratian. lib.*2.*discept. forensf. cap.*238. *num.*97. *R.Rou.dec.*44.*Reg.Sanfel.dec.*210.*p*2. *Consil. Carleual de Iudic. lib.*1. *disp.*2. *n.*952. *tom.* 1. *& Franc. Maria Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap.*42. *&* 43.

15 Ad instantiam verò hæredis instituti in testamento quoquè interponitur decretum præambuli, sed non vigore codicillorũ, in quibus nõ potest hæreditas dari, nequè adimi,*l.*2.*C.de Codicil. l.non codicillum, C.de testam.*§ *penult. inst. de codicill. Vrsill.ad Afflit.decis.* 134. *num.*6. *Monter. dec. Aragon.* 34.*num.*3.*Fontanel.dec.*577.*num.* 3.*p.* 2. *Prat.lib.*2.*cap.*8. *num.* 33. *Ricc.add. in locis, Sccein. in reg.*169.limitationes adiungens,*Monac.ad Minad.dec.*8.*nu.* 6. *Præs.Merlin.cent.*2. *controu. forens. cap.*2.*num.*3.sed àn in beneficium hæredum particularium, *Præs.Merlin.lib.* 2. *controu. forens. cap.*4.*num.*28. *lib.*2. *Consil.Scaiban.centur.*2. *resp.*106.*n.*85. *Moec.in sylu.cas.forens. cap.* 1. *num.* 12.

16 Verùm possitnè interponi ex voluntate testatoris,probata per testes,affirmatiuè resoluit *Gizz. ad dec.*7.*Capyc.Latro, num.* 4. sed non vigore pacti in contractu inter viuos adiecti, cum inter modos succedendi non adsit iste, per pactum inter viuos initum,*l.*1.*ff.de pet.hæred. Dec.consf.*224. regulaq; resistit, dictans pacto non posse dari hæreditatem, *Thesaur. dec.*225. quidquid affirmet *Berard.Pand.p.*2. *declar.*5. 6. 7.*&* 8.posse, eo fretus argumẽto,quod ad instantiam fideicommissarij vniuersalis, legatarij, cessionarij, substituti, emptoris hæreditatis interponatur decretum immissionis in possessionem, ex edicto *Dini Adriani*, de quo *in l.fin. C.de edict.Diui Adrian.* siquidem cum materia incusationis instrumenti ad formam *Ritus* sit exorbitans, non est extendenda ad fideicommissarium, legatarium, cæterosquè, qui non valent exercere directas actiones,& non sunt creditores,ex verbis, & mente contractus,& legis,nec sũt hæredes ex emptione hæreditatis, maximè quia ipse debitor poterit in actu interrogationis dicere, se soluisse hæredi, quem cognoscit in creditorem, seù verè repræsentantem creditorẽ in instrumento enunciatum,vt benè perpendit *Mõtan.add. controu.*43.*n.*22.de quo *Præs. Merlin.* meminit *add.c.*2.*n.*2.quibus propterea remedium *d.l.fin.C.de edic. Diui Adr.* non competit,*Vin.dec.*464.*Ludou.dec. Perus.* 23.*num.*19.*Thor.voto* 57.*num.* 2. *Menoch. de adipisc.possess.remed.*4. *nu.*693.*Achil.person.de adipisc. possess. num.*238. *Roder.Suar. in l.quoniam in prioribus, C.de inoffic.test.Mart.de success.legal.p.*4.*q.*16.*ar.* 1.*num.*60. *Mier. de maiorat.q.*52.*num.*64.& debent legata, & fideicommissa accipere à manu certi, ac liquidi hæredis, *Canaler. dec.* 106. *num.* 7. *& decis.* 516. *num.* 4.*Ciarlin. lib.*2. *controuers.forens.cap.* 168. *num.* 2. verùm quod hæres particularis valeat liquidare, dixit *Thor. voto* 84. *num.* 184. *par.* 1. *& par.* 3. *compend.decis.sect.* 1. *verbo,hæres particularis.* Et àn præambulum possit expediri in beneficium substituti,existente instituto viuo, sed ad triremes perpetuò condemnato, idem *Thor.*inquirit,*par.*3.*compend.sect.*2.*verbo,Præambulum àn possit.*

17 Petens verò præambulum, & hæreditatem ex testamento non sollemni, vel inualido,si succumbat, àn variare pos-

possit, & petere ab intestato, etiam in secunda instantia, affirmatiuè decisum tradit *Affl. dec.53.* & obseruat *Vrsill. ibid.* necnon declarat *Cons. Theod. alleg. 17. num. 16.* àc tradit *Roman. cons. 125.*

18 Quod quidem præambuli decretum vigore testamenti interponitur, ipso exhibito testamento, non cancellato, non abolito, nec abraso, *Ann. alleg. 19. nu. 3.* addens *nu. 12.* quod Iudex mittens in possessionem ex testamento nullo, non modò grauat partem, sed tenetur in syndicatu, *Ricc. collec. 370. & 2304.* Ritus enim intelligitur de testamentis validis, conformãdo se dispositioni iuris communis, ad *tex. in l. à Diuo Pio, §. condemnatum, ff. de re iudic. Iud. Prat. lib. 2. discept forensf. cap. 23. num. 7. Reg. Capyc. Latro decis. 180. num. 18. lib. 2.* & iure communi attento, ex vitio visibili in testamento, & constito in continenti de nullitate, immissio virtute *add. l. fin. C. de edic. Diui Adr.* impeditur *Peregr. de fideicomm. art. 48. num. 29. Bertaz. cons. ciuil. 55. num. 28. de Ponte cons. 20 num. 23. lib. 1.* & alij, quos refert *Pras. Merlin. lib. 1. controu. forens. cap. 10. Rota Roman.* apud *Farinac. dec. 770. num. 3. tom. 2. p. 2. Graff. lib. 2. recep. sentent. §. transmissio, q. 13. num. 15. Tob. Non. cons. 93. num. 10. Grat. discep. forens. cap. 702. num. 42.* quod namquè est euidenter nullum, aliquem effectũ parere non potest, *Rot. Rom.* apud *Farinac. dec. 526. num. 7. & 8. tom. 2. p. 1. Reg. Tap. dec. S.C. 1. nu. 22. Pras. Merlin. add. lib. 1. cap. 10. à num. 6.* quod si aliqua euidens, vel saltèm multũ dubia aduersus illud opponatur exceptio, nõ interponitur decretum præambuli, sed fit iudicium ordinarium, præuio bonorum hæreditariorum sequestro.

19 Hinc mortua Prudentia de Rainaldis die 20. Nouembris 1652. per Regiam Audientiam Aquilanam, interposito præambulo ex testamento in beneficium Dom. D. Francisci Antonij Sardi nobilis, Ciuitatis Sulmontis, illius Auunculi, & hæredis cum appellasset à decreti prædicti interpositione, & immissione in possessiouem D. Io. Baptista Transmundi vti pater, & legitimus administrator eius filiorum hæredum ab intestato, opponens ex diuersis caussis testamenti nullitatem, potissimùm tanquam factum in beneficium dicti Sardi Curatoris ab ipsa Prudẽtia adulta, ex *Castr. cons. 231. num. 2. vers. caterùm res mali exempli, vol. 2. Duen. reg. 3. in 2. conclus. & ampl. 6. Canalcan. de tutor. & curat. num. 279. Peregr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 6. num. 12. vers. sed contra, Paul. Montan. de iur. tutel. & curat. cap. 30. num. 79. Petr. Rebuff. ad Constit. Gall. tit. de donat. & alijs dispos. tutor. & admin. fact. reprobat. Glos. 3. & 6. t. 2. Marta voto 198. n. 3. & 4. Reg. Tap. dec. Supr. Ital. Cons. 16. n. 9. et 49.* & carpitur ex *tex. in Auth. vt is qui obligatas se habere prohibent res minorum, §. quod si quis,* quibus addo, quæ nouissimè scribit *D. Reg. de Marin. ad Reuerter. dec. 146. à num. 1. tom. 1.* & quamùis replicaretur à nobis validum esse, & legitimum, nec esse nullum, ex hoc quod fuerit factum in beneficium curatoris à minore, attenta communi, & veriori *DD.* sententia, *Guttier. de tutel. & cur. p. 2. cap. 14. nu. 10. Azeued. in l. Reg. 23. num. 14. tit. 11. lib. 5. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 7. de tutel. num. 147. vers. dubitari tamèn, Auend. de met. lib. 2. cap. 20. in fin. Barbos. in collect. sup. C. in l. 4. C. de rest. in integr. Bal. Tom. tract. 8. tit. 115. num. 3965. & 4038.* qui omnes contrariæ opinionis Authores refellit, *Deccher. dissert. Belgic. 3. sub num. 24. lib. 2. Christin. dec. Belgic. 4. n. 9. de his, qui testam. facer. poss. Cõs. Hodier. lib. 1. controu. 14. num. 14.* determinatum in Collaterali Consilio attestans *num. 33. & tex. in cit. §. si quis,* loqui in contractibus, & non propterea extendendum ad vltimas voluntates, vt aduertit *Guttier. add. loco à num. 19.* hocq; in casu vendicare locum, tradita á *Consiliario Staiban. lib. 1. resol. forens. cap. 85. num. 26.* tamèn è S.C. *referente Dom. R. tunc Cons. R. Thoma de Aquino,* sub

die 14. Aprelis 1655. manauit decretum, *Quod infrà decem dies partes deducant eorum incumbentia, & interim sequestrum factum vigore decreti confirmati per S. C. firmum remaneat*, penès Vincentium Lombardum Act. Mag.

20 Hinc legatario pro legato via competit exequutiua aduersus defuncti heredes, *l. cum filius, §. varijs, ff. de leg. 2.* quod fuit opinio originalis, *Gl. in §. illud verbo, Decreto, Authent. de hered. & falcid.* quam vno ore sequuntur *Angel. ibid. num. 57. Ias. in l. fin. num. 6. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. Soccin. cons. 103. in princip. lib. 3. Natta cons. 625. num. 25. Alex. in dict. l. fin. sub num. 3. Ripa in l. ait pretor, § si Iudex, num. 7. de re iudicat. Dec. cons. 17. num. 6. Craff. § legatum, quæst. 77.* alter *Craff. de except. in præludio, num. 37. Mysing. sing. obseru. cent. 5. obseru. 61.* vbi testatur hanc opinionem in Camera Imperiali receptam, *Marta in summ. de success. par. 4. q. 16. art. 1. num. 68. Vasq. de success. crea. §. 17. num. 122. & de success. progress. §. 18. num. 98. Mattien. lib. 5. recompil. tit. 4. Glossa 14. n. 11.* hanc opinionem communem esse testatur *Becc. cons. 17. num. 6. & 7.* eamquè vti veriorem, & magis communem defendit *Simon de Pretis de interpetr. vlt. volunt. lib. 5. dub. 3. num. 144. ad 168.*ità seruari in Signatura Iustitiæ, & talem esse communem praxim, & stylum, fatetur *Spin. de testament. Gloss. 35. num. 37.* iudicatum in Parlamento Franciæ refert *Guid. Pap. decis. 483. Gulielm. in cap. Raynutius, vers. si absq; liberis, n. 193. de testam. Roder. Suarez in l. post rem iudicatam, num. 7. vers. Sextus casus, num. 6. de re iudic. Azeued. in l. 1. tit. 21. lib. 4. nou. recopil. in Glos. otras qualquieres escripturas, num. 20. Felician. de sol. de censib. lib 3. cap. 1. num. 6. Gratian. decis. 4. num. 69. & disept. forens. cap. 62. num. 16 tom. 1. Ioseph Ludou. dec. 23. num. 9. Cumia in Ritu Sicil. cap. 19. nu. 73. Coler. de process. par. 3. cap. 2. n. 23. vers. licet autem*, communem dicit *Manson. de caus. execut. ampliat. 12. n. 5. Bardell. cons. 2. nu. 27. to. 1. Intrigl. singul. lib. 3. cap. 36. Hauia in sua Curia Philipp. p. 1. in Iud. execut. 2. par. §. 7. num. 2. Viu. decis. 464. n. 2. lib. 3.* qui penitùs contrariæ sententiæ sectatores refutat, *Dom. Reg. de Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 241.* qui ex ore Regentis Constantij sic semper practicatum in Sacro Consilio, & decisum in anno 1626. in causa Sebastiani Camardellæ, cum Victoria Salamanca testatur, *Dom. Præs. Filiu in margar. var. conclus. verbo, Legatarius l'vltimo, p. 1.* indubitatum firmat *D. Reg. Capyc. Latr. decis. 12. nu. 12. lib. 1.* & tandèm *D. Reg. Sanfelic. decis. 204. nu. 2. to. 2.* qui nedùm viam exequutiuam, sed immissionem quoquè legatario tribui, decisum in Sacro Consilio tradit, & satisfacit *tex. in l. 1. Cod. commun. de leg.* pro contraria opinione adducto à *Guid. Pap. q. 483.* quod etiam notauit *additio ibid.*

Sicq; in anno 1644. determinatum fuit per idem Sacrum Consilium in causa D. Caroli Caraccioli, cum Illustr. Marchionissa Sancti Iuliani, in qua cum Dominus Consiliarius Antonius Miroballus, tùnc celebris Aduocatus Marchionissæ, intenderet viam executiuam legato debitam impedire, iunctis Classibus, Sacr. Consil. decreuit, esse describendum legatum in faciem D. Caroli vinculatum, quod non possit alienari in consulto S. C. & præstita cautione de restituendo cui, quibus, & quãdo, & ad omnem ordinem S. C. liceret eidem D. Carolo exigere tertias decursas à die obitus Illustr. Marchionissæ, & decurrendas, & respectu omnium hinc indè prętẽsorũ fuit datus terminus in causa, *referẽte D. Cons. Aloysio Gãboa*, & cum fuisset de nullitate dictum, alio decreto decisum fuit, *nullitates non obstare*, vt testantur *Dominus Franciscus Maria Prato*, qui tunc iura *D. Caroli* strenuè tutatus fuit, *lib. 1. discept. forens. cap. 10. per tot.* & *D. Thor. in supplemento decis. ver-*

verb. legatarius, l'vltimo, fol. 339. vbi inserit Domini Miroballi allegationes. Quorum sententiæ postremò se subscripsit *Dominus D. Franciscus Merlinus controu. forens. centur.* 2. *cap.* 2. *à nu.* 1. qui immissionem dari negat, concedit tamèn legatario viam executiuam per viam præcepti, & nouissimè decreuit S.C. sub die 8. instãtis mẽsis Iulij 1662. in causa D. Cæsaris Maragnone Sargẽtis Maioris, legatarij D. Vrsulæ Lainez eius vxoris in ducatis duodecim mille, cũ D. Beatrice Albasio, & sororibus de Montoya, prouisumquè fuit, *quod prædicta D. Beatrix hæres solueret legatum prædictum de effectibus hæreditarijs, non subiectis fideicommisso, neque consuetudini huius Ciuitatis, deductis tamèn quantitatibus legitimè solutis, referente Domino Consiliario D. Ferdinando Muscoso*, Viro, in quo generis nobilitas, summa doctrina, ac integritas maxima, morum suauitate coniunctę, concurrunt. In Banca Lauiani.

Verùm quotiescumquè contra testamentum, vel ipsius legati præstationem aliqua altercatio iuris, vel facti subsistens opponitur, via exequutiua restringitur, & impartitur terminus, vt obseruat idem *Præs. Merlin. add. cap.* 2. *num.* 18. & decisum testatur *Vela vidend. differt.* 42. *num.* 47. & 48. *tom.* 2. id quod Sac. Cons. insectarum fuit in causa creditorum Antonelli Mazzella, cum Carolo Mazzella debitore in ducatis sexdecim mille cum interesse, vigore legati relicti à Nicolao Mazzella fratre in beneficium Antonelli; Etenim, expetentibus ipsius hęredibus, & creditoribus legati solutionem via exequutiua, sub die vltima Martij 1653. *referente Dom. Consil. Antonio Capiblanco*, prouisum fuit, *Quod infrà mensem pro omni termino, & nominatione partes producant eorum incumbentia, auditis etiàm hæredibus Antonelli Mazzella, & interim sequestrentur ducati triginta mille effectiui de capitalibus debitis per Regiam Curiam remansis in hæreditate Nicolai* Mazzella. In banca nũnc de Amico.

21 Aditio verò hæreditatis, non expedito præambulo, per quos actus inducatur, tradunt *Bal. cons.* 224. *lib.* 20. *Card. Tusc. conclus.* 190. *vol.* 1. *Fab. decade* 20. *err.* 10. *Cardin. Mantic. lib.* 12. *de coniect. tit.* 9. *num.* 18. *Franc. Barry lib.* 11. *de success. tit.* 3. *num.* 1. *Gabed. decis.* 61. *par.* 2. *Marcell. Calà de mod. artic. & prob. Glos. vnica*, §. 20. *à num.* 590. *Rota* apud *Buratt. dec.* 279 *nu.* 12. & 20. *Viuianus Cirocchus discept. forens. cap.* 34. & *cap.* 61. *à num.* 23. *Manson. de caus. execut. ampliat.* 12. *num* 3. & 9. & *ampliat.* 14. *num.* 21. *Consil. Satiban. res. for.* 176. *n.* 6. *to.* 2. potissimùm verò ex solutione legati à defuncto relicti illius inducitur aditio, *l. eam quam* 14. *C. de fideicomm. Menoch. lib.* 4. *præsump.* 101. *num.* 15. *Rota* apud *Cencium dec.* 280. *Caccinus dec.* 168. *nu.* 1. *Card. Seraph. dec.* 1407. *n.* 4. id quod restringimus in solutione legati pij, quod minimè ab hæreditatis aditione dependet, sed solùm à voluntate defuncti, *Grass.* §. *legatum, q.* 68. *num.* 4. *Tiraq. de pia causa priu.* 33. *Cenall. q.* 107. *Rub. pract. resolut. cap.* 61. & in terminis notant *Tusc. add. concl.* 190. *lit. A, Surd. tit.* 1. *de alim. q.* 44. *num.* 38. *Hilligerius ad Donell. lib.* 7. *cap.* 8. *Collegiũ Argentoratense lib* 29. *tit.* 2. *thes.* 13.

Et si quis confiteatur coram vno creditore se esse hæredem, àn sibi præiudicium afferat quoad alios absentes, ad intellectum *tex. in l. fin. ff. de interrog. action.* inquirunt *de Franch. decis.* 694. *Thor. p.* 1. *compend. decis. verbo*, *confessio, & p.* 3. *sect.* 1. *verbo, hæres confitendo, & voto* 23. *num.* 15. *Cons. Staib. lib.* 1. *resol. forens.* 86. *Mutt. var. q. q. forens. dilucid. q.* 4. *Vrsell. concl.* 51. *num.* 60. *tom.* 1. quid verò si in aliquo libello, seù scriptura iudiciali. quis dixerit se esse heredem, *Mascard. concl.* 40. & 42 *Hieronym. Vulterius cons.* 28. *num.* 293. *vol.* 1. *Marc. Mantua sing.* 314. *Tepat. tit.* 548. *cap.* 8. §. 4. *Rota* apud *Ludouis. dec.* 460. *Mantic. dec.* 355. *num.* 8. *Cæsar. de Grass. dec.* 161.

RITVS CLXXXII.

1 Item seruat ipsa Curia, quod si multotiès aliquis citari faciat Titium, quem Titium dicit in citatione se velle de periurio accusare, quia constitutus idem Titius in testimonio publico coram iudice, notario & testibus &c. promisit &c. iurauit, &c. deinde Titio venienti assignatur instrumentum contra eum, cum obligatione, & non proceditur ordinariè, sed super tenore instrumenti, & hoc approbatum est per dictam Curiam, & approbatur &c.

SVMMA RERVM:

1 *Instrumentum nomine Banci confectum per illius institutorem, contra Banchum liquidari nequaquam potest.*
2 *Neque contra pupillum, si à Tutore confectum.*
3 *Quid si per Procuratorem.*
4 *Principalis pœna periurij haud plectitur.*
5 *Iuramentum licet sit personale quoad animæ vinculum, tamèn ligat hæredes, quoad obseruantiam contractus.*

1 De periurio remissiuè scripsimus in *Ritu* 171. & nonnulla notat *Ricc. collect.* 265. & cum causa præsentationis instrumenti sit Iure Rituum criminalis vt diximus in *Ritu* 166. & addimus *Consil. Staiban. centur.* 2. *resol. forens.* 109. *num.* 58. non mirum, si stipulato instrumento per institutorem, nomine Banci, elapso tempore solutionis non factæ, liquidari contra banchum nequeat, teste *Affl.* alias etiam addente rationes *in dec.* 64. atq; in tutore lo-
2 quens *Galterius in sua praxi instrument.* 2. *par.* 2. *par. princip. rub. vnica, num.* 24. scripsit propterea, nec posse incusari contra pupillum, *Consil. Staiban. resol. forens.* 8. *num.* 9. *lib.* 1.

Ad quæstionem verò positam per
3 *Carau.* hoc in *Ritu num.* 10. de obligatione facta per Procuratorem, vide *Vrsill. ad Affl. adducta decis.* 64. inibi multa scribentem, quæ vsu contingere possunt, insuperque delibauit *cit. Galter. num.* 25. anteaq; *Robertus de Iudice in suo eulgato tractatulo* millies commemorato, *consider.* tamèn 3. *num.* 2. *Frecsia par.* 11. *q.* 6. *in* altero *suo tract. de præsent. instrum.* necnon tangunt *Feller. in pract. eens. verbo, Tanquam res indicatas, num.* 52. *Reg. Sanfelic. decis.* 213. *num.* 1. *&* 7. *& dec.* 237. *n.* 4. *&* 5. *Consf. Rocc. tom.* 1. *respons.* 21. *num.* 6. *Index Franc. Mar. Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 15. *num.* 49. *Montan. controuer.* 43. *num.* 15. *&* 23.

Pœnas autē periurij, congerit *Clarus in* §. *periurium*, latiùsq; *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 319. *& Vin. decis.* 120. illas autem non pati-
4 tur principalis, quamuis varius, aut periurus, vigore *Ritus* 79. & illic *Carau. à num.* 7. enodat, necnon *Constant. Papa* multa prætèr solitum cumulans *in sua additione ad eundem Ritum* 79.

Verùm illud quamuis quoad animæ
5 vinculum, & periurij reatum sit personale, quoad robur tamen contractus, eiusq; obseruantiam ligat etiam hæredes, ac successores, *Cagnol. in l. si quis maior num.* 199. *Cod. de transact. Guid. Papa decis.* 224. *num.* 3. *Affl. dec.* 381. *n.* 8. *Seraph. de priuil. iuram. priu.* 77. *num.* 22. *Mantic. de iur. par.* 4. *effect.* 5. *num.* 1. *Consil. Staiban. resol. forens.* 63. *num.* 15. *lib.* 1.

RI-

RITVS CLXXXIII.

ITèm quod vbi aliquod inſtrumentũ præſentetur publicum in dicta Curia per aliquem creditorem contra aliquem debitorem, ſeu eius fideiuſſorem, quod primo peremptorio dictus creditor debet accuſare contumaciam: in vltimo peremptorio debet inſtare, vt interrogetur debitor, & fideiuſſores ſuper tenore dicti inſtrumenti, vel in eius contumacia ipſos debet condemnare: niſi iuſta cauſa interuenerit, & non poteſt creditor prorogare dicto ſuo debitori, ſeù dictis eius fideiuſſoribus terminum ad condemnari faciendum eos: nec aliquod pactum poteſt dictus creditor facere dicto ſuo debitori, ſeù dictis eius fideiuſſoribus, tàm ſupèr prorogatione dicti vltimi peremptorij, quàm ſuper reſtitutione dictę pecuniæ, ſeù partis ipſius, aut alitèr quoquomodo, &c.

SVMMA RERVM.

1 *Contumacia vltima quando incuſari poſſit, maximè in materià liquidationis inſtrumentorum.*

2 *Initium computandorum menſium à qua die ſumendum.*

3 *Peremptorium necnè apponi queat in prima citatione.*

4 *Diſpoſitio huius Ritus receſſit ab aula.*

PRimi peremptorij fusè ſcripſimus ſuper *Ritu* 118. *to.* 1. quo in *Ritu* materiam quoquè ſecundi, ſiuè vltimi peremptorij tetigimus, diſtulimus tamèn ad hunc *Ritum* tractationem illam, de qua, & *Caran.* agit in huius *Ritus* initio, nem-
1 pè, de vltimo peremptorio, & contumacia poſtrema in eo incuſanda, quæ tametſi, vt illo in *Ritu* 118. diximus, poſt triduum ab incuſatione prioris accuſatur, ex vetuſto tamèn vſu arbitrio creditoris remittitur, ſi tùnc velit, aut vltrà differre, dummodò menſem non excedat, ſi in Ciuitate Neapolis fuerit exequuta citatio; bimeſtrem verò, ſi extrà, ex inferiùs allegandis auctoribus, ac propterea dubitari contingit, ſi prior contumacia fuerit in-
2 cuſata die 13. Octobris vltima verò die 13. Nouembris dicatur in tempore incuſata vltima prædicta contumacia, vel potiùs extra tempus, & ſic circumducta fuerit citatio? & quippè in tempore permiſſo incuſatam fuiſſe vltimam contumaciam, deciſum memorat *de Franch. deciſ.* 471. quam allegant, & commendant *Capiblanc. ſup. prag.* 5. *de Baron. n.* 30 *to.* 1. *in vltima impreſſione, & Io. Baptiſta Thorus in compend. deciſ. par.* 1. *verbo, citatio,* §. 4. nam dubium ex eo prodibat, quod October eſt vnius ſupra triginta dierum, & conſecutiuè menſis triginta dierum numerandorum die immediatè ſequenti prædictam incuſatæ primę contumaciæ præterierat die 12. Nouembris, etenim computatio triginta dierum exordienda à die 14. Octob. perficitur prædicta die 12. Nouembris, ideòq; incuſatio facta die 13. eiuſdem menſis Nouembris fuit poſt menſem, cum debuiſſet fierį infrà illum, teſte *Affl. in conſtit. edictorum, ſub n.* 20. *& conſtit. Accuſatorem, ſub num.* 7. *Franc. Anton. de Iudice in tract. de liquid. inſtrum. conſid.* 4. *ſub num.* 3. *& Pandus par.* 4. *declarat.* 4. *num.* 37. ſed ratio deciſionis valida fuit illa, cuius meminimus, eamq; probauimus *in Rit.* 168.

num.

accidere: dixit *Horatius* in Arte; vt

Multa renascantur, quæ iam cecidere, cadantque
Quæ nunc sunt in honore, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est, & ius, & norma, non *loquendi* solùm, sed gerendi, & viuendi.

2 Quamobrèm leges eas optimas esse necesse est, quæ etsi maximè diuturnæ, integræ tamen viuere possunt, atq; antiqui vigoris succum seruare, quippè quæ diuinis magis assimilari videantur. Confirmat calculo suo *Aristoteles lib. 2. Polit. sect.* 5. vbi ait: Minimè posse latere, rectè nè se habeant leges, vel consuetudines, quæ diuturnæ sunt, & longo tempore viguerunt, cum rectè se habere omninò fatendum sit, alioquin, vt illic addit *D. Thom.* vel non essent inuecta omnia, inductaquè in legem, si statim eorum inconuenientia apparuisset, vel si inducta, recessissent ab vsu, si temporum cursu, deindè cognouissent homines non esse vtilia, aut non expedire.

RITVS CLXXXV.

ITèm quòd facta cõdemnatione predicta ad petitionem dicti creditoris cõtra dictum debitorem, seù eius fideiussores, non debeat fieri restitutio instrumenti dicto creditori in fra menses duos à die præsentationis ipsius in antea numerandos: sed lapsis dictis duobus mensibus, fiat restitutio dicti instrumenti creditori præfato.

SVMMA RERVM.

1 *Instrumentum alianè scriptura producenda sit nè originalis, an copia relaxanda.*

2 *Mandati procuratorij in aliqua causa producti, possit nè in altera copia ex illo exemplata produci, & satis sit, einsuè fides?*

3 *Exemplo àn credatur, non producto originali, & quid post longissimum tempus.*

4 *Instrumentum nùm producere cogatur, qui semèl illud in Iudicio produxit, exemplum in actis relinquendo.*

1 COncinit *Ritus* 180. attenta verò iuris sanctione, quando sit restituendum instrumentum, scribit *Guid. Pap. decis.* 471. Alijs tamèn in casibus, in quibus scripturas quascumq; publicas præsentare, quis tenetur, haud cogatur producere originale, sed copiam authenticam; dixit *Abb. in cap.* 1. *num.* 31. & 32. *de preb. & Muscatell. prax. ciuil. par.* 3. *Glos. mentionatorum, n.* 15. vel originale, cum protestatione dimittendi copiam, vt scripsi super *Ritu* 176.

2 Mandati etiam procuratorij si fuerit productum, & relaxatum originale, aut concurrente iam dicta protestatione dimissa copia; si ex illa desumatur altera, siuè fides, quæ producatur apud acta alterius causæ, siuè officij, possimè aduersarius opponere contra mandatum, & procuratorem reijcere, vel si aduersarius ipse cum illo sic constituto procuratore, velit litem mouere, & prosequi, validè nè sua prosequatur iura, àn potiùs inualidè, ita quod liceat principali constituenti, instare, declarari processum nullum, & obtinere tanquam factum cum procuratore, de cuius mandato non constat, & citrà dubium vidimus passim in Regijs Tribunalibus admitti in alio quouis Iudicio copiam desumptam

ex originali procuratorio alicui actuario in causa exhibita, & eum procuratore inibi deputato agitari, & perfici Iudicium, quin producta tantùm fide prioris actuarij, quod est procurator B. vigore mandati existentis apud ipsum in causa, & processu cum D. Insuperq; legimus, decisum fuisse in Sacro Consilio, atquè iterùm approbatum in causa reclamationis inter Comitissam Castri, Ducemquè Atrij, & insequuntur *Thor. in suo comp. par.1.verbo,Scriptura, §.3. & Molfes. ad consuetud.Neap. in proœm.q.20.num.11. tom.2.*& collimant perplura, quæ scripsimus *indic. Rit.* 176. ài in longè simili contentione edisserit *Viuc. de Franch. dec.* 490.

3 Quando verò credatur exemplo,nõ exhibito originali, *Reg. Sanfelic. decis.* 182.*et dec.*183.quid si exemplum sit factum Iudicis authoritate, & parte citate, *Vrsill. ad Affl. dec.* 273.*n.*2. & de exemplo producto post longissimum tempus, àn præsumatur interuenisse in illo sollemnitatem extrinsecam, scilicèt, Iudicis decretum, & partis citationem, sermocinatur *Dom. Reg. de Marin. ad Reuert. decis.*312. *num.*2. & àn originale producere quis cogatur, qui semèl in Iudicio produxit, exemplum relinquendo in actis, maximè si originale esset amissum, vel combustum, idem *Reg. de Marinis ad Reuert. dec.*320. *num.*9.

4 Computatio verò mensium, de quibus loquimur *Ritus*, quomodo sit facienda, illiq; quot dies complectantur, scribimus super *Ritu* 168. ex institutione autèm Romuli, à noua Luna mensis incipiebat, sicut,& apud Hæbreos mẽses Lunares dicebãtur, quorum primus dies Neomeniæ, seù Kalendarum erat, *Petro Gregorio* teste *in lib.*2.*syntag. Iuris vniuersi cap.* 16. *num.*15.

RITVS CLXXXVI.

ITèm quòd vbi facta est præsentatio alicuius instrumenti liquidi contra aliquem debitorẽ, seù eius fideiussores, & eadem die sit facta præuentio in dicta Curia: antè, vel post, ꝙ per dictam præuentionem,seù citationem præuentionis ipsius, factam eodem die,cum præsentatione dicti instrumenti,interrogatio super tenore dicti instrumenti non impediatur: immo potest fieri dicta interrogatio dicti instrumenti, dicta præuentione facta eodem die non obstante in aliquo, non habito respectu de horis diei, in quo fuerit facta præuentio antè præsentationem instrumenti prædicti,vel post.

SVMMA RERVM.

1 *Intellectus ad hunc Ritum refertur.*
2 *Debitor super tenore Instrumenti citatus, facta eadem die præuentione contra creditorem, illius liquidationem haud effugiet.*
3 *Hora in Instrumentis operatur præuentionem, & proindè in illis addenda est.*
4 *Citatio prò tali die,& hora,si altera expleatur, àn actus nullitati subiaceat.*
5 *Instrumenta duo si vno,eodemquè die stipulata reperiantur,quodnam priùs stipulatum præsumatur.*
6 *Reuocationem venditionis feudi,àn assensum in dubio præsumatur præcessisse, si eodem die reuocatio, & assensus facta sint.*
7 *Præuentio quando impediat executionem instrumenti, & obligationis Cameralis.*

8 Ex

8 *Ex qua causa illa fieri possit.*
9 *Instrumenti liquidi refertur exemplum.*

1 MVlta, & quidem vtilia, congessimus in materia ista præuetionis super *Ritu* 168. & infrà 189. quin, & intellectum huic *Ritui* tradimus in iam memorato *Ritu* 168. impulsi verbis huius *Ritus*, illis nèpè, *antè, vel post*, & affirmamus præuentionem eadem die
2 factam, qua debitor fuit citatus super tenore, nullum iuuamen afferre, quamuis constet, quod instrumenti productio subsequuta fuerit citationem á Reo impetratam, id quod extricant *Muscat. in prax. S.C. lib.2. par. 1. Glos. in forma, num.*87. *Maur. iun. alleg.* 10.*n.*11. *Vin. decis.*204. *num.* 1. *Borrell. par.*2. *summ. decis. tit.* 19. *de instrum. liquid. num.*89. *&* 91. *Ricc. collect.* 187. 294. *&* 460. *Galter. in prax. instrum.* 3. *p.* 2. *par. rub.*2. *num.*4. *&* 5. *Grauin. p.*4. *declar.* 19. *num.* 121. & *Carau.* in hoc *Ritu* effatum examinat. Quàmuis ra-
3 tione horæ, alterum instrumentum, altero dici anterius, probet *Glos. in l. in operis, ff. locati, in cap. si à sede, de preb. in* 6. *Gait. de credit. cap.*4.*q.*11. *à num.* 1871. *Amat. resol.* 31. *sub num.* 13. & propterea apponendam in illis horam ex eisdem *Glosis* deducitur, necnon *Bal. in l. cum proponas, C. de interdict.*
4 *matrim.* quin citatione facta pro tali die, & hora, si altera expleatur, actus nullitati subiaceat, eo quod factus sit, parte non citata, post *Bal. & Abb.* notat *Rauen. in suo Alphabeto vers. hora,* quamuis illa necessariò inseri in citatione ad comparendum non debeat, *Gaill. obseruat.* 53. *num.* 4. *centur.* 1. *Marant. in Specul. p.* 6. *verbo, citatio, num.*60.
5 Et quisnam dicatur creditor anterior, si duo instrumenta eadem die stipulata fuerint, & per Notarium vnum post aliud in protocollo extensum, inquirit *Reg. de Marinis lib.*1. *quot. resol. cap.*72. & quid in fauorem fisci, & concurrentè muliere pro dote, idem *Reg.* examinat *add. loco nu.*3. *& ad Reuert. dec.*378. *num.* 3. sed reuocationem ven-
6 ditionis feudi, àn assensum in dubio præsumatur præcessisse, si eodem die reuocatio, & assensus facta sint, *Paris. de reinteg. feud. pag.* 27. *àt.* ad partes arguens, nihil concludit, sed *Anna*, præsumendum esse, reuocationem præcessisse, scripsit *in repet. Constit. Reg. Constitutionem Diua Memoriæ, num.*264. cui contradicit *Praes. de Franch. decis.* 649. quem refert *Reg. Capyc. Latro consul.*108. *num.*30. *lib.* 2.
7 Cæterùm, præuentio impediat nè exequutionem, & instrumenti liquidationem, ac procedi necnè possit via executiua, indicamus super eodem *Ritu* 168. & videto *Monter. dec.*22. *num.* 9. *Mastrill. dec.*157. *num* 4. *p.*2. *Vrsill. ad dec. Affl.*387. *Lancellot. de attentat. appellat. pend. tit. de attent. nullit. pend. num.*83. & de præuentione obligationi camerali, loquitur *Ludouis. dec.*98. *sub num.*7. *in recollect. per Farinac. ex impressione Taurinensi*; hanc tamen
8 præuentionem fieri posse ex qualibet iusta causa, nec tantùm solutionis, at insuper nullitatis, simulationis, ac alterius cuiuslibet similis exceptionis, quā debitor prætendit aduersus instrumentum, post *Vin. Reg. de Marin.* & alios, diximus *in mem. rit.* 168, *num.* 10.
9 Instrumentum verò liquidum illud dicitur cum nulla indiget probatione extrinsecùs facienda ad illud liquidandum, teste *Carau. super Ritu* 167. *num.* 14. tametsi, & per alterum liquidatum præsentari posse pateat, ex postremis illiusmet *Ritus* verbis, & inibi noto

RITVS CLXXXVII.

ITèm quæcunque instrumenta, quæ præsentátur in dicta Curia, recipiantur per dictam Curiam super illis, quæ continent quantitatem vnius vnciæ inclusiuè, & vltra vnciam vnam, fiat interloquutoria secundum Rit. Curiæ, super alijs autèm quæ continent quantitatem infra, interrogetur conuentus per Curiam, & si confitetur, mandetur sibi ad certam pœnam quòd soluat infra certos dies, secundum qualitatem personarum & quantitatem debiti, & hoc quando est possidens, & non suspectus de fuga, aliàs vel caueat de soluendo, vel detineatur in defectu fideiussionis, si autem citatus aliquid allegaret contra instrumentum, vel quod soluerit, vel aliam iustam causam, Curia ipsa committit vni, qui examinet testes, super solutione, & alijs dicendis per eum, vt supra dictum est in causis modicis committendis.

SVMMA RERVM.

1 *Instrumentum, vt liquidari possit ad formam Ritus debet esse supra vnciam.*

2 *Dummodò illud infrà vnciam non sit ex residuo maioris quantitatis, quidquè si contineat vnciam, nec plùs, nec minùs.*

3 *Iudex potest in instrumento infrà vnciam debitorem vocare, ipsiquè confesso, præceptum de soluendo facere.*

4 *Confessus ab eiusmodi decreto, quòd soluat, non appellat.*

Instrumentum operatur, vt debitor dicatur conuictus, & confessus.

Confessus, & conuictus non appellat.

5 *A decreto relaxationis mandati in vim executionis rei iudicatæ non conceditur appellatio.*

6 *Suspensus voce actiua, & passiua appellando, non impeditur habere vocem, appellatione pendente.*

7 *Suspectus de fuga cauere tenetur de soluendo debitum, aliàs carceratur.*

8 *Vinctus è carceribus dimitti non potest, non præcedente Iudicis mandato, etiàm si captus fuerit pro debito ciuili, & accedat creditoris consensus.*

9 *Carceratus extra iurisdictionem vigore mandati decreti à suo Superiore, & brachij Iudicis loci, vbi deuinctus fuit, excarcerari per Iudicem concedentem brachium nequit, nisi illiusmet superioris accedat facultas.*

10. *Creditor, qui eius debitorem fugam arripientem, pecuniamq; secum ferentem apprehenderit, àn teneatur illam cum alijs creditoribus communicare.*

11 *Creditores eodem die, vel ex eodem contractu si concurrant, quando vnus præferatur alteri, ad tex. in l. si debitor, ff. de pignor. & hypoth. inquiritur, & Amati limitatio in res. 31. reijcitur.*

1 VEtat *Ritus* præsentari instrumenta ad formam *Ritus*, nisi sint supra vnciam .i. sex ducatos, traduntq; *Frecc. de præsent. instr. par. 15. q. 1. num. 1. Paris de Puteo in tract. sindic. verbo, Captura, Thom. Gramm. cons. ciuil. 17. Pand. de exequu. instrum. par. 3. decl. 4. num. 9.* collimantq; quæ exarant *Cart. de sequestr. q. 6. in fin. Corset. in tract. de minim. n. 161. Ludou. Roman. sing. 93. & cons. 320. Auus meus ad Capyc. decis. 32. num. 2. & 109. num. 3.* Restringitur tamèn *Ritus*, si quantitas in-
2 frà vnciam ex maioris quantitatis residuo esset, *Borrel.* post *Carau. par. 2. summ. decis. tit. 19. num. 74. Tartagl.*

in

in prax. ciuil. cap. 1. *n.* 33. *in fin*. *Carrab. sing.* 109. *&* 112. quid verò, si illud contineat vnciam, nec plùs, nec minùs, resolue ex *dec. de Franch.* 703. *& Franc. de Petr. cons.* 33.

3 Insupèr mandat *Ritus*, vt in instrumento infrà vnciam valeat Iudex vocare debitorem, illiq; confesso facere præceptum de soluendo infrà tot dies, arbitrio Iudicis, inspecta qualitate, & quantitate debiti, *Galter. in prax. Instr. in* 2 *p. prima p. num.* 36. Cuius præ-
4 cepti vis impediri vigore appellationis haud posse, tùm inspecta Iuris sanctione, quod, stante instrumento liquido, est debitor conuictus, & ore proprio confessus, teste *Castrens. in l. si debitori num.* 4 *ff. de Iudic.* cui prorsùs denegatur appellatio, *in l.* 2. *C. quorum appellat. non recipiunt.* idq; in omnibus delictis vendicare sibi locum, sentit communis Doctorum opinio, cuius testis est *Imol. in l. fin.* §. *Lucius num.* 8. *ff. de appellat.* tùm quod etiam si confessus dumtaxàt diceretur, ac propterea errorem suum coram superiore, vigore appellationis corrigere posset, ex eiusdem *Castrensis* verbis inspecto iure communi, potissimùm in *l. creditor*, §. *Iulius*, adiuncta *Glos. ff. de appellat.* Nihilominùs virtute *Ritus* 256. neque posset, de quo *Muscatell. in prax.* S. C. *lib.* 1. *par.* 1. *Glos. petitur*, *num.* 38. *& prax. fideiussor. p.* 2. *q.* 8. *nu.* 30. qui multa notabilia *Caran.* relato subnectit.

5 A decreto etiam relaxationis mandati in vim executionis rei iudicatæ, neque conceditur appellatio, ex communiori Doctorum sententia, cuius meminerunt, quamquè libentèr insequuti sunt *Grauat. ad Vestrium in prax. lib.* 7. *cap. vltimo, n.* 43. *Gabriel in communib. conclus. tit. de appellat. concl.* 4. *num.* 2. *Lancell. de attentat. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 53. *num.* 16. demùmq; *Farinac. cons.* 210. *vol.* 3. *n.* 2 In altero verò
6 casu in contradicētem sententiā propēdendum censuimus, quem subscribendum vtile esse, quamuis ab huius *Ritus* terminis prosilire videatur, & cuius interrogati fuimus, cum Prouincialis quidam suspendit voce actiua, & passiua quemdam eius subditum, esset q; paucos post dies, facienda electio alterius Prouincialis cōsuluimus etenim suspenso, vt appellaret, posteaq; capitulum ingredi non omitteret. Nàm hoc specifico in casu suspensionis decretum suspendi arbitrati fuimus verius, cum *Roderic. in quæst. regular. tom.* 1. *q.* 29. *partic.* 5. demùmq; *Octauianus Spatarius* scripsit *in aurea methodo corrigendi Regulares, tract* 10. *par.* 4. *cap.* 5. *num.* 5. non obstante pugnante assertione illa, quod in censuris appellatio minimè suspendit, quam refert *Episcop. Campanil. in diuers. Iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 15. *num.* 40. *&* 41.

7 Hinc verò debitor si suspectus de fuga erit cauere cogitur de soluendo debitum, alioquin captiuus detinetur, vt in hoc *Ritu* dicitur, atquè in *Rit.* 170. vbi nos latè, sed àn cauere debeat de Iudicio sisti tantùm, vel etiam de iudicatum soluendo, extricant *Afflict. decis.* 170. *Ricc. dec. Cur. Archiep.* 61. quos *Reg. Capyc. Latr.* refert *consultat.* 73. *n.* 42. *lib.* 1. *Muscat. in prax. fideiuss. par. prima*, *modo* 12. quin, & sine Iudicis mandato tùnc capi, etiam ab ipsomet creditore, post *Marant. par.* 6. *verbo, rectè concipiatur, citat. nu.* 72. cum bonis quæ secum fugiendo, tradit *Ioannes de Euia lib.* 2. *commer. terrest. cap.* 11. *num.* 28. & diximus eodem in *Ritu* 170. *sub nu.* 1. Cùm alioquin regula contradicat, quam tradidi, iunctis declarationibus, super *Rit.* 38. *tom.* 1. quam nùnc vendicare, etiam sibi locum adiungo in exarceratione, nè vinctus, è carceribus dimitti valeat;
8 non præcedente Iudicis mandato, iuxtà *decis. Viuij* 202. etiam si captus fuerit pro causa, & debito ciuili, ex *Lanfrāch. decis.* 33. quamuis creditoris accesserit consensus, ex *decis.* 129. *Rota Germaniæ.* Idemque *Viuius* approbat omnes memoratas extensiones, *in ead. adducta decis.* 202.

9 Imò captus aliquo in loco extrà iu-
ris-

risdictionem sui superioris,stante mandato prædicti superioris; & illius requisitione,& bracchio per Iudicem loci concesso relaxari nequeat, sinè proprij superioris mandato, non ipsiusmet loci Iudicis, concludit *Rebuff.in rub.de liter.requisit.in præfat.num.16.tom.2.* quo in tractatu multa de his requisitorijs litteris scripsit,Demùmq;& eleganti stylo ratiocinatur, *Franciscus Molinus in suo tractat.de brachio sæculari ecclesiæ præstando, cap.22.* cum vtilissima ad hanc rem spectantia congessit.

10 An verò creditor, qui eius debitorem fugam arripientem,pecuniamq;secum ferentem consequutus fuerit, & apprehenderit,teneatur eam communicare cum aliis creditoribus,negatiuè,ex *l.ait prætor,§.si debitorem meum,ff.quæ in fraud. credit. & Peguer. decis.371. num.20.* respondet *Consil.Roec.respons. lib.2.notab.33.nu.102. de decoct.mercator.*

Sic si duo sunt creditores vno,eodēquè die ex eodem, vel diuerso contractu, & aliquis ex eis possideat, possidens præfertur cum in pari causa, paritèrq; priuilegiata melior sit conditio possidentis, *de Franch. decis.260.n.4. & decis. 635. nu. 6. Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. q.6. nu.33. Franc. Costæ cons.63. & 68. ex tex. in l.si debitor, ff.de pignor. & hypoth.* & quamuis *Anton.de Amat. resol.31. à num. 6.* restringat, oriēte obligatione ex vno, eodemq; fonte, & origine,vt possessor hac exceptione vti non possit aduersus alium concreditorem agentem super re possessa, sed teneatur communicare, ad instar sociorum, & cohæredum,qui,nullo dato possessionis priuilegio,inter eos communicant. Etenim hæc limitatio directè aduersatur dispositioni, *add. l. si debitor,* eiusq; verbis, ibi: *Si debitor res suas duobus simùl pignori obligauerit, itaùt vtriq; insolidùm obligatæ essent: singuli insolidùm, aduersus extraneos Seruiana vtentur, Inter ipsos autèm si quæstio moueatur, possidentis meliorem esse conditionem.* Per quam dictionem, *simul, Vulpianus* inferre voluit vnitatem contractus decernendo etiam in isto casu prælationem possidenti, nam si excogitasset de obligatione proueniente ex duobus contractibus disiūctis, & separatis, illud *simùl* superfluè apposuisset, nam sat fuisset dicere, si duobus in solidum res suas obligauerit. Nec est bona illatio de concreditoribus ad consocios, & cohæredes, cū eadem nō sit paritas rationis. Creditor.n. cū alio creditore nihil cōmune habet, & propterea vigilantia, & commodum possessionis sibi prodest, *d.l.si debitor* socius verò inuigilare tenetur pro consocio *l. si vnus,§. 1. ff.pro socio,* & cohęredes cū alijs cohæredibus communicare tenentur *l. item labeo,ff.famil. ercifcund.* vt istam *Amati* limitationem reprobando, optimè tradit *Placidus Costa in add.ad Franc. Costa Genitoris consil.68. per tot. & in fin.decis.*adducit.

RITVS CLXXXVIII.

ITèm seruatur in dicta Curia, quod instrumētis confectis extra Regnum non creditur: nisi per modum, qui sequitur infrascriptum: quia aut sunt instrumenta Apostolica, vel alia, non Regia, nec Reginalia facta, in Regno,& non adhibetur fides: si sunt facta extrà Regnum dicta instrumenta Apostolica,vel alia, tamèn si habetur aliqua summaria informatio extraiudicialis, quod notarius qui publicauit,est vt notarius publicus: & locus, vbi fuit confectus est natos vt Florentiæ,

sta-

statur sibi, si vero non est locus notus: puta vltra mótes, vel est locus, qui rarò nominatur: & non habetur fides, quod sit publicus notarius, non statur, sufficit enim quod habeatur summaria fides, quod sit publicus notarius extraiudicialitèr, vt credatur dicto instrumento Apostolico, vel non Apostolico confecto, & publicato extra Regnum.

SVMMA RERVM.

1 *Practica, quomodo credatur instrumentis extrà Regnum confectis.*
De legalitatibus, quæ fiunt in instrumentis, remissiuè.
Quid dicendum de mandato procuratorio, & testamentis extrà Regnum confectis.

2 *In instrumento extrà Regnum celebrato absq; literis testimonialibus, àn per testes probari possit, interueniße requisita.*

3 *Notarium, quem fuisse, quomodo probetur.*
Quid si fuerit repertum Notarium esse in matricula descriptum.
Nonnulla de Notarto putatiuo notantur.

4 *Instrumentum extra Regnum confectum, àn in Regno liquidari possit.*

5 *Notariorum creatio est de regalibus, ad Baronem, àn spectet, quid in Regno.*

6 *Notarij antiquitùs nobiles eligebantur.*
Eorum testimonio standum est, & apud eos fides omnium, & fortuna sunt.
Nostri sæculi conditio deploratur.

1 SErmocinatur *Ritus* de validitate instrumenti confecti extra Regnum, traditq; non credi, nisi aliqua sũmaria informatio, etiàm extra iudicialis intercedat, qualitèr ille, qui scripsit instrumentum, sit publicus Notarius, id quod constare poterit literis testimonialibus subsignatis sigillo officialis, vel Vniuersitatis illius loci, vbi instrumentum confectum fuerit, vt post *Carau.* admonet *Ioannes Paulus Galterius in prax. instrum. 2. par. prima partis, verbo, Aduertat ad debita, num. 23.* & antè ipsos tradidit *Lanfranch.* laudatus à *Roberto consid. 1. in fin.* & concinunt tradita à *Reg. Tapia in constit. instrumentorũ robur, n. 6. Nicol. Genua de script. priu. tit. de liter. testimon. pag. 160. Aloys. de Leo in l. 1. C. de nouo, C. faciend. num. 7.* & aduertit *Danza to. 1. de pugna DD. cap. 1. de instrum. num. 28.* qui *num. 42. in nouiss.* fretus *decis.* memorata à *Thoro sect. 1. comp. decis. par. 3. verbo, Instrumentum,* tradit, validum esse instrumentum confectum in Ciuitate Beneuenti, & de istis legalitatibus, quæ fiunt in instrumentis missiuis extrà iurisdictionem, loquitur optima *decis. Perus. Ioseph. Ludou. 115. num. 6.* quæ transumpta quoquè dicuntur, *Pras. de Franch. decis. 206. num. 2.* & hanc praxim recenset *Masull. ad Capyc. decis. 201. num. 2.* extenditq; etiam ad mandatum, seù procurationem confectam extrà Regnum, absq; literis testimonialibus, vt sit insufficiens, *Muscat. in prax. ciuil. p. 2. Glos. veniens, num. 45.* & ad testamenta confecta extra Regnum, *Marant. cons. 90. num. 5. & 6. de Franch. & add. dec. 530.*

2 Sed si præsentetur instrumentum extra Regnum confectum, absq; literis testimonialibus, possint per testes probari requisita, inquirũt, *Afflict. dec. 251. Isern. in repertor. in verb. Instrumentũ, in prim. vers. Reg. Tap. in d. constit. instrumentorum, num. 160. Boer. decis. 154. num. 4.* & latè *Hippol. de Marsil. in l. si quis nè quæstio, col. 29. ff. de quæstion.*

3 Imò testibus constare potest, quod instrumentum antiquum, etiam in Regno, qui scripserit, notariatus officio functus fuerit, non autem, si antiquissimum, scilicèt vltrà centum an-

nos, dicit *Affl decis.* 245. *num.* 3. & 4. alijs etiàm instrumentis ab illo celebratis; saltèm quatuor, probari quoquè illum esse notarium, defendit *Boer. dec.* 36. *num.* 11. extricatq; *Marcell. Calà de mod. articulād. Gl. vnica*, §. 2. *n.* 250. & si fuerit repertus Notarius in matricula descriptus, eius instrumēta ex presumptione matriculæ valebunt, *Bald. in l. 2. nu. 7. C. de sentent. & interloq. omn. Iudic.* laudatus à *Catal. de Indultu cap.* 18. *num.* 58. & 59. *Gaill. practic. obseru. lib. 1. obseru.* 21. *num.* 16. *Mising. sing. obseru. cent. 1. obseru.* 78. *num.* 1. extatquè in Regno de hijs peculiaris sanctio *in prag. 1. de notarijs*, qua cautum legimus, eos matriculari debere, aliàs non exercerent, quam non esse vsureceptam, ex quo expediri faciunt priuilegium sigillo Regalis Cācellariæ, & registro munitum, censuit *ibidem R. Rouit. nu.* 1. indubio verò statur instrumento, *Boer. cons.* 11. *num.* 9. *Grammat. consil. ciuil.* 65. *num.* 18. *Ioan. de Amicis cons.* 120. *nu.* 28. & magis creditur voci mortuæ, quam viuæ, *Iacob. de Belnis. in prax. iudic. tit. de remiss. fac. col.* 16. *vers. quia non magis*, potissimùm si illud fit antiquum, *Gaill. lib. 2. obser.* 13. *num.* 15. de cuius antiquitate scribunt *Maurus Iunior alleg.* 54. *D. Ferdin. Matute disquisit. leg.* 31. quid de instrumentis confectis à notario putatiuo, *Vrsill. decis.* 251. *num.* 3. & puniri ille nè debeat falsum perpetrans, sicut verus notarius; *de Franch. decis.* 444. *Thor. p. 1. compendij decis. Regni, verbo, notarius.*

Instrumentum nè extrà Regnum
4 celebratum possit via *Ritus* in Regno præsentari, affirmatiuè resoluit *Franc. Ant. de Iudic. Rober. de liquid. Instr. consider.* 1. *n.* 20. & tradit cautelam *Vrsill. ad Affl. dec.* 251. seruatumquè vidisse testatur *Frec. de liquid. Instrum. p.* 3. *num.* 28. & post *Carau. in Ritu* 166. *n:* 61. firmat *D. Consil. Rocc. de assecur. notab.* 100. *n.* 397. *post t. 2. respons.* (quiquè *num.* 399. *ex R. Sanfel. decis.* 311. *par.* 2. indicat, apocam cambij confectam extra Regnum habere executionem paratam, iuxta *Regias Pragm.* quando pro ea agitur in Tribunalibus huius Regni.) At negatiuè respondet *Anton. Gabr. de fide instrum. conclus.* 1. *num.* 1. nosq; extricauimus eodem in *Ritu* 166.

5 Notariorum verò creationem esse de Regalibus, scripsit *Iser. in l. imperialem*, §. *scriba in fin. de prohibit. feud. alienat.* per *Federic. & cap. 1. verbo, ad Iustitiam expediendam, num.* 68. *quæ sint Regalia*, nec non in *Constitutione* exordiente, *in locis demanij*, & *Carauita* hoc in *Ritu* laudato, meminit *Danza add. loco num.* 30. potest tamèn alijs communicari facultas constituendi illos, vt ex *Carauit.* deduci potest hoc *in Rit. sub num.* 9. ideò iustè hæsitauit *Capyc.* si illa fuerit communicata Baronibus, *in add.* §. *scriba, vers. & quamuis Andreas*, annuitquè *Sesse dec.* 83. *num.* 27. quorum sententiam de Tabellionibus generalibus ad conficienda instrumenta intelligendum esse, existimat, *Cancer. variar. resolut. tom. 2. cap. 2. num.* 53. cum Actorum Iudicialium scribarum rationem ad habentem Iurisdictionem Ciuilem spectare existimet; In hoc verò Regno nostro dumtaxàt spectare ad Regem, cuius nomine hac fungitur authoritate Viceprothonotarius, testatur *R. Tapia lib. 2. Iur. Regni, rub.* 39. *num.* 3. *de offic. notar.* & post *Carau.* in hoc *Ritu* notat *Danz. cit. loco num.* 30.

6 Cæterùm, id laudare satis nequeo, quanti scilicèt apud antiquos notariorum munus fieret ab omnibus, cum primæ claritudinis, & excellentis doctrinæ viros ad illud eligebant, *Frec. lib. 1. de subfeud. tit. de offic. Prothon. n.* 14. *Galter. p. primæ partis rub.* 2. *verbo, in publica forma sumptum, sub num.* 17. *vers. adde*, idcircò proceres, & magnos appellatos esse notarios, testatur *Bulengerius Soc. Iesu, in tract. de Imper. Roman.* & dixerant *Bart.* alijquè relati à *Cardin. Tusc. verbo, Notarius, conclus.* 69. *Affl. dec.* 387. *de Franch. dec.*

decis.621. num.6. Reg. Rouit. in prag. 1. sub num 1. de Notar. & proindè eorum officium dignitas est, *Alex. cons. 86. num.2. vol. 4. Luc. de Penn. in l. vniuersos, C. de decur. lib.* 10. reprobans *Bart.* contrarium sentientem, & iterùm firmat *in l. 2. C. de dignit. lib. 12. Viu. opin.* 547. *par.* 2. & per illud nobilitas non perditur, *Couarr. pract. qq. cap.19. Farinac. decis. 596. num.3.*

Enimuerò hi sunt primi causarum omnium arbitri, cum ex eorum scriptis, & priuatorum, & Reipublicæ bona quodammodò dependeant; id namquè Iudices seruare debent, quod in eiusmodi hominum actis expressum habetur, & prout contractus explicat, iudicandum; Vnius Notarij testimonio standum est, apud quem fides omnium & fortunæ sunt, propterea, ni fallor, veteres excellentis dignitatis, & familiæ viros, & Vrbis ptimates tanto muneri præficiebant, seù eligebant. Quamobrẽ indignari corruptissimæ huius ætatis præpostero mori, atq; abusui libet, qua ex plerumq; Regni fęce, non minus genere, quam ingenio sordidos, nulla singularis virtutis nota, nulla scientia, nulla fide conspicuos, lucellis tantùm, inhiaturos, nonnullis in locis, ad hoc grauissimum, ac summa fide, prudentia, sanctitate viris præstandum munus, ascendere videmus. Quid mirùm, si veritas aliquando sùb his ministris lugere, eiusq; lances pessumdari videantur? Vtinam id Regnorum moderatores aliquando intelligerent, (vt exclamat *Reg. Tap. de iur. Reg. to.2. pag.*435.) vt si minus nobiles, quod prauitate temporum fieri desijt, doctrina saltèm præditos, & peritos, & vitæ integritate conspicuos, (quales esse gaudeo huius Vrbis Notarios) eligerent, nil sanè timendum foret in causis; & iustitiæ integritas vbiquè efflorefceret. In Imperio Germanico statutum est, nè vllus Notarius admittatur, nisi à Iudicio Cameræ examinetur, & Anno 1500. Augustæ eisdem comitijs omnes reformari, & examinari iubentur, teste *P. Adam. Contzen. Societ. Iesu lib. 7. politic.* nostroquè in Regno examini subijciuntur rigoroso à Viceprothonotario, apud quem constare etiàm debet de optima eorum vita, & fama, *Visconti in conclus. iur. verbo, Notarius in Regno.*

RITVS CLXXXIX.

ITèm quòd quãdo cõtigerit fieri pręuẽtionem per debitorem alicuius cont ra aliquem creditorem, quod restituatur instrumentum debiti, quod est penès eum pro rupto, & casso, & faceret mentionem in citatione præuentionis, quod est eidem creditori satisfactum, per ipsas Curias, seu alteram ipsarum debeat dari breuis terminus secũdum distantiam locorum, ad probandum de ipsa satisfactione, & si actor probauerit pecuniam fore solutam eidem creditori per debitorẽ, seu alium eius nomine, aut per alias legirimas probariones, quod fuerit satisfactum dicto creditori, per ipsas Curias, seu alteram ipsarum, condemnetur creditor ad dandum, & rrestituendum dictum instrumẽtum pro rupto, & casso ipsi debitori, interim vero donec causa præuentionis pendet, non procedatur ad interrogationem instrumentorum contra debitorem ipsum iuxta Ritum per nos superiùs expressum, & ipso facto, puniatur creditor eo casu pro qualibet vn-

cia debita ad tarenos auri sex dictæ Curiæ applicandos, pro medietate fisco, & reliqua medietate parti, & vide alium Ritum in antiquis de præuentione.

SVMMA RERVM.

1 *Delegatus quando possit post delegantis obitum index esse in causa delegata.*

2 *Præuenta iurisdictio quando dicatur.*

3 *Rescriptum gratiosum minimè extinguitur concedentis interitu.*

4 *Propterea non illud, quod facultatem alicui dares conferendi beneficia in aliqua Ecclesia.*

5 *Mandatum verò de prouidendo extinguitur.*

6 *In quouis contractu vigere plurimùm ostenditur.*

7 *Ideoq; in materia retractus, & l. diffamari habere locum, demostratur.*

8 *Citatio, àn, & quando præuentionem inducat.*

Quid ex citatione ad informandum.

9 *An illa inducatur per capturam tantum informationis,*

10 *Inter duos Iudices, àn, & quando præferatur præueniens in citatione reali alteri præuenienti in citatione verbali, remissiuè.*

11 *Iudex originis, vel domicilij capiens informationem contra suum subditum delinquentem præferatur Iudici delicti procedenti ad querelam.*

Quid verò dicendum sit inter Iudicem inferiorem, & superiorem.

12 *Cautio non petita àn præstari debeat.*

13 *Præuentio àn solùm in prima instantia suspendat liquidationem.*

IN *Ritu* 168. & 186. dilatauimus fimbrias circa præuentionem tendentem ad cassandum instrumentum, aut impediendam liquidationem, nùnc alterius iurisdictionem tangentis, meminisse haudquaquã inutile erit; memoria itaquè repetimus, olim in causa non amplius procedere delegatum potuisse, post delegantis
1 interitum nisi illo aduiuente fuisset lis contestata, *cap. Relatum de offic. del. leg.* deindè verò si tantum citatio præcesserit committentis obitum *cap. gratum, & cap. licet eod. illo tit.* alioquin expiraret delegati iurisdictio, *cap. vlt. §. 1. de offic. legat.* nec quidem illam executam, tunc fuisse opportet; at decretum tantùm, iuxtà *decis.* 439 *alias* 9. *de dolo, & contum. in antiq. Marian. in cap. proposuisti num.* 18. & 19. *de foro compet.* talis enim mandati virtute licet non executi, perpetuari iurisdictionem, inquit *Ioan. Andr. in cap. fin. de offic. deleg.* lateq; *Cappell. Tholos. decis.* 341. alijquè plures inferius adducendi, imò, & subdelegatione dumtaxàt perpetuari, constat ex traditis per *Mileum, verb. Index delegatus delegando*. Quin, & spoliato delegante suo officio, eoquè finito, perduret nihilominùs delegatio, liquet ex *l. venditor, §. Iudeus, ff. de Iudic.* non autèm si principium sit habitura delegatio, eo tempore, quo priuatus est *l. eum qui iudicare ff. de iurisd. omn. Iudic.* non secus ac extinctas esse legatorum reseruationes, si legationis tempore, non intercesserit collatio beneficij, quamuìs, illa durante, vacati, deducitur ex *cap. præsenti de offic. delegat. in* 6.

Vt autèm dicatur præuenta iurisdictio, possitquè alter alteri ex delegatis inhibere, necessario executionem ci-
2 tationis requiri, non dubitatur, estquè omnium hactenus relatorum Doctorum vna vox, & reliqui mille insectantur in ambobus supradictis casibus memoratam constituentes distinctionem: quam *Villalob.* præsertim optimè probat inter communes opiniones *lib.* 9. *vers. Iurisdictio præuenitur, Anton. Gabr. de citation. conclus.* 2. *Gratian. dec. Marchiæ* 11. *Martha voto* 235. *nu.* 4. & scripsit *Campanil. in Ritu Curiæ Archiep. Neapol.* 24. necnon *Caualc. decis. Finizan.* 4. *num.* 40. *par.* 2. & *dec.* 28. *sub num.* 31. *par.* 3. vbi tametsi verba aliqua addiderit eiusmodi veram distin-

ſtinctionem intricantia, tamèn nè dicamus in aperto errore lapſum eſſe, ita erit intelligendus, maximè cum inibi ſe ipſum alleget in antea citata *deciſ.*4. in qua relatam prorsùs admittit diſtinctionem.

Verùm nouiſſimo Iure Regularum Cancellariæ Supremorum Paſtorum pietas in cauſa fuit, vt ſi citatio minimè fuerit notificata, etiamſi neq; decreta, quin, & literæ Apoſtolicæ minimè fuerint delegato exhibitæ, cum Papa delegans viuebat, dum tamèn expeditæ infrà annum antè obitum ipſius Pontificis committentis, earum non ſit extincta vis, roburq; ſed liceat delegato in cauſa procedere, manuſquè apponere. Ita *in regula* 11. *clem.*8. exordiente *reualidatio*, quam, & alij ſucceſſores ediderunt; Ad eum verò finem, vt reſcripto vti poſſit aduerſarius, etiam inuito impetrante, ſi quæratur, quæ concurrere debeant, relegamus lectorem ad ea, quæ nos congerimus ſuper *Ritu* 278.

3 Quod ſi verſemur in literis gratioſis, illæ haudquaquam expirant, morte concedentis, adhùc reintegra, ita quod in illis deputati executores delegatione vti valeant, dicit peruulgatus *tex. in cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in* 6. *& Guid. Pap. deciſ.* 491. quin, & poteſtas alicui conceſſa, beneficia con-
4 ferendi aliqua in Eccleſia, neque pereat dantis interitu, eò quod gratia perfecta dicitur reſpectu illius, cui cōceſſa fuit. Si verò mandatum Titio
5 prouideri de beneficio, certè finiretur morte mandantis, cum non ſit perfecta gratia, ſed fieri, & prouideri demandatum; *cap. ſi cui nulla, de offic. delegat. in* 6. ambos iam dictos caſus decidente.

6 Quoniam verò quouis in contractu vigere plurimum præuentionem ipſam, tùm Iura, tùm Doctores inſinuant, nimirùm proferre in medium cenſuimus, quod *Caſtrenſ.* aſſeuerat *conſ.* 221. aliàs 329. *vol.* 1. *& Alex. conſ.* 27. *num.* 8. *&* 9. *vol.*6. in retractu quoq; vigere plurimùm iam dictam præuentionem, quod verùm opinamur, ſi addatur declaratio *Criuelli in deciſ. Senatus Dolani* 40. *ſub n.*25. Quin, & in terminis
7 *l. diffamari*, C. *de ingen. & manumiſſ.* teſtatum reliquit *Gayll. obſer.* 11. *n.* 3. *lib.* 1. *Roman.* etiàm generatim loquēs *conſ.*161. *nu.* 3. illum iure præualere, ait, qui ſuum contendentem tempore præuenit, & quod duobus æquale ius habentibus, occupantis, aliouè modo præuenientis potentior, itemquè validior ſit conditio: cuius ſententiam admittit inſupèr relatus *Criuellus ſub num.* 3. idquè *textibus* multis, diuerſiſq; in caſibus verba facientibus probatur; nempè *tex. in l. inter eos, ff. de re iudic. l. ſi plnribus, in fine, ff. de leg.* 1. *l. ſi Titius, ff. de verbor. obligat. & l. fin.* §. *etſi præfatam*, C. *de iure deliber.* in illis præſertim verbis; *Eis ſatisfaciant, qui primi venient.* Ideò ſi petatur quando aliquis dicatur illis in caſibus præoccupaſſe, eadem ſubdit *Senatus Dodeciſio num.*27. exiſtimãs, id rectè dici, cum quis litem conteſtatus eſt.

8 Vt autèm citatio præuentionem inducat, legitima debet eſſe, & inquiſito notificata, *in l. ſi quis antea, ff. de Iudic. de Franch. deciſ.*505. *num.* 14. *Ponte conſ.* 99. *num.* 1. *Capiblanc. de Baron. ſuper prag.*8. *num.*211. *tom.*1. *par.* 2. *Carol. Rota in Florileg. concluſ.* 21. *num.* 9. ſed ex citatione ad informandum, per quam pars inſtrui non poteſt, illam non induci, ſcripſit *Soccin. Sen. in l. libertus, ff. de in ius voc. Mangr. ad Bar. in l. ſi pluribus, ff. de legat.* 1. *Ann. ſing.*79. *Affl. dec.*219. *Praſ. Merlin. controu. forenſ. lib.* 1. *cap.*80. *nu.*27.
9 An illa inducatur per capturam tantùm informationis, *Decian. lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 4. *Reg Rouit. in prag.* 1. *num.* 78. *vbi de delict. Conſil. Carleual. de Iudic. tom.* 1. *num.* 878. *Iud. de Angel. ad Foller. tit. audiant. excuſatores num.* 55. *Danz. tom.* 3. *de pug. DD. tit. de praecent. cap.* 1. *à num.*10.

Inter duo Tribunalia ſeù Iudices, àn, & quando præferatur præueniens in

in citatione reali reum capiendo alteri præuenienti in citatione verbali *Cancer. var.reſol.p.2.cap.2.num.228.Ma-*
10 *ſtrill. dec.* 219.*num.*8.*Giurb.conſ.*48. *num.* 32. *conſ.* 59.*num.*94.*Guazin.ad defenſ. tom.* 1.*defenſ.*1.*cap.*9.*num.*15. *de Franch. dec.* 147. *Reg. Sanfel. dec.* 250. *num.* 15. *Thor.in ſuppl.compend. verbo præuentio inter officiales*, *Danz. de pugn. DD. tom.* 2.*tit.de armat.per campan.cap.*12.*& tit.de elect.fori, cap.* 9. *num.* 8. *& add tit.de præuent.cap.*1. *nu.* 7.*to.*3. & de Barone capiente vaſſallum delinquentem, loquuntur *Auus meus ad Gram.deciſ.*26.*à nu.*11. *Capiblancus add. loco n.* 109. *Nouarius to.*2. *quæſt.forenſ.*67. *num.*1.

11 Iudex originis, vel domicilij capiens informationem contra ſuum ſubditum (quod facere poteſt ad finem puniendi, *Franchis deciſ.* 66.) præferatur Iudici delicti, procedenti ad querelam ſeu accuſationem, extricant *Capiblancus in adduct. prag.*8.*nu.*190. *Danza in add. tit. de preuenti.à num.*16.

Quid verò dicendum ſit inter Iudicē inferiorem, & ſuperiorem, declarat idē *Danza* mòx *add. tit. à nu.*22. & nonnulla ad materiam notat *R. Sanfel. in prax.Iudic.* integra *ſect.*25.potiſſimùm *num.* 49.

12 Cæterum, quod *Carau.*hoc in *Ritu à num.*7.tradit, cautionem à debitore præueniente eſſe præſtandam, etiam non creditore petente, referens in practica ſeruari, quamuis debitor ſit manifeſtè idoneus, confirmant *DD.* à nobis adducti in *Ritu* 168. *ſub num.* 11. quibus addimus *Maurit. Apicella alleg.*20. *Theſaur. dec.*80. *n.* 3. loquentem de cautione præſtanda ab vſufructuario, *Molfeſ.conſ.*4. *num.* 32. *Tartagl. in prax. ciuil. cap.* 1. *n.* 36. *Thor. voto* 5. *num.* 26.*par.* 1.

13 Notandum inſupèr in materia præuentionis, quod illius exceptio ſuſpendat liquidationem inſtrumenti, donèc durauerit prima inſtantia præuentionis. At prolata ſententia in cauſa præuentionis, ſi ab ea appelletur, & cauſa introducatur in ſuperius Tribunal, pendente appellatione, non ſit amplius ſuperſedendum in liquidatione, ſed inſtrumentum illa non obſtante liquidari poſſit, ſcripſit *Muſcat. in prax. fideiuſſ.*2.*par. q.*8. *num.*29. quem inſequitur *Galter.* 3.*p.*2.*princ.rub.*2.*n.*24. de quo dubitat *Conſ. Carlenal to.* 2. *de Iudic. lib.*1. *tit.* 3. *diſp.* 14. *num.* 21.

RITVS CLXXXX.

IN primis, quod vbi aliquis habet aliquod inſtrumētum publicum cōtra aliquē mutui, depoſiti, ſeu cuiuſlibet alterius contractus ita quod inſtrumētum illud ſit liquidum ex omni parte, & debitor ſeu fideiuſſores eius velint præuenire ſuum creditorem, quod ſibi ſatisfecerint, ſeu aliter quouis modo velint dicere contra dictum inſtrumentum, item quod ad ſatisfactionem dicti debiti debitor, ſeu fideiuſſores eius nō teneantur dicto ſuo creditori, quòd præuentio ipſa non poteſt fieri, niſi in dicta Curia, & ſi fiat in alijs Curijs nullius ſit roboris, vel momenti, niſi creditor ſit clericus, quo caſu præuentio ipſa fieri poſſit in Curia Eccleſiaſtica: immò ſi inſtrumentum præſentatur in dicta Curia poſt præuentionem factam in alijs Curijs procedat interrogatio ſuper tenore dicti inſtrumenti, præuentione ipſa facta in alijs Curijs non obſtante.

SVM-

SVMMA RERVM.

1 *Prauentio àn in M.C.V. dumtaxàt fieri debeat.*

2 *Clericus coram quo Iudice prauenire debeat.*

Agens remedio, legis diffamari, C. de ingen. & manum. dicatur nè Actor, vel Reus.

Contradicentes illæ duæ decisiones Afflict. nempè 268. & Capyc.decis.18. discutiuntur.

3 *Andreæ Gaill.dictum expenditur.*

4 *Clericus diffamans cōueniendus est à diffamato, coram Iudice Ecclesiastico.*

5 *Remedia d.l.diffamari, C.de Ingenuis, & manumissis, & l.si contendat,ff. de fideiussoribus, àn sint diuersa.*

6 *An vendicent locum in terminis nostri Ritus, solùm quando præueniens efflagitat cassari instrumentum, vel non teneri ad obligationem, intentando principale negotium.*

DD. insequentes aleam Antonij Capycij recensentur, necnon alij, qui insequuntur Afflict. adducuntur.

7 *Debitor præueniens suum creditorem super rescissione, vel nullitate contractus,àn possit audiri, si sit contumax, vel excommunicatus.*

Excommunicatus àn valeat intentare remedium, d. l. diffamari.

Quis Iudex sit adeundus pro absolutione à iuramento.

8 *Possessor in vita àn possit petere, quod declaretur, ad quem eius successio spectet post mortem.*

9 *Vocatus ad fideicōmissū, quod depēdet, à. conditione, quæ aliquando potest euanescere,àn præmaturè possit agere.*

10 *Pater àn valeat agere contra filium, petendo eum declarari ignobilem.*

11 *An possit pars cogi ad proponendum suspiciones infrà certum tempus.*

12 *Quæ concurrere debeant, vt remedium dicta l. diffamari proponi valeat.*

13 *Debitor, vel possessor timens de indicata futura molestia, quibus modis, & quomodo, de eius iuribus experiri valeat.*

14 *Quod tempus statui debeat diffamanti,ad eius Iura proponenda.*

Admittitur,eum breui tamèn termino, etiamsi fuerit ei præclusa via, cum decreto.

1 PRæuentionem dumtaxàt in M. C. V. Tribunali fieri posse, indicat præsens *Ritus*,cuius dispositio ortum habuit ab altero 54.teste *D.Cons. Carleual de Iudic. tom.2.lib.1.tit. 3. disp.14. num.*20. & concordat *Consuetud. Regni Franciæ*, quam post *Gulielm.de Bened. in repet. cap.Rainutius,verbo,& vxorem nomine, Adelasiam, dec.2. num.*126. *de testam.* memorat noster *Carau.* cuius meminit *Carleua ladd. loco num.* 19 At illam hodiè in omni Tribunali fieri posse consuetudine obtentum, proficiscēte ex *prag.*1. *de præuent.moder.* ibidemq; *Rouit.* annotat, arbitramur, cum *Scaglion.in Ritu 166.n.*49.& eloquimur *Ritu 168.*

2 In Clerico verò creditore limitat *Ritus* eius generalem dispositionem, itaùt valeat ille præuentionem facere coram Iudice Ecclesiastico, cuius verborum intuitu cessat antiqua disceptatio illa, si diffamati, àn diffamantis Iudex adeundus est, cum remedium, *l. diffamari, C.de ingen & manum.*intentatur, & consecutiuè contradicentes illæ decisiones, nempè, *Afflicti* 268.& *Capyc.* 18. dùm prior coram conuenti Iudice, ista verò eiusdem comparentis agitandam esse causam, asseuerant, & quidem, si *Capyc.*decisio *in prima eius parte*, præualeret respectu exemptorum omnium, quod negatur, attamèn respectu Ecclesiasticorum diffamantium, in quibus etiam attento iure cōmuni, & nulla habita huius *Ritus* noticia maius esse dubium, ipsemet *Capyc.* scripsit *sub num.*7. vtiquè cessare omninò per verba nostri *Ritus* adiunxisset, si illa perlegisset, ipsiusq uè *Ritus* dispositionem perpendisset, hancquè sibi contradicentem prorsùs admisisset conclusionem, quam postmodùm, & *Carau.num.*3. Iure quoquè defendit, necnon alij amplexantur *Doctores*, quos

quos recenset, ea præsertim ratione, quod diffamatum actoris loco esse dicunt, insuperquè *Decius cons.* 487. *num.*10. *& cons.* 686. *num.* 23. *& in cap. intelleximus, vers. quid autem, sub num.* 80. *de Iudic. Castrens. in l. in criminali, num.*3.*C. de iurisd. omn. Iudic. Paris. in cap. in præsentia nu.*19. *de probat. Boer.* qui reijcit contrariam, *in decis.* 255. *sub num.*7.*Ricc. collect.*69. *par.* 1. alijquè plures, quos refert *Blarerus in sua repet. ad add. l. diffamari n.*4.*in princ.* ita quod, vbi vera esset *Bal.* distinctio, & conclusio, quam insequitur *Costa in de remed. subsid. tractatu, remed.* 50.*n.*12. saltem diffamatus, quia primò prodit in iudicium, intentatquè diffamationem, dicatur Actor, quoad probandam diffamationem: & consecutiuè adire teneatur Iudicem diffamantis, & coràm eo remedium illud implorare, diffamationem ipsam deducendo, atquè probando ad finem pronunciandi, & præfigendi terminum diffamanti, agendi coram Iudice competēti aduersus diffamatum, cuius rei longior etiàm erit sermo inferiùs, quin, &
3 *Andr. Gayllus* quamuis aperto ore inuehat in eos, qui diffamatum actoris loco esse volunt, addatquè communem opinionem vigere in contrarium, *lib.* 1. *obseru.* 9. *num.*7. attamèn prædictam eius genericam assertionem intelligendam esse cum distinctione deindè per ipsummet constituta, vtiq; eiusdem verè illustria, quæ scripsit, in primis *obser.*10. *vers.* 1. *sub nu.* 1. apertiorquè *obseru.* 11. *num.*2. cum duplex esse iudicium diffamationis contendit, alterum diffamatorium, in quo de veritate iactationis, aut traductionis, siuè de impositione perpetui silentij tractatur. Alterum actionis, siuè causæ principalis, in quo diffamator intra terminum præfixum de iure suo, ciuilitèr agere, vel criminaliter accusare debet. Hac itaquè constituta conclusione, in alteram ex illa prodeuntem deffectit. His vtens verbis, *in primo iudicio diffamatus pro actore habetur; in altero diffamator, & sic qui in primo iudicio diffamatorio reus erat, in secundo actor est*, ob quod subsequenti *obser. à num.*2. longiori themate prosequitur formam, tùm comparitionis, & petitionis in illo primo Iudicio diffamatorio exhibendæ, tùm processus superindè faciendi, tùm decretorum proferendorum, iuxtà casus dissimiles, qui cōtingere super ea re possunt; Omnia tamèn illud verum respicere debere autumat, vt terminum præscribat diffamanti, adeūdi ordinarium, & competentem Iudicem sub pœna perpetui silentij, vt propterea concludamus *Gayllum* complexum esse omnium cōtradicentium opinionem, etiamq; *Osaschi in decis.* 151. illamquè nimirùm restringendam esse ad eum tantùm casum negotij principalis, ad quem *Gayll.* idem illius insectator restringit; Ideòquè priorem nedùm, sed posteriorem generatim loquentes cum proferant Doctores, dicamus cum eodem *Gayllo* insectante contrariam, vtramquè indigere explicatione, qua ipse vtitur, & distinctione, vt illa in Iudicio diffamatorio subsistat tantùm, & vigeat, ista verò in Iudicio principali.

4 Semper autèm virtute nostri *Ritus*, quam quidem sententiam indè proficiscentē iam dictā cōtra eūdem *Capyc.* verā esse in Regno, promptè colligimus si *decis.* insignis viri *de Frāch.*657.*to.*4. perlegamus; etenim à *vers. difficultas tamen est, sub num.*3. nedùm rationem ipsam, quod diffamatus sit actor, & præfatam sententiam, quod, Clerico diffamāte, Iudex sit Ecclesiasticus, acerrimè defendit; primùm Iuris sanctione fretus, postmodùm huius *Ritus* suffultus verbis, *in vers. deindè*, cuius *Ritus* verba, tametsi in præuentione loquantur, nihilominùs, & in materia *legis diffamari* vendicare sibi locum, nimirùm ait in illius decisionis calce, Cardinalemq; Comensem conueniendum in Curia Ecclesiastica, nec aliquis initatur altera illius resolutione, in materia *l. si contendat, ff. de fideiuss.* quod agens illius remedio sit Reus, & possit

age-

agere coram Iudice ipsius, quandoquidè in in illa nedùm *decis.num.* 2. verùm in altera 385. cuius meminit *Dom.Reg. de Marin. lib. 2. quotid. resol. cap.6.*
5 *sub num.* 3. pleno cornu examinat, esseque remedia diuersa, & adinuicem distantia decidit, ac propterea ex vna ad alteram non esse faciendam illationem, quod præterea *Io: Baptista Costa* edisserit *indic. remed. 50. num.2. cum seq.* iuncto *num.* 6. in terminis *d.l.diffamari*. àn diffamanti agenti ad Ius suum coràm vno Iudice obstet exceptio litis pendentis, & rei Iudicatæ, scribit latè *Flamin. Cartar. decis. Genuensi* 44. abnuens, necnon *de Franch. add. decis.* 385.
6 Verùm prædicta in terminis nostri *Ritus* dumtaxàt locum vendicare, quãdo præueniens efflagitat, cassari documentum, vel non teneri ad obligationem, intentando principale negotium nouitèr scripsit *Reg. Hector Capycius Latr. decis.* 89. *sub num.* 7. *lib.* 1. quiq; *in memoratæ legis diffamari* remedio *Antonij Capycij* aleam insequitur aduersus *Matth. de Afflict.* quamquè comprobant *Vrsill. ad eumdem Affl. dec.* 268. *num.* 2. *Amendol. ad Franch. dec* 385. *num.* 1. *Ann. cons.* 58. *lib.* 1. *Ioseph. Ludou. decis. Lucens.* 32. *nu.* 12. *Iacobin. in l. libertus, num.* 5. *de in ius vocand. Trentacinq. resol. var. lib.* 1. *tit.de diffamat. resol.* 1. *sub num.* 6. *Ricc. collect. decis.* 336. *Peregr. cons.* 82. *n.* 8. *lib.* 1. *Natta ad Alex. cons.* 103. *vers. debet audiri, vol.* 5. *Gratian. lib.* 1. *cap.* 85. *num.* 9. *Marcell. Calà de mod. artic. Glos.* 1. §. 1. *num.* 113. *Ant. Gagl. in tract. de absol. à iur.* §. *quartum, n.* 34. *Amat. decis.* 52. *num.* 2. *Scacc. lib.* 1. *de Iudic. cap.* 24. *num.* 43. *Reg. Sanfelic. dec.* 168. *lib.* 2. annuens *num.* 4. haud recipiẽdam obseruantiam memoratam à *Gayllo cit. obseru.* 11. *lib.* 1. *Mastrill. decis.* 19. *num.* 19. *& decis.* 239. *n.* 14. *Fontanell. decis. Cathal.* 238. *lib.* 2. *Salgad. in labyrintho creditorum, par.* 1. *cap.* 2. §. 2. *à num.* 7. *Ludou. ab Ecclesia inq. forens. cap.* 114.

Afflict. verò effato alij se subscribunt, nempè, *Berard. Pãd. de præsentat. instr. sup. Rit.* 164. aliàs 166. *Gagliard. add. tract. de iuram.* §. 4. *nu.* 29. *Marcell. Bonus in prag. vnic. de præuention. moder.* & ibi *Annibal Troys. num.* 12. *Galter. par.* 2. 2. *par. rub.* 2. *num.* 28. *Boer. decis.* 114. *Donad. de renunc. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 34. *Muscat. in prax. S. C. par.* 1. *Glos. Reus, num.* 12. *&* 13. ibidemq; *Franc. Maria Prat.* qui latioribus habenis articulum olfaciens *obseru.* 98. non audens expressè recedere ab *Afflict.* sententia, neutram applaudit, alibiquè se materiam pertractaturum, pollicetur.
7 Sed habita pro vera opinione, præuenientem dici Actorem, & non Reum, debitore præueniente suum creditorem super rescissione, vel nullitate contractus, adimpletis ijs, quæ in *Ritu* 190. *& in pragm. malitijs hominum, de præuent. moder.* sunt ordinata, si præuentus creditor opponat, esse denegandam audientiam ipsi debitori, quia est contumax, rectè procedit oppositio, teste nostro *Carau.* hoc *in Rit. vers. Et ex his sequitur*, cui suum præbet calamum *Francisc. Mar. Prat. ad citat. Muscat. vers. ad quæst. in fin.* sicuti, & excommunicato, qui non auditur, intentando remedium *mem. l. diffamari*, vt idem *Carau. in hoc Ritu* notat *num.* 9. *Affl. & Vrsill. decis.* 268. *Cacheran. decis.* 155. *Gabriel comm. opin. tit. de act. lib.* 2. *conclus.* 6. quis verò Iudex adeundus sit pro absolutione à iuramento, *Couarr. variar. resol. lib.* 1. *cap.* 4. *Ann. alleg.* 83. *num.* 6.
8 Valeat nè possessor in vita declarari facere, ad quem eius successio spectat, *De Franch. decis.* 695. ibidemq; *Ricc. Peregr. de fideicomm. art.* 41. *num.* 4. & àn vocatus ad fideicommissum,
9 quod dependet à conditione, quæ aliquando potest euanescere, præmaturè possit sibi prospicere, *Reg. Rouit. cons.* 95. *lib.* 2. *Reg Sanfelic. dec.* 265. *p.* 2.
10 àn valeat agere contra filium eum dicendo ignobilem, *Gamm. decis. Lusitan.*

sitan. 202. An liceat filiofamilias in vita patris agere, & vendicare bona aduentitia à patre alienata, inquirit *Morot. respons.* 75. *num.* 1.

11 Quid dicendum, in causis suspitionum; accidit in causa D.Sueuæ Auolos de Aquino de Aragonia, quæ preces porrexit huius Regni Proregi, asserens, Principissam Caspoli, ad dilatandum expeditionem successionis Principis Conchæ eius filij, allegasse suspectum Præsidem S.C. & iactare velle allegare alios Iudices suspectos, petijt mandari, quod infrà breuem terminū proponeret omnes suspitiones contra officiales in causa suffragia præstantes, aliàs præcludi viam, & remisso negotio ad S.C. fuit per idem prouisum, *referente Dom. Consil. D.Thoma Carleual* sub die 27. Octobris 1632. quod prædicta Principissa in biduo proponeret omnes, & quascunquè suspitiones seruata forma Regiæ Prag. penès magnificum Secret. S.C.

12 Vt autèm remedium *d. l. diffamari*, proponi valeat, octo sunt, quæ necessariò conuenire debēt, alioquin incassum intentetur, ex eiusdem *Gayll.* scriptis in *ead. obseru.* 10. *& Costa remed.* 50. *à nu.* 12. potissimùm, quod iniustè diffametur per errorem, vel ex malignitate, si namquè bona fide, quis iura sibi competentia propalat, eiusmodi non competit remedium, non enim prohibetur de suo iure loqui, consulere, vel differere, illudquè alijs communicare, vt notant *Salyc.* & cæteri in *ead l.diffamari*, dixerat *Bal. in l.si ea n.9. C.qui accusare non poss.* vbi *add.* & aduertit *Costa add. remed.* 50. *num.* 18. ac conferunt tradita *à Carau. in Ritu* 272. *num.* 21. *Ann. cons.* 11. *vol.* 1. *& cons.* 226. *vol.* 2. *Reg. Capyc. Latro add. dec.* 89. *p.* 1. *Reg. Sanfel. mem. dec.* 268. *p.* 2. quiq; explicāt terminos *add. ll. diffamari, & si contendat, ff. de fideiuss.*

13 Debitor, vel possessor timens de indicata futura molestia, quibus modis, & quomodo de eius iuribus experiri valeat, legito apud *Anton. de Amato resol.* 52. *num.* 1. *lib.* 2. *var. resol. Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 257. quæquè sint probanda, *Boer. dec.* 255. *num.* 6. *R. Capy. Latr. consul.* 114. *num.* 27. *lib.* 2.

14 Et quod tempus statui debeat diffamanti ad eius iura proponenda, *Gayll. obser.* 12. *lib.* 1. *Marta voto* 95. *num.* 2. *Affl. decis.* 164. *num.* 2. *Maur. Burg. de laudem. inspect.* 30. *nu.* 27. *Reg. Capyc. Latr. proximo add. loco num.* 25. *&* 29. Diffamans verò admittatur ad proponenda eius iura, cum breui tamèn termino, etsi fuerit ei præclusa via cum decreto, decisum indicat in Collater. Consilio *Reg. de Ponte dec.* 31. *in fin.* quem laudat *Gizz. ad cit. dec.* 89. *Capyt. Latr. num.* 9.

RITVS CXCI.

Qvod nullus admittatur ad accusandum, tanquam vnus de populo, nisi suam, suorumquè iniuriam prosequatur.

SVMMA RERVM.

1 *An Reipublica intersit accusatores habere.*
Calumniatores vrbium euersores, & humani commercij pestis dicuntur.

2 *Hoc in Ritu Regina cauit, vt nullus admittatur ad accusandum, nisi suam, suorumquè iniuriam prosequatur.*

3 *Accusatio cum abest, liceat nè Iudici in causa procedere.*

4 *Accusare cuicumq; licet, nisi prohibeantur expresè.*

5 *Mulieri præsertim prohibetur, nisi suam, vel suorum prosequi vellet iniuriam.*

6 *Sorori propterea licet, & vxori.*
Appellatione suorum maritus continetur.

7 *Vxor præferatur nè filijs, & alijs consanguineis, recensentur opiniones.*
Quid in sponsa.

8 Vxo-

8 *Vxori ad alias conuolanti nuptias an liceat, maximè si consensu viri, vel filiorum ad illas conuolauerit, & quid si, lite contestata, nupserit.*
Eaq; mortua, nec nè actiones in eius heredem transeant.

9 *Coniunctiores remotiores in accusando semper antecellunt.*
Quid si proximiores accusare non curauerint.

10 *Matris mors vbi vendicanda est, filij, àn pater præferatur in accusando.*

11 *Accusandi ius, & remittendi, illi tantùm competit de iure Regni, cui, & successio de iure competit.*

12 *An de iure Regni stàtibus masculis feminæ admittantur ad querelandum, earumq; remissio requiratur in concessione gratiæ.*
Sorori dotatæ, quæ renunciauit hæreditati, competat nè ius remittendi, stantibus masculis.

13 *Pretium sanguinis occisi à filio remittente receptum, àn sit creditoribus paternis obnoxium.*

14 *Concurrentibus Monasterio, & consanguineis regularis prælatio, cui competat.*

15 *Qui veniant appellatione suorum.*
An naturales, & spurij.

ETsi olim prodesse multũ Reipublicæ accusatores, ac delatores existimauerint nonnulli, vt nefariorum hominum audacia reprimeretur, & patrandis impunè sceleribus occasionem omnem arcerent, teste *Cicer. pro Roscio Amerino*, traditq; post *Gaill. pract. obseru. lib. 2. obseru. 99. Tasson. de antefat. vers. 11. obseru. 1. num. 4.* ex quo factum fuit, vt apud Romanos prẽmio eiusmodi homines afficerentur, refert *Tacit. lib. 4. annal.* & à Nerone, quo tempore Imperij clauum per impietatem summam retinuit, quarta pars è damnatorum facultatibus iisdem constituta fuit, *Alex. ab Alex.* testis est *lib. 4. genial. dier. cap. 22.* quiquè custodes etiám legis appellabantur, vt sceleštis timorẽ incuterent, *Bonad. lib. 5. politic. cap. 1. num. 75. vers. Estos delatores, pag. mihi* 554. tamèn quæ fuit prudens aliorum sententia, perniciosissimos Reipublicæ fore accusatores arbitrati sunt, idcircò *Arist. lib. 6. politic. cap. 5.* acritèr in eos animaduertit, insectaturquè *Bouadill. eod. lib. 5. cap. 2. num. 92.* Enimverò Vrbium euersores, & humani commercij pestem facilè dixerim accusatores, & meliùs calumniatores, præsertim cum ea, quæ vix in animum incidisse credendasunt, patrata iàm scelera, odio, vt plurimùm ducti, testantur, ex quo fit, vt innocentes grauissimas pęnas luant, & iustitiæ sanctitatem sacrilegè violalatam non curent. Exclamabat proptereà ibi *Cicero; Verùm hoc ita est vtile Reipublicæ, vt nè planè illudamur ab accusatoribus*; laudandi sanè quam maximè ij Principes sunt, qui eiusmodi hominum generi, nec aditum patefieri permittunt, nequè in ditione sua quemquam diutiùs commorari iubent, vt scilicèt tantæ calamitatis artifices, & populorum pacis exturbatores quam citissimè extrudant, nè infecta semèl veneno domus inopinatò ruat.

2 Quæ omnia cum benè nossent huiusce *Ritus* conditores, seriò rem egerunt, & nè alienus quilibet in causa alterius sese ingereret, apertissimè tùm in hoc *Ritu*, tùm in alijs consuluère. Idcircò nullus admittatur ad accusandum, nisi suam, suorumquè iniuriam prosequatur, *R. Sanfel. dec. 347. n. 3.*

3 At certò certiùs est, pluribi obtentum esse in omnibus casibus licere Iudici procedere, etiam nulla antecedente accusatione, si *Clarus*, prætèr alios, veratestificatur, in *prax. q. 14. vers. scias autem, sub num. 1.* Alijs verò in locis, in quibusdam tantùm casibus, ex eorumdem locorum peculiarium legum indulgentia, cum alioqui attento iure cõmuni nefas sit procedere, non concurrente accusatione, ex notatis per eumdem *Clar. in q. 3.* maximè *num. 3.*

Quapropter si iuris communis inspecta lege, aut etiam peculiaris constitutionis, accusatio requiritur, non omnes, sed habiles tantum admitti ad accusandum, comperimus, si *Farinac.* ad notata percurramus, *q.12. sub n.3.* tametsi verè fateri possimus, omnes idoneos esse
4 ad accusandum, expressè non vetitos, ad *tex. in l. qui accusare, ff. de accusat. Franc. Cason. tractat. qq. crimin. cap. 1. Bonic. in tract. de accusat. nu. 2.* quam omnium *DD.* esse regulam *Anton. Gomez* ait, *cap. 1. delict. nu. 31.* eo fundamento, quod quilibet præsumitur posse accusare, qui non est à iure prohibitus, *Hostiens. in summa, de accusat. §. quis possit, in princ. Gomez in cap. 1. de delict. num. 4. & 31. P. Fragos. de Regim. Reipub. p. 1. lib. 5. disput. 12. §. 3. num. 77.*

Prohiberi autem perplures non dubitamus, quos *Tartagl.* memorat *in praxi crimin. cap. 2. à num. 2.* idemque *Farinac. à num. 12.* atque mulierem in primis ab accusãdo reijci, illic *Tartagl.*
5 *& Farinac. sub num. 16.* necnon *Granett. conf. 220. Decian. tractat. crim. lib. 3. cap. 7. tom. 1.* commemorãt, ea tamen præceteris cum restrictione, nisi suam, suorumue prosequeretur iniuriam, quã *Farinac.* potissimùm *sub prædicto num. 16.* aliorum exornat auctoritatibus, *Fragos. add. loco num. 81. Iudex de Angel. ad Foller. tit. audiant. excusat. n. 12. Carau. in hoc Rit.* memor.

Ac propterea homicidij criminis auctorem accusare in fratrem vtrinque
6 coniunctum, aut etiam consobrinum, licere sorori, scripsit *de Franch. decis. 100. à num. 8.* per *tex. in l. si vxori, Cod. de his quibus, vt indign.* cuius prætereà suffultus dispositione, vxori quoque licere de nece viri querelare, scripserunt inibi *Odoffr.* & alij, necnon *Cyn. in l. de crimine, C. de his, qui accus. non poss.* & reliqui omnes, quos idem insequitur *de Franch. decis. 382. in princip. & Farinac. de accusat. q. 13. num. 14.* memoratusq; *Tartagl. indic. loco,* insecutus *Plazam,* asserentem, omnium esse certissimam, & observatiorem sententiam, *in epitom. delict. cap. 40. sub num. 2.* appellatione namque suorum maritum contineri, deducitur ex *l. 4. ff. de testib. & ex Bar. in l. 2. de accusat.* quidquid dixerit *Glos. in Constit. summo periculo, vers. mater,* vbi quamuis concludat, vxori de viri nece accusare licere, prout idem concludit *Isern. & Afflict. num. 7.* tamen non ex eo, quod vir suorum appellatione veniat, sed quia suæ vitæ Comitis iacturam fecit, *l. item apud labeonem, §. si quis virginem, & §. tenetur, ff. de iniur. & Glos.* sequitur *Foller. in prax. verbo, Audiantur excusatores, num. 15.*

7 Quin, & alijs præferri, adhuc filijs, nisi ad secunda conuolauerit vota, quando filijs haud præferretur, sed vtique consanguineis, vt testatur idem *Plaza cap. 45. num. 1. Flores pract. qq. lib. 1. q. 7. Boer. dec. 233. num. 2. Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 5. n. 30.* prout maritum ad vindictam, vel remissionem de suæ vxoris nece suis filijs præferendum, sustinent *Decian. conf. 35. num. 27. lib. 1. Ioseph Ludouic. commun. opin. lib. 1. concl. 41. in 3. ampliat.* quos refert *Farinac. add. q. 13. num. 16.* quorum assertionem amplecti communiter Doctores respectu consanguineorum, probat doctissimus *Cõsil. Philippus Paschalis* (pater famigerati, & eximij Aduocati Domini Bartholomæi, cuius merita altiora petunt,) in suo perutili, & ab omnibus collaudato *tract. de virib. patr. potest. p. 2. c. 1. n. 23.* atq; subsistere etiam in vxore de præsenti adiungit, *num. 14. ex Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 3. cap. 7. n. 10.* & nos addimus *Plazam indic. cap. 40. sub num. 2.* insuper extendentem ad ad eam sponsam, quæ mariti hæres non fuerit, ac tùm antiquis probantem auctoribus, scilicet, *Iacobo Pauenensi in l. de crimine, C. qui accus. non poss.* & reliquis omnibus inibi, tùm recentioribus, scilicet, *Gomesio cap. 3. delict. n. 59. Boer. decis. 233. num. 2.* & alijs, quos recenset, qua de re *D. Ferdinand. Ma-*

tute

tute disquis. legal. 26. à n. 2. àc proptereà contrarium suadeant in sponsa de futuro, quin eo expressius *decisio Treuisana* apertè negans sponso de futuro licere, & consecutiuè sponsæ, vt inter eos dissimilis non concedatur dispositio, & multa cumulat hùc spectantia in materia diuortij, *Epist. Campanil. in diuersor. iur. rub. 1. à num. 52.*

Respectù verò filiorum si prælationē habeat vxor, vacillat ipse *Paschalis n. 16.* ac contrarium decisum fuisse meminit in Sacro Consilio, teste *Præside de Franch. in superioribus à nobis add. decis.* 382. in illius calce, quem laudat *Gratian. lib. 3. discept. for. cap. 518. num. 2.* anteaq; *Foller.* dixerat *in pract. crim. verbo, Audiantur excusatores, num. 96. & Castiglio in tractat. de vsufruct. lib. 1. cap. 2. nu. 25.* qui tamèn Doctores recenset permultos fauentes vxori, vt etiam filijs præferatur, quam insupèr communem esse addit *Giranda*, eiquè adhæret, ab eaque non esse recedendum addit, *in tractat. de priuil. q. 267. num. 1423.* Nos verò libentiùs in Nuntij *Tartaglia* sententiam deflectimus, vnà cum filijs admittendam vxorem; imò, & cùm patre, si de filij nece agitur, in *Prag. fin. C. de composit. cap. 2. num. 30.* quam nec *Paschalis* improbat *nu. 17.* illiquè inhæret *Reg. Sanfelic. dec. 26. lib. 1.* qui licèt memoret decisionem de anno 1605. factam non esse necessariam vxoris remissionem, de qua fidem præstat *Horat. Viscont. ad de Franch. dec.* 382. attamèn contrarium fuisse iudicatum obseruat, attenta potissimùm huiusce *Ritus* sanctione, qua admittuntur ad accusandum illi tantùm, qui suam, suorumquè iniuriam prosequuntur, quam exornat *Viscont. in conclus. iur. verbo, ius accusandi*, inter quos cōnumeratur vxor, ex *Carau. in hoc Rit. sub n. 6.* ipsū cōsule, & *Cōs. Ann. obser. 6.*

Quod autem tetigimus de vxore ad secundas conuolante nuptias; restringimus in illa, quæ cū viri, vel filiorum con-
8 sensu ad secundas conuolasset nuptias, ex *Rol. à Valle cons. 62. num. 26. vol. 1 & cons. 81. vol. 3. num. 10.* & nè te pigeat percurrere, quæ citatus *Giranda* multis quoq; rationibus cōfirmās tradit mulierē s. secūdas contrahentē nuptias amittere ius accusandi à *nu.* 1524. quin, & à *nu.* 1542. inquirit, si lite contestata secundo nubat, àn illud amittat ius, & negat, imò *num.* 1546. adiungit, vidua iam extincta post litem contestatam, actiones transire ad eius hæredes.

9 Et quoniam coniunctiones remotiores semper antecellunt, *l. si plures, ff. de accus. l. 2. §. simul, ff. de adult. & Plaza eod. in epitom. cap. 39. num. 17.* atquè adeò, vt excludantur remotiores, adhùc non venientibus proximioribus, nisi illis præscripto tempore, intrà quod venire minimè curauerint, vt ille subdit *num.* 18. quod longè magis in reliquis mulieribus fatendum est, vt reijciantur, nisi proximiores absint, quin, & vigore Iuris Regni, etiàm in pari gradu existentes, si masculi sint, prætèrquam si accusare nolint, aut longiùs protelentur, quemadmodùm spreta contradicente *Carau.* sententia hoc in *Rit. sub num.* 8. cuius meminit *Thor. par. 1. compend. dec. verb. mulieres regularitèr*, dicendum videtur cum eodem *Domino de Franch. indicatis dec.* 100. *&* 382. atq; *Baiardo ad Clarum add. q. 14. num. 28. Regente Carolo de Tapia*, alijsquè, quos *Molfesius* insequitur *cons. 10. n. 17. tom. 2.* post *Commentat. ad Consuetud.* ob euulgatam Constitutionem, generatim sancientem in Regno, excludi fœminas superexistentibus masculis.

10 Filij verò, & pater si ad accusandum de morte matris concurrant, vter præferatur, extricat *Farinac. q. 13. n. 15.* idemq; *Paschalis num.* 10. consimilem in aliis tractationem adnectens, & pater etsi præferatur matri, in querelando mortem filii, illo remittente, matri licebit accusare, *Salic. in l. vxor, C. qui accus. non possunt, Iud. de Angel. ad Foller. tit. audiantur excusatores, n.* 13.

11 At iura Regni illi tantùm ius accusandi committunt, alterumq; remitten-

di, cui & succeſſio competit *in pragm. 8. de compoſit.* edita dc anno 1565. die 15. Octobris. Regni Clauum tùnc ſuſtinente Illuſt. Alcanorum Duce, illi nempè, cui iure ſanguinis, attenta iuris communis ſanctione, deferretur, tametſi re ipſa ob teſtatoris ſpecificam diſpoſitionem ad alium peruenerit, ex alia *deciſione* eiuſdem *de Franch. 611. vol. 4. Boer. deciſ. 121. Anton. de Padilla in repet. l. transfigere num. 62. Cod. de transact.* quibus addimus *Regentem de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. ſub tit. de prouiſ. ſier. ſolitis, §. 4. à n. 17. & ibi Thor.* & eumdem *Thor. par. 1. comp. verbo, Remiſſio*, necnon *D. Reg. Tap. in comment. ad dictam Regni Pragm. in ſuo 4. tom. Iuris Regni, & dec. SC. 28. Decian. conſ. 38. n. 14. vol. 1. Molfeſium* omnium optimè explanantem prædictam ex legibus Regni deſumptam regulam, *in ſuis commentar. ad conſuetud. Neapol. par. 4. rub. de renunciat. q. 18. tom. 1. & conſ. 10. eiuſdem primi tomi*, ad eorum ſcripta lectorē relegamus. Nec non ad *Anell. de Amato conſ. 18. R. Rouit. in d. prag. 8. R. Sanfel. dec. 27. lib. 1. & dec. 401. lib. 3.* quibus in locis tàm iure cōmuni inſpecto, quàm Iure Regni,

12 enucleatur materia in ſubſellijs frequēs, & reſoluitur excitatę quęſtiones, nùm, ſtantibus maſculis, admittatur fœmine ad querelandum, earumq; remiſſio exquiratur in conceſſione gratiæ, & àn ſorori dotatæ, quæ ampliſſimam fecit renunciationem, competat quoq; ius remittendi.

13 Quin ex his anſa arrepta, inſurrexit difficultas nùm attenta diſpoſitione memor. *Prag.* pretium ſanguinis occiſi à filio remittente receptum, creditoribus hæreditarijs paternis ſit obnoxium, & negatiua deciſio emanauit è S. C. quam memorat *Reg. Rouit. ſuper ead. prag. à num. 59.* & reſcribit *Prat. ad Paſchal. p. 2. cap. 1. verſ. incidit*, & in materia gratiæ requirentis partis remiſſionem, àn ſufficiat illa hæredum inſtitutorum, non obſtante vxoris querela, extricant *Conſ. Theod. alleg. 9. in fin. Other. in diſp 27. num. 7. Thor. p. 2. compend. deciſ. verbo, indultum, Viſconti in add. ad mem. de Franch. dec. 382.*

14 Et concurrentibus monaſterio, & conſanguineis regularis occiſi, prælatio in accuſando, & remittendo, cui competat, aliaq; plura in hac ipſa materia remiſſionis, annotamus ſuper *Rit. 195. & Rit. 202.*

15 Appellatione verò ſuorum in materia huius *Ritus*, qui veniant, *Clar. lib. 5. §. fin. q. 14. num. 2. Reg. Rouit. in prag. 1. de accuſat, Tartagl. cap. 2. add. num. 19. Garſia à Toleto dicto 228. Reg. Sanfelic. deciſ 347. num. 4. lib. 3.* an naturales, & ſpurij, extricat *Reg. Rouit. in celebri dec. 25.* quem refert *Prat. ad Paſchal. par. 2. cap. 1. ad num. 21.* & declarat *R. de Marin. lib. 2. quotid. cap. 4.* commater admittatur, nè ad querelandum

16 occiſores compatris ſui, *Arnon. in comento 1. Foller. in prax. crim. rub. audiant. excuſat. num. 24. Garſia à Toleto dicto 537. Gig. de crim. leſa maieſt. in rub. qui accuſ poſſ. q. 2. lib. 2. Boer. deciſ. 233. Clar. q. 14. verſ. Quæro àn compater*, ac de alimentis debitis, filio ſpirituali loquitur, *Surd. de aliment. tit. 1. q. 1. q. 11. nu. 5.*

RITVS CXCII.

Itèm quod nullus làicus admittatur tanquam vnus de populo ad accuſandum de aliquo crimine, vel denunciandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur.

SVMMA RERVM.

1 *In hoc Ritu ſunt eadem verba, quæ in antecedenti Ritu ſcripta cernuntur, & repetuntur in Ritu 195.*

Prop-

Propterea miratur Author eorum, quibus Regina Ioanna onus, in vnum reducendi eiusmodi Ritus, iniunxit.

2 *Accusare nemo valet, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur.*

In priuatis tamèn delictis, nàm in publicis quilibet non vetitus admittitur.

In quibus etiàm forensibus, & alterius populi accusare licebit.

3 *Agere ad interesse occisi qui possint.*

Interesse prædictũ pro quibus soluatur.

4 *Quid si de delicto cõstiterit per inquisitionem, non autèm per partis confessionem, & extra ordinem quis puniatur. Iudex criminalis quando possit cognoscere de quæstione ciuili incidenter descendente ex eodem facto.*

5 *Condemnatus ad pœnam corporalem, & interesse partis, exequuta pœna corporali, redire debet ad carceres, in eisquè persistere, donec parti satisfecerit.*

Quid verò agendum, si Reus non sit soluendo, àn admittatur ad beneficium cessionis.

1 IN hoc *Ritu* sunt eadem ferè verba, quæ, & in antecedenti scripta cernuntur, & prorsùs eadem repetuntur inferiùs *Ritu* 195. sic admonente quoquè *Franc. Maria Prat. ad Paschal. de patr. potest. par.* 2. *cap.* 2. *ad num.* 21. vt propterea mirari, ac demirari eorum ingenia, ac diligentiam possimus, quibus Regina Ioanna onus istud iniunxit, compilandi, atquè in vnũ reducẽdi eiusmodi *Ritus*, quos nullum ordinem habere conspicimus, multos verbatim repetitos cernimus, alios sensu carere legimus, complures adinuicem contradicentes reperimus, omnesquè nulla adhibita phrasi compositos percurrimus.

Huic *Ritui* concinit *Prag. prima de accusat.* Verùm ad quem vsquè gradum extendatur suorum appellatio explicamus *Rit.* 195. nùnc verò prætèr notata à nobis in *Ritu* præcedenti à *n.* 2. affirmamus, iure communi quoq; sanciri, nè quis ad accusandum admit-
2 tatur, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, in priuatis tamen delictis, per *l. manifestissimi*, & illic notant communitèr scribentes, *C. de furtis*, quorum dictum communi sententia foueri, monet *Anton. Gomez var. resol. tom.* 3. *cap.* 1. *tit. de delict. num.* 9. & post alios, *Farinac. q.* 12. *num.* 7. in publicis autèm secus, in quibus admitti quemlibet non vetitum, ait, suffultus Doctorum caterua citatus *Farinac. num.* 8. præterquam in Regno vigore huius *Ritus* ex notandis à nobis *Rit.* 276. ob quam causam ea delicta vocantur publica, quia eorum actio, & accusatio ad quemlibet pertinet de populo, *Mirand. de ordin. iudiciar. quæst.* 13. *art.* 9. *conclus.* 8. *P. Fragos. de Regim. Reip. p.* 1. *lib.* 5. *disp.* 2. *de offic. accusat.* §. 3. *nu.* 77. in quibus accusare licebit quoquè, & forensibus, quamuis alterius sint populi, *Bal. in l. is qui reus, num.* 8. *ff. de public. Iudic. & in l. prouinciali*, §. *fin. ff. de nou. oper. nunc. Gigas de crimin. Les. Maiest. q.* 1.

Quamuis autèm omnes, qui, & in-
3 tra gradus consistunt numerandos indicato *Ritu* 195. accusare valeant, filij tamèn, & hæredes dumtaxàt agere ad interesse possunt, in his quippè terminis loquens hanc statuit conclusionem *tex. in l. ex hac lege, ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat.* scilicèt, ad damna, & interesse, quod potuit lucrari occisus, ex eodem *tex.* atquè ideò decisum legimus, condemnatum fuisse homicidam ad interesse, quod Doctor occisus lucrari verisimilitèr potuisset, teste *Puteo decis.* 280. *lib.* 3. qui multa ad hanc rem pertingit, pro declaratione adductæ conclusionis, addo videndum *Franc. Marcum decis. Delfin.* 225. *p.* 2. itidèm ad expensas propterea factas, præsertim erogatas, durante infirmitate, *Thoming. dec.* 122. *Rota Lypsiæ par.* 2. adductaq; *decis. Delfin. num.* 4. imò ad interesse honoris, probat *dec. Cappell. Tholosanæ* 22. & *Marant. p.* 4. *dist.* 1. *à nu.* 4. *de Iudic.* nonnulla adducit.

Ve-

Verùm si de delicto constiterit per
4 inquisitionem, non autèm cōfessionem partis, videtur dubium, si occisor damnari possit ad eiusmodi damnum expensasquè, si quidem adducta *dec. Capell. Tholosana* annuit; abnuere autem videtur *Magonij decis. Lucensis 91.* verùm qui verba scribentium intuetur attentè, fatebitur quidem haud contradicere *Magonium*, eumquè non simplicitèr loqui de principali quæsito, si possit condemnari, sed si per Iudicem causæ criminalis, & affirmat, si duo concurrant, primum, nempè, si incidentèr, non principalitèr agatur ad eiusmodi damnum; alterum verò, si confessione tantùm partis probetur delictum; quin, & priorem conditionem tutatur *Franc. Marcus decis. 192. p. 2.* qua de re, quando Iudex criminalis possit cognoscere de quæstione ciuili incidentèr descendente ex eodem facto, agunt *Farinac. tit. de inquis. q. 1. num. 63. Caball. resolut. crimin. cas. 82. Paschal. de patr. potest. par. 4. cap. 30. n. 38. vers. nam contra homicidium, Reg. Sanfelic. dec. 226. num. 2. lib. 2.*

Hinc condemnatum extra ordinem non esse ad interesse condemnandum, scripsere etiam *Caball. add. cap. 82. Reg. Ronit. dec. 67. Præs. Merlin. lib. 1. controu. forens. cap. 19.* quibus contradicunt *Guazzin in tract. de tregua, & pace, par. 1. cap. 42. n. 21. Paschal. add. cap. 30. num. 38. vers. maior verò dubitatio, Capibl. de Baron. par. 1. pragm. 6. num. 105. vers. & dic quod si ex indicijs,* & conferunt dicta *à Præsid. de Franch. dec. 409. & decis. 410.* quorum DD. dissentientes opiniones conciliat *Reg. Sanfelic. decis. 226. lib. 2.* inquirens *num. 9.* num confessus delictum cum qualitate exclusiua pœnæ, non probata qualitate, sit condemnandus ad interesse; & quid si homicida fuerit prouocatus, sed excessit moderamen inculpatæ tutelæ, an ad damna, & interesse teneatur, *Gasp. Thesaur. quæst. forens. 7. lib. 3.*

Nec te lateat, quod Reus damna-
5 tus ad temporaneam pœnam corporalem, atq; ad interesse partis, expleto tempore pœnæ corporalis, redire debet ad carceres, in eisquè persistere, donec parti satisfecerit, ex *decis. de Franch. 358.* in eius initio, quæ præterea addit, quid agendum, cum Reus non est soluendo, aitquè, vt vel luat in corpore, vel relaxetur ad arbitrium creditoris, qui expectet meliorem fortunam, Ac propterea admitti ad beneficium cessionis, necnè posset, implicitè negare videtur; apertè autem docet *Peguer. decis. crim. 6.* quin si componi obtinuerit, teneatur nihilominùs parti resarcire damnum, probat *tex. in l. veniam, C. de in ius vocand. & Franc. Marc. decis. 18. num. 3. par. 1.*

RITVS CXCIII.

Item si quis, vel si qua accusauerit, vel denunciauerit aliquem in dictis Curijs, seù altera ipsarum de aliquo crimine, durante ipsa causa dictæ accusationis, vel denunciationis persona prædicta accusans, vel denuncians, siue etiam pater, mater, filij, fratres, sorores, nepotes, & neptes carnales ipsius accusatoris, vel denunciatoris accusari, vel denunciari non possint in dictis Curijs per dictam personam primo accusatam, vel denunciatam, nisi eadem die denunciauerit, vel accusauerit eosdem, & nisi ex nouo delicto.

SVM-

SVMMA RERVM:

1 *In Republica concordia apprimè necessaria est, vt ciuitas consistere possit, neque in solitudinem redigatur.*
Ità propterea temperanda sunt ingenia singulorum, vt in priuatas iniurias vlciscendas, & calumnias inferendas, minimè prolabantur.

2 *Accusans reaccusari ab accusato, illius, pendente iudicio accusationis, non potest, & quarè.*

3 *Neque vxor aliique accusati consanguinei, illi tamen qui sint, subijcitur.*

4 *Neque à consanguineis, aut alijs, qui memorantur, eiusdem accusati.*

5 *Restrictiones adduntur ad principalē regulam, & perpenditur decis. 53. Thom. Gramm.*

6 *Quid verò si fuerit ciuilitèr impetitus, & velit in actorem criminalitèr agere, & è contrà.*

7 *Porrecta accusatione super falsitate instrumenti, supersedeaturnè in causa ciuili, & num causa criminalis indistinctè ratione praeiudicij, & maioritatis faciat supersedere in Ciuili.*

8 *Hodierna praxis indicatur, remissiuè.*

INter cætera, quæ Mundi huius, summa Diuinitatis Sapientia architectati, opificium maximopere commendant admiranda, ipsique opifici Deo, laudes comparant immortales, illud præcipuum, opinor, ac singulare nemo negabit, quod ex elementis, natura, atque ingenijs inimicissimis, seq; internecinis odijs prosequentibus, tanta rerum creatarum familia, arctissimo pacis fœdere colligata, coierit: ipsaq; elementa, mutuas inimicitias ita exerceant, vt altera quasi manu conserta digladiari, atque interimere sese velint, altera amicissimè complectantur, ac foueant, concordiamque in discordia summam tueantur. Qua in re; quis Architecti illius sapientiam non demiretur, qua res tàm contrarias, nè se conficerent fœderare, fœderatas, nè otio tabescerent, dissociare, iisdemq; in rebus æternum, cum coniunctione, dissidium, copulare potuerit? At multo admirabilior in hominum Republica concinnanda, quam in elementarium corporum nexu Diuina sapientia apparebit, si, in eius corpus, non quatuor quidem rerum Principia, sed tot millia capitum, genijs, atque ingenijs alienissimorum, conuenire, firmissimamquè societatem coire aduertamus; cuius coniunctionis, nonnisi imaginem quādam; illarum rerum, quæ naturæ necessitate, non ratione, libertatequè ducuntur, mirabilem nexum esse fatebimur. In hac enim Re-
1 pub. multò magis, quam in elementis, & ingeniorum diuersitas requiritur, nè artes iaceant, atque animi, quos æmulatio incendit, desidia marcescant, & concordia apprimè necessaria est, vt ciuitas consistere possit, neq; in solitudinem redigatur. Enimuerò, vt societas hæc humana, tàm mirabilis, sarta tecta seruetur, ita temperanda sunt ingenia singulorum, vt in priuatas iniurias vlciscendas, & calumnias inferendas minimè prolabantur. Quid enim societati humanæ magis pestiferum, atquè exitiale? Hæ namq; pestes, vbi se in animos ciuium infudere, statim odiorum flammis ita exagitant, vt omnia societatis vincula, omnes coniunctionis leges abrumpant.

Idcircò, vt tàm graui malo consuleretur, peculiari hoc *Ritu* cautum fuit:
2 Nè accusatus de aliquo crimine, possit, vigente accusatione, accusantem reaccusare, id quod probat etiam *tex. in l. is qui reus, ff. de public. iudic. & l. 2. §. qui hoc dicit, ff. de adult. in l. 2. Cod. qui accusare non poss. cap. neganda, il secondo, 3. q. 11.* atquè in Regno prętèr hunc *Ritum* sanxit *cap. 258. iniunxit num. 13.* & regulam esse, ait *Tusch. conclus. 164. lit. A*, eamquè declarat *in conclus. 160. à num. 22. & Iul. Clar. q. 14. num. 12.* adde *Aretin. in tract. malefic. verbo, necnon ad querelam, vers. quæro àn accusatus* affluenter tractantem, *Franc. Casson. in tract. quast. crimin. cap. 1. nu. 10. Feller. in prax. crim.*

*crim. rub. audian. excuſ. nu.*40. *Clar. lib.*5. *ſentent.* §. *fin. q.* 14. *num.* 127. *Nuntium Tartagl. in pract. crim.cap.* 2. *num.* 14. *Thor. par.* 1. *compend.deciſ. verbo. Accuſatus*, atquè *Tiber. Decian. tom.* 1. *pract. crimin. lib.*3.*cap.*24.*Soccin. in cap. ex literis à nu.* 65. abundantiùſq; *num.* 69. *cum ſeq. de mutuis petit.Balb.deciſ.*90.*& Farinac.q.*100. *à nu.*67. quæ quippè principalis regula duobus extẽditur præcipuis modis, altero quippè ex parte eiuſdem accuſati, & prouenit ex diſpoſitione huius *Ritus*, vt nequè pater, neq; mater, filij,
3 fratres, ſorores, nepotes, & neptes carnales ipſius accuſantis, accuſari poſſint. Altero verò ex parte eiuſdem accuſati, prouenitquè ex *prag.* 1. *de accuſat.* di-
4 latante ad cõiugẽ ipſius accuſati, eiuſq; liberos, parentes, aut fratres vtrinquè coniunctos in eadem tamèn domo degentes, quæ nequeant accuſatorem, & alios prænominatos reaccuſare, durante prima accuſatione, cuius meminit etiam *Baiard. ad Clar. add. q.*14. *num.*36.

5 Prædicta autèm de Iure Regni concluſio reſtringitur per huncmet *Ritum*, adductamquè *pragm.* in duobus caſibus, nempè, cum accuſatus eadem die ſuum accuſatorem accuſauerit, eumq; ex nouo delicto, in reliquis verò prorſus vetari, ad finem tamèn procedẽdi, durante Iudicio ſuper priori querela.

Cæterùm accuſatio fieri poſſit, eaquè recipi debeat ad finem conſtringendi eũdem primoloco accuſatorem, deindè accuſatum, ad præſtandam cautionem de ſtando iuri, completo priori iudicio, ſanxit *Rit.* 197. dictumquè *cap.* 258. eademq; *prag.* 1. *de accuſat.* & cùm contentio eſſet, àn ſaltèm ad fiſci inſtantiam poſſit ex officio procedi in ſecunda querela, deciſum fuit negatiuè in Sacr. Conſ. teſte *Gramm. deciſ.* 53. niſi tamèn ex eodem fonte prodiret anterior, & poſterior querela, quia poſſe ſuper vtraquè, & vnico contextu Iudicium agitari, ille ſubdit, atteſtans, deciſum inter Paulum de Barijs, & Franciſcum Baronum, quamquè *Gramm. deciſ.* inſequuntur *Muta to.*4. *capitulor. Sicil. cap.* 150. *num.*2. *Clar.quæſt.*14.*num.*12.*Maſtrill. deciſ.* 8. Accuſatum propterea poſſe accuſatorẽ de falſitate coràm eodem Iudice reaccuſare, tradũt *Innoc.in c.*1.*n.*4. vbi alij, *de mut.petit.Farinac.q.*100.*n.*69. & declarat *Vermigl. conſ. crim.* 419. *num.* 10. *&* 11. in qua inſupèr tractatione non erit inutile perlegere, quæ *Conſtitutio Regni* antecedens *Pragm.* iam dictam edixit, cuius initium eſt, *ſi ciuilitèr agens*, & quæ inibi *Affl.* congeſſit.

6 Verùm ſi Reus ciuilitèr impetitus, necnè valeat in Actorem criminalitèr agere, aut conuentus criminalitèr mouere poſſit cõtra Actorem litem, actionemq; ciuilem intentare, proponit, extricatq; *Clar. q.* 2. *num.*4. *&* 5. necnon *Trentacinq. variar. reſol. lib.* 2. *reſol.*1.*de mutuis petit. à num.*38. & aliqua *Rota* coram *Bertazzol. deciſ.*685. *ſub num.*2. inter recenſitas à *Farinac. tom.* 2. *par.* 2. & nè reprehendamur, quod in re tam vulgata, nõ viderimus *Marant.* eum quoq; adducimus, miſcẽtem tamèn terminos, ac confusè loquentem, iuxtà terminos Iurium Regni, *in prax. par.*3. *diſt.*6. *à num.*57.

7 Quin ſi porrecta fuerit accuſatio ſuper falſitate inſtrumenti, ſuperſedeatur nè in cauſa ciuili, diſcutit *Hiſpanus Ioſeph. Ramonius conſ.*73. *num.*34. & ex noſtratibus *Franciſc. de Petr. conſ.*62. latèq; *Franciſc. Maria Prat. reſponſ. crimin.*14. pertractat indiſtinctè, nùm cauſa criminalis ratione præiudicii, ac maioritatis faciat ſuperſedere in ciuili plura expendens iura, & alia notat ad *Paſchal. de patr. poteſt. p.*4.*c.*8.*ad n.* 1. necnon tangit *Vermigl.conſ.*155.*n.*1. *conſ.*156.*n.*2. *conſ.* 158. *num.* 3. *conſ.* 167. *num.*6. *conſ.*208. *n.* 5. *conſ.*233. *n.*1. *& conſ.*466.*num.* 6.

8 Hodiernam autèm obſeruantiam huius *Ritus*, recenſet *Danza ad mem. Grammat. deciſ.*53. *num.*13 ibidemq; *Auus meus* nonnulla annotat, à quo *Didacus de Mari* mutuauit ſcripta in *eod. loco*.

RI-

RITVS CXCIV.

Item quod nullus clericus in ipsis Curijs, & qualibet ipsarum admittatur ad accusandum aliquem de aliquo crimine: etiam si citrà pœnam sanguinis accusauerit, nisi suam, suorumq; iniuriam prosequatur: verumtamen admittatur ad denunciandum, cum obligatione pœnali facta per laicum pro parte ipsius clerici.

SVMMA RERVM.

1 *Ritus iste de Clericis loquens, sanxit illos admitti, si suam, suorumq; iniuriam prosequantur, præmissa protestatione, citra pœnam sanguinis.*
2 *Est conformis iuri communi.*
3 *Protestatio citra pœnam sanguinis, necnè faueat, si animus contradicat.*
4 *Illa si absit, non incurritur irregularitas à petente emendam pro causa non merente pœnam sanguinis, dato quod Iudex inflixerit.*
5 *Tunc nouus requiritur processus, & testes recepti in querela permissa personis Ecclesiasticis non probant pro imponenda pœna sanguinis.*
6 *Concurrente protestatione; àn liceat Ecclesiastico accusare, àn tantùm querelare, discutitur.*
7 *In causa capitali, haud protestatione obstante Clericus, testimonium ferens irregularitatem incurrit.*
8 *Quæ autem obseruare obstringantur, tùm laici, tùm clerici accusantes, remissiuè.*
9 *Clericus præstare àn teneatur laicos, qui se obligent.*
10 *Accusator in Curia Archiepiscopali Neapolitana reijcitur, nisi se obstringat de probando.*
11 *Præstita ab accusatore cautione de expensis in casu succumbentiæ, si victus extitis, nō in causa principali, sed in illius desertione, àn fideiussor teneatur.*
12 *Quidquæ, ob instantia peremptionem, condemnato Actore.*

Ritus 191. generatim loquens mandauerat, vt nullus admitteretur ad denunciãdum, nisi suam, aut suorum iniuriam prosequeretur. Ritus autèm 192. laico speciatim vetabat, inquiens, nè vllus laicus, &c. decebat, vt de clericis subijceretur, quid Curia ipsa sentiret, nam si de laicis specificam visum fuerat inserere obseruantiam, & tamèn sub amplissima dicti *Ritus* 191. illi continebantur, conuenientius de cle-
1 ricis, in illa generali fortasse non comprehensis, adiungere obseruantiam oportebat, & proindè admitti, si suam suorumquè iniuriam, & Ecclesiæ suæ offensam prosequatur, præmissa tamen protestatione citrà pœnam sanguinis
2 sanxit *Ritus*, iuxta *cap. Prælatis, de homic. in 6 cap. cum sit generale, de foro compet. c. olim, de iniur. cap. grauis, de restit. spoliat. Turrecrem. in cap. sicut Sacerdotes, num. 42. q. 7. Decian. tract. crim. p. 2. lib. 6. cap. 12. num. 3. Auil. de censur. 7. par. disp. 5. sect. 2. dub. 11. & 12.* la:èq; *Ricc. decis. 136. par. 2. Megal. variar. resol. tom. 2. resol. 151.*

3 Verùm si protestatio contradicat, animo, scilicèt si vt mortis pœna mulctaretur, peroptaret; & accusatus re vera suspensus deindè fuerit Iudicis mandato, sit nè irregularis, affirmat *Nauarr. in manuali cap. 27. num. 226. Graff. lib. 2. cap. 62. num. 41.* nec refragatur *Conar in relect. clem. si furiosus, par. 2. §. 5. num. 2. de homicid.* etenim non supponit effectum subsequutum; tùnc siquidem animum contradicentem protestationi non operari irregularitatem, ipse quoquè existimo,

mo, alioquin omninò militare antedictam conclusionem, opinor; quod autèm talis protestatio non debeat esse tantùm ceremonialis, sed quod verè in querela non intentetur mors damnificantis, vel membri abscissio, sed iusta damni compensatio, dicit *Hieronym. Gliamas in suo instruct. Sacerd. par. 1. cap. 12. §. 17.* & quidem consentio, quò ad eam partem suæ assertionis, nè mortem, aut abscissionem expresse petat querelans, dissentio tamen, quoad alteram, quia non solùm damni compensatio peti potest, sed emenda, & sic illius punitio, iuxtà *Glos. in vers. emenda, & vers. seq. adducti cap. Prælatis*, addita tamen protestatione prædicta; alioquin esset destruere illum *textum*, & si tantùm damni compensationem posset quærere, frustra adijceretur protestatio, nô tamẽ improbamus, quod idẽ *Glimas* adnectit, nè contrahat irregularitatẽ Ecclesiasticus,

4 omissa protestatione, petens emendam, & punitionem accusati, pro causa sui natura non digna pœna mortis, aut mutilationis, quamuis Iudex earum alteram posteà inflixerit, quam, præter alios, admittit *Ioan. Monach. super eodem cap. Prælatis, num. 2.* hocquè casu habet necesse Iudex nouum

5 processum inchoare, vt pœnam, sanguinis imponat, adeò vt per depositionem testium examinatorum, ad instantiam clerici, cum tali protestatione, non erit probatum delictum, vt talis pœna sequi possit, vt ex *Dom. R. Ronit.* aduertit *Danza ad Gramm. decis. 53. num. 22.*

6 Verùm liceat tantùm cuiuis Ecclesiastico querelare, non autèm accusare adhùc protestatione illa concurrente, defendit acutissimi ingenij vir, & scriptor solertissimus *Ferdinandus Ronitus in suis allegationibus*, ab eius genitore transcriptis, *in comment. ad prag. 8. de composit. à n. 28.* sed contradicit *Ioan. de Vanquel in suo breuiar. sentent. sup. eodem cap. Prælatis*, fulciturquè non tantùm *Geminiani* doctrina *in eodem illo cap.* sed eiusdem *Ioannis Andreæ*, cuius auctoritate idem *Ronitus* ad cõtrarium tenendum impellitur, & affirmare *Ioan. Andr.* asserit *Vanquel*, quòd licèt cautè faciat Clericus, si dicat, *conqueror*, vt illius *textus* imitaretur verbis; tamèn concludere addit, cessare irregularitatẽ, si accusationis verbo vtatur, & altero fauetur consimili, quod querela inofficiosi accusati dicitur, quod deducit ex *l. parentibus, & l. in arenam, C. de inoffic. testam.* in quam profectò sententiam libentissimè descendi, cum post *Ioann. Andr. Geminiani* notata perlegi *in eodem illo cap. num. 5.* eandem admittentis resolutionem, eamquè ex *Ioannis Andreæ* verbis depromentis.

7 In causa verò, pro qua Reus pœna sanguinis venit afficiendus, haud obstante protestatione facta, si Clericus testimonia ferat, irregularitatem non vitabit, *Felin. in cap. postulasti, de homicid. Conar. in clem. si furiosus, de homicid. fol. 314. vers. 13. his omnibus*, *Clar. §. fin. q. 24. num. 9. Farinac. tom. 1. q. 12. num. 12.* & rationem indicat *P. Fragos. de regim. Reipub. p. 1. lib. 5. disp. 12. de offic. accusat. §. 3. num. 80.*

8 Quæ autem seruare obstringantur, tùm laici, tùm Clerici accusantes, demonstrant *Duen. reg. 27. Foller. in prax. crim. rub. and. exception. num. 3. & in frag. num. 106. Franc. Cason. in quast. crimin. cap. 3. num. 17. Clar. §. fin. q. 12. sub nu. 13. Ricc. collect. dec. 1037. Campagn. in cap. subditorum*, & de

9 Clerico, si præstare teneatur aliquos, qui principaliter se obligent, *Farinac.* inquirit *q. 12. num. 12.* & àn possit ille se obligare ad pœnam corporalem, amissionem ordinis, & beneficii, quod non, tradit *Episc. Isern. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 38. Ricc. in prax. Eccl. dec. 597.* In Curia verò Archiepisco-

10 pali Neapolitana reiici accusatorem, nisi se obstringat de probando, testis est *Baiard. ad Clar. q. 81. num. 6.*

11 Data verò cautione de expensis per accusatorem in casu succumbentiæ, si vi-

victus non extitit in causa principali, sed in illius desertione, fideiussor non tenetur, *Bal. cons. 106. num. 15. vol. 2.* quem refert *Marant. in pract. par. 6. membr. 8. n. 17.* illosquè memorat, tacito nostro *Caran. de Angel. ad Foller. in prax. tit. Aud. except. propon. nu. 7.*
12 secus tamèn erit condemnato Actore ob instantiæ peremptionem, *Muscatell. in prax. fideiuss. modo 11. num. 3.*

RITVS CXCV.

Itèm, quod nullus laicus admittatur per ipsam Curiam, tanquam vnus de populo ad accusandum de aliquo crimine: nisi suam, suorumq; iniuriam prosequatur.

SVMMA RERVM.

1 *Suorum appellatione ad quem vsquè gradum extendatur, latè inquiritur.*
2 *Vniuersitas àn suorum appellatione veniat, & possit agere de delicto commisso contra eius ciuem.*
3 *Accusatore decedente, citandum esse illius hæredem, ostenditur.*
4 *Regularis occisi accusatio consanguineis, àn monasterio competat?*
5 *Pecuniæ quantitas pro monacho interfecto data in vim transactionis Monasterio, àn interfecti patri acquiratur.*
6 *Occisi consanguineus Religionem ingressus queat nè occisorem querelare.*
7 *Ex consuetudine omnes admittuntur ad querelandum, ad finem inquirendi.*
8 *In Regno recipiuntur querelæ feminarum, & masculorum, & demum disceptatur, quis debeat in prosequendo præferri.*

Præter annotata à nobis super *Rit. 191, & 192.* qui eadem, quæ in hoc *Ritu* habent verba, adiicimus pro vera intelligentia dictorum verborum, quæ tùm præsens tùm duo memorati continent
1 *Ritus*; illa nempè quas personas complectantur, vt cognoscamus, quæ prosequi iniuriam ipsam valeant, & quippè sui dicuntur, contra quos inuiti testimonium ferre non coguntur, *Glos. in in l. si femina, C. ad S. C. Turpil.* atq; *Plaza in epitom. delictorum, cap. 40. sub n. 2.* vel qui patris, auiquè potestati, subsunt, teste *Petr. Gregor. in suo de concess. feud. tract. p. 6. q. 1. n. 15.* qui in re feudali, illiusuè concessione venire eos adiugit, qui de eiusdē feudi natura succedere in eo valent; Idq; adeò, quod si nō fuerit expressū de liberis, potiùs quā de hæredibus, ad heredes in dubio referenda sit illius natura, crediderit, nixus auctoritate *Andreæ, & Baldi in cap. 1. an agnat. Alex. cons. 26. Ponderatis, vers. nec predictis, vol. 5.*

Isthæc verò sic generatim cōstituta, vt illustrius pateant, ad magis specifica deflectendo, fatemur, suorum nomen, & nomenclaturam complecti coniunctos omnes ad quartum vsquè gradum, siuè vt alij credunt ad septimum vsquè, aut etiam ad latiorem gradum, ex *Gl. in cap. quicumquè, vers. suorum, de sent. excom. in 6. Marant.* tamèn eos esse opinatus est, qui sexto cognationis gradu, iniuria affectum attingunt, *in 6. par. suæ praxis, rubr. & peruenitur aliquando per viam inquisitionis, num. 62.* impulsus auctoritate *tex. in l. lex. Cornelia, ff. de iniur.* quod insuper admittit *Clar. in q. 14. vers. nolo etiam, num. 4. & Imol. in rub. de furtis, vers. quaro circa predicta col. 2.* necnon *Gomes. in tractat. delict. cap. 1. sub num. 34. & emanuel Suarez in Thesaur. recept. sentent. verbo suorum,* & attingunt *Gomez. variar. resol. tom. 3. de delict. cap. 1. nu. 34. Farinac. in pract. Crim. q. 12. num. 50. Muta in cap. Reg. Sicil. 56. à num. 34. tom. 1. Tiber. Decian. lib. 3. cap. 5. per tot.*

2 Sed an Vniuersitas suorum appellatione veniat, itaut possit agere pro delicto commisso contra eius ciuem, inquirit *Reg. Sanfelic. dec.* 347. *num.* 5.

3 Cum verò accusator interrijt, citari debere eius hæredem, inquit *Christofar. Schunazman. obseruat.* 35. adiungens decisum in Camera Imperiali.

4 Cum autē religiosus occisus fuerit, Religioni, ân consanguineis competat ius accusandi, vide, quæ eruditissimus vir ille *D. Ferdinandus Rouitus*, eleganti stylo cumulauit in casu tūnc contingenti, cuius allegationes rescripsit dignissimus eius parens *Scipio Rouitus super pragm.* 8. *de composit.* à *num.* 35. & *Paschalis* eius quæstionis veritatem inquirens, & quid verius tenendum inuestigans, respondet, *in tract. de virib. patr. potest. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 11. *Capiblanc. de Baron. cap.* 14. *num.* 3. *Danz. tom.* 1. *de pugn. DD. cap.* 1. *tit. Monacus quando agat*, à *num.* 4. & pe-

5 cuniæ quantitas pro Monacho interfecto data in vim transactionis Monasterio, & non patri interfecti acquiritur, *Dec. in cap. in præsentia, num.* 57. *de probat.* insequitur *Alciat. in l.* 4. §. *Cato, ff. de verb. oblig. Boer. decis.* 121. *num.* 8.

6 Sed cum occisi consanguineus proximior regulam aliquam professus est, stante quod Ecclesiasticus querelam exponere potest pro iniuria sibi illata, aut suis, præhabita protestatione, iuxtà *cap. Prælatis, de homicid. in* 6. & nos explanauimus in proximo antecedenti *Ritu*, vtrùm poterit querelare occisorem, videtur annuendum, ex regula constituente, Monachum non amittere iura suitatis, neque iura sanguinis, quam probat *Tiraquell. tractat. de nobilitat. cap.* 26. à *n.* 5. 8. & 9. *ad n.* 50. alias verò plures quęstiones, easq; perutiles in specie remissionis faciendæ, in medium profert *Iulius Clarus q.* 58. nos etiam permulta in ea re scripsimus in *Rit.* 191.

7 Sed notandum ex consuetudine, omnes admitti ad accusandum, quia Iudices ex querelis ab ijs porrectis assumunt viam inquirendi super delictis, teste *P. Fragos. de Regim. Reip. par.* 1. *lib.* 5. *disp.* 12. *de offic. accusat.* §. 3. *n.* 79.

8 quin in Regno recipiuntur querelæ fœminarum, & masculorum, & demùm disceptatur, quis debeat in prosequendo, præferri, *Amend. ad Franch. decis.* 382. *num.* 10.

RITVS CXCVI.

ITem, quod nullus admittatur, per ipsam Curiā ad accusandum aliquem de vsuraria prauitate, vel ad denunciandum: nisi cum obligatione pœnali & Aduocatus, & procurator dictæ Curiæ procedūnt contra dictum denunciatum ad priuationem bonorum omnium: ita quod eius obligatio fiat in bona forma, iudicis officio reseruata.

SVMMA RERVM.

1 *Vsura omni iure est prohibita.*
2 *Vsurarij criminaliter castigari possunt.*
3 *Carcerari non possunt, si publicatio bonorum alicubi indicitur pro vsura.*
4 *Torturæ subijci in Regno Neap. nec possunt.*
5 *Vsura quibus modis in Regno probatur.*
6 *Per inquisitionem in Regno procedere in crimine vsurario, ân liceat.*
7 *Sit ne tantum Iudex Magna Curia, ân etiam alia Curia, etiam Baronales, & ân sit mixti fori.*
8 *Citatus propter vsuram procuratorem mittere nec ne valeat?*
9 *Vsuram committat emens minori pretio,*

tio, quod alicui debetur à Curi.

10 *Cessio facta ab aliquo particulari priuatis personis, dando, remittendo, aut diminuendo summam fiscalium, vel arrendamenti nomine alagij, valida est.*

11 *An exactor aliquid recipiens, vt debitorem expectet illam committat.*

12 *Officiales quæ recipere iustè possunt, quæque nequeunt, & recipientes ad eorum restitutionem teneantur.*

13 *Pactum, quod duc. mille capitalis venditionis annuorum introituum restituantur in eisdem speciebus, & sub eadem bonitate intrinseca, & extrinseca, pondere, titulo, & liga currente tempore initi contractus, an sit validum.*

Confutatur decisio Dolana 110. *apud Griuellum.*

14 *Non existente pacto licet debitori in quacumque moneta specie debitum exoluere.*

15 *Dos an restituenda ad monetam tempore contractus, vel restitutionis.*

Exornatur decisio S. C. apud Matth. de Affl. 194.

VSuram omni iure improbatam esse, prorsùsq; interdictam, probant iura *in tit. ff. & C. de vsur. & C. de naut. fænor. cap. quia in omnibus, & cap. super eo, de vsur. Leotard. de vsur. q.* 2. *& q.* 98. *except.* 6. *num.* 19. *Osasc. dec.* 137. *Hier. de Leo dec. Valent.* 62. *n.* 6. *Larrea decis. Granat.* 84. *n.* 5. *Io: Bapt. Staib. de interesse in gener. lib.* 1. *q.* 15. *à num.* 14. *Baron. de effect. inimicit. effect.* 70. *num.* 2. *Iud. Franc. Maria Prat. discept. forens. cap.* 23. *n.* 23. *lib.* 2. *& pract. obseruat.* 12. *num.* 15. *Ansald. de iurisdict. par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 1. *num.* 2. *Fragos. de regim. Reip. par.* 1. *lib.* 2. *disp.* 4. §. 21. *num.* 286. *Episc. Marant. respons.* 62. *par.* 5.

2 Nimirùm, & delictum esse, nemo ambigit, ac propterea vsurarium posse castigari, & criminalitèr accusari, docet *Glosa* percelebris *in cap. perniciosam, vers. Canones, de offic. ordin.* etiam vbi peculiaribus legibus publi-
3 catio bonorum infligeretur, si *Peguera* verba intueantur *in qq. criminal. cap.* 30. *sub num.* 18. tametsi illis in locis, in quibus eiusmodi extant leges, vsurarium carceribus mancipari haud posse; dixerit *Viu.* loquens in proprijs hisce terminis vsurariorum, *in dec.* 504. *num.* 25. *propè finem, par.* 3. vbi prætereà defendere nititur, non tantùm minuendam esse pœnam, sed insupèr ab illa penitus liberandum vsurarium, qui proptèr vsuram fuerat hoc in Regno coniectus in carceres, atquè in eis diù detentus, cum Regni *Constitutio*, exordiens, *vsurariorum*, præscripserit bonorum publicationem ipsis vsurarijs, idquè adeò, quòd quamuis aliàs multas constituerint iura pęnas aduersus illos, prædicto tamèn iure Regni non altera afficiuntur, ità quod auctor *Muscatell. in constit. de cognit. & probat. delict. rub. de priuil. & pęnis vsura, num.* 28. fatur. *Quod vsurariorum etiam manifestorum pœna alia non sit, quam publicatio omnium bonorum in commodum fisci*, hanc ob causam contingit, quod *Praes. de Franch.* meritissimus scripsit, ex relatione illius summi viri *Regentis Salernitani* (mortuos laudo, quia veritatem insequor, alii verò tantùm viuentes extollunt, adulationi operam nauantes) decisum fuisse per Sacrum Consilium aduersus quendam Neapolitanum, inquisitum de hoc crimine, vsurario, *in decis.* 213. *sub num.* 37. quod stante priuilegio Neapolitanorum, quo indistinctè sublata est publicatio bonorum in quolibet crimine, pratèr hæresis, & lęsæ Maiestatis, nè impunitus ille pertransiret, condemnatus fuit ad pœnam extraordinariam, iuxtà *tex. in l. nemo martires, C. de episcop. & cleric.* itaquè Regium Consilium pro absoluto habuit, non alia in Regno plectendum pęna vsurarii, nisi publicationis, quia si altera, non obstante priuilegio cessātis publicationis, illam inflixisset, nequè in-

indiguisset refugio, *d.l. nemo martires*; & adducta ratio, quod alioqui punitionē euaderet, falsa omninò esset. Itaq; derogatum censeri pœnæ huic concontractui appositæ de iure communi, sine dubio fatemur, scribuntquè multi DD. apud *Bertazz. conf. crim. 55. num. 14. vol. 1.* videasq; *Gabriel. lib. 7. commun. opin. tit. de malefic. conclus. 20. Lup. in tract. de vsur. comment. 4. cap. quamquam.*

4 Quinimò, & torturæ subijci quamuis possit ex sententia citatorum per *Rouitum indicata prag. 1. num. 29.* attamèn eorum sententiam procedere tantum iure communi, existimamus, non quidem Regni, sequutus *Campagn. in cap. Regni 270.* exordiente, *nouitèr, sub num. 18.* cum sit pœna infrà relegationem, in quibus vetari torturam probat, ex altero *cap. 144.* incipiente, *tormenta*, quam eandem sententiam, ne torturæ in Regno subijciatur vsurarius, admittit *Viu. decis. 252. num. 8.* idquè cum esset notissimum doctori Marthæ Neapolitano non immerito scripsit. Vsurario torturam inferri posse, communitèr receptum esse inter *Doctores*, & à nemine contradictum, attentis terminis iuris communis, *in suo voto 70. num. 2.*

5 Vt autem eiusmodi delictum libentius, ac facilius patefiat, constituerunt adductum *cap. & prag. Regni* specificum, & priuilegiatum modum probandi illud, nempè, quod fama concurrat, quod tres saltem testes deponant, quāuis de proprio negotio, etiam singulares, quod sint fide digni, quodquè iurauerint, ità *Afflict. in ipsa constit. vsurariorum, num. 21. Campagna in in eodem cap. 270. n. 3. & Foller. indicata pragm. 1. num. 52.* omisso quinto requisito per eundem *Foller.* quod renunciauerint proprio commodo, cum doctrina *Bal.* qua fulcitur, verba faciat attento iure communi, quod optimè aduertit *Muscatell. indicato loco n. 21.* per adductas Regni leges, permittentes illis testimonium dicere in causa propria, quod nunquam posset eueni-re, si proprio commodo cedere compellerentur.

Primum itaquè requisitum est fama publica, quam docere oportet. adhibitis forma, & modo à iure statutis ad probandam famam, ex vera resolutione *Troysii in pragm. citata num. 3. & Viuij adducta decis. 505. num. 1.* nec quidem sine ratione, sed illa vulgata quod cum requirāt famam publicam, neque exprimant modum verificandi illam, remittant ad modum constitutum in iure; de quo *Clar. §. fin. q. 6. Borrell. conf. 45. num. 53. Farinac. in tit. de indic. & tortur. q. 47. Rot. Luc. dec. 22. dec. 101. & decis. 105.* Alterum requisitum de testibus singularibus reprobat ius commune in hac quoquè materia vsuraria, *Bertazz. conf. crim. 55. n. 6. vol. 1. & Io. Bapt. Lup. in cit. comment. 4. de vsur. in præfat. n. 27.* ob quam causam præfata iura adiunxisse famam publicam non immeritò sentimus, & dum permittunt in proprio negotio deponere, subsistere dicēdum est in recipientibus ad vsuram siue instrumento, non autem si mediante instrumento, quia tunc illi contradicere sine periurii labe nequirent, & consecutiuè non eorum depositionibus, sed scripturæ iuratæ standum esset, iuxta decis. pluriès allegatam *Viuij 505. n. 4.* & conferunt tradita à *Roland. à Valle conf. 98. vol. 4.* quæ quidem *decis. Viuij* est Tribunalium Regni, & sic considerato illius iure, quo insupèr attento, ita concludit etiam *Maxill. ad Consuetudin. Barens. rub. de iure prothom. §. in permutationibus à num. 13.* Ita, & qui exposuissent querelam, nam inter tres illos testes mentionatos in ipso *cap. 270.* numerari minimè possunt, ex eiusdem *Campagnæ* verbis *in eodem cap. num. 19.* nec mirum, quia verè testimonium ferrent in causa propria, nequè attenderetur illius *capitis* tenor, vtentis aduerbio illo, *quodammodò*, & sic cum impropriè essent testes in causa propria; quod nō vtiquè verificatur in accusante, qui pro-

priè

priè esset in sua causa testis.

Tertium præterea requisitum constare in processu debet, scilicet, quod testes sint fide digni, idquè articuletur, & verificetur, alioquin minimè probent contra inquisitum, vt concludit *Arnon. epitome* 14. *& Campagn.* illum sequens, *in d. cap.* 170. *num.* 17. *Foller. in fragm. sub num.* 52. *Borrell. consf.* 12. *Visconti in conclus. iur. verbo, testes, & verbo, vsura*. Hæc enim qualitas, dum specificè in lege requiritur, est articulanda, & probanda, *Purpur. in l. admonendi n.* 165. *& Ripa n.* 104. *de iure iur. Mascard. concl.* 285. *n.* 8. *& concl.* 1253. *&* 1254. & in terminis *l. scripturas, C. qui potior. in pign. hab.* dixerunt *Seccin. consf.* 274. *de Franch. dec.* 644. *Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. sect.* 51. *num.* 21. *& dec.* 373. *par.* 3. inquirens, àn qualitas de illorum probitate sit probanda, vbi notoria fuerit, & aliqua de notorio subnectit.

Nec tandèm silentio inuoluimus, adducta Iura Regni non operari, vt alio modo verificari vsura nequeat, etenim loquuntur in puris terminis, atquè in modo priuilegiato, probandi vsuram, in eis constituto, sed in rigoroso modo, quo, citrà priuilegium, probatur de iure omne factum per duos testes contestes, *l. vbi numerus, ff. de testib. & in c. omni negotio, eod. add. tit.* quin, si plures essent, tùnc quamuis non omnes integræ fidei, satis essent, quia numerus suppleret, *Vrsill. ad Affl. decis.* 400. *num.* 1. *in fine*, & procedere fine controuersia deducit, ex *Soccin. Alex.* & alijs, *Bertaz. consil. criminal.* 45. *nu.* 18. *vol.* 1. etenim præfata iura Regni non restringunt modum probandi vsuram ad illum tantùm in eis assertum, nequè interdicunt alio modo verificari, maximè vsitato, & ab omnibus legislatoribus à mundi ortu semper recepto, sed cum impossibile est, inspecto iure communi, voluerunt alijs quoquè modis ab illis recensitis probari posse, atque ideò non vt fauerent vsurarijs, verùm vt illos prôptiùs extirparent, emanarût.

6 Accusatio verò sicuti necessaria est de iure; itidem, & vigore Iuris Regni, per *cap.* 279. *in fine*, & admittit *Marant. consf.* 113. non quidem ex dispositione citati *capitis*, sed *Ritus* 15. qui inter recollectos à *Caran.* est præsens *Ritus* 196. obstat verò *pragm.* 2. *de vsur.* sed reiicitur ob alteram subsequentem, *nempè* 3. *eod. illo tit.* quæ id ipsum mandat, vt accusatio præcedat, quod anteà, tùm *Capitulum*, tùm *Ritus* sanciuerant, possumus etiàm dicere, iam *dictam pragmaticam* 2. adhùc per inquisitionem procedi concedentem, non præseferre generalem legem, sed commissionem tantùm, & delegationem Bernardo Striuerio Regio Consiliario directam, ita quod illius personam dumtaxàt, non aliam, deuinciat, quam responsionem à me firmatam reperi deindè tradidisse *Campagn. in eod. cap.* 270. *sub num.* 7. certum itaq; est, nonnisi præcedente partis accusatione, procedi posse, vt etiam concludit *Affl. super constitutione, vsurariorum, num.* 34. & consequenter si in aliquibus capitibus adsit accusatio, non in aliis, nequibit Curia procedere in illis aliis, non propositis per accusatorem, ex sententia *Marant. in eod. alleg. consf.* 113. & tradunt *Monac. ad Minad. dec.* 39. *num.* 14. *Ricc. collect.* 246. 2045. *&* 4223. *Visconti in concl. iur. verbo, vsura, Cauens. in Ritu* 199. *num.* 9. *Paris. de syndic. verbo, inquisitio*, idem *Marant. in prax. p.* 6. *num.* 126. *Muscat. in prax. crim. tit. de vsur. rub. de priuil. & pæn. vsura nu.* 2. *Reg. Sanfelic. dec.* 347. *lib.* 3. subnectens, prædicta locum non vendicare in vsurario manifesto, contra quem ex officio valet procedi, ex *prag.* 4. *incip. vsurarum etiam voraginem, sub eod. tit. de vsur.* additquè, non licere Vniuersitati accusare de vsura non manifesta Ciues.

Nec te lateat doctrina *Affl. in ead. constit. vsurariorum, sub num.* 12. concludens, antedicta iura Regni vendicare tantùm sibi locum in vsura directè contracta, scilicèt prouenientè ex mu-

mutuo, non quia indirectè, atquè ex alio contractu, cessabit itaque, tum pœna, tum modus ille probandi in vsura absq; mutuo, & non directè commissa.

Prætereà recordor, in causa vsurarij, etiam manifesti, concedi repulsam, testiumquè reprobationem, ex *Bertazzol. conf. criminali* 170. *sub nu.* 11. atq; è regnicolis docent *Cauens. super Ritu* 199. *num.* 8. & eruditissimus *Imbrianus in tract. de repulsa, par.* 2. *considerat.* 3. *num.* 57. idquè adeo, qod si admitti denegaretur, liceret appellare, vt ille addit, suffultus doctrina *Isern. in ipsa constit. vsurariorum.*

7 Huius autem vsuræ Iudex, sit ne tantum Magna Curia, vel aliæ etiam, siuè demaniales, siuè baronales, ipsisquè potentibus, sit nè facienda remissio, discutit *Viuius* qui multas ad inuicem contradicentes decisiones Regij Consilii memorat, *decis.* 237. & affirmatiuè in gratiam Baronum, scribunt *D. Reg. Rouit. in pragm.* 1. *cit. Ricc. collect. dec.* 2046. *D. Reg. Constant. in l.* 1. *C. pan. fiscal. cred. prefer. lib.* 10. *Monac. ad Minad. decis.* 39. *sub num.* 5. & meminit *Baiard. ad Clar.* §. *vsura*, sed àn huius criminis cognitio sit mixti fori, tractat *Peguer. dec. Cathal.* 30. *Reg. Sanfelic. dec.* 293. *Reg. Capyc. Latro decis.* 82. *Ind. Franc. Mar. Prat. ad Muscat. add. loco vers. famosa fuit quæstio*, & latè *Fragos. mem.* §. 21. *num.* 283.

8 Cùm verò vsurarius citatur ad comparendum, teneatur nè personalitèr venire, vel satis sit mittere procuratorem, dubium videtur pendere ex illo supposito, quod nulla infligitur ob vsuram in Regno pœna corporalis, vt notaui anteà, sed publicationis bonorum, & sic cessare debet conclusio, nè procurator admittatur in causis criminalibus, iure probata, per *l. pen.* §. *ad crimen.* & inibi *Bart. ff. de public. Indic.* & notata à me ipso super *Rit.* 106. Verùm quoquè Iure *Rituum*, tùm in dicto *Ritu* 106. tùm 108. quam pęnam cum vsurarius mereatur pati de Iure, ideò, attento iure communi, loquens, *Marta* affirmat *in voto* 70. *num.* 1. per se ipsũ, non per procuratorẽ comparere debere: Hac tamèn paruipensa ratione, & personalitèr teneri venire, & citari ad personalitèr comparendum posse, non ambigitur, ob regulam alteram, quod his in casibus, in quibus recipitur procurator, se ipsum nihilominùs de iure exhibere tenetur, ad finem subiiciendi se examini, ex notatis à nobis super eodem *Ritu* 106. *tom.* 1. & expresè ni fallimur, probant verba alterius supracitati *Ritus* 108. *& Marta indicato voto* 70. *num.* 12. nimirum ad conuincendum multo magis vsurarium, qui teneatur comparere de persona, hanc addit rationem, & consecutiuè probat in ipsa specie vsurarij, quod vbi venire non cogitur, & propterea pœna corporalis non apponitur, comparere nihilominus tenetur, & se examinare, deinceps verò per procuratorem audietur.

9 Cùm verò quidam amicus, me hodiè consuluisset, posset nè à quodam creditore Regiæ Curiæ emere minori pretio summam à Rege illi debitam, & abnui, si qui vult emere sit ex ministris Regiis, quibus incumbit ex officio soluere; annui verò, si alter, quamuis & is sit, qui sua industria, aut fauore, atq; amicitia, apud ministros speret se facilè quantitatem illam recuperaturum; dum tamen venditori det, quanti eidem res ipsa valeret, suffultus doctrina *Molina de contract. tractat.* 2. *disput.* 361. *vers. illud etiam, sub nu.* 4. & apertioribus verbis *Lessius* scripsit *de Iust. & iure lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 24. inquiens, sæpè iustè fieri posse, vt Curiæ debitum ematur dimidio pretio, nempe si solutio tam sit difficilis obtentu, vel tam incerta, vt ob hanc circumstantiam coniunctam prudentèr æstimetur dimidio minoris, vt si debitum per se consideratũ valeat centum, & difficultas, vel incertitudo annexa sit tanta, vt passim quiuis redimeret libenter quinquaginta, tùnc potest emi quinquaginta, & paulò minoris; imò fieri

fieri potest, vt licitè ematur quadraginta, vel triginta, proùt difficultas, & incertitudo solutionis maior fuerit.

10 Hinc valida est cessio facta, ab aliquo particulari alijs priuatis personis, dando, remittendo, aut diminuendo summam fiscalium, vel Arrendamenti nomine Alagij, cum res tanti valeat, quanti vendi potest, *l. pretia rerum, cum* §.1.*& l.antecedenti,ff.ad l.falcid.* & ratione difficilis, & disperatæ exactionis licitum est minus vendere, *Cyriac. controu.forens.cap.*169.*nu.*9. *Horat. Leotard. de vsur.q.*39.*nu.*9.*&* 10. *Cons. Rocc.respons.*83.*num.* 10. *tom.*2.

11 Qui verò exactores sunt introituum, Regis puta, aut aliorum, si aliquid à debitoribus, vt illos expectent, recipiant, àn committant vsuram, idem scribit *Molina disput.* 313. necnon *Nauarr. in manual.cap.*17.*num.*247. *P. Fragos. de regim.Reipub.p.*1.*lib.*7.*de Thesaur. quaest.ac depos.disp.*22.*num.*10.Iudices autem alijquè publici ministri, accipere quæ iustè possint, quæquè illicitè, &

12 cum onere restituendi, idem extricat *Molin. de instit. tom.*1. *tract.*2. *disput.* 84.*cum seq.* Sed nudiùs tertius, inter-

13 rogatus fui, teneatnè venditio annuorū introituum, pro capitali ducatorum mille receptorum in Sezenis, cum pacto, quod in casu extinctionis, seù reemptionis sortis principalis fiat restitutio ducatorum mille in iisdem, & similibus speciebus, & sub eadem bonitate intrinseca, & extrinseca, pondere, titulo, & liga currente tempore initi contractus, & respondi, pactum esse validum, & propterea facto in Sezenis, vigore edicti Regii augumento in bonitate extrinseca, qui tẽpore cõtractus expendebãtur ad rationem sexdecim solidorum, & hodiè impenduntur ad rationem viginti solidorum, esse faciendam restitutionem in monetis prædictis iuxtà formam pacti sub eadem s. bonitate intrinseca, & extrinseca, fretus authoritate *Budell.de monet. cap.* 7. *Sol. de monet.cas.*39.*nu.*18. *Couarr. de numism.collat.cap.*7.§.*vnic.concl.*7. *Larr.dec.Granat.*23.*num.*5.*& dec.*24. *num.* 10. *Duard. de censib. ad extrau. Pij V.*§.3.*q.*6. *num.*35. *Kohl.exerc.legal.*19.*num.*7. *Fab. de var. num. deb. cap.* 11. *&* 17. *Scacc. de commerc.* §. 2. *Glos.*5.*num.*187.*Mastrill.dec.*7. *num.* 2.*&* 6. *Thesaur. de monet.p.*2. *num.*6. *Rebell.de oblig.iustit.lib.* 11. *quaest.*15. *num.*12. quin, pactum prædictum, non solùm validum, sed etiam, quod plus est, esse de naturalibus contractus, dicunt *Sola cas.*42.*num.*4. *Mozz.de contract. mut. tit.de natural. num.*10. *Io: Bolognett. cons.*11. *num.*37. quem laudat, & insequitur *Gasp. Belletia cons. sil. monetali, post tract. Sola de monet. num.* 26. quod consilium *Belletiæ* approbauit Senatus Siciliensis apud *Mastrill.mem. dec.*7. *à num.* 5. necnon alter Taurinensis, teste *Thesaur. de monet.p.*2.*num.*57.*& Rota Romana Auenionen. census coram R. P. D. Vicegerente die* 17. *Iunij* 1641. propterea non multum curandum de *decisione Dolana* penès *Griuellum dec.*110. in qua licèt ipse *Griuellus* hanc insectatus fuerit aleam, tamen præualuit in illo Senatu impij *Molinæi* sententia, quem *Molinæum* referre, refellere est, & dùm damnata est eius memoria, condemnenda est eius opinio, quæ ab omnibus reprobata videtur, teste *Rebell. add. lib.*11. *q.* 15. *num.* 12. ridiculum namquè est prædicta impij authoris, eiusquè assecl arum dictum, inquit enim licitum quidem esse pactum prædictum, & iuxtà illud solutionem faciendam esse in iisdem speciebus, & eodem numero, sed propter superueniens augumentum restituendum esse illud plus per creditorem debitori in alia proba moneta, vt videre est apud *memor. Griuell.decis.*110.*num.*2.*&* 5. Sed si dicta conuentio licita sit, vt ipse damnatus author fatetur, cur non seruanda? cur solutio iuxta illam facta non tenet? nec enim solutum dicitur, quod non durat solutum, vel statim restituitur, *l. qui sic soluit* 55.*ff.de solut. Scacc.de commerc.* §.1. *q.* 1. *num.*211. vel

vel si solutum augumentum debitori restituendum sit, vt ipse dicit, cur existimat esse soluendum? cum iura non admittant huiusmodi circuitus, *l. singularia, ff. si cert: petat. l. dominus, ff. de condict. indeb. clem. audi, de rescrip.*

14 Cęterum receptum est apud *DD.* vt quotiescumquè non adest pactum, possit semper debitor in quacumque monetæ specie debitum exoluere, & pro aurea argenteam restituere, & pro grossa minutam, & è contra, vt Doctorum vocabulis vtar, dummodo eandem exstimationem præstet, *Buttigella in l. cum quid, num. 26. ff. si cert. pet. Pinell. in rub. de rescind. vendit. p. 1. cap. 3. num. 16. Zas. lib. 1. respons. cap. 10. Socin. cons. 14. num. 4. lib. 1.* quibus non relatis, *Præs. de Franch. dec. 508. Alex. Raudens. tom. 1. var. cap. 64. num. 32. Gratian. discep. forens. cap. 55. num 29. Salgad. in labyrint. credit. p. 2. cap. 8. num. 48.*

15 An verò dos sit restituenda ad monetam tempore contractus, vel restitutionis, adest sollemnis *decisio Affl.* 194. cuius *Afflicti* sententiam insectati fuere *Natta cons.* 454. *Peregrin. cons. 13. lib. 3. Purpurat. cons. 522. num. 33. Curt. sen. in repet. l. cum quid num. 10. & 13. ff. dicrt. petat. Conarr. tract. de veter. collat. numis. cap. 7. §. vnic. sub num. 5. Oltran. cons. 13. & cons. 103. & cons. 250. Thesaur. add. tract. de aug. & dimin. monet. p. 2. à num. 38.* Koppen. *dec. 2. nu. 1. Matthias Berlichius conclus. 36. à nu. 6. tom. 2.* conferunt tradita à *Cancer. var. resol. tit. de solut. nu. 145. Menoch. cons. 49. lib. 1.* sed *Affl. decis.* aduersantur exarata ab *Aretin. cons. 11. Bal. cons. 339. vol. 2. Dominic de Sancto Georgio in l. res in dotem 42. de vire dot. Ludou. Bologn. cons. 16. Boer. dec. 327. num. 4. Rota coram. Seraphino dec. 511. Scacc. de commerc. §. 1. Glos. 5. num. 148. Durand. decis. 1. num. 3. Baro in add. ad Guid. Papa dec. 493. verbo, aduerte, Albert. Brun. tract. de monet. partic. 3. nu. 1. Anton. Sola eodem tract. cas. 24. num. 1. Reyner. Rudell. de monet. conclus. 2. num. 24. Borcholten ad tit. quæ sint regalia, à num. 58. Regner. sextin. lib. 2. de regal. cap. 7. nu. 148. Fab. tract. de var. debit. numm. solut. cap. 5. & cap. 18. Gabriel. lib. 3. commun. tit. de solut. concl. 2. Ann. Robert. lib. 1. rer. indic. cap. vlt. Larrea dec. 11. num. 37. & dec. 13. num. 2. Horat. Montan. de regal. verbo, moneta num. 10. fol. 81. vers. quod si bonitas extrinseca.*

Reliqua autem de vsuraria prauitate attento præsertim iure communi congerimus in *Rit. 20. & 21.* eandem ipsam explicantibus materiam vsurarũ, multasquè quæstiones ibidem extricauimus, & potissimùm *num. 16. Rit. 20.* indicauimus, nùm vsura patretur, si mutuetur frumentum vetus, vt nouum restituatur, nunc addimus *Reg. Reuerter. decis. 69.* disputare articulum, nùm contractus censeatur vsurarius, si quis tot salmas olei emerit, sibi in proxima noua recollectione consignandas ad rationem ducatorum tot pro qualibet salma', & pro validitate pacti concludere videtur, & confirmat ibidem doctissimus *Dom. Reg. de Marinis*

RITVS CXCVII.

ITèm seruat ipsa Curia, quod accusator, qui priùs Curiam adiuerit, non possit, ipsa accusatione pẽdẽte in aliqua Curia de aliquo crimine, in quo non potest interuenire procurator, accusari, vel denunciari, dum tamèn sit paratus in dicta Curia respondere pro denunciationibus, vel accusationibus quibuscunquè (accusatione durante) & nihilominùs fideiussoria cautione cauere, quod (accusatione finita) respondeat accusationibus, vel denũciationibus coram quocunquè Iudice competenti.

SVM-

SVMMA RERVM.

1 *Accuſator nequeat reaccuſari, quinque in caſibus, qui referuntur, reſtringitur.*

2 *Verba Ritus tranſcripta ſunt à cap. Regni 256.*

3 *Procurator nè admittatur in criminalibus, probatur ex Regula Iuris.*

HOc ipſum probat *Rit.* 193. & ſuper eo ſcripſimus, vtriuſquè autèm *Ritus* obſeruan-
1 tia, reſtringitur quinq; in caſibus, quorum duos recenſuit citatus *Ritus* 193. reliquos verò tres ſcripſit *Ritus* iſte noſter, quorum primus eſt in crimine, in quo non admittitur procurator, inſupèr vt accuſatus promptus ſit reſpondere, durante accuſatione, tandemquè fideiuſſoria cautione promittat, completa accuſatione, ſe reſponſurum accuſationibus, quos inſupèr caſus *prag. 1. de accuſat.* clara ſtabilitione ordinauit, *Ritus* itaq; noſter conuenit cum altero adducto *Ritu* 193. quoad concluſionem, addit tamèn præfactas reſtrictiones in illo minimè
2 comprehenſas. Verba autèm huius *Ritus* ad verbum tranſcripta ſunt, ex *cap. Regni* 256. iniunxit nobis §. *Item accuſator*, & ſuper eo ſcribit *Campagn. nu.* 29. quin neq; ex officio, vel ad fiſci inſtantiam, vt ex *Grammat. deciſ.* 53. ſcripſimus indicato antecedenti *Rit.* cum declaratione illio addita.

3 Loquitur inſupèr *Ritus* de crimine, in quo non poteſt interuenire procurator, nam regula peruulgata Iuris eſt, in criminalibus non admitti procuratorem, *ad tex. in l. pen. §. ad crimen*, & ibi *Bar. ff. de publ. Iudic.* cuius declarationem tetigimus in *Rit.* 106. & nunc addimus *Farinac.* omninò vidèdum *in q.* 199 ſufiſſimè extricantem, ac præſertim in cauſa vſuraria ſcripſimus *Rit.* 196.

RITVS CXCVIII.

ITèm ſeruat ipſa Curia, quòd vbicunquè in termino, qui dicitur peremptorius ad dictā Curiam veniendum, vſquè per totum diem talem: mēſis talem, menſis talis, huius anni, talis indictio, ſicut fit in principali termino, qui datur ad probandum: in tota cauſa, & in termino repulſæ, & in termino cuiuſlibet publicationis cauſæ, tàm primæ, quàm publicationis repulſæ, quàm publicationis reſponſionis, quàm termini ſuper aliqua petitione beneficij, &c. quæ quidem verba, ſcilicèt, peremptorius ad dictam Curiam veniendum, & cum ponuntur, vbi datur aliquis terminus ad aliquid faciendum, tùnc accuſatus criminalitèr, ſi illo die vltimo termini non compareat, & accuſator compareat, vel coadiutor, ſeù aduocatus fiſci, ſi eſt ex officio accuſatus, contra dictum accuſatum, vel inquiſitum, contumacia accuſatur, & ſequenti die ad petitionem dicti accuſatoris, vel aduocati fiſci, poteſt idem accuſatus, vel inquiſitus condemnari ad pęnam fideiuſſionis & banniri, & fideiuſſor condemnatur ad pœnam fideiuſſionis.

SVMMA RERVM.

1 *Huius Ritus ſanctio ſummatim indicatur.*

1 *Comparere in vltimo peremptorio tenetur*

tur citatus, quamùis contumaaia incusetur prima die iuridica post primam contumaciam.

3 *Accusator comparere in termino, contumaciamq; accusare tenetur.*

4 *De termino peremptorio, & àn dilationes ad probandum data peremptoria dicantur, & si non sit dictum, remissiuè.*

5 *Inquisitus ad fideiussionis pœnam quando condemnetur.*

1 HVnc Ritum esse aliquantulum intricatum. Carauit. ibidem aduertit, subnectens, in effectu dicere, quod si citatus, ad veniendum, & se præsentandum ad Curiam infrà terminum (qui peremptorius dicitur) putà vsquè, & per totum talem diẽ nõ compareat vltima die termini, sed, comparente accusatore, vel procuratore fisci, si ex officio proceditur, accusatur contumacia, & sequenti die, citatus, ipsis instantibus, potest condemnari ad pęnam fideiussionis, & banniri, & fideiussor condemnatur ad pœnam fideiussionis.

2 Verùm attentis verbis eiusdem *Ritus*, ibi, *si illo die vltimo termini*, dicendum est illum loqui de primo peremptorio, de quo præterea fatur *Rit.* 183. si enim de secundo peremptorio verba faceret, erroneè subiunxisset alia verba, *Et accusator cõpareat, &c. contra dictum accusatum, contumacia accusatur*, quandoquidem comparere in vltimo peremptorio quamuis teneatur, attamèn contumacia incusatur prima die iuridica, elapso triduo post primam contumaciam, ex resolutis à nobis super *Ritu* 119. *to.* 1.

3 Et quod accusator comparere teneatur in termino, & contumaciam incusare, alioquin extincta esset citatio, notauimus super *Ritu* 121. & aduertit *Clar. lib.* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 44. *num.* 6. & 13.

4 De termino peremptorio diximus *in Ritu* 29. *to.* 1. & de dilationibus datis, àn peremptoriæ illæ intelligantur, etsi non sit dictum, sermocinantur *Duen. reg.* 201. *Capyc. decis.* 81. *n.* 1. *Foller. in prax. crim. in fragm. n.* 50. *Muscatel. in prax. crim. rub. vel eos, verb. citar. fac. num.* 5. & 6. *Marant. in spec. par.* 6. *memb.* 1. *de citat. nu.* 72.

5 Inquisitus verò quando condemnetur ad pœnam fideiussionis, & hodiernus vsus necnè approbet prædictam huius *Ritus* obseruantiam, insinuauimus post *Carau. in Ritu* 94. *to.* 1. & alia consimilia pertingimus super *Ritu* 221. nostri tamen *Ritus* sanctio quamuis vigeret, possit nè posteà mora purgari, tetigimus super *Ritu* 163. *to.* 1. alteroquè 173 *hoc to.* 2.

RITVS CXCVIIII.

ITèm seruat ipsa Curia non recipere denunciationẽ aliquam: nisi denuncians se obliget ad certam pœnam de probando ipsam denunciationem & non concordari cum denunciato sine licentia Curiæ, deindè Curia procedit ad dationem capitulorum.

SVMMA RERVM:

1 *Quanta sit calumniatorũ vis ad hominum societatem deturbandam, ostenditur, & nonnulla in illorum detestationem traduntur.*

2 *Accusator qua polliceri debeat vigore huius Ritus.*

3 *Principalis in quo casu luat pœnam periurij.*

4 *Calumniatores qua pœna mulctentur.*

5 *Discrimen inter accusatorem, & denunciatorem indicatur.*

6 *Ad quam multam denunciantes se obstringere teneantur.*

7 He-

7 *Hodiernus vsus non admittit huiusce Ritus obseruantiam.*

8 *Pœna talionis, omnisquè alia etiam expensarum in criminalibus recessit ab aula, cum declarationibus.*

1 DIctũ à me superius est, quã- tasit calumniarum vis, ad hominum societatem deturbandam, nunc cum de iisdẽ sermo hùc inciderit, pauca subnectam, quæ exitiale hoc humanæ naturæ calumniatorum genus quodammodò ostendant. Athenis in foro, vbi regebantur causæ lycus quidam Genius sculptus stabat lupina specie, apud hanc statuam sycophantę pecunia corrupti versari consueuerant, velut apud Deum quempiam sui quæstus Præsidem, eiquè in dies singulos triobolus secabatur. Equidem, vt Apodosim hic faciam, meritò in lyci Dæmonis clientela esse calumniatores existimauerim, fœdissimum genus hominum lupi infesta rabie, in integerrimorum virorum famam semper falsis criminibus, & fallacijs atmatum; Valeriam nescio quam cum dentibus natam, exitio Ciuitati fuisse, in quam deportata est, narrat *Plinius*, calumniatores huic similes dixerim, qui vix nati iàm mordere famam bonorum, & lacerare incipiunt. Quamobrèm periculũ est, nè in quamcunquè deuenerint Ciuitatem, aut hominum Cætum, maledictorum, aut criminum virus effundant, & in perniciem bonorum grassentur. In Smyrnę templo speculum fuit, quod egregias quasquè species admodùm deformes, & aspectu horribiles reddebat. Calumnia optimos, & sanctissimos mores turpissimos, & teterrimos fingit. Deus immortalis? quodnam supplicii genus statuendum his fortè? Salaminæ si sus herbescentem segetem fuerit depastus, eius, dentes lata Salaminensium lege exscinduntur, vt testatur *Aelianus*, vtinam, id ipsum de calumniatore florentis hominis famam, & innocentium virtutes falsis criminibus arrodente, fortiterquè represso diceretur. Sed nullum virtute ipsa, atq; innocentia, quæ in falsò accusatis defendi debet à Iudice, & patefieri, acerbiùs supplicium experiuntur calumniatores, si lampadem lacui, in quo tumultuantur ranæ imminentem appendi cures, repentè, vt aiunt, luminis fulgore percussæ conticescunt. Ranæ calumniatores sunt, qui contra innocentes tumultuantur, at si virtutis fulgor, & innocentiæ, discussis falsæ accusationis tenebris, clarior emicuerit, comprimet statim eos, & obmutescent. Id igitur curent Principes, & Iudices importunas calumniatorum linguas authoritate sua reprimant, vt Octauius Infans apud *Suetonium* obstrepentes clamoribus insanis ranas compescuit, vt pace summa, & aurea tranquillitatis serenitate Ciues fruantur.

2 Meritò igitur duo polliceri debet accusator vigore huius *Ritus*, & alterius 203. probare s. crimen delatũ, & ab accusatione non desistere, vtrũq; verò fouetur iure communi, eo namquè iure, tùm se subscribere ad pœnam talionis debebat, eam scilicet, quam merebatur accusatus, si impositum crimen patrasset, tùm spondere, se accusationem prosecuturum vsquè ad finem causæ in libello accusationis propositæ, *l. 1. §. calumniatores, ff. ad Senat. Consult. Turpill. l. fin. §. 1. C. de accusat. cap. 1. cum seq. 2. q. 3. Anan. in rubr. de accusat.* & hoc posteriori casu pœna *Senat. Consul. Turpilliani* desistendo mulctaretur, *Curt. iunior in l. transigere, num. 29. & ibi Alexan. num. 10. de transact.* namquè in alterutro casu calumniator diceretur, cum scilicet non verificaret, aut prosiliret, Tu vide quæ super ambobus scripsere copiosè *Mascard. conclus. 25. lit. A. Farinac. quæst. 16. à num. 1. Tusc. conclus. 156. cum duab. seq. lit. A. Sot. de Iustit. & iur. lib. 5. q. 5. artic. 4. P. Fragos. de regimin. Reipub. p. 1. lib. 5. disp. 12. §. 2. num. 71.*

Licet autem generali Orbis vsu am-

ambo iam dicta cessent his nostris temporibus, ex Doctoribus mille coacervatis à prædictis auctoribus, maximè *Farinac. nu.3. Blanch. in pract. crim. fol. 15. num.* 14. nihilominùs si accusator dixerit se velle vti querela, &
3 probationibus, aut si medio iuramento examinatus deposuerit, falsi pœnam contrahat eamquè luere debeat, ex sententia *Boss. in tit. de accusat. n. 24. & Iulij Clari q. 62. nu.* 4. in primo casu loquentium, & eiusdem *Boss. num.* 17. in postremo casu verba facientis, & *Petr. Duen. regul.* 27. & sic habes casum, in quo principalis de periurio punitur, quem fortassè non excludit *Rit.* 79. in depositione facienda per principalem ad instantiam partis in progressu causæ ciuilis, vel criminalis verba faciens, & meminit *Reg. Sanfelic. decis.* 231. *tom.* 2. tu cogita.
4 Cæterùm qua pęna hodiè calumniatores plectantur, *Scacc. de Iudic. caus. crim. & ciuil. cap. 51. num.* 18. *Caball. cas.* 205. *num.* 7. *Christin. dec. Belg.* 4. *num.* 23. *vol.* 4. *Couar. lib.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 21. *Coler. decis. German.* 182. *to.* 1. *Felic. alleg.* 134. *num.* 20. *par.* 2. *Aegyd. Boss. in tract. caus. crim. tit. de calumniat. num.* 8. & *tit. de accusat. num.* 17. *Muta ad prag. Sicil. tit.* 81. *Thor. alleg. diuers.* 46. *Godofr. à Bauo in pract. crimin.* §. *accusatio, num.* 29. *Thor. in Cod. rerum iudic. crim. cas.* 38. & 39. *Bertaz. cons. crim.* 391. *num.* 15. *vol.* 2. *Claud. Bertaz. ad consil. eius patris* 212. *tom.* 1. *lit. A. Reg. Sanfelic. decis.* 374. *lib.* 3. tradens *num.* 9. grauiùs esse puniendum vassallum, qui aduersus Baronem querelam calumniosam instruxerit, ratione iuramenti fidelitatis, quo illi domino est ligatus; & discrimen inter
5 accusatorem, & denunciatorem, indicant *Francisc. Casson. in tract. quæst. crimin. cap.* 7. *n.* 1. *Iodoc. in prax. crim. c.* 6. *n.* 6. & ad quā pęnam denunciātes
6 se obstringere teneantur, *Campagn. c. subditorum, num.* 22. & 172. *Clar.* §. *fin. q.* 81. *sub num.* 3. *Annus meus, & Danza ad Gram. decis.* 39. *num.* 41.
7 Hodiernus tamèn vsus non admittit huius *Ritus* dispositionem, vt permulti M. C. V. in criminalibus Actuarij, & Iudices me non semèl certiorem fecerunt, pœna enim talionis, omnisq; alia recessit ab Aula, *Duen. reg.* 27. *Gramm. decis.* 39. *Borrell. de Magistr. edict. cap.* 8. *lib.* 2. *Suarez recept. sent. verbo, talionis, Tasson. de antefato, vers.* 11. *obseru.* 1. *num.* 4. etiam expensarum, teste *Carau. Rit.* 297. *num.* 4. vbi nos aliqua annotamus, *Reg. Sanfelic. dec.* 54. *num.* 11. & *decis.* 346. *Thor. in supplem. compend. verbo, accusator, siue denunciator*, & semper in praxi seruasse, *de Angel.* testatur *ad Foller. in fragm. fol.* 22. *tit. de accusat. vers. & si quis*, quidquid dicant in contrarium, *Gram. cit. decis. Cornazz. decis. Lucens.* 197. *Ricc. collect.* 1218. & 1219. *Caball. resol. crim.* 205. *num.* 4. *vers. Sed hæc opinio*, *Barz. decis.* 146. *num.* 1. *Honded. cons.* 99. *nu.* 30. *vol.* 1. *Giurb. cons.* 47. *num.* 28. *Viu. decis.* 479. *Trinis. decis. Venet.* 45. tali pœna expen-
8 sarum multari, etiamsi singularem testem produxerit accusator, subnectentes. Verùm excusari, quamuis in probationibus defecerit, si habuerit accusator aliqua indicia euidentia, vtpotè, famam publicam, vel auditum à fide dignis, scripsere *Io. de Amic. cons.* 51. *Crauett. cons.* 178. *Clar. q.* 62. *sub n.* 4. *Guid. Papa decis.* 446. *num.* 1. & alij, quos laudat *Borrell. par. 2. summ. decis. tit.* 39. *de expens. num.* 52.

RI-

RITVS CC.

Item seruat ipsa Curia, quod quando aliquis clericus denúciat aliquem, debet dare aliquos fideiussores, qui se obligent, in casu quo ipse clericus absque licentia Curiæ, se concordaret cum parte, vel non probaret dictam denunciationem: idest pęnæ, ad quam tenetur clericus, qui non probat, vel concordat se cum parte sine licétia Curiæ memoratæ, nec obligat se clericus: quia non potest coram Iudice seculari: sed alij pro eo obligantur, non in modum fideiussorum, sed obligant se voluntariè prædictis: aliquando est miserabilis persona, vel ecclesiastica; & recipitur denunciatio sine aliqua obligatione.

SVMMA RERVM.

1 *Obligatio Clerici coram laico Iudice nulla est.*
2 *Quæ sanxit Ritus, & practica, quomodò fideiubens pro clerico formalitèr se obligare debet, recensentur.*
3 *Fideiussio debet accedere obligationi principali.*
4 *Vna binarum differentiarum inter fideiussorem, & expromissorem recensetur.*
5 *Pecunia si ad manus vnius tantùm ex pluribus obligatis peruenerit, quamuis omnes essent principales respectu creditorum, respectu tamen recipientis monetam, alij dicuntur fideiussores.*
6 *Fideiussoris, & principalis obligatio vnico contextu fieri debet, cum agitur de præsentando habilitandum.*
7 *DD. qui hunc Ritum exornant, referuntur.*
8 *Fideiussio non valet quando accessit obligationi Clerici, quæ est nulla ipso iure, quia se submisit Iudici seculari.*
9 *An laicus, qui fideiussit pro Clerico, non tamen penès acta Iudicis Ecclesiastici, possit se tueri exceptione fori Clericalis.*
10 *Nàm Iudex Ecclesiasticus compellere valeat laicum, qui vti fideiussor clerici se obligauit penès illius acta ad promissionis obseruantiam.*
11 *Aliud est fideiussor simplicitèr, aliud Correus debendi.*
12 *Fideiussor mulieris Velleiani gaudet priuilegio, non verò, si correus sit debendi.*
13 *An verò hæc militent, attentis prag. sanctionibus, remissiuè.*
14 *Si fideiussor obligauit se vti principalis principalitèr, eius obligatio sustinetur, etiam data nullitate obligationis principalis.*

1 CVm Clericus coram laico se obligare non valeat, ex *tex. in cap. si diligenti, de foro competent. cap. at si clerici, de Iudic.* latèq; probat *de Franch. decis.* 400. *Vrsill. decis.* 173. *num.* 2. Ritus
2 iste tractat de fideiussore, quem Clericus denuncians præstare debet, vt non vti fideiussor, sed principali nomine, promittat reficere expensas in casu, quo Clericus succumberet, pro quibus obseruandis se ipsum, bonaq; omnia obstringat, formamquè obligationis recipiendæ, recenset *Carau. nu.* 3. quem eximium Doctorem, & magnũ practicum præconizans, insequitur *Visconti in concluf. iur. verbo, fideiussor vt sit idonens*, illiusquè meminit *Caualc. dec.* 32. *num.* 28. *par.* 1. notabilia subnectens, contradicit verò in hoc *Camill. Borrell. conf.* 11.
3 Probat itaq; *Ritus* non esse locum fideiuf-

fideiussioni quotiès principalis nequit se obligare, aut illius abest obligatio, comprobat *Bal. conf.223. lib.1.* & regula constituta per *Tuschum conclus.* 297. suadetur ratione illa, quod fideiussio accedere debet obligationi principalis, *l. fideiussor obligati, §. fideiussor, ff. de fideiussor. Maresc. variar. lib. 2. cap.65. num.1. Maur. de fideiuss. sect. 1.c.5. Anchar. cons.2. sub n.8. de Franch. add. decis.* 400. & alij mille, estquè
4 vna binarum differentiarum inter fideiussorem, & expromissorem relatarum per *Flamin. Carth. decis. Genuens. 6. à num. 26.* quibit tamèn vnusquisq; tanquã principalis se obligare ex omnibus relatis auctoribus, & alijs mox
5 citandis, tametsi, & tunc si vniuersa pecunia ad manus vnius tantùm ex ipsis principaliter obligatis perueniret, quamuis omnes essent principales respectu eorumdem creditorum, respectu tamèn ipsius recipientis monetam alij dicerentur fideiussores, *de Franch. dec.55. Marsil. sing.1. de Petr. cons.52. num. 19.* additis tamèn, quæ *Carthar.* scribit *loco cit. num.28.*
6 Illud verò quod mecũ alloquẽs retulit Actuarius quidã cuiusdã Curiæ Ecclesiasticæ, principalis, & fideiussoris obligationẽ de præsentando vnico cõtextu faciendam esse, & alterum sine alterius præsentia obligari non posse, quod, attenta praxi Curiarum secularium Regni, & in materia præsentandi habilitatum certum est, teste *Carauita Ritu 159. vers. hodiè, sub num.3.* in alijs verò fideiussoribus non procederet, si considerentur, quæ scribunt *Alex. conf. 32. lib. 4.* præsertìm *nu.11. & 14. Ias. conf. 58. circa medium lib.3. & Decian. cons.72. num.5. & 6. lib.2.*
7 Cæterùm, vt asserta in præsenti *Ritu* illustriùs pateant, vide, quæ *Muscatel.* congerit *in praxi fideiuss. p.2. q.9. à num. 35.* & superiùs relatam *dec. de Franch.* 400. potissimùm *n.8. Baiard. ad Clar. q.46. num.8. Foller. in fragm. num. 154. Consil. Paschal. de patr. potest. p.1. cap.6. sub num. 16.* qui *Ritus*
8 obseruantiam subnectit procedere, quãdo Clerici obligatio euidenti obnoxia est nullitati, vtpotè facta coram seculari Iudice, non verò quando illa est valida, vti facta extraiudicialiter manu publici Notarij, sed pro ea priuilegio fruitur declinandi forum ad Iudicem Ecclesiasticum, tunc namq; nulla competit fideiussori exceptio, *Roman. sing. 633. Guid. Papa decis. 562. num.5.* & in terminis *Ritus* optimè, *Carauita* quoquè laudato, perpendit *Visconti in add. verbo, fideiussor, vt sit idoneus*, & collimat *dec. Afflict.* 206. cui inhærent *Hercul. in tract. de non offend. cap. 50. n.70. Camill. Borrell. cons.11. Guazzin. in tract. de caut. de non offend. 2. par. q.27. num. 3.* & videndi *Episcop. Ricc. in prax. variar. resol. 145. Reg. Sanfelic. dec.160. num.6.* tradens, lai-
9 cum, qui fideiussit pro Clerico, non tamèn penès acta Iudicis Ecclesiastici, haud se tueri posse fori Clericalis exceptione, conueniunt *Caball. resol. crim. casu 153. Bouadill. in 2. politic. cap.18. cas. 127. num. 246. Graff. de effect. clericat. effect.1. num.988. Ricc. dec. 210. num.4. par.2. P. Fragos. de Regim. Reipubl. Christ. par. 1. lib. 2. tit. de obligat. moderat. Reipub. disp. 4. § 4. memb. 13. num.371. Bellug. in spec. Princip. rub. 15. §. sed quid dicas,*
10 *pag.* 115. & nùm laicus, qui vti fideiussor Clerici se obligauit coram Iudice Ecclesiastico, ab eodem sit compellendus ad promissionis obseruantiam. Affirmatiuam sustinuit aleam, *Reg. Sanfel. add. dec.160. par. 2.* praxim indicans, & determinationem emanatam anno 1578. quam refscribit *Franc. Maria Prat. ad Paschal. add. num.16.* qua de re *Ricc. par.2. decis.210. Squillan. add. tract. cap.7. num.86.*
11 Ex his inferimus, aliud esse fideiussorem simplicitèr, aliud correum debendi insolidum obligatum, & proindè primo casu Velleiani beneficio, si pro muliere fideiusserit, gaudere, scripsit *Reg. Merlin. tom. 1. controu. forens. cap. 55.* altero verò casu validè obli-

ga-

gabitur, *tex.* est *in l. si Titius ff. de fide-*
iuss. Bart. in l. si quis pro eo, num. 15. ff.
12 *eodem*, & post alios, obseruat *Iul. Car-*
thar. dec. crim. 44. num. 55. plures *Rotæ*
Romanæ dec. memorans, *Marescot. var.*
resol. lib. 2. cap. 65. nu. 6. Iacob. Macchell.
in patrocin. 58. in fin. loquens, de fide-
iussore minoris, quod an proceda,t at-
tenta dispositione statutaria Regiarum
13 Pragmaticarum huis Regni, inquirit
idem *Paschal. sub num. 17.*
Ex his, etiam colligitur, si fideiussor
14 obligauerit se vti principalis principa-
litèr, eius obligatio sustinetur, etiam da-
ta nullitate obligationis principalis,
Natta cons. 262. num. 54. Ioseph Ludon.
dec. Perus. 27. num. 2. Mohedan. dec. 2. de
fideiuss. Ludouis. dec. Rot. Rom. 321. nu.
6. & dec. 560. Gratian. discep. forens. cap.
122. num. 10. quos refert *Pras. ad Pa-*
schal. add. loco ad num. 15. tradens *in*
vers. alia restrictio, limitationem, quod
non procedat fideiussionis nullitas,
quando obligatio principalis est nulla
fauore aliquo speciali, qui non milita-
ret respectu fideiussoris, ex *Franch. dec.*
247. num. 2. Rota in dec. Seraph. 1234.
& in dec. 118. num. 4. inter impressas
penès *Farinac. post 2. vol. cons.* & aliis,
videas *Macc. in sylu. cas. forens. cap. 47.*

RITUS CCI.

ITem seruat ipsa Curia, quod quãdo venit aliquis, qui sit filiusfami. & vult denunciare aliquem: non recipit denunciationem, nisi cum obligatione vt supra, cui obligationi pater cõsentiat, vel nisi constet Curiæ, quod habeat de bonis alijs, de quibus possit solui dicta pœna, vt putà, bona Castrensia, in actu armorum quæsita, vel quasi castrensia, vt id quod lucratur Aduocatus, & procurator filiusfam. ex industria: cui similiter obligationi non assentiet pater. Et nisi sit aliquis, qui se spontè obliget, non per modum fideiussoris, sed principaliter de soluenda dicta pœna, in casu quo non probauerit, vel concordauerit se sine licentia Curiæ cum denunciato.

SVMMA RERVM.

1 *Filijs competat, nè absolutum ex natura ius in aliquibus bonis aduersus patres, adeout inter ipsos iustum simpliciter, & æquale exerceri valeat.*
Negatiuam sententiam amplectitur Author.
Factum Seleuchi Locrensium Principis recensetur.
2 *Quale sit iuris Cæsarum fundamentum, vt filij in bonis castrensibus, vel quasi iura, & dominium habeant, recensetur.*
3 *Duo sanxit præsens Ritus, & quæ sint.*
4 *Filiusfamilias se obligare, citra patris consensum non potest.*
5 *Patris vbicumq; requiritur consensus, nõ sufficit tacitus, sed exquiritur expressus.*
6 *Accusare verò, & se defendere, nec nè illi liceat absq; patris consensu.*
7 *An vero in causis ciuilibus, siuè in agendo, siuè in excipiendo.*
8 *Præstari nè possit consensus post litis contestationem.*
9 *In contractu filijfamilias, àn consensus patris possit ex internallo, & ex post facto accedere.*
10 *Filijfamilias, àn gaudeant beneficio, nè teneantur, nisi in quantum facere possunt.*
11 *Prag. 1. ad S.C. Maced. àn includat contra-*

tractus extra Regnum initos, etiam à subditis.

12 *Locus contractus in quo est promissa ratificatio, an locus ratificationis facta, sit attendendus.*

13 *Sanctio S.C. Maccedon. non comprehendit peculium castrense, vel quasi.*

14 *Quæ verò sūt bona castrēsia, vel quasi.*
Bona Clericorum dicuntur castrensia, Dos, & antefatum.
Item, quicquid acquirit Notarius ob suum officium.

15 *Procuratorum verò bona sint, nè quasi castrensia.*
Adiunguntur Ritus præsentis, & iuris communis contradicentes disputationes.

16 *Genitor in ipsis bonis castrensibus, vel quasi, nullum acquirit vsufructum.*
De illis absq; patris consensu disponere filio licet.
In quibus alijs bonis pater non habeat vsum fructum, remissiuè.

17 *Peculii materia, remissiuè.*

1 DIsputant inter se Theologi, competat nè filijs absolutum ex natura ius in aliquibus bonis aduersus Patres, adeo vt inter ipsos iustum simpliciter, & æquale exerceri valeat. Equidem negatiuam sententiam facile amplector, suadet enim id mihi efficacissima ratio, nimirum, quod cum proprietatis ius, ac dominium ad alterum à se distinctum referendum sit semper, & filius idem sit, atque vnus cum Patre, cuius est pars, *vt* 8. *eth. cap.* 12, docuit *Aristot.* & voluit *tex. in l. cum satis, C. de agr. & cens. cum Glos. in constit. paternorum num.* 66. *col.* 2. planè fit, vt quod Patri filius tribuerit, quandoquidem pars ab illo decisa, sibi etiam tribuisse dicatur, omneq; bonum filij, ac malum, vt suæ partis opus Patris simul esse existimetur, quod ex facto Seleuchi Locrensium apertissimè constat, qui pœnæ filio adultero debitę partem in se transtulisse, vtq; illi oculum seruaret, vtroq; orbando, vnum sibi erui passus fuisse dicitur, ratus scilicet, vtroq; se lumine orbatum iri, si vtroq; filius priuaretur, vtroq; etiam orbatum iri (vt lex exigebat) filium, si quod illi seruabatur lumen, detraheretur à patre. Ex quo satis intelligitur, quantominus à patris potestate bona filij, ac fortunæ eximi possint, ad quæ natura ipsa tribuit parentibus ius, ac dominium. Quarè cùm ius Cæsarum, vel supremi Principis dispositio naturas rerum immutare non possint, & natura filius sit pars patris, vnum, idemq; cum illo, meritò afferendum videtur alterius bona vtriusq; dominio subiacere, nec inter ipsos iustum exerceri simpliciter, aut fundari posse.

2 Rationabile igitur fundamentū noui iuris Cæsarum, vt filij in bonis castrēsibus, vel quasi quędam iura, ac dominia habeant, aliud esse nequit, nisi rationalis animæ filij independentia, per quam pars patris non dicitur, sed suo modo alter ab illo, vel dicendum potiùs, quod ex mero tantum Principis placito ob Reipublicæ bonum fiat, vt filius in vsu quorundam bonorum gerat se quodammodo, ac non filius, & pater, etiam vt non pater. Secundum istas igitur acceptibilitates explicandus est *Ritus*, & hoc pacto, vt consideranti facile patet, cōcedēda est filijs in bonis castrēsibus, vel quasi potestas, quæ quidem mirū quantum ad virtutis exercitium iuuat, quantum ad otij, & desidiæ destructionem impellat. Impensius labori operam nauabunt, domi, bellique Adolescentes, acrius ad scientias, ad artes incumbent, si bona, quæ in eiusmodi rerum exercitio acquiruntur, sub ipsorum potestate sint, suaquè dici possint, de quibus nec cum parentibus agendum sit, nec illis impertiri teneantur.

3 Duo igitur *Ritus* sanxit, primò filium familias denunciantem non admitti, nisi se obliget ad pœnam memoratam in *Rit.* 199. dummodò tali obligationi assentiat pater; Secundò, non requiri obligationem, quotiès ille habet bona castrensia, & quasi; Primæ parti opitulatur

latur Regula Iuris, nè filiusfamilias con-
4 trahere, vel quoquomodo se obligare valeat citra parentis consensum, quam statuit, dilatat, restringitquè *Tuscus conclus.* 372. *lit. F.* eamquè *Bal.* ante constituerat *cons.* 295. *lib.* 4. *&* *Alex. cons.*196.*num.*2.*lib.*6.omnesquè fouentur *tex. in l.fin.*§.*filij autem*, *C.de bonis quæ liber*; At ille *tex.* fatur in casibus, in quibus parenti acquiritur vsusfructus, ob id refert plurimum videre, quæ in hac re scripsimus super *Rit.* 135. *tom.* 1. vbi primitùs de iure communi, deindè virtute *Pragm.*1.*adSenat.Cons. Macedon.* loquuti sumus, quibus nunc
5 adiungimus, quod vbicunq; patris requiritur consensus, expressus adhibendus est, nec sufficit tacitus *Riccius dec.* 668. *num.*7. oppugnat verò *Dyn.* qui docuit, satis esse illius consensum, etiam subsequêtem, siuè tacitum, siuè expressum, *cons.* 33. quin,& in illis in quibus non habet vsumfructum, quia nequè administrationem habet, *Tuschus conclus.* 125. *lit.P.* nequè illius requiritur consensus, non tantùm iuris considerata dispositione per *add.*§.*filijs autem*, sed insupèr altera attenta dispositione præcalendatæ *Pragm.* teste *Carau. in hoc Ritu sub num.* 6. de quo meminit *Auus meus ad Capyc.dec.*156.*sub nu.*3.
6 Sed àn possit accusare, & se defendere absq; patris consensu, *Carau.* distinguit inter publicum, & priuatum delictũ, vt in illo nullus requiratur parentis consensus in accusando, quæ distinctio comprobatur aliorum plurium auctoritatibus, nempè, *de Franch. dec.* 100.*num.*6.*&* 7.*Viuij opin.*303.*num.* 20. *lib.*1. *Baiard. ad Clarum q.* 14.*nu.* 23. *Cons. Onufrij de Palma in respons. crim.* penès *Prat.* 51. *num.*18.& abundantius *Farinac. de accus. q.*12. *n.* 10. qui præterea subdit, praxi quoquè obtentum esse, ei licere, tùm accusare, tùm defendere in publico nedùm, sed priuato delicto, absquè parentis consensu, confirmatquè *Iudex de Angelis ad Foller. in fragm. tit. de accusat. sub nu.* 437.*fol.*23. memor huiusce *Ritus*, &

Carau. cum alioqui agere, aut conue-
7 niri illius sine consensu de iure non liceret, teste eodem *Tuscho*, multa cumulante, *in conclus.* 363. *ead. lit. F. Battand. in pract. crim.*70.*ex l.fin.* §. *necessitate*, *C. de bon. quæ liber.*

Ideòquè erit nullum iudicium, si ab ipso filiofamilias, vel contra ipsũ fuerit lis instituta absquè patris consensu, *Guid.Pap.dec.*54.*&* 410. *Ludouic.dec.Perus.*13.*Calà de modo artic. & prob. Glos.*3. §. 1. *num.*77. *de Franch. dec.*494. *Cotta in memor. verb. filiusfamilias*, *Reg. Reuer. dec.* 212. *& ibi D. Reg. de Marin. num.*1. hanc restringens regulam in bonis, in quibus patri non quæritur vsusfructus, & etiam absente patre, licere filio in Iudicio esse absquè patris consensu, tradit *num.*4. & dixerat antè ipsum noster *Carau.* cuius non meminit, in hoc *Ritu in fin. vers. secundo, iuxta præfata*. Verùm in quo
8 exigitur consensus patris ad sistendum in iudicio, ille in litis contestatione est præstandus, vel antè id tempus, quod si post contestationem in decursu litis præstetur, processus anteà factus non ratificatur, ex *l. quod ergo*, vbi *Ang. ff. de his, qui not. infam. Paul. in l. si quis mihi bona*, § *iussum, ff. de acquir. hæred. Pisanel. ad Affl. dec.* 180. *P. Fragos. loco citando*, §.8.*n.*250. reprobans nonnullos *DD.* apud *Vant. de nullit. sentent. ex inhabil. seù defectu mandati*, *n.* 45. Sed horum aleam, vt consensus patris superueniens, etiam post sententiam, iudicium conualidet, insectantur *Ricc. dec. Cur. Archiepiscop.*6. *num.* 3. *lib.*1. expendens *tex. in d.l. quod ergo*, *Reg. de Marin. ad Reuert. dec.* 212. *n.* 3.& cõferunt ab ipsomet *Reg.* tradita ad eundem *Reuerter. dec.* 200. *in princ.* & àn
9 patris consensus necessarius in contractu filij ex interuallo, & ex post facto accedere possit, inquirit idem *D.Reg. de Marin. ad Reuert. dec.* 127. *& lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 133. *num.*21. *&* 145. *num.*26.
10 Verùm tamèn cum filijfamilias conflare multa cõsueuerint debita, ea mẽte,

te, atq; spe consequendi emancipationem, & gaudendi beneficio, nisi in quantum facere possunt, tunc videndi sunt *DD.* excutientes, ân re vera gaudeant, potissimùm *Vrsill. ad Affl. dec.* 84. *num.* 2. *Carocc. decis.* 1. *num.* 15. *&* *Giurb. decis.* 43. præsertim *num.* 12. quin, & generalius loquens, in quibus casibus illud priuilegium cesset, recensent *Cavalc. in dec. Finiz.* 31. *par.* 1. *Reg. Sanfelic. dec.* 190. *Episc. Marant. resp.* 49. *&* 50. *p.* 2. *Pras. Merlin. centur.* 1. *q. for.* 39. *centur.* 2. *q.* 99. *&* 100. *Prat. respons. crim.* 39. *Galter.* posthæc scripta visus, & loquẽs in terminis nedum *cit. l.* 2. verùm *Ritus Mag. Cur. in suo tract. de liquid. instr.* 2. *par.* 2. *partis princip. rub. vnica, num.* 47. 48. 49. 50. 53. *&* 54. cuius verba, vt plurimum, & quidem apertè opitulantur nostris, tùm in isto, tùm *add. Rit.* 135. assertionibus.

11 Ceterùm, in terminis memoratæ *Pragm.* 1. *ad S. C. Maced.* in causa Ill. coniugum Ducum Balneoli, cum hęreditate Ill. Principis Asculi, respondimus, illam non includere contractus extrà Regnum initos, etiam à subditis huius Regni, cum minimè directa sit personis contrahentibus, principaliter eas inhabilitando, licèt in consequentiam sequatur actus annullatio, sed principaliter da formam contractibus, vel imponit actui solemnitatem, & sic contractibus, qui geruntur in Regno á Notarijs, quibus in terminis non obstringuntur cõtrahentes extra territorium, licet subditi, *Bar. in l. cunctos populos, num.* 329. 6. *cap. de Sum. Trin. & fide, Catt.* & ibi sequuntur *Bal. Salic.* & alij classici, & inter repetentes latè *Io: Bapt. de Sancto Seuerino in ead. l. num.* 101. 102. *&* 106. *Caccialup. num.* 98. *&* *Signorell. nu.* 12. ex consulentibus *Aretin. cons.* 54 *&* 73. *Ruin. cons.* 160. *n.* 3. *vol* 4. *Hieron. Gabr. cons.* 1. *num.* 2. *&* 6. *vol.* 1. *Anton. Gabr. commun. concl. tit. de statut. concl.* 8 *num.* 22. *& tit. de consuet. conclus.* 2. *num.* 25. & alij per *Tiraquell. ad leg. connubial. glos.* 8. *vers. de Summar. num.* 216. *ad n.* 218. *Pras. de Franch. decis.* 72. *per totam*, *Reg. Ronit. cons.* 51. *num.* 12. *lib.* 2. *& in prag.* 1. *de Sen. Cons. Maced. num.* 3. *&* 19. *Cons. Paschal. de virib. patr. potest. par.* 1. *cap.* 6. *nu.* 31. *& seq. Card. Tusch. pract. conclus. tit.* 5. *concl.* 542. *num.* 1. *Stephan. Gratian. discept. forens. lib.* 2. *cap.* 253. *nu.* 13. *&* 14. *Carpan. ad Statut. Mediolanen. tom.* 1. *cap.* 328. *num.* 36. & sequitur *Reg. Donat. Anton. de Marin. quotid. resol. lib.* 2. *cap.* 62. *num.* 8.

12 Quin, præfatæ conclusioni minimè obstare, addebam, cõtractum celebratum fuisse in Ciuitate Mediolani pro executione ratificationis, & obligationis promissæ in contractu inito in hac Ciuitate Neapolis à Procuratore Principis patris, quia in themate proposito, ratificatio principalis fuit contractus in persona Principis filij, antea non obligati, ex quo sumit vires obligatio in eius persona, & locus ratificationis attenditur, *Gratian. add. cap.* 253. *n.* 9. *&* 10. & collimant tradita per *Tiraq. ad ll. connub. cit. num.* 232. etiam si in hac Ciuitate esset facienda solutio, ad *tex. in l. contraxisse, ff. de action. & obligat.* locus namquè in hac materia verè contractus gesti, non autem destinatæ solutionis, attenditur, *Io: Bapt. de Sancto Seuerino in d. l. cunctos populos, num.* 34. *&* 130. post *Bart. num.* 14. *Franc. Marc. dec.* 397. *n.* 4. *to.* 5. secũdæ parti *Ritus* collimat ius commune *in l. fin. & l.* 2. *ff. ad Senat. Consult. Maced.*

13 cuius Senatus beneficium, haud comprehendit peculium castrense, vel quasi, *de Franch. decis.* 70. *Reg. Ronit. in d. prag.* 1. *nu.* 54. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *Glos.* 8. *num.* 54. *&* 55. *Surd. de Aliment. tit.* 4. *q.* 11. *num.* 11. *Aegid. Lusitan. in repetit legis primæ, C. de sacrosanct. eccles. par.* 1. §. 7. *à num.* 3. *Cald. Pereira in l. si curatorem, verb. cum non absimilis, num.* 34. *& verbo, lasis, num.* 98. *Reg. de Marinis quotid. resol. lib.* 1. *resol.* 62. *num.* 10. *& resol.* 145. *num.* 34.

14 Quæ verò sint bona castrensia, & quasi

quasi, declarat *Glos. in §. 1. vers. castrensibus*, & ibi *Doctores, instit. per quas personas nobis acquirit, Maffes. in comment. ad consuetud. Neap. par. 10. q. 15. num. 6. tom. 2.* potissimùm clericorum bona omnia, etiam quæ sui natura essent aduentitia, ratione clericatus dici castrensia, vel quasi, scribit *Gratian. decis. Marchia 49. num. 53.* qua de re *Io: Bapt. Mucc. dilucid. var. quæst. forens. quæst. 3.* dotem etiam, & antefatum, notat idem *Ricc. decis. 669. Bal. nouell. de dot. par. 6. priuil. 34.* emptum ex pecunia peruenta ex bonis castrensibus, vel quasi, inter bona castrensia, vel quasi numerabitur *l. 1. C. de pecul. castrens. Molin. tom. 2. de instit. disp. 261. vers. filiusfamilias, Less. lib. 2. cap. 4. dubio 3. num. 8. P. Fragos. de regim. Reipub. par. 3. lib. 1. disp. 2. de filijsfamil. num. 277.* Item, quicquid acquirit notarius ob suum officium notariatus, dicitur quasi castrense, idquè, præter *DD.* relatos à *Carau.* dicunt *Castrens. cons. 98. lib. 2. Cappell. Tholos. decis. 10. de Angelis in prat. ad l. fori tui, 4. C. de Aduoc. diuers. Iudic. Carau.* adducens, *Anton. Scappus de Iur. non scripto lib. 3. cap. 105. nu. 4.*

15 Non igitur mirum, si procuratorem Notario inferiorem, defendi super *Ritu 100. tom. 1.* tametsi ex eiusmodi *Ritus* effatu apertè probari, acquisitum in Iudicio à procuratore, quasi castrense peculium esse, aduertat *Constan. Papa* addens *ibid. lit. A.* cui contradicit ius commune ex vnanimi sententia Doctorum, cuius testis est *Riminaldus indic. §. 1. num. 61. & Vin. inter communes opiniones Doctorum lib. 14. vers. Procuratores officium*; at contrarium consuluit *Alex. cons. 2. 6. vol.*

16 In ipsis tamèn bonis castrensibus, vel quasi, nullum acquiri genitori vsufructum, inquit citatus *Gratian.* quin de illis, spreto patris consensu, disponere illi licere, refert etiã idẽ *Ricc. ead. decis. 669. sub num. 5.* adeò quod si pubes sit, tenetur in prædictis bonis, si amittat in ludo licito, *Fragos. loco cit. num. 284.* his adde *Benedictum Pinellum* omninò videndum, multis columnis explicantem hanc materiam bonorum castrensium, personasquè illa quærentes, & si de illis disponere, quando, aut quomodo possint, *in 1. tomo selectarum sentent. lib. 1. cap. 5.* In quibus alijs bonis pater non habeat vsumfructum, explicant *Affl. & Vrsill. dec. 392. Capyc. dec. 56. n. 4.* àn in bonis ab ipso patre filio donatis, *Anna allegat. 73. nu. 8. Reg. Ronit. dec. 3. Reg. Sanfelic. dec. 80. num. 2.* sit nè in eiusmodi bonis, in quibus non habet vsumfructum, legitimus administrator, inquirit *de Franch. dec. 50.*

Omnifariam verò peculii materiam,

17 & quomodo patri, vel filio quæratur, siuè quoad dominium, & proprietatem, siuè quoad vsumfructum, & commoditatem pertractant, *P. Petrus de Oñate Iesuita in 1. lib. de contractib. in genere tract. 2. disput. 4. de caus. contract. sect. 11. ex num. 162. ad 179. P. Rebell. de obligat. Iust. par. 1. lib. 1. q. 7. sect. 2. n. 15. Valasc. de partit. cap. 13. n. 146. Barbos. ad ordin. reg. lib. 4. tit. 98. §. 3. Mastrill. decis. Sicil. 59. num. 1. lib. 1. Mendez à Castro in repet. l. cum oportet, C. de bon. qua liber. num. 6. & 73. & par. 3. n 153. Bursat. cons. 133. nu. 39. Castill. de vsufructu lib. 1. cap. 3. n. 59. P. Bapt. Fragos. in tract. de regimin. Christ. Reipub. to. 3. add. disp. 2. de filijsfamil. §. 8. ex num. 229. Reg. Sanfelic. decis. 180. & 208.* & alij quos laudat *Prat. ad Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. ad num. 1.*

RI-

RITVS CCII.

Item quod si partes voluerint, seù procuratores, in earũ causa ciuili, & criminali ad vlteriora procedere, & fuerint forsitan in concordia: debeant petere à Curia licentiam desistendi, soluto iure Curiæ consueto, iuxta antiquam obseruantiam dictæ Curiæ, & si non petierint, teneantur ad pęnam tarenorum decem. Itèm nota, quòd die vltimo termini, qui datur ad probandum in causa criminali: debeo ego accusator, & etiam accusatus in dicta Curia comparere personaliter, vbi verò non compareo ipso die, facit accusatus scribi facere comparitionem suam, & deindè in anteà facere me citari ad procedendum in causa ad illum actum, vel actus, quem, vel quos vult facere: vbi verò ipse accusatus non comparet, ipso die accusabo contumaciam contra eum; & die sequenti faciam eum condemnari ad pœnam fideiussionis, & banniri. Sed quid si partes in Iudicio desistunt, tunc, aut antè litem contestatam, & soluit actor tarenos tres, post litem contestatam duodecim, & hoc cum licentia Curiæ solet fieri, & omnia seruantur, quandocunq; tamen contingat in prædictis casibus me accusatorem, vel actorem esse in Iudicio, & etiam conuentum, mandabitur mihi, quod dem libellum, vbi non velim desistere, sed velim agere, vel accusare. Itèm nota, quod die vltimo termini, qui datur ad probandum in causa criminali, debeo ego accusator, & etiam accusatus in dicta Curia comparere personalitèr, vbi verò non compareo ipso die, facit accusatus scribi comparitionem suam, & deindè in anteà facit me citari ad procedendum in causa ad illum actum, quem, vel quos vult facere, vbi verò ipse accusatus non comparet ipso die, accusabo contumaciam contra eum, & sequenti die faciam eum condemnari ad pœnam fideiussionis, & banniri, Item eodem sero, seù die, faciam condemnari fideiussores suos, simùl cum eo ad pœnam fideiussionis.

SVMMA RERVM.

1 *Ritus prohibet nè valeat quis desistere à lite, absq; Curiæ licentia.*
2 *Remissio partis non præiudicat fisco.*
3 *Illa coram quo sit facienda, & àn sufficiat coram actuario.*
4 *Præsumptiones cessant ad coniecturandum remissionem, censeri factam.*
Propterea in Regno, testibus illa probari non potest.
5 *Sed àn possit fieri per procuratorem.*
6 *Nùm aduersus partium remissiones in M.C.V. stipulatas admittatur exceptio metus.*
7 *Illa legitimo tempore nomine absentis facta possit haberi rata extra tempus præfixum ad gaudendum generalem abolitionem.*
8 *Remittens tenetur tantum remittere rancorem, & prosequi potest, vt Reus puniatur.*
9 *Hodiè Ritus dispositio recessit ab aula.*

10 Of-

10 *Offensus dum dicit se agere velle, nunquid, instante inquisito, possit fieri præceptum, quod infrà terminum aget, alias non audietur.*

1 PRohibet *Ritus*, nè valeat, quis desistere à lite, & accusatione absquè Curiæ licentia, & soluto ipsi Curiæ Iure debito sub pœna, concinit Iuri communi, *in l. 3. in fin. ff. de pœna.* cum alijs, *Paul. Grill. in tract. de relaxat. carcer. rubr. de calum. q. 2. Mill. in prax. crimin. cap. incip. præconem, nu. 35. Foller. in prax. crim. rub. Aud. except. num. 31.*

2 Ex his verò verbis, *Soluto iure Curiæ*, fortasse deduci poterit, quod, non obstante concordia partium, sit fisco etiam satisfaciẽdum, & remissio obtenta à parte minimè obsit Curiæ, vt probat *Luc. de Penna in l. vnica, col. 20. C. de publ. lat. lib. 2.* quin posse tùnc Curiam aduersus accusatum procedere, concludit copiosè tractans, *Farin. q. 4. à num. 34.* etiam respectu diminutionis pœnæ, vt illa minui propterea non debeat ex frequentiori sententia, continua quoquè praxi approbata, idquè *Clar.* anteà scripserat, *q. 58. sub num. 1.* cum defectu probationum innititur, atquè prodesse parti nonnunquam pacem ad diminuendam pęnam, quia absente parte difficultèr fiscus indicia perquirere valet, probationesq; recipere, quas si sufficientes habeat, nihil Reo proderit remissio, quæ quidem coram officiali fieri debet, vt pro-

3 sit, ex *pragm. 7. de composit.* scilicèt officiali domicilij, ex *pragm. vnic. de remiss. partium*, eademquè *pragm. 7.* cuius virtute sublatum fuisse constat secundum modum, quo fieri concedebat *Rit. 275.* nempè per instrumentum, & priorem tantùm collaudari, scilicèt, apud acta, & consecutiuè corã Actuario, & in scriptis faciendam esse nimirùm asserit *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. num. 36.* cuius attestationis prior pars si quis dubitaret, innitatur, nè veritate, attentis verbis eiusdem *pragm. 7.* exigentibus Iudicis præsentiam, atquè ideò negantibus fieri posse coram Actuario, quod insupèr admonuisse *Carrabam*, deindè aduertimus, *in tractat. de Sindic. sing. 207.* adiungentem propreteà, nullam esse, alitèr factam, ob præscriptam à *Regia Pragmatica* formam, *l. forma, ff. de censib.* aduertat tanti, & perdocti, necnon practici, & versatissimi viri errorem facilè credendum non esse; etsi *Carraba* illius verba perlegisset, non vtiquè tàm promptè ità interpretatus esset eiusdem *pragm.* verba, & sensum, qui cum *Regentis* prædicti non meminerit, facilè suspicandum erit, illius verborum haud habuisse notitiam, atquè ideò illis adinuicem pugnantibus, siuè contradicentem proferentibus opinionem, quis tàm Iudicij expers erit, vt *Carrabæ* citiùs, quam *Regenti* annuendum asserat? potissimùm in re præsenti, in qua eiusdẽ *pragm.* verba eidem *de Ponte* manifestè fauent, distinguentia, quod illa, vel facienda est apud acta superiorum Iudicum, scilicèt Magnæ Curiæ Vicariæ, Gubernatorum, siuè Auditorum Prouincialium, vel apud acta aliorum Iudicum ordinariorum; Primo casu annullat remissionem (*che se hiziere se no fuere en el Tribunal de Capuana, &c.* alterò verò casu, *se no delante de los Iuezes ordinarios de los logares*) in illo itaquè mandat fieri in Tribunali, nec requirit præsentiam Iudicis, atquè ita in more videmus Neapoli, vt volentes remittere ascendant ad Bancam Vicariæ criminalis, ibiquè Actuario dicant, se velle remittere, &c. Imò Hispanico illo verbo (*delante*) insinuante coràm, siuè in præsentia, & conspectu tantùm vtitur cum de remissione facienda in inferioribus Tribunalibus Regni agit, & quatenus illius *pragm.* verba aliquam paterentur ambiguitatem, certè subsequens vsus in hunc modum intellexit, & interpretatus est, quin, & *Caran.* eandem explicauit, *pragm. in Rit. 275. num. 2.* in hanc

quem

quem retulimus modum, cuius locum cum hodiè die 6. Augusti 1662. reperiremus, dùm hęc typis tradūtur, gauisi sumus propè modū vidētes eundē, quē propria Minerua cōsiderauimus intellectū, eiusdemq; *prag.* verbis congruere opinari sumus; alium quoquè anteà dedisse, & insignem virum, quem insequuntur laudando, *Praes. Merlin. lib. 1. qq. forens. cap. 68. sub nu. 7. Mastrill. de Indult. cap. 24. num. 69. Capiblanc. tom. 1. de Baron. prag. 6. num. 12. Nouar. tom. 1. q. forens. 68. num. 1. Danz. tom. 2. de pugn. Doctor. tit. de remiss. part. cap. 1. sub num. 7.* tangitquè *Reg. Sanfelic. dec. 229. in princip. lib. 2.* & indicat *Prat. ad Paschal. de patr. potest. par. 2. cap. 1. sub num. 21. vers. quaero itidèm.*

Eiusdem verò *Carauit.* assertionis,
4 secunda pars, & vera prorsùs est, insuperquè praeportat in nostro Regno nos non indigere, scilicèt, in Tribunalibus laicalibus, praesumptionibus, & sanè multis traditis à Doctoribus, atq; à *Farinac.* congestis *q. 5. vers. amplio 2. sub num. 11.* ad coniecturandum remissionem censeri factam ab offenso, quandoquidem si relatae *pragm.* scripturam omninò exigunt, citra dubium omnem respuūnt praesumptionem pacis, & remissionis, quamuis inter nobiles vsu obtempta minimè fuerit earumdem *pragm.* sanctio, eo quod, inito foedere inter eos, intelligitur, & proculdubio plena facta remissio, nulla intercedente scriptura, cuius quidem moris fidissimus nobis est testis, *eo in loco, Reg. de Ponte nu. 37.* atq; sectator *Consil. Paschal. in add. tract. p. 2. cap. 1. sub num. 77.* nosq; etiam non semèl experti sumus; Hinc certum est in Regno testibus remissionem probari non posse, quamuis alitèr sit de iure dispositū: *Nell. de bannit. p. 3. q. 38. Anns meus ad Gramm. decis. 24. sub num. 2.*

5 Sed possit nè fieri remissio per procuratorē, negat *Carau. in cit. Rit. 275. n. 8.* cui non laudato assentitur *Faller. in prag. final. de compositiòn. nu. 80. &* 81. restringens certis in casibus, confirmant *Reg. Rouit. in prag. 6. num. 1. de composit. Nouar. tom. 1. q. forens. 68. num. 4.* quibus contradicit *Ferrett. in tract. de re militari, tit. de feriys, num. 113. Danza* verò *indic. cap. 1. sub nu. 18.* practicatum tradit, vt illa omninò à principalibus fiat coram Iudice, & coram illis aliquo impedimento detentis accedat officialis, & àn sufficiat attestatio Iudicis, fuisse factam pacem coram ipso, affirmatiuè, si delictum nō sit graue, scripsit *Anns meus ad cit. Gramm. dec. 24. num. 4.* quem ibidem insequitur *Danza, num. 5.*

6 Et àn aduersus partium remissiones in M. C. stipulatas admittatur metus exceptio, extricat *Reg. Sanfelic. decis. 229.* casquè si quis extorserit, qua mulctetur poena, colliget facilè quisquis ex congestis per *Baiard. ad Clar. q. 59. num. 51. Nouar. add. q. 68. & de grauamin. vassallorum c. 383. Danza, add. loco cap. 2.*

7 Et nùm illa legitimo tempore nomine absentis facta possit rata haberi extrà tempus praefinitum ad obtinendum regale generalis absolutionis beneficium, inquirit lepidè in *add. cap. 88. lib. 1. Praes. Merlin.*

8 Ad illam verò faciendam teneatur nè offensus si peccato carere velit? Hāc haesitationem reperimus proposuisse *Conradum in suis responsis casuum conscien. quaesito 197. par. 1.* his verbis: *An offensus rogatus, vt pacem in scriptis exhibeat, in conscientia teneatur, vel sufficiat pepercisse, & pacem in verbis dedisse.* Subdit verò distinctionem animo nostro non sedētem, cùm assentiamur sententiae dicentium, teneri tantum remittere rancorem, non alia, eiq; proptereà licere in Iudicio prosequi, vt ille puniatur, quam praesertim *Io. Faber,* ex *Diuo Thoma,* defendit *in §. final. num. 4. instit de iniur. Clar. q. 58. num. 38. Carau. super Rit. 275. n. 11.* & reassumit *Villalpand. in repetit. l. 22. tit. 1. par. 7. in 3. par. q. 3. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 4. q. 32. Ioseph* Sef-

ſe dec. Aragon. 101. *Bertaz. conſ. crim.* 503. *num.* 9. *tom.* 2. *R. Rouit. in prag.* 7. *num.* 13. *de compoſit. Thor. in Cod rer. iudic. crim. caſ.* 5. *num.* 22. & facta in articulo mortis, àn poſſit reuocari, negatiuè *Ball. lib.* 5. *prag.* 5. *n.* 6. *Nouar. q. for.* 68. *à n.* 6. *lib.* 1. *Baron. de effect. inimic. effect.* 139. *n.* 8. & de remiſſione, quæ fit in articulo mortis, loquuntur *Nouar. q. forenſ.* 48. *lib.* 2. *Taſſon. de antefat. verſ.* 12. *obſeru.* 1. *num.* 76. & nos pleniori ſermone dicemus ſuper *Rit.* 272. quo in *Ritu* prolixa erit de remiſſione huiuſmodi tractatio.

9 Hodiè verò huius *Ritus* diſpoſitio receſſit ab Aula, cum ad ſuum libitum accuſatores deſiſtant, abſq; vllius pœnæ ſolutione, vt *Caran. in hoc Ritu & ſeq. num.* 2. teſtatur, admonetquè *Index de Angel. ad Foller. pract. crim. in fragm. de accuſation. ſub num.* 148. ſubnectens *Foller.* alitèr dicentem, *Carauitam* non legiſſe.

10 Sed nùm offenſo dicenti, ſe agere velle, ad inquiſiti inſtantiam fieri poſſit præceptum, quod infrà terminum agat, aliàs non audietur, quærit in hoc *Ritu Carau. num.* 8. & affirmatiuè reſoluit, ratione diffamationis, qua ceſſante, hoc non licere inquiſito concludit, ipſum inſequitur *Thor. in C. rer. iudic. crim. caſ.* 38. praxim reſcribens, quando exigatur in cauſa criminali, vt pars quærelans faciat partem in Iudicio, antequam terminetur, & àn *tex. in l. diffamari, C. de ingen. & manum.* (ad cuius ornatum multa notauimus in *Ritu* 190. *à n.* 2.) procedat quoq; in criminalibus, inquirit *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. rub. de prouiſ. ſier. ſolit.* §. 4. *num.* 34.

RITVS CCIII.

Item ſeruat ipſa Curia, quod ſi accuſator vult deſiſtere antè litis conteſtationem, ſoluit tarenos ſex, poſt litis conteſtationem, ſed in ciuilibus antè litis conteſtationem tarenos tres, poſt litem conteſtatam tarenos ſex. In denunciatore non, vide capi. ad audientiam, ſed Curia Vicariæ non ſeruat ipſum, & ſi denunciator deſiſtit, procedit ad dationem capitulorum, & ſi probatur delictum, proceditur ad condemnationem, ſed exigitur obligatio, quia obligat ſe, de non concordando ſe cum parte, ſine licentia Curiæ, & de probando, interim tamen Curia admittit partem denunciatam ad ad compoſitionem, vbi denunciator ſit in concordia cum eo, quod ſcilicet habere concordiam cum eo, non poteſt ſine licentia Curiæ, quæ Curia conſentit ſemper, verùm non componit, niſi in caſibus comprehenſis in Conſtitutionibus Regni, & ideò in caſibus, in quibus non poteſt componi, Curia procedit ad vlteriora, & expedit proceſſum, iuſtitia mediante.

SVMMA RERVM.

1 *Denuncians, ſeù accuſans ſine licentia Curiæ deſiſtẽs, qua pęna puniatur.*
Ritus quoad hanc pænam receſſit ab Aula.
Curia pro parte deſiſtente, àn loco illius ex officio procedat.

2 *Foriudicationẽ quæ præcedere debeãt.*
3 *Citandi qui sint, vt aliquis foriudicetur.*
4 *Annus, qui anteire debet, à Prorege poterit minui.*
5 *Bannitus qui iure dicitur, in Regno foriudicatus appellatur.*
6 *Compositio in quibus delictis prohibeatur ostenditur.*
Potissimùm inquisiti de receptatione bannitorum ad compositionem non admittuntur.

ANtecedens *Ritus* non vtiq; expressit quantitatem soluendam in casu concordiæ, cum beneplacito Curiæ, tãtummodò enim dixit; *soluto Iure Cu-*
1 *riæ*; Ideò *Ritus* iste subsequens addidit Ius istud, dixitquè esse tarenorum sex. Vbi verò recederet sine licentia, non declarat noster *Ritus* pœnam, sed prædictus antecedens, cum ait, illam esse tarenorum decem, vtriusquè tamen obseruantia in hac parte recessit ab vsu, qua de re *Foller. in fragm. tit. de accusat. num.* 148. ibidemq; *de Angel. Carrab. singul.* 187. *& in tract. de syndic. 2. par. num.* 49. & post *Carau. in hoc Ritu*; *Thor. in C. ter. iudic. crim. cas.* 38. An verò parte desistente, Curia loco partis ex officio cum procuratore fiscali procedat, *Foller. in prax. crim. rubr. de iniur. in fragm. n.* 140. *Capiblanc. de Baron. prag.* 8. *par.* 2. *n.* 180. noster *Carau. Rit.* 233. *num.* 14. *Ricc. collect.* 1813. & affirmatiuè præsertim in M. C. dicit *Sanfelic. in add. ad dec.* 42.

2 Dùm verò *Ritus* meminit de datione capitulorũ, memoramus, quod mos est in Regno citare ad informandum, & capitula, deindèq; elapso anno, ad foriudicandum, *de Franch. decis.* 514. quin *decis.* 560. *in princip.* asserit, citationem ad capitula fieri inquisito ad recipiendum capitula, seù ipsorum copiam; adijciens, super ea fundari sententiam foriudicationis, quæ anteire etiam debeat foriudicationem, per *Andr. in Constit. Regni pœna eorum, vers. nunquid autem*, dicit *de Franch. decis.* 515. *num.* 4. *&* 5. itaùt illa non facta aut nullitèr, foriudicationem quoquè forè nullam, scripserit idemmet *decis.* 514. necnon impedire foriudicationem, addit eadem *decis.* 560. siquidem foriudicationẽ accipere robur à citatione prædicta, retulerat *dec.* 322. *n.* 2.

3 Verùm prætèr citationẽ ipsius foriudicandi, qui sint citandi, quomodo, & vbi, quin, & alia multa quæ conuenire debent, vt validè quis foriudicetur, enarrat peroptimè *Rouit. in rubr. de sẽtent. foriudicat. à num.* 3. illudquè præsertim, quod citẽtur consanguinei, & affines, ad *text. in l. hac autem*, §. 1. *ff. ex quibus causis in possess. eatur*, quo *tex.* fretus affirmat *Puluerin. in addit. ad Constit. pœnam eorum, tit. de forbãd. col.* 3. *in Glos. verbo, Foriudicari debet, in princ.* tàm minus, quam magis stricti, *Fauon. dec. Rot. Roman* 365. *nu.* 3. *q.* 1. *Præs. de Franch. cit. dec.* 516. *n.* 2. *Consil. Rocc. respons.* 92. *tom.* 2. *Dom. R. Capyc. Latr. dec.* 74. *num.* 22. *tom.* 1.
4 admonet quoq; *D. Reg. Rouit.* illud, vt contracta contumacia cucurrerit annus, nisi aliud Proregi videatur, cui minuere prædictum tempus fas esse in causis arduis, grauibusquè delictis, monet idem *Præs. de Franch. dec.* 213. *num.* 35. *&* 36. atq; *de Ponte cons.* 69. & præter casus enarratos à *Rouito*, alios, in quibus inquisiti in foriudicatione incurrunt antè anni decursum, notãt *Laganar. in add. ad eundem Rouit. lit. A*, *Carol. Rota in florileg. concl.* 9. *à n.* 77. alia insupèr multa de foriudicatione tetigimus *Rit.* 132. abundantiùs tamèn extricant *Grammat. cons.* 1. post *decis. Nouar. de grauam. vassall. tom.* 3. *grauam.* 9. *nu.* 11. *Ricc. collect.* 1401. *Danz. de pugna DD. tom.* 1. *tit. de foriudic. Angel. Scialoya in integro tract. de prax. foriudicator.*

5 Et nos aduertimus, quod ille, qui Iure communi inspecto bannitus dicitur, in Regno foriudicatus appellatur, si *Lucas de Penna* vera testificatur in *l. vnica*, *vers. vigesimo sexto quærit*, *C. de*

C. de public. latit. lib. 12. Compositionem verò, de qua *Ritus* quoq; loquitur, fieri non posse, nisi partis præcedente concordia, & pace, certum est, & de ea copiosè egimus *Ritu* 275. notantq; *Andr. in cap.* 1. *de Capitan. qui Cur. vendidit*, gentilis meus *Petrus Anton. Petra de potest. Princip. cap.* 12. *Farinac. de inquisit. q.* 6. *num.* 18. ideò fieri nequibit, nisi in casibus, in quibus, & pax ipsa, & transactio intercedere potest, quos recenset *Clar. q.* 58. *n.* 4. præter eos, quos coacervat *Luc. de Penna in l. si apparitor, col.* 7. *C. de cohort. lib.* 12. *Ioseph Sess. de inhibit. Inst. Arag. cap.* 1. §. 5. *num.* 11. *Reg. Tapia in cap. Regni, misericordiam, & Iudicum nu.* 5. *lib.* 5. *iur. Regn. sub tit. de abolition.* In Regno verò inquisiti de receptatione bannitorum ad compositionem admitti prohibentur, per *prag.* 5. *de composit.* attenta verò sanctione iuris, casus omnes, in quibus prohibetur compositio, coacervat *Lucas de Penna in l.* 1. *col.* 15. *vers.* 3. *quaeritur*, *C. de desert. lib.* 12. extatque in Regno *cap. Regis Roberti*, cuius initium est, *ad peruersorum refrenandum audaciam*, attento verò Iure Canonico, vide *tex.* cum *Glos. Archid.* & alijs, *in cap. in omnibus* 2. *q.* 3. & notata *in cap. si Primates* 5. *q.* 2. *& cap.* 1. *de collus.* & de blasphemia loquens, scripsit *Campanil. in diuers. iur. canon. rub.* 11. *cap.* 26. *à n.* 75. ac nos super *Ritu* 274. delibabimus adducti verbis illius *Ritus*, quin, & generalius loquentes, tangimus super *Rit.* 272. *&* 275.

RITVS CCIV.

Item quod plerumquè contingit, quod aliqui banniti legitimè per dictam Curiam, seù alteram ipsarum, & condemnati ciuilitèr, die, quo banna ipsa, & condemnationes edita sunt: de sero compareant in Curia, vt est diutiùs in dictis Curijs obseruatum, dictam eorum contumaciam purgaturi, nec amplius in Curia comparere curant in causis ipsis processuri, sed recedunt pro eorum libito voluntatis, causis ipsis indiscussis, & minimè terminatis, prædicti tales postquā de sero comparuerint coram Regente, & magistro actorum, iuxtà antiquam formam, & Curiarū ipsarum obseruantiam, & contumaciam prædictam eorum purgauerint, sequenti die teneantur, & debeant, quando Curia ipsa regitur, personalitèr comparere, processuri in causis ipsis, (prout iustitia suadebit,) & nihilominùs in omnem euentum cauere debeant de stando iuri, si quidem si criminalis fuerit causa, infrà tres dies, post diem dicti banni immediatè sequentes, si verò causa fuerit ciuilis, instare debeat, quòd procedatur, aut à Curia ipsa licentietur, alioquin dicta eorum contumacia, & bannitio, seù condemnatio duret, & procedatur contra eos in causis ipsis, ac si contumaces fuerint, prout de iure videbitur conuenire.

SVMMA RERVM.

1 *Practica quae in hoc Ritu rescribitur indicatur.*

2 *Debitor nè remaneat condemnatus admittitur ad comparendum de sero, in prima tantùm citatione super tenore instrumenti, non aduersus requisitoriam.*

3 *Cum hoc Ritu concordant Ritu* 206. *&* 215.

4 *Dictionis serò largus est sermo,*
5 *Item dictionis vesperi,*

Ritus iste ponit practicam seruandam, quando banniti in criminalibus, & condemnati in ciuilibus non com-
1 parent Curia sedente, qui propterea admittuntur, si de sero compareant, *Foller. in prax. crim. rub. verum si citat. comp. num.* 2. memor huius *Ritus. de Franch. decis.* 685. *Galter. in prax. instrum.* 2. *p.* 3. *p. num.* 3. & 4. & hoc in prima tantùm citatione, nam aduersus requisitoriam in liquidatione instrumenti contra ipsos debitores, mi-
2 nimè admittuntur ad faciendam comparitionem de sero, & ita seruari, seruarique debere, testatur *de Franch. add. dec.* 685. reprobans *Franc. Ant. de Iudice Robert. in* 4. *consid. num.* 40.

3 Concordant *Ritus* 206. & 215. qui si aduerbio illo, serò, vsi essent simpliciter, vtique insinuando tardè supponerent denegandam condonationem, *nam serò sapiunt Phryges*, inquit *Cicero, epist.* 120. quin ad *Herennium lib.* 2. *serò acto negotio venisti*, at quoniam
4 adijciunt dictionem illam, *de*, & consecutiuè, vt tempus significet, ideò finis est diei, nempè, laboris terminus, hora quietis, tempus retributionis, in quo, post consumatum laborē, & illius exactam rationem, denarius accipitur, teste *Riccardo de S. Victore lib. de stat. int. homil.* 36. non immeritò, hoc in *Ritu* de serò venienti indulgetur, & explosa illorum sententia, qui astruunt, pænitentiam serotinam haud prodesse, dicamus; pænitentiam nunquam seram, dummodò veram, sic serotina gregum admissio prolem candidam generabat. *Genes.* 30. linum etiam, & ordeum læduntur à grandine, quia ordeum erat virens, & linum folliculos germinauerat, triticū autèm, & far non sunt læsa, quia serotina erant, *Exod.* 9. quod in nobis quoquè euenire, indicat *Glos.* si non temerè periculis, & tentationibus nos ipsos exponimus, serò etiam cum esset, Christus Dominus Apostolis in mari laborantibus, & naui fluctuanti subuenit, *Marci* 6.

5 Et quia istud, quod serò dicitur alio nomine vesper, aut vesperus appellatur, insinuatquè similitèr diei extremum tempus, quod ex alijs *Ciceronis* verbis, *ad Atticum*, desumimus, illis, nempè. *Cumquè manè in siluam me abstruxi, non indè ante vesperum redij*, sicquè multis in locis sacræ scripturæ citra dubium accipitur, apertèq; præportat exemplum discipulorum in mari laborantium, quod euenisse, cum serò esset, dicitur *adducto Capite* 6. *Marci, vespere autèm facto*, dicitur *Matthæi* 14. constat itaquè alterum pro altero, & promiscuè sumi etiam in sacris literis, vt cum vespertini temporis multa in illis perlegamus priuilegia, serotini tēporis ea quoquè esse intelligamus, illa igitur á primæua mundi creatione initium sumpsisse conspicimus, dum vesper matutino antefertur, cum *Genesis* 1. dicitur, *factum est vespere, & manè dies vnus* Adamus etiam hominum sator manè peccauit, Deus verò ad illum, vt opem ferret, vespere accessit. Præparatur arca ad hominum, omniumquè animantium salutem, ad eam tamen non patet aditus antè vesperum, *in articulo*, inquit, *illius diei ingressus est Noè, Cham, & Iaphet, Genes.* 7. columba quoquè nuntiatura aquarum cessationem, ipsamquè requietem, ad Vesperam venit, portans ramum oliuarum. Ad vesperam venerunt Angeli Sodomam, *Genes.* 19. in remedium infidelitatis *(ait Ambrosius)* vespere offerebatur Paschalis Agnus. *Exodi* 12. Sacrificiumquè vespertinum hac de causa summoperè commendatur, *Psalm.* 140. & oratio vespertina matutinę fortasse præfertur ab Ecclesia, dum illa non ista effunditur ad impetrandam diuinam misericordiam; *Vespertina*, inquit, *Oratio ascendat ad te domine, & descendat super nos misericordia tua.* Qui vaccam rufam immolabat, qui eam comburebat, & qui combustæ cineres col-

colligebat, vt in loco purissimo extrà castra reponeret, immundi tota die, manebant, sed vespere mundabantur, *Num.* 19. Iusto optatur à Iobo, quasi meridianus fulgur diuinæ opis auxilium, sed post vesperum, & non antè, *Iob* 11. Tandèm quis dubitat, vesperum significare occultarum rerum dispositionem in Dei sapientia manentem? dicit *Robertus lib.* 1. *in Genesim*. Ac proindè Deus noster vesperè multos sibi oblatos dæmonia habẽtes verbo sanauit, omnesq; malè habentes curauit, *Matth.* 8. Vespere quinq; panibus quinq; millia satiauit hominum, *Matth.* 18. Vesperè passus est, scilicèt, expirauit, *Suar. tom.* 2. *disp.* 40. *sect.* 6. Vesperè post resurrectionem discipulis apparuit, Tibiquè, Lector beneuole, feliciſſimum ob Omnipotente precor vesperum, hoc septimæ diei Aug. 1662. vespero, & quia sunt omnia parata, eo cenatum: Vale.

RITVS CCV.

Itèm si aliquis bannitus, vel bannita fuerit pro quocumquè delicto, tàm via ordinaria, quàm ex officio per aliquem officialem Regni huius, banniri potest per dictam Curiam Vicariæ pro eodem crimine, etiam ad petitionem, seù denunciationem illius, ad cuius petitionem, seù denunciationem bannitus extitit per officialem prædictum.

SVMMA RERVM.

1 *Contumax declaratus in aliquo Tribunali possit in M. C. pro eodem delicto contumax fieri, discutitur.*
2 *Effectus litis pendentiæ quot sint.*
3 *Inquisitus exceptionem litis pendentiæ, nùm opponere valeat.*
4 *Remissio, abolita contumacia, conceditur semper.*
5 *Clausula in priuilegijs addi solita, nè vassallus possit ab alio quocunq; Iudice citari, &c. mentio fit, cum aliquali declaratione.*
Siuè vassallus, siuè Baro remissionem causæ petat, contumacia purgari debet.
6 *Semèl absolutus, vel condemnatus quando possit super eodem delicto molestari.*
7 *Ex causa præuentionis, àn liceat Iudici præuenienti iterum procedere, & quando, remissiuè.*
8 *Bannitus pro aliquo delicto possit ab alio banniri pro eodem, aut altero delicto, ostenditur.*
9 *Excommunicari etiam, ita quod absolui postmodum debeat ab omnibus.*
10 *Contumax in M. C. & in Curia Baronis, àn vtriusquè contumacia pœnam soluere obstringatur.*
11 *Baro obtinere debet remissionem sui vassalli in criminalibus, etiam post sententiam Iudicis superioris.*
12 *Decisio apud Reg. Reuerter.* 268. *& Ann. alleg.* 56. *in dubium reuocatur, & declaratur, quo in casu procedat.*

EX hoc *Ritu* deducitur, quod contumax, in vno tribunali pro vno delicto potest pro eodem ad instantiam eiusdem accusatoris in alio Tribunali reputari con-
1 tumax, & banniri; Sed isthæc obseruantia à Iure videtur aliena, duas ob pugnantes rationes. Alteram, nè banniti persona extrahatur, neù Iudex patrati delicti cognitione priuetur in prima instantia. Alteram, nè coram duobus vnico cõtextu Reus vexetur: Prioris

ris enim pugnantis rationis primam partem satis probauimus super Rit. 46. to. 1. extatq; pragm. 2. vbi de delicto; Secundam insuper inibi quoquè probamus; Postremam autèm principalem rationem, tutatur regula tex. in l. vbi ceptum, ff. de Iudic. & quæ de exceptione litis pendentiæ congerit Doctorum caterua, potissimùm Lancell. de atten. par. 2. cap. 4. & Card. Tusch. lit. L. conclus. 380. exordiente, litis pendētia, scripsitq; in suo diuers. Episc. Campanil. rubr. 8. cap. 3. à n. 2. cuius quip-
2 pè litis pendentiæ quatuor esse præcipuos effectus, eosq; refert idem Lancell. ecd. cap. 4. in præfat. à num. 6. iterumq; num. 510. inibi subijciens alios quinquè, Bonifac. etiam de Vital. in clem. 2. vers. duodecima conclusio, sub nu. 87. vt lite pend. sex recenset eiusdem litis effectus, quin, & antè prædictos, Angel. in authent. de litigiosis, qui in vers. restat videre, sub num. 3. illorum quatuor recenset de iure antiquo, num. verò 4. & 5. memorat alios attento Iure Codicis, & authenticorum, & quoniam priores quatuor effectus ij sunt, qui recensentur, nempè, vt eius virtute perpetuetur iurisdictio, vt interrumpatur præscriptio, vt prodeatur subreptio; vtquè tandèm inducatur attentatum. Certè concludendum videtur ex his, minimè huius Ritus obseruantiam vigere posse.

Verùm, prædictis non refragantibus impugnationibus, quod obseruantia prædicta omni iure subsistat, satis liquet. Primò, ex his, quæ Carthar. in decis. 68. Ianuensi, peroptimè scripsit, in casu condemnati in loco feudatarij, capti verò in Ciuitate Ianuæ, & per illius Senatum transmissi ad triremes in exequutionem sententiæ prolatæ in loco delicti, atq; ex congestis per Capiblanc. inferiùs citanda par. 2. nu. 81. Secundo verò ex Bart. doctrina respondentis vtriquè capiti prioris rationis, in l. sepulchri num. 2. & 3. ff. de sepulc. viol.

3 Priori, scilicet, quod inquisitus exceptionem cæptæ instantiæ, & litis pēdentiæ opponere nequit, antequam in illa compareat, contumaciamq; purget, Marant. in pract. par. 6. membr. 2. num. 16. & consi. 22. de Franch. decis. 551. num. 7. Vinc. de Ann. sing. 120. Ioan: Grand. de Bell. exul. special. 97. num. 1. Pres. Merlin. centur. 1. contron. forens. cap. 48. num. 5. Pres. R.C. D. Ioseph Filiù par. 1. Margarit. var. conclus. verbo, contumax amittit, & verbo, Vassallus, Reg. Sanfel. in prax. Iudic. sect. 36. à num. 1. & Regni sāctione comprobatur in prag. 65. item quod Gubernator, de offic. Iustitiar. aitq; Auus meus ad Gramm. dec. 26. n. 9. quem laudat Capiblanc. to. 1. de Baron. in prag. 8. par. 2. à num. 86. & dixerat idem Auus meus ad Capyc. dec. 9. num. 2. memor pluries Carau. in hoc Ritu, quin eiusdem Bart. placito fretus Consil. Carleual to. 1. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 3. à n. 901. post Carau. hoc firmat, limitatq; certis in casibus.

Alio verò capiti, idem Bart. satisfacit, illa fultus assertione, quod Iudici compilatio processus ab altero facienda nullum affert impedimentum, quominus ipse suo Iure, ac iurisdictione fungatur: Imò fauor citiùs consideratur illius, vt de delicto facilius constet, ope, & auctoritate supremi Iudicis, si Reg. Tapia viri perdocti testimonium erit satis, vt credimus, referentis Regis Priuilegium, supplicantibus eisdem Baronibus concessum, in lib. 3. constit. Regni, tit. vbi de delicto agi oportet.

4 Inde euenit, quod si, abolita contumacia, petatur remissio, concedatur, semper, nec iustè respui possit, vt adducto in Ritu 46. notauimus, necnon Capiblanc. ead. pragm. 8. de Baronib. par. 2. num. 87. nequè contradicunt verba Tartagliæ in sua pract. crimin. tit. de ordin. Iudic. cap. 2. sub num. 22. ex doctrina Bal. in l. 1. num. 5. C. vbi de crim. agi oport. & Carau. hoc in Ritu num. 1. supponentia, quod Reus contumax reputatus de aliquo crimine

ne in aliquo Tribunali, possit de eodem crimine ab eodem accusatore coram alio accusari, & banniri, si in eo pariter fuerit contumax, nec teneatur posterior Iudex, nequè ad partis instantiam, nequè anterioris Iudicis supersedere in causa, vel illam causam illi anteriori Iudici remittere, per *Bar. in d.l.sepulchri*, *num.* 3. etenim interpretatur, nec supersedere debeat super contumacia, illamquè non teneatur anteriori Iudici remittere, non autem de principali causa, post purgatam contumaciam, atquè ità non pugnant cum relata à nobis conclusione, Imò conueniunt cum *Bal. Bar. & Carauit.* illis in locis, cui prætereà resolutioni,
5 nequè clausula aduersatur illa in priuilegijs addi solita, nè vassallus possit ab alio quocunquè Iudice citari, trahi, aut quoquomodo euocari, &c. proptereà quod recessit continuo contradicente vsu, teste *Carau. num.* 4. atq; isthæc omnia fiunt per Magnam Curiam, vsquè quo petatur remissio, quæ reijci nequaquam debet, aut solet, vt supra diximus, siuè subditus, siuè Baro illam petat, purgata tamèn contumacia, quidquid in contrarium annuat *Carau.* in Barone expetente, etenim siuè subditus, siuè Baro causæ remissionem petat, contumacia purgari debet, vt aduertit, *Auo meo*, *& Capiblanc. add. in locis*, necnon *Viuio decis.* 37. *num.* 10. *Baiard. ad Clar. q.* 38. *n.* 91. laudaris, *Danza de pugn. DD. tom.* 1. *tit. de contumac. cap.* 1. *num.* 4. R. *Sanfelic. decis.* 69. *num.* 6. *lib.* 1.

Post verò condemnationem, non ignoramus, controuersum adhùc fuisse, nùm semèl absolutus, seù condemna-
6 tus possit, & quando, super eodem delicto rursùs molestari, & inquiri, quam proponit *Farinac.* cum ampliationibus, & restrictionibus multis, *q.* 4. *à n.* 1. *Boer. dec.* 289. *Iul. Clar. q.* 16. *nu.* 4. *Campagn. in cap. item si qua, num.* 97. *Foller. in pract. Canonic. tit. vel absoluantur, cap.* 35. varia adducens, nil tamèn concludens.

Verùm aleam in gratiam absoluti sustinent *Giurb. cons.* 53. *num.* 17. *Bal. dax. de Angel. ad l. licet, C. de assessor. num.* 5. qui *ad Foller. in pract. crimi. tit. pœnis debit. feriant. num.* 68. se ad *Baiard.* ibi laudatum remittit, *Io. Mar. Nouar. de grauam. vassall. tom.* 2. *grauamin.* 42. *num.* 3. *Ricc. dec.* 302. *num. fin. par.* 3. *Mut. tom.* 5. *cap. Sicil. cap.* 359. *num.* 17. distinguit *Reg. Valenz. cons.* 131. *num.* 16. *tom.* 2. & declarat *Danza to.* 3. *de pugn. DD. cap.* 1. *tit. de absoluto*, *& an poss. iter. molestari*, quid verò in Curijs Baronum, àn absolutus in loco delicti molestari possit in loco domicilij, vel originis, negatiuè, collusione, & fraude cessante, respondet *Caball. resol. crimin. cent.* 1. *cas.* 162. *num.* 26. quin *Nouar. to.* 2. *de grauam. vassall. add. c.* 42. *n.* 14. aduertit, in Curijs Baronalibus absolutum, transacto triennio, amplius molestari non posse, etsi noua prodeant Iudicia, & seruatum vidisse testatur idem *Danza sub num.* 16. *Reg. Sanfelic. dec.* 138. *tom.* 1.

7 Ex causa verò præuentionis liceat nè Iudici præuenienti iterum procedere, & quando, discutit, atquè declarat idem *Farinac. q.* 6. *à num.* 52. & quando fuit aliquis de crimine accusatus ab aliquo, possit nè ab alio iterùm accusari, est *tex. in l. qui de crimine, C. de accus.* ad cuius declarationem multa congerit *Gomes. variar. resol. tom.* 3. *de delict. cap.* 1. *nu.* 35. *& Duaren. lib.* 1. *anniuers. cap.* 39.

8 Bannitū autèm pro vno delicto posse pro altero, tùm ab codē, tū altero Iudice banniri, comperimus, non secus, ac excōmunicari pro dissimilibus, diuersisquè causis, idquè deducitur ex *cap. cum pro causa*, *& cap. officij*, *de sent. excomm. cap. ita quorumdam*, in eius calce, illibiq; *Glos.* postrema, *de Iudæis*, *& cap. Engeltrudam* 3. *q.* 4. qui quidem Canon huius rei sedes reputatur; eam namquè super eo *textu* DD. perfunctoriè explanant, & *Marius Alterius in suo tract. de censur. tom.* 1. *lib.* 3. *di-*
sput.

sput. 10. *cap.* 7. *&* 8. & consecutiuè sicuti omnium censurarum absolutione cēsuratus indiget diuisim, vel Iunctim cōcessa nominatim cōtinente causas omnes, ab eo tamen Iudice danda, qui ab omnibus absoluendi retineat facultatem, ex *eod. cap. cum pro causa, & cap. officij*, necnon ex congestis per *Suarez. tract. de censur. disp. 6. sect. 9. à num.* 7. ita, & ban nitus pluribus quoque opus habet rebannimentis, vt hoc in *Ritu Carauita* scripsit, *num.* 12. qui errore lapsus videtur, cùm de excommunica-
9 tione loquens, dixit, *siuè pro eodem facto, siuè pro diuersis*; quippè quod pro eadem causa non videatur multiplicari posse censuram; Verùmtamèn rectè sensit: de pluribus enim fatur iudicibus, non de eodem, & certum est posse quē censura obstringi pro eodem delictò à multis iudicibus, haudquaquam verò ab eodem, à quo non iteratur, vt altero vinculo excommunicationis deuinciatur, sed repetitur multotiès ad maiorem confusionem, dedecus, infamiamque ipsius excommunicati, adeout vnica sit censura, & vnica absolutione tollatur, hæc quippè omnia vtili methodo exarauit idem *Marcus Alterius indic. c. 7. à vers. ex his primo infertur*, & conuincuntur ex obseruantia huius *Ritus*, cuius ante meminimus, vt pro eadem causa Bannitus ab vno Iudice, possit deindè à Iudicibus Magnæ Curiæ banniri ac vtriusquè contumaciæ
10 pænam soluere obstringitur, *Masullus ad Capyc. dec.* 139. *n.* 9. *Mar. ad Gram. dec.* 29. *num.* 12. & post *Carauit. hoc in Rit. num.* 10. aduertunt *Anus meus ad Gram. dec.* 26. *nu.* 20. *Danz. add. tit. de Contumac. nu.* 10. quiquè notat minus probè *Capiblanc. prag.* 8. *par.* 1. *nu.* 108. ad fundandum pro contumacia contracta, & purgata à Vassallo Baronis in Regia Audientia, nisi soluendum fore in Curia Baronis, laudare *Caran.* hoc minimè affirmantem.

11 Sed hic quęrere opportunum existimo, nùm remissio Vassalli sit Baroni facienda post sententiam à Tribunali superiore latam, & affirmatiuè respondeo ex *Glos. in l. à Diuo Pio, §. sententiam. versic. secus in delictis, ff. de re iudic.* vbi legitur, in criminalibus post sētentiam remissionē fieri, ita magistralitèr docēt *Alex. in d. l. à Diuo Pio, §. sententiam, n.* 2. *ff. de re iudic. Imol. in l. penultima, in princip. nu.* 3. *ff. de public. iudic. additio ad Bald. in auth. si quis, C. de Episcop. & Cleric. Iacobinus de S. Georg. in l. heres absens, § si quis tutelam, ff. de iudit. & Alciat. respons.* 13. *nu.* 2. *lib.* 2. & ab his neque discedit *Conarr. pract. quæst. cap.* 11. *ante num.* 7. *Auiles in cap. prætor, & cap.* 27. *num.* 7. vbi inquit magnam esse Alexandri authoritatem, & *Octauius Caracciolus de fori priuilegiati remissione cap.* 45. *nu.* 7. ea ex ratione, quia feudatarij eorum priuilegiorum virtute priuatiuè ad Regem, iurisdictionem habent, vt affirmat *Abb. in cap. cæterum de iudic.* quem sequitur *Felinus in cap. pastoralis de offic. ordinar.* & *Thesaur. decis.* 266. *num.* 4. quamq; meam conclusionem ex nostratibus firmat *Dom. Reg. Tapia in tom.* 3. *iuris Regni tit. vbi de crimine agi oportet pragm.* 1. *num.* 49. vbi decisum inquit ad fauorem Illustris Bisiniani Principis, *Dom. Reg. Rouitus, ex Auendano respons. vltim. num.* 6. *versic. quinto conclusio, super prag.* 2. vbi *de delict. quis condemnari debet, nu.* 6. quem insequitur *Auus meus in addit. ad Dom. Consiliar. Capyc. decis.* 9. *num.* 3. necnon tradunt *Nouarius in tract. de Priuileg. miserabil. personarum, priuileg.* 97. *& collect.* 223. *super pragm.* 1. *num.* 1. *eodem tit. vbi de delic. quis condem. deb. Thor. in compend. decis. p.* 1. *&* 2. *verb. remissio causæ, & Visconte in suis conclusionib. verb. Baro post sententiam*, & in hanc videtur inclinare sententiam. *Dom. Regens Sanfelicius in eius famigerata decis.* 419. *tom.* 3. & meminit *Dom. Regens Capyc. Latr. decis.* 155. *nu.* 13. *lib.* 2. ac Dominos *Tapiam, & Rouitū* sequitur *Dominus Regens de Marinis lib.* 1. *resol. quotidian. cap.* 34. *num.* 4. vbi testatur sic semper

in

in his supremis Tribunalibus practicatum, & decisum fuisse ac pro Baronibus semper respondisse, & nouissimè ita tuetur in obseruatione ad *decis.* 268. *Domini Regentis Reuerter.* & non dissentiunt *D.Consf.Rocc.responsf.*54. *tom.* 2. *Danz. tom.* 3.*de pag.D.D.tit.de sent. foriudic. cap.* 15.*à num.*28.*& tit. de minor. in delict. excusand. integro cap.* 6.*Marott.discep.forensf.cap.*7.*num.* 58.

12 Nec obicem facit *decisio* Collateralis Consilij in causa Illust.Ducis Summæ cum Regio Fisco, sub die 9. Septembris 1559.per quam fuit decisum, sententiam foriudicationis esse exequẽdam,non obstante remissione petita,citra præiudicium priuilegiorum Ill.Ducis, quam decisionem allegat,& notat, *Vinc.de Anna sing.* 56.& scripsit *Dom.* Reg.*Reuert.dec.*268.qui asseuerat,Regium fiscum semper in possessione, seù quasi fuisse, vt nunquam ad Barones remittantur vassalli,qui à M.C.sententia medietate.fuerunt foridiudicati declarati, etenim contra decisionem notat idem *Dom.Reg.de Marinis in obseruat. mòx memorata*, quod disposita in eadẽ decisione loquuntur,& habẽt locum in causis foriudicationis lata sententia, & foriudicato carcerato, ex ratione considerata *à dicto Danza eodem lib.*3.*de pugna Doctorum tit.de senten. foriudicat.cap.*15.*à num.* 36.quod cum antequam foriudicationis sententia proferatur, tot præcedant sollemnia, præsumptio est, vt Baro de illis notitiam habuerit, ex qua veniat tacitus Baronis consensus,qui proroget Iudicis superioris iurisdictionem, in cœteris verò casibus verissimam existimat conclusionem,posse Baronem in Regno nostro,tam in ciuilibus, quam in criminalibus petere remissionem pro causis vassallorum post prolatam sententiam à Tribunali superiore, quam conclusionem pro indubitato firmat, quidquid sibi dixerit *Dom. Reg.Sanfelic.decis.*69. eamquè tuetur doctrina *Andreæ in cap. imperialem*, §.*præterea*, *num.* 79. *de prohib.feud.alien.per Feder.& in* §. *nec dominus,post numerum* 48.& se ipsum allegat in *d.lib.*1. *quotid.resol.cap.* 34.*num.*5.

Minùs obstat doctrina *D. Capiblăci de iure,& officio Baron.lib.*1.*prag.*8.*p.* 2.*num.* 94.*& lib.*2.*cap.*49.*num.*14.& eiusdem *D.Consil.*Rocc.*eod.to.*2.*responsf.* 37.*num.*2.etenim tuentur *Annæ singul.* 56.qui refert citatam decisionem *Dom. Reuerter.*quæ habet locum, & loquitur in condemnato per sententiam foriudicationis; & de remissione in causa ciuili post sententiam loquuntur etiam *Francisc. Seuerin. in resol.*9.*sub nu.*2. *post q.forensf.Io: Mar.Nouar.to.*2.*f.*197. *Thor.p.* 3. *comp.sec.*3. *verbo, remissio causæ, Consf. Carleual de Iudic.lib.*1.*tit.* 1.*disp.*2.*q.*7.*sect.*2. *num.*811.

RITVS CCVI.

ITèm seruat ipsa Curia, quod si aliquis bãnitus ad tertiam, vel ad sextam partem bonorum cõdemnatur: potest comparere illo sero,quo condemnatur,vel bannitur: vsquè ad primum somnum,scilicèt coram Regente, vel alio officiali, vel magistro actorum,vel altero eorum, & Curia scribit comparitionem eius:& dicit, quod talis comparuit dicto die banni, vel condemnationis, adhùc ipsa pro tribunali Curia sedente, & licet in rei veritate quando comparuit idem bannitus, vel condemnatus: Curia nõ sedebat ,posito quod compareat eadem die, vsq; ad primũ somnum:non remanet tùnc bannitus, vel condemnatus: & idem in alijs decretis: puta, in decreto

quod imponitur contra testem non comparentem, citatum ad pœnam quatuor vnciarum (vt fit per ipsam Curiam) vt compareat perhibiturus testimonium veritatis: quia in eadem citatione à tergo scribitur decretum, & vocatus non comparens, condemnatur ad quatuor vncias, accusata contumacia per aduocatum fisci, vel per alium, ad cuius petitionem fuerunt citati: si non proceditur ex officio: sed alio modo ciuilitèr, vel criminalitèr contumacia prima accusatur per partem, quæ fecit citare, sed secunda accusatur per ipsam partem, & Aduocatum fisci; quia in secunda contumacia fit condemnatio, vbi est commodum Curię: & idem seruatur in omnibus condemnationibus fideiussorum (qui eodem modo condemnantur per decretum, quod scribitur à tergo) si compareant eodem die, vsquè ad dictam horam cum principali, quem præsentant; aliàs secus, quia remanent condemnati, extenderentur in aliam, & ita magis extensè, puta, si expediret aliter in dicta citatione requisitionis eorum condemnatur postea; tamen si expediret, quod fieret testimoniale, vel alio modo, & idem in omnibus condemnationibus interlocutorijs, & quocunq; decreto, vel interloquutoria, si quis tamen bannitus sit, compareat, debeat dare fideiussores de stando iuri infrà tres dies, alias remanet bannitus, sunt autem prædicta vera, si prædicti dicto sero (vt dictum est) compareant personalitèr, siuè sint ciuilitèr, siuè criminalitèr condemnati, vel banniti, & non per procuratorem, etiam si procurator veniat, Curia sedente pro Tribunali, si tamen scriptus est ille actus, videlicet, lata est dicta interloquutoria, quia procurator pro tali comparere illo sero non potest, secundum antiquam obseruantiam dictæ Curiæ, de ciuilitèr condemnato, vide in Ritibus dictæ Curiæ prædictis vltimum Ritum, & quia plerumquè.

SVMMA RERVM.

1 *Ritus iste quamuis iuxtà Carauit. essatum vendicet locum in bannito pro causa criminali, non autèm pro causa ciuili, procedit tamèn in liquidationibus instrumentorum.*

2 *Debitor citatus super tenore instrumenti, contumaxq; effectus, si de sero comparuit, contumaciam euitabit.*

3 *Hæc comparitio coram quibus fieri debeat.*

4 *Quæ adimplere debeat debitor die sequenti, cum praxi, traditur.*

5 *Citatio requisitoria quæ sit, & quando fieri debeat.*

6 *Si inquisitus compareat quid sit agendum.*

Fideiussionis de stando iuri sit mētio.

7 *Primus somnus quando dicatur.*

8 *Comparitiones de sero àn præsentari possint per procuratorem.*

9 *Decisio apud Reg. Sanfelic. 32. par. 1. in dubium fuit reuocata in causa liquidationis instrumēti contra Principem Petræ Elcinæ, instantibus Gubernatoribus Montis Chiusani, & septem Operum Misericordiæ.*

10 *Nouissima determinatio S. C. adducitur.*

11 *In*

11 *In causa liquidationis procurator admittitur pro absente, cum speciali mandato.*

Procurator est pica, & organum principalis.

12 *Determinatio apud Reg. Sanfel. habet locum in absente, tali parua distantia loci, vt possit comparere.*

13 *Traditur intellectus prag. 8. de instrumen. liquidat.*

14 *Admittitur de iure communi procurator, quando pro crimine venit imponenda pœna pecuniaria.*

15 *Quamuis negligentia procuratoris noceat domino, hoc tamen restringitur in principali absente, cui etiam succurritur sanctissimo in integrum restitutionis remedio.*

16 *Procurator an admittatur ad præsentandum nullitates aduersus decretum M. C. V. quod debitor remaneat condemnatus.*

Decisio M.C.V. recensetur.

17 *Somniorum adiungitur perbreuis, sed vtilis sermocinatio.*

1 Ritus iste quamuis iuxtà *Carauita* effatum, vendicet locum in bannito pro causa criminali, non autèm pro causa ciuili, procedit tamèn in liquidationibus instrumentorum, citatus namq; supèr illorum tenore personalitèr comparere obstringitur, vt pluriès insinuauimus, & testatur super hoc *Ritu R. Tapia lib. 3. Iur. Regn. Neap. tit. de purgat. contumac. pag. 91.* cuius meminit *Iudex de Angel. ad Foller. in prax. crim. tit. vers. citat. compar. n. 1.*

2 qui quidem citatus debitor iam ritè, & rectè, creditore vrgente, Curia pro Tribunali sedente, cōtumax reputatus, si de sero cōparuerit, contumaciā purgabit, ac pœnam euitabit, idquè licebit vsque ad primum somnum, antiquitus coram Regente, hodiè coram vno ex Iudicibus M.C.V. in ciuilibus, vel

3 in criminalibus, in Audientijs coram Auditoribus, & in alijs locis coram officiali, *Robert. consid. 4. num. 37. de Franch. dec. 685. Pand. de present. instrum. p. 4. declar. 5. nu. 46. Auns meus ad Gramm. decis. 50. num. 10.* & post *Carau.* hoc *in Ritu*, & *in Ritu 93. sub num. 3. in 3. notab.* admonent *Galter. in prax. instrum. 2. par. 3. & vlt. par. princ. rub. 1. num. 3. Thor. vot. 84. nu. 357. lib. 1. & p. 1. compend. verbo, comparere de sero*, & non aliter coram Actuarijs ad fraudes vitandas, ex dispositione *pragm. 13. de offic. Mag. Iustitiar.* quin obstringitur debitor die

4 sequenti ostendere actuario causarum ciuilium mensario cedulam Iudicis manuscriptam, ac personalitèr iterùm comparere in prima sequenti Curia, & instare, vt procedatur ad interrogationem, seù liquidationem instrumenti à creditore petitam, quo præsente, fiet liquidatio, si verò absfuerit, durante Curiæ regimine, debitor, præuia instantia, licentiam obtinebit, hæcq; secunda comparitio insistētia nuncupatur, quam si debitor non egerit, contumacia firma remanebit, haud obstante comparitione de sero, vt sanxit antecedens *Ritus 204.* vbi de sero scripsi; necnon memorata *prag. 13. §. itē quod*, *Carau. Ritu 166. n. 11. Galter. mem. loco, n. 4.*

5 Et ad resecandum creditorum dilationes, inuenta fuit practica, quæ subuentum fuit creditoribus contra prædictos, & licentiatos Curia sequenti, quæ est, vt creditor expediri faciat citationem requisitoriam, vt debitor licentiatus prima die iuridica cum cōtinuatione aliarum sequentium, nulla contumacia incusanda, vel triduo expectando, personaliter compareat ad respondendum, & ad faciendum liquidationem, iuxtà formam *Ritus*, & facta relatione, prima die iuridica absquè accusatione contumaciæ vocatur, & si non comparet, condemnatur, & si prima die non fuerit vocatus, poterit alia die vocari, ob illam clausulam in citatione contentam, scilicet, cum continuatione sequentium, & si non comparet condemnari, & hoc semper infrà mensem, si requisitio facta est in Ciuitate, & districtu, & si extrà, infrà duos

duos menses, vt notat *Galter. add. loco num.* 5. tradens practicam, vt non expectetur triduum, fundari ex *Ritu* 97.

6 Inquisitus verò si tunc compareat, vel carcere mancipatur, vel fideiussoribus relaxatur de stando iuri, de qua fideiussione scripsit *Muscat. in prax. fideiuss. par.* 1. *modo* 12. ipsaq; cum sit eadem, quæ & illa de Iudicio sisti, vt ille asserit, propterea videantur, quæ de illa loquentes scripsimus *Ritu* 211. aliquando etiam fit illi mandatum, vt non discedat à palatio sub pœna vnciarum quinquaginta, quando delictum est paruum, vt testatur *Dom. Reg. Tap. super memor. rit.* 204. *lib.* 3. *iur. Regni.*

7 Sed quota hora noctis dicatur primus somnus, incertum est, ob temporum varietatem, in quibus noctem latiorem quandoquè, angustiorem verò nonnunquam cernimus, tametsi primum somnum hoc in loco intelligi in media nocte, commoneat *Pannus in suis comment. de præsent. instrum. p.* 4. *declar.* 5. *num.* 46. quod à iure communi quoquè deducit, permittente eidem citato pro tali die comparere ad mediam vsquè noctem subsequentem illum diem, per *Alex. Ias.* & alios *in l. more maiorum, ff. de ferijs*, quibusdam additis explicationibus relatis per *Tiraquel. de retract. tit.* 1. §. 1. *Glos.* 11. Id autèm quod de sero expletur, vtrum de nocte fieri dicatur, notat *Alberic. in opere statut. rub.* 19. *in* 2. *par.* & pulchrè *Bar. in l. Qui duo, de manum. testam.*

8 An autèm admittatur excusator, seù procurator infrà tale tempus purgandi moram, idest vsquè ad primum somnum, præsentando pro citato comparitionem de sero, allegans illum reperiri infirmum, vel absentem. *Reg. Sanfelic. dec.* 32. *par.* 1. *num.* 5. testatur, ipso instante vti in M.C. fisci Aduocato, decisum à S.C. comparitiones de sero non posse exhiberi à procuratoribus, sed ab ipsismet principalibus, cuius memor est *Thor. in supplem. compend. decis. verbo, Excusator, seù procurator*, & *verbo procurator.*

Quæ quidem decisio *Reg. Sanfelic.* nouissimè in dubium reuocata fuit in causa Gubernatorũ Montis Chiusani, & Septem Operum Misericordiæ, ad quorum instantiam citatus Princeps Petræ Elcinæ, & Castellionis super tenore duorum Instrumẽtorum pro summa ducatorum 29000. cum esset absens, & infirmus procuratorem in causa cõstituit V.I.D. Antonium de Viuo, cum speciali mandato ad comparendum etiam de sero, ipsumquè principalem excusandum, munito omnibus requisitis municipalis sanctionis *in prag.* 8. *cap.* 8. *de Instrum. liquid.* Vocatoquè Principe in prima Curia, procurator vigore specialis mandati de sero comparuit, purgando contractam contumaciam, fuitq; talis comparitio subscripta à Dom. Iudice D. Marcello Marciano integerrimo nũnc Consiliario, qui mandauit, vt notaretur dies, & de ea haberetur ratio, quæ de iure habenda esset, & postea die immediatè sequenti, *Dominus* tũnc *Iudex Io: Baptista Hodierna*, dignissimè etiam in Consiliarij munus ascitus, cum esset hebdomadarius decretum interposuit, nè reciperetur memorata comparitio, quo tunc fisci Patronus emeritissimus D. Cons. D. Thomas Carauita fretus, pœnã exigere instituit. A quo reiectionis decreto Princeps ad Catholicam Maiestatem (quam diù Omnipotẽs incolumem seruet) siuè spectabilem eius S.C. Præsidentem prouocauit, & notificatis creditoribus, & fisco, impartita fuit appellatio, & iniunctũ M.C.V. quod verbum faceret in S.C. *factaq;* tandèm *relatione ab eodem Dom. Hodierna*, sub die 6. Iunij 1658. in aula Dom. Marchionis Oliueti Consil. Marci Antonij Cioffi, votantibus cum eo D.D. Consil. Io: Baptista Muscettula, Hortensio Pepi meo Socero, & Ascanio Ractano, Audito eodẽ Dño Fisci patrono, manauit è

10 supremo senatu decretum. *Certioretur S.E. & interim M.C.V. prouideat, quod supersedeatur in exactione pænæ*, penès ma-

magnificum secretarium S. C. in Banca Albani Act. M. C. patrocinante pro Principe, eximio Viro Carolo à Mangrellis Aduocato famigerato.

Etenim, etsi procurator in causa liquidationis non admittatur *Carau. in Ritu* 182.*num.* 9. *Affl.dec.*64.*Galter.de liquid. instrum.consid.*3.*num* 10.id tamèn restringitur pro debitore absente,
11 & infirmo, ex *pragm. 8.memor. sanctione*, qua dùm procuratori facultas impartitur comparendi,licebit quoque de sero comparere, & contumaciam purgare,cum sit procurator pica,& organum principalis ad *tex. in l. certè,§. 1. ff. de procur. R.de Marin.lib.*1.*quotid.c.*187.*nu.*7.& ad certa negotia ille constitutus gerere quibit ea,quæ consuetudinis sunt, *Reg. de Ponte cons.*53. *num.* 18.*vol.*1.quin,determinatio à R.
12 *Sanfelicio* recensita intelligi debet in principali debitore existente in loco Iudicij, vel saltem absente tali distantia loci, itaut comparere valeat personalitèr vsq; ad mediam noctem ad primum somnum, & ad Galli cantum, non autem quando adest distantia magna, proptèr quam penitus debitori citato super tenore instrumenti licet comparere, & colligitur etiam ex verbis eiusdem *Reg.Sanfelic. in ead.decis.* 32.*num.*5. ibi, *Fuit dubitatum in S.C. an sit admittendus procurator infrà tempus purgandi moram, idest vsq; ad primum somnum,præsentando comparitionem de sero, allegans citatum reperiri infirmum, vel absentem in loco, in quo potest accedere Iudex ante primum somnum.*)Ecce ergo quomodo euidentèr apparet, quod decisio prædicta procedit in distantia parua,non magna.

Insupèr dicimus, memoratam *deci-*
13 *sionem* emanatam è S. C. instante fisci patrono fuisse tempore Præsidis de Ponte in anno 1617. superuenit deindè supradicta *Reg. Prag.*8. de anno 1632. per quam conceditur facultas debitori absenti comparendi per procuratorem, qui omnia potest facere, quæ principalis facere posset,& quamuis in *d.cap.*8. dicatur, quod procurator specialis omnes scripturas præsentare debeat Curia pro Tribunali sedente, attamen id intelligitur de supplicatione, & alijs scripturis, quæ elidere possunt liquidationem instrumenti, quas procurator tenetur præsentare, Curia sedente pro Tribunali, prout principalis tenebatur,nec potest intelligi de comparitione de sero,nàm ideò vocatur comparitio de sero, ex quo non præsentatur,nec præsentari potest, Curia pro Tribunali sedente, sed debet subscribi à quocumquè Iudice, & posteà die immediatè sequenti antè sonum campanæ præsentatur, vt diximus, & semper ex antiquissimo stylo fuisse obseruatū,& practicatū,certū est.

Amplius supradicta *decis. Reg. San-*
14 *fel.*& obseruantia indè sequuta,dubitari non potest, quin corrigat ius commune,nàm hodiè debitori periuro non imponitur pœna corporalis, sed tantùm pecuniaria, quæ fisco applicatur, quo casu de iure communi,quando pro crimine venit imponenda pœna pecuniaria, tunc procurator admitti debet, prout est *tex.* formalis *in l.* 1. *§.planè*, *ff. an per alium causæ appellationis reddi possint*, & ideò non mirum si prædictus *D. Reg. Sanfel.* nihil allegauit ad fundandum eius *decis.* quia non solum in causa liquidationis instrumēti in prędicto articulo de iure cōmuni nil allegare poterat, ad tuendam eius instantiam tanquam fisci patroni, quia alitèr de iure erat dispositum, vt habetur *in d. l.* 1. quæ habet locum, vt admitti possit procurator, etiam si pœna pecuniaria sit subrogata in locum pęnæ corporalis,prout in specie, ex *Bar. Bal. Odofr.Imol. Salic.* & alijs, probat *Gram. in cons.cit.* 37. *num.* 1. & 2. & ideò, dum dicta decisio fuit facta, instante fisco, & ius commune correxit, quatenus esset obseruanda, restringi debet, non autem debet extendi, & ampliari, etiam ad casum nostrum,scilicet,quando debitor citatus nullo modo potest cōparere personalitèr, propter

tèr longam loci distantiam, nàm quando agitur de correctione iuris communis, non debet fieri extensio, etiam existente identitate rationis, Imò etiàm existente maioritate rationis, vt voluit *Bart.* & communitèr DD. *in l. præcipimus*, C. *de appell.* nàm quando lex municipalis, vel statutum est exorbitans à iure communi, debet quantum potest restringi, & strictè interpetrari, vt minus quam possit lædatur ius comune, *l. quicquid astringendæ, vbi DD. ff. de verb. oblig. l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. c. cum. dilectus, de consuet.* quinquatenus hic articulus esset dubius, prout nō est, adhuc quando cōtrouertitur, àn procurator sit admittendus, vel nè, eo casu certè procurator debet admitti, vt docuit *Bar. in l. prætor ait, ff. de dam. inf. Bal. in l. elegāter, §. pen. ff. de dolo*, quos refert, & sequitur etiā *Gram. in supracit. conf. 37. nu. 6. fol. mihi* 331. pro Reo est iudicandum, *l. fauorabiliores* 173. *ff. de reg. iur. & l. semper in dubijs, ff. eod. l. Arrianus, ff. de act. & oblig. l. absente, ff. de pæn. cum concord.* & in dubio similitèr est iudicandum, vt pœna euitetur, & vt quis excusetur à mora, & contumacia, prout ex *Cranetta Honded. & alijs*, probat *D. Cons. Staib. resol.* 173. *num.* 17. *&* 18. *& in resol.* 176. *num.* 96. *&* 97. *tom.* 2. & similitèr in dubio est iudicandum, aliquem non esse periurum, *ex Beroo conf.* 149. *num.* 1. *Ceph. conf.* 25. *num.* 53. *tom.* 1. *& alijs*, probat *Caualc. in decis.* 9. *p.* 1. *nu.* 36. *fol. mihi* 34. quem refert, & sequitur *Fab. de Ann. in addit. sing.* 624. *Io: Vincent. de Anna eius patris*, & dum fiscus in præsenti thesi agit de lucro captando, & pœna exigenda, non autem de damno euitando, similitèr in dubio contra ipsum est iudicandum, vt *in l. non puto, ff. de iur. fisci, cum concord.* & similitèr etiam in dubio semper procurator est admittendus, prout supra cum *Bar. Bald. & Gramm.* fuit probatum.

15 Et tandèm aduertimus, quod etiam dato, quod procurator non esset admittendus, adhùc quando ille fuit negligens ad comparendum, ad appellandum, vel ad reclamandum infra decem dies, quo casu sententia S.R.C. exequitur absquè cautione, ipso procuratore existente nō soluendo, admittitur principalis, cui competit restitutio, iuxta tradita per *Affl. in decis.* 344. *vbi Vrsill. Sfort. Oddus de rest. in integr. p.* 2. *q.* 69. *num.* 24. *pag.* 137. & videndi *Cepolla* qui constituit regulam, & limitationes *cautel.* 57. *iste articulus, num.* 2. *Consil. Hodiern. ad Surd. dec.* 4. *sub num.* 14. *Gram. in conf.* 117. *num.* 1. *&* 2. vbi probat, quod quamuis contumacia, seù negligentia procuratoris in comparendo, vel appellando noceat Domino, attamen hoc non habet locum, vbi principalis esset absens, & ignorans, & causa agitaretur per procuratorē, quia tùnc non potest imputari Domino, quod voluit etiam *D. Reg. Rouit. in prag.* 5. *num.* 5. *de offi. S.R.C.* & ad peius, competeret saltim in hoc casu dicto Principali absenti restitutio inintegrū, ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa videbitur*, vnde sanctissima iura, titulum integrum condiderunt, restitutionem in integrum etiam maioribus concedendo, vt *in tot. tit. ff. ex quibus causis maiores in integ. restit. & Vulp. in l. sed, & si per Prætorem* 26. *eiusd. tit.* §. *item inquit Prætor*, vbi dicit *text.* infrascripta verba, *Si qua mihi alia iusta causa videbitur, in integrum restituam; multi enim casus interuenire potuerunt, qui deferrent restitutionis auxilium, nec sigillatim tamèn enumerari potuerunt, vndè quotiès æquitas restitutionem suggerit ad hanc clausulam erit descendendum*, & deindè dixit infrascripta alia verba, *Et sæpissimè constitutum est adiuuari eum debere, siuè habuit procuratorem, siue non*;

Et nè in proprijs terminis liquidationis instrumenti desit authoritas, prodeat in medium idē *D. R. Sanfel. in eius praxi, sect.* 36. *n.* 35. *fol.* 146. vbi profert hæc verba, *Hanc verò restitutionem omninò non esse denegandam contumacibus super tenore instrumenti virtute*

Ri-

Ritus censeo; si .n. comparent, allegando inpromptu instam causam, audiendi essent, & consimili in casu ita testatur fuisse decisum per S.R.C.

Verùm in hac materia liquidatio-
16 nis instrumenti, præterire nolo determinationem nouissimè per M.C.V. factam in causa D. Antonij Caracciolo, cum Duce Belcastri; Etenim certum est, quod, comparente debitore in vltima Curia, cum scripturis aduersus instrumentum, interponi solet decretum, *quod remaneat condemnatus & pœna ponatur in libro, verùm non exequatur, donèc visis scripturis extrà bancam alitèr fuerit prouisum*, quod si scripturæ, & oppositiones fuerint postmodùm reiectæ, si debitor est præsens, vinculis mancipatur, alitèr expediuntur literæ exequutoriales, & ampliùs debitor non auditur, nisi facta integrali solutione, ex *pragmatica* 8. *capit. 7. vers. verò, de instrumen. liquidatione*, cuius meminimus *in Ritu 166. num.*218. Admittuntur tamèn nullitates aduersus dictum decretum propositæ infrà tempus à *Reg. pragm.* præfixum; Vnde aduersus decretū M.C.V. iunctis Aulis, latum contra dictū Ducem, sub die 11. Martij 1661. quo prouisum fuit, pœnam poni in libro, fuerunt exhibitæ nullitates à procuratore dicti Ducis, quas renuit Actorum Magister recipere, vti non præsentatas à principali, sed à simplici procuratore generali ad omnes causas, & obtenta pro parte eiusdem procuratoris ab Ill. Dom. Præsid. S.C. decretatione, quod M. C. V. specificè prouideret, si essent recipiendæ nullitates, ex eadem M. C. iunctis quoq; aulis, manauit decretum die 18. Martij prædicti, *quod recipiantur nullitates, referente D. Iudice Padilla*, in banca Auersanæ; in actis cuius interlocutoriæ alia fuerunt producta exempla confirmantia eiusmodi prouisionem. Dura quidem hæc determinatio nonnullis visa fuit, vti expressè repugnans Rituum dispositioni, potissimùm *Rit.* 109. quo prohibetur procuratorē admitti, etiā ad media in causa liquidationis instrumenti, & ex hoc *Ritu* affirmare videntur, *D. Reg. Rouit. in pragm.* 1. *n. 36. de offic. Baiul. Franc. Ant. de Robert. in prax. liquid. instrum. consid.* 4. *num.* 10. *Pand. in* 2. *part.* 24. *decl. num.* 95. post *Affl. decis.* 64. *Galter. in prax. 3. par. princip. rub.* 4. *aud. excus. num.* 1. & diximus nos eodem *in Ritu* 109. *tom.* 1. & hoc ad instar causæ criminalis, *cap. veniens, de accusat. l. penul.* §. *ad crimen, ff. de publ. indic.*

Sed pro tuitione decreti M. C. dicimus, procuratorem debitoris, etiam in contumaciam condemnati admitti ad nullitates proponendum, iuxtà *De Franch. dec.* 232. & quamuis in causa criminali inquisitus, nisi personalitèr compareat, regularitèr non audiatur, tamèn etiam condemnatus, si petat sē- tentiam in ea latam declarari nullam, eius procurator admittitur, *Glos. in cap. hoc quippè, ver. de expulsis*, 3. *q.* 6. post *Aret. & Bal. Marsil. in prax. crimin. verbo, Audiantur accusatores, num.* 3. & ab agnatis, & cognatis proponi possunt nullitates sententiæ foriudicationis, quando patent ex eisdem actis, 'extrinsecas probationes non exigentes, etiam foriudicato non existente in fortijs Curiæ, *De Franch. dec.* 688. *P. de Affl. contro. iur. resol. cap* 11. *nu.* 4. *&* 9. confirmant tradita à *Ruginel. de appell.* § 4. *c.* 2. *R. Capyc. Latr. dec.* 200. *R. Sanfel. dec.* 299. *et dec.* 312. *Anichin. de praeuen. instr. c.* 2. *dub.* 5. *sub n.* 137.

17 Cæterùm, multa ad somnum pertinentia præterimus, quia non adeò vtilia, in somnis tamen, quia somnia nonnunquam contingunt, in quibus multa solent accidere, quorum habere cōgnitionem, animæ non parum confert, ideò ea saltèm remissiuè inuoluere silentio abnuimus. Quod igitur ad illa attinet, seclusa reuelatione, qualem habuit in interpretatione somniorum, *Ioseph Genes.* 41. *& Daniel cap.* 2. *&* 4. non posse ex somnijs haberi de futuris contingentibus, nisi leuissimam coniecturam,

&auram, quæ vix prætergrediatur limites suspicionis, inquit *Gregor. de Valent. to. 3. disput. 6. q. 12. punct. 3. vers. tertio;* extatquè oraculum Diuinum, *Ecclesiast. 34. Multos errare fecerunt somnia, & exuderunt sperantes in eis.* Non tamèn ignoro Pythagoram, & alios Platonicos, & Stoicos multum somnijs tribuisse, quin, & somnia aliquando diuinitus immitti, quod ex sacris literis constat, & non solùm pijs, ac bonis viris, verùm impijs quoquè, & impuris, exemplumquè legimus in Pharaone, & Nabuchodonosore; à natura etiam plerumquè contingere instruimur, tùm experientia, tùm *Macrobij* verbis *lib. 1. de somno Scipionis c. 3.* Interdum etiam prouenire pro varia corporum temperatione, & dominantium humorum occursu; aliquando demonis opera, & ministerio, teste *Azzorio lib. 9. institut. moral. cap. 17.* qui prætereà animaduertit, ex ipsis somnijs, posse multa naturaliter intelligi; ipsorum verò somniorum genus in quinque species Platonici distribuunt, quas idem *Macrob. eod. memorato loco* refert: Causas verò somniorum quatuor esse, earumquè duas esse corporales, reliquas verò duas esse spirituales, & vnamquamq; earum habere intrinsecam, & extrinsecam causam, docet *Diuus Thom. 2. 2. q. 12. art. 6.* & declarat *cit. Valent. eod. punct. 3. vers. minor verò probatur*. Quæ coniectatio ex somnijs licita sit, quæuè illicita, deque hac tota re plura eruditè collecta, videre est apud *Martin. Delrium, disquisit. magicar. lib. 4. q. 6.*

RITVS CCVII.

ITèm seruat ipsa Curia, quod si in vna citatione sunt multi (quotquot sūt citati) & pars actrix, vel accusatrix fecit vnum condemnari tantùm, vel banniri, & condemnari semèl, (vt fit contra contumaces) non potest demum alios condemnare, seù condemnari facere, vel banniri alijs diebus sine noua citatione, & processu, & similiter, si vnus eorum citatorum venerit tanquam obediens, & die quo venit fecit scribere comparitionem suam, & sequenti iuridica fecit condemnare actorem in tribus tarenis, vel accusatorem in sex: & licentiatus recessit: (vt fit semper) omnes alij citati in ipsa citatione, sunt licentiati, & non possunt banniri, nequè condemnari sine noua citatione.

SVMMA RERVM.

1 *Vno ex debitoribus insolidum licentiato, omnes alij conrei licentiati dicuntur, & quarè.*
Contumacia Actoris circumduci citationem probatur.
Citationis cum termino dierum pro primo, secundo, ac tertio, & peremptorio termino fit mentio.

2 *Comparitio vnius ex debitoribus citatis alijs correis prodest.*
Vnius constitutio in carceribus, etiam proprij domicilij alios excusat.

3 *Multis in casibus vnius ministerium opitulatur conreis.*
Rescriptum propterea concessum vni ex creditoribus, alijs prodest.
Appellatio vnius iuuat alijs. Idem in remedio nullitatis.

4 *Inuentarium ab vno legitimè confectum, àn prosit cæteris alijs, qui illud non confecerunt.*
Restitutio aduersus inuentariū omissum competens minori àn iuuamen afferat cohæredi maiori.

5 *Depositio à creditoribus principalibus præsentibus in Iudicio est facienda, &*

& non absentium.
Creditores immißi videntur vno immisso in possessionem.
Sequestrum ad instantiam vnius factum, iuuat alijs.
Graduatio censetur facta respectu creditoris non comparentis, quoad contractuum rescissionem.
6 *Si plures conrei fuerint citati, sed non omnes vocati, àn non vocatus poßit comparere, & vocatos excusare.*
7 *Requisitoria subscribi nè debeat à Iudice.*
8 *Creditor, qui plures citare facit, potest contra non comparentes accusare contumacias, & contra comparentes ad liquidationem procedere.*
9 *Aduocato absente, àn retardetur expeditio causæ, & expectari debeat eius aduentus.*
10 *Citatio super tenore instrumenti si fuerit expedita ad instantiam plurium creditorum, àn incusatio contumaciæ poßit expleri ab vno pro tota sũma.*
11 *Intellectus traditur l. ex duobus, 16. ff. de duob. reis.*
12 *Per simplicem citationem lis àn contestetur, quid in actibus executiuis.*
13 *Instrumentum guarantigium dicitur sententia.*
14 *Contumaciæ incusatio non est actus solutionis recipiendæ, sed perfidia conuenti non comparentis emendatio.*
15 *Petitio ab vno reorum credendi alijs prodest, quoad interrumpendam præscriptionem.*
16 *Diuisio per creditorem recipientem partem ab vno ex conreis insolidum obligatis quando dicatur inducta.*
17 *Facta petitione in iudicio contra omnes, sententia non exequitur pro virilibus portionibus, si creditor vsus fuerit clausula, insolidum.*
18 *Compilato Iudicio nullitatis contractus contra vnum conreum credendi à communi debitore, àn liquidari poßit instrumentum ab alijs conreis credendi.*

Tom. II.

1 EX hoc *Ritu* deducitur, quod si ex pluribus citatis pro eadem causa, vnus tãtùm compareat in vltimo peremptorio, qui quoniam non comparet actor, incusat ei contumaciam, faciendo ipsum sequenti die condemnare, & seipsum à Iudice licentiare, iuxta practicam rescriptam à *Carau. in Ritu* 218. non possit actor postmodum venire, & incusare contumaciam contra non comparentes, etiam quod sit infrà mensem, vel duos, cuius ratio redditur in *Ritu*, quia vno licentiato, alij sunt licẽtiati, eo quia cessat illius vigor ob comparitionem vnius ex citatis, tùm quia vnius comparitio prodest alijs, *l. si qui separatim, §. fin. ff. de appell. Galter. in prax. instrum. 2. p. 3. p. rub. 1. num. 3. Thor. vot. 84. num.* 357. tum quia declarare fecit actorem contumacem, & consecutiuè conreis ipsis proficua iam dicta declaratio, ex prædictis, necnon ex *decis. Genue, Flaminij Chartarij 65. num.* 4. tùm demum propter contumaciam prædictam ipsius actoris, cuius causa circumducitur citatio, teste *Luca de Penna in l. 3. vers. tertio quaritur, C. de commeatu lib.* 12. vbi prætereà discutit, quid faciẽdum, cum citatio continet terminum aliquorum dierum pro primo, aliorum pro secundo, & aliorum pro tertio, vltimo, & peremptorio termino assignatorum, & Reus comparuerit in primo, ac secundo, non actor, in tertio verò actor, & non Reus, cuius scripta, ne quæso perlegere, omittas, quandoquidem citationes huiusmodi conceptas verbis plerumquè nedum, at quotidiè videmus, in Curijs præsertim Ecclesiasticis frequentes esse.

2 Hinc si plures insolidum obligati fuerint citati super tenore instrumenti, vnius comparitionem sufficere ad moram purgandam, diximus in *Ritu* 166. *num.* 159. multis DD. fretus authoritatibus, quibus addimus *Nouar. qq. forens. par. 1. q. 21. num. 12. Consil. Rocc. respons. 17. num. 13. to. 2. P. de Afflict. controu. iur. resol. cap. 11. num.* 17. adeò

quod facta incusatione contra omnes, vnius constitutio in carceribus alios excuset, omnibusq; prosit, decisum refert *Reg. de Marin.lib.1. quotid.resol. cap.193.à num.3.Anton.Mocc. in sylu. cas. forens. cap. 59. num. 13.* etiam si constituatur in vinculis proprij domicilij, idem *Reg. de Marin.add. cap.94. num. 3. Reg. Sanfelic. decis.153. P.de Affl.add.loco cit.n.20.Thor.p.3. comp. dec.sec. 1. verb.debitor condemnatus.*

3 Quin, & alijs multis in casibus, experimur vnius ministerium opitulari conreis, & nos tetigimus in *Ritu* 230. Etenim rescriptum concessum vni ex creditoribus alijs prodest, *Thor. vot. 85.n. 13. par. 1.* appellatio vnius iuuat alijs, *l. si qui separatim, 10.ff. de appell. & relation. Monter. decis. 41. Barz. decis. 45 Maynard. decis. Tholos. 74. Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 17. num. 485. Fab. defin.1. C. si vnus ex plur.appell.* idem in remedio nullitatis, *cens.diuersor.decis.60. in fin.*

4 Inuentarium ab vno legitimè confectum alijs prodest, ex *l. si communem, ff. quemadm. seruit. amitt. Bertran. ab Angentrè ad Consuetud.Ducat.Britann. tit. de success.& Partages, art.5. §.hæres, num.3.Glos.de commissorie, Escob. de ratiocin.cap.9. num.20. Fontanell. de pact.nuptial.claus.4. Gl.5.n.34. Paschal. de patr.potest.par.1. c.2.n.74. Iud. Franc. Mar.Prat.pract.obser.c.85. & ad Paschal. add. tract. p. 3. cap.9. vers. nec vllum,* necnon *lib.3. discept. forens. cap. 26. num. 42.* & propterea restitutionem in integrum minori concessam aduersus omissum inuentarium prodesse etiam cohæredi maiori, scripsere *Paris. cons.65. n. 59. vol.3.Sfort. Odd.de in integr. restit. quæst.46.num. 21. Ayora de partit.par. 1. cap.2. n.22. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 2. tit. de inuēt.n. 119.* quod reprobant *Phanuc. de inuentar.par.2. num. 31. Nig. Cyriac.controu. 204. num. 12. lib.2. controu.forens. Rot.Roman.* apud *Coccin. dec.219. num 7.Carena resol.32. n.1. Consil. Hodier. ad Surd. dec.217. n.4. Gizz. ad Reg. Capyc. Latro decis. 96. num. 13.* latè *Thor.* multa subnectens *par.3. compend. sect. 1. verbo, Inuentarium confectum.*

5 Sic si plurium creditorum principalium petatur depositio, sufficit illa facta à præsentibus in Iudicio, nec est expectanda aliorum creditorum principalium absentium, cum omnes creditores idem ius habeant, & vnica sit causa defensionis, vniusquè victoria alijs prosit, *l. loci, §. si fundus, ff. si seruit. vendic.* & in terminis decisum tradit *Consil.Rocc.add.resp.17. à n.10.*

Si vnus ex creditoribus petat immitti in possessionem bonorum debitoris, non ipse solus, qui petit, sed alij creditores non petentes immissi dicuntur, & sequestrũ ad instantiã vnius omnibus prodest, *l. cum vnus, ff. de bon. auth.Iudic.possid. & in l. fin.* vbi *Bal. & Castr. C. eod. Mastrill. decis. 126. num. 14.* ipsosq; & alios relatos, prosequitur *Thor. vot.15. num.35. lib. 1. Rot.Roman. apud Verall. 3.par. decis. 101. & decis. 160.* & decisum fuit *in dec.136. num. 2.* impressa apud *Farinac. tom. 1.p. 2. Gonzalez in 8. reg. Cancellar. in proœm. §. 87. n.101.Gratian. to.2. discept. forens. cap.232.Rebuff. ad Constit. Regn. tom. 3. tit. de sequest. artic. 1. Glos. 2. num. 22. Cons. Theodor. alleg. 88. à num. 15. Moccia in sylu. cas.forens. cap.34.*

Rescissio contractuum, quæ ex graduatione oritur vrgentibus creditoribus, facta censetur etiam contractus vnius ex creditoribus, qui non comparuit antè, sed post graduationem, quamuis debitor deindè se concordasset cum creditoribus, ad quorum instantiam fuit demandata graduatio, & soluere vellet tertias creditori prædicto, vt decisum per M.C.V. & S.C. in causa Antoniæ Anforæ, cum Iosepho Maimone, & creditoribus Gasparis Maimone, testatur *Thor. vot. cit. 15. à num.35. lib.1. & in compend. decis. par.3. verbo, Graduatio,* etiam ob indiuiduitatem causæ graduationis, *Capi-*

piblant. de Baron. cap. 59. num. 7. 1. 2.

Sed àn contractus rescissus contra vnum ex pluribus reis debendi insolidum obligatis censeatur rescissus etiam quoad alios conreos, inquirunt *Reg. Rouit. super rub. de instrum. liquid. à num. 29. Thor.* latè *par. 3. compend. decis. sect. 1. verbo, Instrumentum semèl rescissum, & verbo, Instrumentum rescissum.*

6 Quod verò notauimus *n. 1. et 2.* vnius cõparitionẽ in Curia ex pluribus citatis, & vocatis, cęteris conreis prodesse, vẽdicat locũ, vbi ille, qui comparet, est in Curia vocatus, nàm si tantùm esset citatus, sed non vocatus, illius certè comparitio, cęteris conreis vocatis non comparentibus, non prodesset, nisi pro illis vocatis personam suam legitimaret, iuxtà formam *pragm. 7. de liquid. instrum.* Hinc apud *Præsid. de Franch. dec. 685.* Duo fuerunt citati, & vocati, qui ambo de sero comparuerunt, demùm creditor in secunda Curia, cum contra vnum ex eis tantùm requisitoriam fecisset, ad incusationem instrumenti procedere intendens, Curia pro Tribunali sedente, non requisitus pro requisito comparere voluit, & per M. C. & S. C. non fuit admissus, ratione indicata per *Dom. Reg. de Marin. add. cap. 194. num. 27.* qui præter *memor. Præsid. decis.* aliam adducit determinationem, quem laudat *Thor. par. 3. compend. sect. 1. verbo, Citatus*, & *Dom. Præsid. de Franchis decis.* memores sunt *Galter. add. loco num. 6. Thor. vot. 84. n. 359. P. de Affl. mem. cap. 11.*

7 *num. 18.* huiusmodi verò requisitoria subscribi nè debeat à Iudice, inquirit *Thor. par. 3. compend. dec. sect. 3. verbo requisitoria.*

8 Notandum etiam, quod si plures sunt citati super tenore instrumenti, & comparente vno in vltimo peremptorio, comparet quoquè creditor, qui vult procedi facere contra non comparentes ad contumaciam, & condemnationem, contra verò comparentem ad liquidationem, hoc facere non prohibetur, vt notat *Carau. in hoc Ritu num. 4.* quem insequitur *Galter. in prax. 3. p. princip. rub. 3. num. 15.* absentia namq; voluntaria alicuius, alterius conditio deterior fieri non debet, idem *Carauit. sup. Ritu 153. num. 2.* vt propterea etsi, aduocato absente, litiganti dilationem

9 danda sit, & causæ expeditio retardari nõ debeat, *l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, l. ait prætor. §. fin. ff. ex quib. caus. maior. c. 1.* vbi *Gl. vers. aduocatus, extra, vt lit. non cõtest. Ang. & Paul. de Castro in l. non idcircò, ff. de Iud. Affl. in const. dilationis, nu. 48. Afflin. prax. iudiciar. §. 17. cap. 11. à num. 1. & §. 24. cap. 4. nu. 4.* tamèn hoc non habet locum, vbi litigans alios haberet aduocatos eiusdem causæ consortes, & collegas, nisi ille absens esset meliùs de causa instructus, vt post *Carauit.* in hoc *Ritu num. 6.* notat *Danza da pugn. DD. tom. 2. tit. de Aduocat. cap. 1. sub num. 6.* & videndus *Ioseph. Ludou. dec. Perus. 35. num 7.*

Sed ad seruandam æqualitatẽ inter debitorem, & creditorem, àn sicuti ex

10 insolidum obligatis vnius comparitio sufficit ad moram aliorum purgandum, ita, expedita citatione ad instãtiam plurium creditorum, incusatio contumaciæ possit per vnum expleri pro tota summa.

Interrogatus diebus superioribus respõdi, benè posse in illo facti themate ab vno contumaciam incusari, etenim solutionis promissio non omnibus coniunctim facta fuit, sed insolidum, ex qua clausula vnicuiq; eorum fuit actio quæsita, *l. 3. C. de fideiussoribus, §. si plures, institut. eodem l. si non singula, ff. si certum petatur, l. si diuisa, C. locati*, cum adductis, per *Barbosam clausula 33.* & collimat *tex. in l. 2. ff. de duobus reis*, cõsequenter quisque eorum poterat instrumentum liquidare, concinit in fortioribus terminis *Regentis Rouiti decis. 26.* dicens, facta promissione duobus per dictiones copulatiuas, instrumentum potuisse liquidari ad instantiam vnius, etsi ad alterum pecuniæ emolumentum spectauisset, & post alios, per- legen-

legenda sunt notata per *Dom. Pratum practicarum obseru. 63. per totam*, & propriè *à num. 13. cum sequentib.*

Necobicem facit *tex. in l. ex duobus, 16. ff. de duob. reis*, de quo patronus quidam insignis, contrariæ aleæ insectator, magnum faciebat festum.

11 Etenim obiectio multifariam resoluitur; Primò, ex communi intelligentia *dictæ legis ex duobus*, vbi tùnc vni soli solutionem fieri denegatur, quando lis esset contestata, iuxtà petita per alterum conreum credendi, cum ex illa dicatur facta præoccupatio, reprobata distinctione *Azonis*, si sunt socij, vel non, tradit *Bart. ibi, num. 9. antè principium*, adducens, *text. in l. fideicommiss. §. plerumq; & §. fin. ff. de leg. 3.* sicut facta petitione partis, illa pars tantùm dicitur præoccupata, vndè in hoc casu, vt aduersarij obiectio aliquantulum videatur sustentabilis, opus est asserere, per illam citationem factam ad instantiam omnium litem fuisse contestatam, quæ nullo modo potest considerari, tùm ex natura citationis, quàm actus.

Ex natura citationis, quoniam per 12 illam lis non contestatur, & iudicium non dicitur cęptum, vt disertis verbis notatur in *l. 1. C. de litis contestatione*, cuius verba non sunt omittenda, *res in iudicium deducta non videtur, si tantùm postulatio simplex celebrata sit, vel actionis species antè iudicium reo cognita, inter litem enim contestatam, & editam actionem permultum interest, lis enim tùnc contestata videtur, cum Iudex per narrationem negotij causam audire cęperit) in l. amplius non petitum, ff. rem ratam haberi*, legimus, non esse receptum iudicium, eo ipso, quod quis alium in ius vocauerit, & in *cap. ex parte, l. 2. de verb. signif.* vbi quod dicitur de tempore motæ litis, *Summus Pontifex* interpretatur esse referendum ad tempus, quo litis contestatio facta est, & ideò *Glosa in l. 1. C. de Iudicijs, in verbo, Cœpto*, exponit, quod fit lite contestata, benè fundat post alios, *Benedictus Vbertus de citat. to. 1. cap. 1. num. 14.* & in proprijs terminis, *Bart. in l. unica, C. de litis contest. Baronius de citat. q. 4. num. 62.* igitur si sola petitio, seù citatio fuit, nulla consideratur litis contestatio, sic termini *d. l. ex duobus*, non possunt ad nostram thesim adaptari.

Et licèt in actibus executiuis, seù summarijs litis contestatio, quæ realiter non fit, dicitur aliqualitèr fieri per iura producta per actorem, *Aretinus cons. 30. num. 10. vers. quinimò*, Ità vt quilibet actus primus respiciens merita causæ, habeatur loco litis contestationis, *Maranta in praxi p. 5. vers. & omnia fiant durante instantia, n. 4. Seraphin. decis. 920. num. 2. & 3. Card. Mantic. decis. 204. num. 14.* attamen vt benè ponderat *Vbertus loco cit. nu. 23. vers. & ergo*, per solam citationem iudicium non dicitur cęptum, & non omnis actus sufficit, sed oportet, quod Iudex incipiat cognoscere de meritis causæ, quæ cognitio incipit esse loco litis contestationis, vt ex *Bart. in extrauaganti ad reprimendum, verbo, Et figura, num. 10. & in l. nihil, C. de procuratoribus*, & multis alijs, tùm antiquis, tùm neotericis, colligit, *Cons. Carlenal de Iudiciis, to. 2. lib. 1. tit. 2. disput. 4. num. 8.* indè dixit *tit. 3. dispnt. 4. num. 26.* per hanc citationem, ac productionem instrumenti in iudicio, cum nulla dicatur facta litis contestatio, præscriptionem non interrumpi.

13 Ex natura actus, etenim instrumentum guarentigium dicitur sententia, solumq; executio expectatur ad instar sententiæ, dicit *Bart. in l. 1. C. de iurament. calumniæ*, plures apud *Căcerium par. 2. variar. cap. 3. num. 17.* & quotiès actus executionis expectatur, instantia non datur, *Bald. in l. 2. Cod. de execut. rei indicata*, notat *Afflict. decis. 345. num. 12. vers. Secus si agatur, Castill. decis. 102. num. 5. Dom. Consil. Staibanus lib. 1. contron. cap. 15. n. 27. & 28.* & addo *Reg. Saufel. decis. 92. in fine*, qua de causa dixerunt DD. citati,

tati, non considerari contestationem litis in iudicijs summarijs, & executiuis, consequentèr cessat motiuum per illam citationem non potuisse ampliùs vni tantùm solui, sed omnibus, ac proindè nullã iudicari incusationẽ.

Secundò, resoluitur obiectio, quo-
14 niam, ly, contumaciam incusare, non est actus solutionis recipiendæ, sed perfidiam conuenti non comparentis emendando, indè contumax dicitur à cum, & tumeo tumes, quasi Reus inflatur, superbum se efficiendo in non obediendo, aduertit *Cardinalis in Clement.* 1. *col.* 8. *de dolo, & contumacia*, & obseruat magnus practicus *Maranta in praxi par.* 6. *vers. expedito primo, membro, num.* 7. *Rota in florileg. conclus.* 9. *num.* 23. si igitur est actus differens à petendo debitum solui, sed solùm castigatio conuenti non comparentis, quarè non erit permissum vni ex illis contumaciam incusare? eò magis, quia est actus tendens ad commodum vtriusquè, nam ideò vnus solutionem petere nequit, eiq; soli solui non potest, contestata lite per alterum cõreum credendi, quia actus illi damnosus est, ac cum incusatio contumacię sit ambobus fauorabilis, datur epicheiæ locus, idest consideratur tacita voluntas alterius.

Imò dixit *Bart. in d. l. ex duobus, num.* 8. *vers. tertiò quæro*, quod si pe-
15 titio fiat ab vno reorum credendi, prodest alijs, quoad interrumpendam præscriptionem, subdens, si petitio simplicitèr facta fuerit, nulla adhùc secuta contestatione litis, quasi quod velit dicere *Bart.* respectu solutionis, quia est vltimus actus, consideramus contestationem litis, vt locus dicatur præoccupatus, at respectu præscriptionis interrumpẽdæ, cum sit actus vtriusquè fauorem respiciens, non consideramus contestationem litis, sed poterit fieri ab vno, & alijs prodesse, & notant *Guttier. cons.* 28. *num.* 9. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *Glos.* 18. *par.* 5. *num.* 59. igitur si ly contumaciæ incusatio nullum conreo credendi damnum parit, sed merum fauorem, in quo non considerat *Bartolus* præoccupationem loci, seù temporis, quomodo in animum induci potest, facta petitione per plures, contumaciam non posse per vnum incusari.

Et verba quod citetur ad instantiam creditorum, & cuiuslibet ipsorum insolidum in citatione adiecta omne adimunt dubium, cum vnusquisq; ipsorum pro tota quantitate dicatur citasse, sicuti solutionis promissio facta erat, nulla inducta diuisione inter eos.

Sicut in simili, diuisio dicitur inducta per creditorem recipientem partem ab
16 vno ex conreis insolidum obligatis, positis requisitis recensitis, per *Afflict. decis.* 142. lato disputato articulo per *Dom. Reg. Capyc. Latr. decis.* 112. vbi *additio* quædam cumulauit, tamen, ex dictione illa, saluo iure solidi, cessat diuisionis præsumptio, aduertit *Costa in memoralibus, verbo, Creditor habẽs, Vrsillus ad Afflict. d. decis.* 142. *Dom. Reg. citata decis.* 112. *num.* 23. *Thesaur. lib.* 4. *q. forens.* 40. *Paschal. de patr. potest. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 172. *Arias de Mesa var. resol. lib.* 2. *cap.* 13. *n* 2. Hinc creditor qui per multos annos exegit annuos introitus integros ab vno ex conreis debendi insolidum obligatis, sibi detrimentum, vel diuisionẽ nõ induxit, adeò quod ei licet ad libitum contra alium conreum, tùm pro parte, tùm pro solido agere, vt decisum refert *Mocc. in sylu. cas. forens. cap.* 49. *num.* 50. extricans articulum, nùm creditor duos Reos debendi insolidum obligatos habens, iudicio contra vnum ex eis cępto, posset, eo relicto contra alium agere.

Et licet facta petitione in iudicio
17 contra omnes, sententia exequeretur pro virilibus portionibus, *text. in l. Paulus, la* 2. *ff. de re iudicata, & l.* 1. *&* 2. *C. si plures vna sententia, Affl. decis.* 115. nihilominùs si creditor vsus fuerit clausula, insolidum, contra vnumquemq; poterit exequi sententia, vt ex

Bart.

Bart.Bald.Paulo de Castro,& alijs,fundat *Cancer. par.3. var.cap.17. à num. 292.cum sequent.*post alios, *Giurb.dec. 46.* vbi latè, *Salgad. in labyrintho creditorum, par. 3. cap.2. à num.14. cum sequent. Reg. Rouit.cons.20 & 58.lib. 2. Gizzar. decis.12.Barbatus in prag. de assistentia,glosa 12. à num.172.cum sequent. Virgil. de legitim.personæ,cap. 26. num.18. cum seq.* illa enim clausula operatur, ac si iudicium factum esset contra vnumquemq; ex debitoribus, sic à pari facta citatione per omnes conreos stipulandi, cum clausula insolidum, per vnumquemquè citatio particularitèr facta dicitur, & ipsamet verba citationis clarè demonstrant,ibi, *& cuilibet ipsorum insolidum*, quę vnicuiq; totum actum attribuunt, ex adductis per *Barbos.dict.69.*in paruis.

Ex prædictis quoq; dicebam, compilato iudicio nullitatis contractus cō-
18 tra vnum conreum credendi à communi debitore, liquidari non posse instrumentum ab alijs conreis credendi, & iudicium præuentionis motum per vnum conreum debendi contra vnum ex creditoribus insolidum nocere alteri creditori, quo minus procederet ad interrogationem super tenore instrumenti, *Muscatel.in prax. fideiuss.p. 2. q. 8.num. 25.& 28.Galter.in prax. instrum. verbo, fuerit ab eo præuentus, Ant.Fab.defin.7.C.de duob.reis*, in terminis obseruat *Anichin.de præuent.instrum.cap.2.q.8.* potissimùm *num.30.*& nouissimè decisum fuit in causa Dominorum Antonij,& fratrum de Ponte,cū Anello Masculo,de qua meminimus in *Ritu 166.sub n.123.*etenim iudicio nullitatis cōtractus intentato ab Anello cōtra prædictos Antoniū,& Cęsarem,fuit ad instantiam Scipionis de Ponte alterius fratris creditoris in solidum,citatus idē Anellus masculus super tenore instrumenti, qui opposuit,fuisse iā factā publicationē, & receptas probationes super iudicio nullitatis,& per S.C. prouisū fuit,quod *expectetur exitus iudicij causæ nullitatis contractus vertentis in* S.C. in banca Auersanæ.

RITVS CCVIII.

ITē seruat ipsa Curia, quod primo die iuridico, quo curia regitur,post quascūquè ferias, scilicet messium, vel vindemiarum, vel Natalis, vel Resurrectionis, vel carnispriuij nullus condemnatur,neque bannitur,in casu,quo factis omnibus actis,potuisset illo die condemnari, vel banniri, & hoc sit de æquitate potius, quam de iure.

SVMMA RERVM.

1 *Isthæc Ritus obseruantia in omnibus Curijs Regni adhac vsq; tempora viget.*
Etiam in Archiepiscopali Curia.
2 *Aequitas scripta præfertur rigori adhuc scripto.*
3 *Dies Iuridica quæ dicatur.*
4 *Quæ sit æquitas, & in quo distet à rigore, remissiuè.*
5 *Feriarum mentio fit,quæ messium causa,aut vindemiarum introductæ fuerunt.*
6 *Illæ in causis fiscalibus minimè attenduntur.*
7 *Familiæ associatio,àn requirat citationem partis, anuè contineat iudicium formale.*
8 *Illarum durante tempore gesta sint nè valida.*
9 *Eas hodiè exoleuisse Par lador. tradit.*
10 *Feriæ hominum non impediunt causas Ecclesiæ, si Ecclesia velit.*
11 *Remissio facienda per offensum,àn possit recipi in die festino.*
12 *Nullitates nùm discuti possint tempore feriarum.*

Isthæc

Isthæc Ritus obseruantia in omnibus Regni Curijs adhæc vsque tempora viget, vt propterea in prima Curia, quæ regitur post aliquas ferias, nemo contumax reputetur, nec aliquis actus eo die fiat in alterius contumaciam, quam, præter Carauitam, memorat Galter. in prax. instrum. 3. par. princ. rub. 3. nu. 10. quin, & in Archiepiscopali Curia Neapolitana locum quoquè vendicat ex Rit. 19. eiusdem Curiæ. Idque ex æquitate, quæ cum reperiatur in hoc Ritu scripta, præfertur iuris rigori, etiā scripto, l. in omnibus, ff. de reg. iur. ac propterea esset nulla incusatio, si cōtra formā præsētis Ritus incusaretur contumacia die prædicto iuridico, idest, non feriato, si commune ius attendatur, in l. omnes dies inbemus esse iuridicos, C. de ferijs, Alex. cōs. 147. sub n. 11. In Regno autem, & attēta dispositione præsentis Ritus intelligitur, pro die illo iuridico, dies, in quo regitur Curia, quodquidem solet contingere bis in hebdomada.

1

2

3

4 Verùm quid sit æquitas, in quo differat à rigore, quæ sub illa comprænhendantur, eiusquè effectus necnon in quibus præferatur rigori, explicant abundè Tusch. conclus. 310. adiunctis alijs duobus sequentibus, Tiraquell. in tract. de retract. consanguin. §. 35. gl. 1. per tot. Tusc. sing. 65. lit. I. Pres. de Franch. decis. 219. num. 2. & dec. 229. num. 3.

5 Cæterùm, messium feriæ, & vindemiarū licet introductæ fuerint in gratiam eorum, qui metere, aut vindemiare debent, ac propterea impediti earum ob causam reperiuntur, alios tamen omnes fouent, & releuant, etiamsi ad messes, & vindemias non incumbāt, Alex. cons. 2. sub num. 6. lib 2. Bertach. de Episcopo, quæst. 1. num. 20. & Bartol. Brixiens. in rubr. de ferijs, præterquam in causis fiscalibus, in quibus eiusmodi feriæ non attenduntur, l. publicas, C. de ferijs, neq; in rebus tempore perituris, l. solet, ff. de ferijs.

6 Itidem in causis, quæ geruntur in iudicio non formali, nempè si desit aliquis eorum trium, quæ iudicium consistunt, puta in casu, quo petit aliquis,
7 associari sibi familiam, vt præter scandala possessionem capiat, Alex. cons. 130. num. 3. cum seq. lib. 4. nisi contradicant tradita per Rouit. probantia, citandum esse aduersarium in eiusmodi præstatione familiæ, super pragm. 1. de conseruat. atquè ideò esset iudicium formale, tribus cōstās personis. Tempus insuper compromissi in illis currere, non vetatur, ex Bal. cons. 6. lib. 1. & cons. 373. cum seq. lib. 5.

8 Istis itaquè durantibus ferijs, iudicia silent, & acta, si quæ fierent, nullitati subiacerent, ex decis. Marchiæ Sebast. Medices 63. vers. nullitas, sub num. 20. nisi superioris accedat dispensatio, ex notatis ab Ann. sing. 192. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resol. cap. 118. num. 3. Borrell. in summ. decis. p. 2. tit. de fer. à n. 70. & à nobis ipsis super Rit. 92. t. 1. eas tamèn hodie penè vbiq; terrarum
9 exoleuisse, probat Parlador. lib. 2. rerum quotid. par. 5. cap. fin. §. 4. num. 11.

10 Speciatim verò, vt causas Ecclesiæ non impediant feriæ hominum, si velit eadem Ecclesia, dicit Mangrell. ad Bar. in l. hoc edicto, §. & post operis, ff. de oper. nou. nunciat. Sed an remissio facienda per offensum possit recipi in die festiuo,
11 ob iuramentum præstandum, inquirit lepidè Thor. vot. 57. p. 2.

12 Nùm verò feriarum tempore procedi possit ad discussionem nullitatum, quæ ad sententiæ exequutionem impediendam propositæ sunt, negatiuè, nisi accedente D. Proregis dispensatione, respondet Reg. de Marin. add. cap. 118. à num. 6.

RI-

RITVS CCIX.

ITem seruat ipsa Curia in sero regi hora vesperorum, non de mane, nec potest aliquis cōdemnari: neque banniri: nisi primo vocetur alta voce per tubitam Curiæ, vel alium loco eius in eiusdem defectum.

SVMMA RERVM.

1 *Curia quando regatur de mane nè, àn de sero.*
2 *Differentia nec nè vigeat inter bannitum, & damnatum in contumacia.*
3 *Bannitum haberi pro confesso, & conuicto ostenditur, vt nulla propterea requiratur sententia.*
4 *Eos occidere quando, & quibus liceat.*
5 *An sit procedendum contra dantes victū, & potum multitudini bannitorū.*
6 *Remissio vassalli inquisiti de receptatione bannitorum, àn facienda sit Baroni.*

1 DE sero regi Curiam in M.C.V. alibi diximus, & hodiernus comprobat vsus, in Regijs verò Audientijs regulariter de mane, potissimùm in Regia Audientia Calabriæ citrà, dum moram traheret in Ciuitate Cosentiæ seruari vidisse anno 1611. testatur *Thor. in sua apostil. manuscripta*, & in R.A. Salerni, fatetur *Auus meus in alia apostil.* Fortasse verbis huius *Ritus*, (*Condemnari, neque banniri.*) confirmatur sententia illa, quam insequitur *Cathal. de indultu, capit.* 14. *num.* 1.
2 differentiam extare inter bannitos in contumacia, & damnatos in contumacia. Ceterùm de bannitis nōnulla prodimus super *Ritu* 203. & *Ritu* 220.
3 sed hoc in *Ritu* addimus pauca quædam, nempè, haberi pro confesso, ex statuti dispositione, atquè conuicto, neque aliam propterea requiri sententiam, teste *Vinio decis.* 439. ita quod liceat cuicumq; illum interimere, etiam si priuato odio occiderit, nam ab omni eum esse pœna immunem, testatur decisum fuisse *Mastrill. dec.* 104. *Rota in floríleg. conclus.* 9. *à num.* 70. *Reg. Rouit. in rubr. pragm. de exul.* nisi appellatione pendente, quia tūnc nemini fas est, teste *Viu. decis.* 355. sicuti neque clericum bannitum, *Gram. decis.* 29. satis autèm est ad occidendum impunè bannitum in banno descriptum
4 fuisse, non attento, si iustè, vel iniustè, *Magon. decis. Florent.* 128. *num.* 14. quod si nulla fuerit sententia banni, relatis multis rationibus vtriquè parti fauentibus, distinguit *Lucas de Penna in l.* 2. *col.* 2. *vers. sed pœna, C. de desert. lib.* 12. aitq; non reputari homicidam occidentem, si Curiæ minister sit, quod si priuatus, tanquam homicidam puniri, sed qui bannitum interemit, cum quo tanquam inimico pacem inierat, àn pœna plectatur fractæ pacis, discutit idem *Lucas de Penna in l. vnica, vers. vigesimo sextò quæritur, C. de publ. let. lib.* 12. & si impunè necatur, multò conuenientiùs, & illi denegatur in Iudicio audientia, & in confiscatione bonorum habetur pro mortuo, *Farinac. decis.* 54. denegatur adhùc volens vxorem de adulterio accusare, *Triuis. decis.* 3. *par.* 2. aut prosequi antè bannum institutam accusationem, *Mysinger. obseru.* 3. *cent.* 3. quin, spoliatur etiam hæreditate materna, *Farinac. decis.* 17. iure testandi. Idem *decis.* 55. beneficio primæ instantiæ, *Mysing. obser.* 90. *cent.* 1. iure protomiseos, *Magon. decis. Florent.* 26. *nu.* 19. qui prætereà *decis.* 99. discutit, si deportato æquipararetur, sed bannitus in contumaciam pro causa criminali, vtrum audiri possit, & probare suam innocentiam, aut alia deducere, vide quæ copiosè edisertat *Clar.* §. *fin q.* 94. *n.* 12. & aliqua *q.* 96. *à num.* 1. cuius notata existimamus verissima, non obstante contradicente sententia *Mysing. obser.* 88. *num.* 3. *cent.* 2. fulcitur enim obser-

ſeruatione Cameræ, quam paulò antè citauerat, inquit enim, *& hoc ibi extenditur*, ibi, *ſcilicet in dicta obſeruatione*. Verùm bannitorum receptatio, quando, & quibus ſit interdicta, enodat *Riccius collect.* 544. Receptantium verò pœnas, illiſquè non puniendos, oſtendunt *pragm. 3. & 4.* & ſuper eis *Rouit. de receptatorib. malefactorum*, aliaq; extant nouiſſimæ *pragm.* & latè *Scialoya in prax. foriudic. cap.* 18.

Non eſt procedendum contra re-
5 ceptantes, & dantes, victum, & potum, multitudini bannitorum, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier. ſolit. §. 3. num. 24. Reg. Rou. in prag. 4. de recept. num. 5. Gaill. de pace public. lib. 2. cap. 10. num. 35. Farinac. q. 129. num. 44. Marc. Calà de modo articul. §. 2. n. 872. Menoch. de arbitr. caſu 348. num. 16. Giurb. conſ. 28. Auus meus ad Gramm. dec. 18. n. 10.* Remiſſio vaſ-
6 ſalli inquiſiti de receptatione bannitorum, & contumacium R. A. vel M. C. ân facienda ſit baroni, negatiuè, quamuis doceat Baro remiſſionem petens habere priuilegia ampliſſima, & cum clauſulis abdicatiuis, tàm in primis, quàm in ſecundis appellationibus, reſpondent *Præſ. de Franch. deciſ.* 470. *Reg. Rouit. in d. prag. 1. num. 14. de recept. Dom. Reg. Sanfelic. deciſ.* [illegible]3. *à nu.* 7. ſed contrarium aſtruunt, & deciſumq; teſtantur *Foller. in prax. verbo, Audiantur excuſatores, ſub num.* 134. *Viſconti ad cit. Franch. deciſ. 470. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 1. §. 3. num. 51. Danz. de pugn. DD. tom. 1. tit. de recept. à num.* 20. *Capiblanc. de Baron. to. 1. prag. 8. par. 2. num.* 130. *Reg. de Marin. ad Reuert. deciſ.* 243. *Laganar. ad Rouit. cit. loco, Thor. in compend. deciſ. par. 3. ſect. 3. verbo, Remiſſio vaſſalli, Nouar. de grauam. vaſſallor. grauam. 379. num.* 2

RITVS CCX.

Tèm ſeruat ipſa Curia, quod nunquam aliquis licẽtiatur à dicta Curia, niſi primo faciat condemnari aduerſarium ſuum ad pœnam in obſeruantia, quæ ſequitur ſtabilitam.

SVMMA RERVM.

1 *Actore non redeunte ad iudicium dimittetur reus, illo condemnato ad pœnam vigore Rituum.*

2 *Non autem ex ſubſequenti vſu, cum citatio tantùm dicatur propterea circumducta.*

1 OBſeruantia in hoc *Ritu* memorata eſt in *Rit.* 219. teſte *Carauita*, cuius vigore credit non ſeruari; quod in hoc loco ſtatuitur, vt licentia concedi citato minimè debeat, niſi prius inſtiterit, & cõdemnare fecerit actorem ad pænam ſtatutam in *Rit.* 207. inquit enim illic, non exprimi, quod fuerit actor reputatus contumax, & condemnatus ad pænam, ſed tantũ, quod fuerit ipſe reus licentiatus, & nos quippè annuimus reſpectu contumaciæ, recedimus autèm in ea parte, quæ de pœna loquitur, ob expreſſa verba dicti *Ritus* 218. *(licentiabatur autèm, tunc, quando condemnabor)* atquè ideò verba illius *Ritus* concinunt verbis præſentis *Ritus*, & conſecutiuè patet non abre hoc in *Ritu* appoſita fuiſſe illa verba *(ad pœnam in obſeruantia, quæ ſequitur ſtabilitam)* verùm quidem eſt, obſeruantiam præ-
2 dictam, quamuis in vtroq; *Rit.* conſtitutam receſſiſſe poſtmodum ab aula, neç amplius condemnari ad pœnam aliquam actorem non redeuntem ad iudicium,

cium, postquam fecerit citare eum, sed circumductam dumtaxàt dici citationem, vt scripsimus *in Rit.* 121. *& de Franch. decis.* 204. *num.* 18. qui præterea adiungit aliud requisitum, vt mandatum retineatur in actis, idquè ad eum finem credimus requiri, cuius meminimus *Rit.* 176. *& Rit.* 180. & ad materiã vide *Galter. in prax. instrum.* 2. *p.* 3. *& vlt. par. rub.* 1. *sub num.* 1.

RITVS CCXI.

I Tèm nota, quod si aliquis vadat ad Curiam, & dicat, velle dare fideiussores de iudicio sisti pro aliquo bannito: & soluere ius banni, scilicet tarenos 16. & eos fideiussores det, & soluat prædictum ius: tunc ille extrahitur a banno: qui fideiussores non debent esse de reficiendis expensis aduersario: nisi de iudicio sisti tantummodo, & tunc datur illi litera extractionis a banno: & idem in ciuilibus, quia si condemnatur ciuilitèr aliquis: & det fideiussores de iudicio sisti, & de reficiendis expensis aduersatio, tùnc ipsi danti ipsos fideiussores fit litera, quod ille, cuius nuncium se asserebat reponebatur in possessione rerum, in quarum aduersarius fuit positus ex primo decreto, vigore dictæ condemnationis ad tertiam partem bonorum mobilium, non tamèn in actis, nec in dictis literis fit mentio de dicto iure, vel nuncio. Sed dicitur, quomodo tales fideiussores voluntariè se obligauerunt in dicta Curia pro tali, qui in fine interloqu.

SVMMA RERVM.

1 *Admittitur contumax ad purgandam contumaciam per interpositam personam.*

2 *Cuilibet inquisiti familiari hodiè illam remouere licet.*

3 *Extrahitur à Banno quando cum effectu dederit fideiussores.*

4 *Dictio, tùnc, præsefert extremitatem temporis.*

5 *Etiam si pignora daret à banno non extraharetur.*

6 *Soluere obstrictus, fideiussorem dando, non liberatur.*

7 *Quiuis adimplere debet in forma specifica.*

Cautio est danda in loco iudicij, non domicilij, quid si fideiussor non inueniatur.

8 *Promissio de fideinbendo, àn pro fideiussione habeatur.*

9 *Fideiussionis de reficiendis expensis, & de iudicio sisti, fermo est.*

10 *Captus tanquam suspectus de fuga cauere tenetur de iudicio sisti, & de indicatum soluendo.*

11 *Fideiussor de iudicio sisti ad quid tenetur.*

12 *Eiusmodi fideiussio quomodo distet ab altera de indicatum soluẽdo, quibusq; in casibus extinguatur.*

13 *Bannitum duplici mulctari pœna, ostenditur.*

14 *Per pœnæ solutionem, aut compositionem, àn extingnatur ne dum contumacia, sed etiam inditium ex contumacia ortum.*

15 *Quid seruetur tàm in causa ciuili, quàm criminali.*

16 *Quid agendum quando mulcta est immoderata, & àn possit appellari ab ea.*

17 *In pœnam àn incurrat fictus contumax quid in Regno.*

18 *Fictus contumax, àn dicatur domi citatus.*

EX hoc *Ritu* noster *Carauita*
1 deducit contumaciam, posse purgari; & cassari mediante persona procuratoris, ipsum insequitur *Auus meus ad Capyc. decis. 5. sub num. 1. Foller. in prax. verbo, banniantur, num. 16. ex Paul. de Castr. in l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satisd. cogant.* quin, hodiè in Regno quilibet
2 amicus inquisiti, etiam eo absente, admittitur ad illã remouendam; dummodò tamen infrà præfixum tempus compareant deindè principales personalitèr pro delictis de quibus inquiruntur; resolutum fuisse in Collaterali Consilio testatur, virtute prouisionum, quas inserit *Elisæus Danza tom. 1. de pugn. DD. tit. de contumace, cap. 1. à nu. 15.* easq; rescribit *Nouar. de grauam. vasfall. tom. 2. grauam. 160. Baiard. ad Clar. quæst. 93. num. 5. Marant. in speul. par. 6. 2. memb. de contumac. num. 16. Ricc. collect. decis. 571. Carrab. sing. 15.* sed àn possit coram alio superiore Iudice illa purgari, *Affl. in Rit. Clementiæ, num. 7.*
3 Verùm ex tùnc tantùm extrahi à banno insinuant verba *Ritus*, quando cum effectu præstitit fideiussores de Iudicio sisti huius *Ritus* vigore dandos, vt *Carau. num. 1.* multis tamèn adductus iuribus affirmat, idquè compro-
4 bat, dicto illa, *tùnc*, quia præsefert extremitatem temporis, *Castrens. conf. 182. num. 2. & conf. 184. num.* etiàm *2. lib. 2. Surd. decis. 207. num. 16.* ita quod dispositio nihil operetur, nisi conditio sub dicta dictione comprehensa suum sit antea sortita effectum, *Anchar. conf. 356. n. 5. & Valla conf. 6. num. 18.* affirmatq; *Tuschus concl. 390. lit. D*, quin adiungimus, quod si pi-
5 gnora daret, non vtiquè extraheretur à banno, quia fideiussores dare est obligatus, teste *Carthar. decis. Genuens. 98. num. 5.* sicuti; & qui soluere
6 tenetur, fideiussorem dando, non liberatur, ex altera eiusdem *Carthar. decis. 15. n. 3. & 8.* & concinunt quæ scripsimus super *Ritu 169. sub num. 2.* ea-

7 præterea nostræ assertioni fauente ratione, quod quiuis adimplere debet in forma specifica, Hęcq; cautio danda est in loco Iudicij, non domicilij, *Alex. in l. de die, §. tutor, num. 1. ff. qui satisd. cog. Affl. in dec. 137. sub num. 2. Borrell. par. 1. summ. decis. tit. 46. de contumac. nu. 15.* quid verò sit agendum, si fideiussorem non inueniat, *V in. decis. 137. Reg. de Marin. ad Reuerter. dec. 208. à n. 1.* & confert si contumax sit pauper àn mulctetur pro pœna contumaciæ, de quo *Danza add. loco c. 3. à num. 1. Scialoya in prax. foriud. cap.*
8 An verò promissio fideiubendi habeatur pro fideiussione, extricat *Prus. de Franch. decis. 574. Molfes. in comment. ad Consuetud. Neap. tit. de renunc. q. 11. num. 23.* pleniusquè *Triuis. in decis. Venet. 69. lib. 1.* decisum memorans in gratiam promittentis, se obligare, ad nihilum teneri, dùm non se obligauerat.
9 Cæterùm, de fideiussione de reficiendis expensis, scripsit copiosè *Muscatell. in praxi fideiussoria in 11. modo fideiubendi*, & de illa de Iudicio sisti multa idem edisserit *in 12. modo*, cũ
10 verò aliquis est captus tanquam suspectus de fuga, non solum cauere tenetur de Iudicio sisti, verùm etiàm de iudicatum soluendo, cum relaxatur, ita scriptum quippè reliquit *Afflict. decis. 170. num. 4.* contradicit tamèn *Bal. in l. cum proponas, num. 6. Cod. de bonis auctor. Iudic. possid.* concludens, cogi tantùm posse ad præstandam fideiussionem de Iudicio sisti, atq; eamdem sequi sententiam ferè omnes *Doctores* affirmat *Carau. in add. ad eandem Affl. decisionem*, praxis autem admittit sententiam *Afflicti* teste additionante ad *Alex. in l. neque impuberes, §. qui in ius, lit. B, ff. de in ius vocand.* quamquè insequutum fuit S. C. apud *Gizzarell. dec. 82.* & confirmant *Corneus conf. 136. vol. 4. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 7. num. 134. de Laurent. dec. Auenion. 203. num. 7. Maxillã ad Consuet. Bari, §. Reus conuentus, nu. 11.* de

de dilation. Praf. de Franch. decis. 311. Episcop. Ricc. dec. 61. par. 1. Gallup. in prax. S.C. par. 1. cap. 3. num. 30. Muscat. par. 1. mod. 19. num. 18. & in prax. S.C. lib. 1. par. 3. Glos. expensis, num. 28. & receptam in Francia, testatur Rebuff. ad Constit. Gall. artic. 6. Glos. 3. tract. de liter. obligat. to. 1. & in Hispania, memor est Suarez in declar. lib. 2. tit. de los emplazamientos, lib. 2. vers. sed pane, num. 6. pag. 776.

11 Sed fideiussor de Iudicio sisti ad quid teneatur maximè in causa criminali, vide Afflict. & inibi addentes dec. 234. quomodo verò distet ab al-

12 tera de iudicatum soluendo, discutit Tuschus conclus. 328. lit. F. Iudex de Angelis in add. ad indic. 82. Gizzarel. dec. quibus in casibus extinguatur, explanāt Valent. Franch. de fideiussor. cap. 6. à num. 133. Gizzar. decis 14. & ibi de Angelis, Muta decis. Sicil. 45. num. 10. Prat. ad Muscat. in prax. fideiuss. p. 1. mod. 12.

13 Contumacem verò duplici mulctari pęna, altera quæ applicatur parti, altera fisco, deducitur ex verbis Ritus, quæ pro prima fideiussores dandos, & pro secunda soluendum banni ius in tarenis sexdecim mandant, notatq; Affl. super const. contumacem, n. 1. rub. 97. lib. 1. & de expensis à contumace reficiendis, sermocinantur Muscat. in prax. lib. 1. par. 2. Glos. veniens, n. 4. Grauat. ad Vestr. lib. 4. cap. 4. num. 22. Carau. in hoc Ritu, & in altero 298. cuius meminit Thor. par. 2. compend. decis. verbo, Expensa facta, Mauson. de contraban. q. 13. num. 18. Vin. decis. 273. num. 3. Tap. in constit. clementia, lib. 3. Iur. Regni, & praxim rescribit Danza t. 1. de pugn. DD. cap. 1. de contum. n. 6.

14 Verùm quando per pœnæ solutionem, vel compositionem ipsa purgatur contumacia, illa adijcitur clausula, verùm cōtumacia remaneat firma quoad delictū, vt dicit Carau. in hoc Rit. 211. quem vna cum Ritu allegat Vin. dec. 283. num. 3. lib. 2. quasi quod per illam purgationem minimè tollatur illud indiciū, quod per contumaciam contra delinquentem forsàn insurrexisset; sed Foller. in verb. Bannientur, n. 54. refert Pet. de Mont. Fort. Bart. de Cap. & Afflict. in Const. Humanitate quaestionis, dicentes, quod bannitus, purgata contumacia, atq; à banno absolutus, in pristinum statum reducitur, & proindè ipse Foll. infert, neq; ad torturam indicium remanere sufficiens contra eum ex dictæ contumaciæ purgatione, de cuius dicti veritate, quicquid sit de iure, puto proptèr hoc illam fuisse clausulam adinuentam, firma remanente contumacia quoad delictum, vt etiam capi, & carcerari possit, & alia, vt dixit Carau. in hoc Rit. vbi etiam dicit, non esse in vsu præstationem fideiussionis de Iudicio sisti in causa criminali, de qua in ipso Ritu, sed in causa ciuili, in qua licet hodiè in vsu minimè hæc tertiæ partis mobilium mulcta existat, sed vt Marant. dicit in par. 6. verbo, & quandoq; appellatur, nu. 289. exigitur ex quadam consuetudine nonnullarum Curiarum in Regno vnus tarenus, & nōnullis in alijs, vnus augustalis, & Reg. Tap. in d. Constit. Clementiæ, lib. 3. compositionem dicit in vno aureo.

15 Sed si scire cupis, ad quam summam de iure ista pro contumacia mulcta ascendere possit, ex quo licet, nè iusdicentis contemnatur Tribunal, eiusq; eludatur authoritas, datum ei sit, pœnali iudicio propriam tueri iurisdictionem; ex tex. in l. vnica, ff. si quis ius dic. non obtemp. & in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ven. vbi DD. tamen ista mulcta non immoderata, neq; excessiua esse debet, vt per Bonacc. in tract. com. opin par. 1. pag. 116. & proptereà ab eius condemnatione appellari posse, ex l. & in multis, C. de appell. l. si qua pœna, ff. de verb. signif. & Marant. in d. verbo, & quandoq; appellatur, nu. 29.

16 id etiam affirmat, quando vult appellare non in causa principali, in qua certum est, quod non appellat, sed à decreto condemnationis expensarum

prop-

proptèr contumaciam, & ibi etiàm remissiuè, quid ab illarum taxatione. Si vis, inquam, scire, ad quam summam ista mulcta ascendere possit; vide *tex. in l. eos, & in l. illustres, C. de mod. mult.* quam legem de facto non seruari, sed Iudices pro personarum, & facti qualitate mulctant, vt per *Specul. in tit. de sent. prolat. §. species, vers. Nunquid, Afflict. in cap. 1. num. 2. in fin. ex quibus caus. feud. ammitt. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 280. n. 2. R. Capyc. Latr. dec. 77. Scialoya in prax. foriudic. c. 7. à n. 15. Carol. Rota concl. 9. num. 28.*

17 Et in eam pœnam incidere verum contumacem, qui est quando de persona fuit citatus, non autèm quando est fictus contumax, qui dicitur quando domi est citatus, vt latiùs alibi diximus; & dicam *in Rit. seq.* & confirmant *Reg. Rouit. in pragm. 1. de ord. Iud. num. 11. Affl. in cap. 1. de milit. contum. notab. 9. vers. Quis autem dicatur*, & declarat *Marant. par. 6. d. vers. & quando appellatur, num. 283.* vbi sub *num. 288.* subnectit rationem, quia in ficto contumace non arguitur, sicuti in vero, dolus, & allegat *Bart. Bald. & Alex. in locis ibi adductis*, & alios allegat *Farinac. de delict. & pen. q. 18. num. 50.* vbi de *Maranta* mentionem facit, & de communi ab ipso *Marant.* relata, inferens *Marant. ibid. sub num. 289.* quod ista pœna, de qua suprà diximus, de Iure Regni, &

18 Curiarum consuetudine contra verum, non autèm contra fictum contumacem exigi poterit; Quod quidem dictum tanquam non subsistens reijcias velim, nàm in Regno nostro, tàm quando quis domi, quàm quando personalitèr citatur, in pœnam, de qua supra, incidit, quia *pragm. 2. de ordin. Iud.* de qua latè diximus alibi, citationem alternatiuè fieri posse determinat, de persona scilicèt, seù domi, & hanc opinionem sustinuit ipsemet *Marant.* fuimet dicti immemor, *in ead. par. 6. verbo, rectè concipiatur citatio, n. 128. Scialoya add. tract. cap. 6.*

RITVS CCXII.

Itèm nota, quod nullus bannitus potest capi antè lapsum duorum mensium à die banni: nisi veniat in conspectu Curiæ, quod nota.

SVMMA RERVM.

1 *Bannitus à die banni, duorum mensium spatio fruitur ad comparendum.*
2 *Hunc terminum reduxit ad mensem, alter Ritus 220.*
3 *Neuter eorum comprobatur hodierno vsu, nàm continuò solent vinculis mancipari, & fideiussoribus deindè aliquando relaxari.*
4 *Fideiussoribus quando relaxari possit Reus, tangitur remissiuè.*
5 *Ritus huius sanctio procedit in contumace ficto, & vero, & quis dicatur.*
6 *Restringitur, si infrà terminum præscriptum venerit bannitus in conspectu Curiæ.*
7 *Conniuentia superioris in non comparendo tantam inhabilitato fiduciam operari non debet, vt eius conspectum adeat.*

1 NVllum bannitum capi posse de persona antè lapsum duorum mensium à die banni, sanxit *Ritus* conformis *Const. Regni, clementiæ*, iuxtà *Isernia* sensum *ibid. col. 2. versic. & sic posteà*, & *Affl. 2. notab. vers. sed quid si personaliter, num. 3. Campag. in cap. licet contrà, num. 11. Foller. in prax. crimin. rub. verùm si citat. comp. num. 5. & in pragm. num. 171.* quem terminum re-
2 duxit ad mensem *Ritus* 220. sed neuter eorum comprobatur hodierno vsu, quandoquidem vinculis mancipari solent continuò post contumaciam, tùnc verò fideiussoribus relaxari, si delicti qualitas permittat, iuxtà notata per *Tusch. concl. 330. lit. F.* dùm casus in quibus sit fideiussoribus relaxãdus carceratus inquirit, & copiosiùs *Farinac. q. 33. à num. 1. Caran. Rit. 41. nu. 15.*

Baiard.

Baiard. ad Clar. q. 46. num. 12. memor Regni huius sanctionis *in prag. 8. §. Item vogliamo, el 1. de offic. Mag. Iustit, Nouar. collect. 156.* & alij, quos memoramus super *Ritu* 204.

5 Ritus sanctionem ampliat *Carauit.* tàm in bannito ficto contumace domi notificato, quàm in vero, de persona citato, latiùsq; explicant *Socc. reg. 105. Vrsill. ad Afflict. dec. 133. nu. 6. & dec. 344. Foller. in prax. crimin. rubr. etsi confitebuntur, nu. 3. Io. Milleus in prax. crimin. in formula contumaciæ, cap. incip. apparitor, num. 31 pag. 57. Vestr. in prax. Roman. lib. 7. cap. 3. num. 22.* & ibi *Grau. num. 53. Scaglion. in Ritu 120. num. 2. & 3.* & laudato *Carau.* hoc *in Ritu 212. num. 2.* tradit *Ioan. Bapt. Thor. par. 2. compend. verbo, expensæ facta.*

Quin, verus contumax nedùm dicitur citatus personalitèr, sed etiam is, qui latitando procurauit, nè de persona notificaretur, *Alex. in l. properandum, §. fin autem Reus, C. de Iudic. Auus meus,* memor *Carau. in hoc Ritu, ad Capyc. decis. 139. sub n. 1.* & quid sit agendum, si non potest Reus citari de persona, neq; domi, & ignoratur locus, in quo possit citari, inquirit *Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. in summ. ord. proced. num. 17.*

6 Illam verò idemmet *Ritus* restringit regulã, nisi infrà terminum præscriptũ veniat bannitus in conspectu Curiæ; Solent quandoq; superiores annuere, & conniuentibus oculis pati, vt criminosus per aliquot dies comparere differat, ille tamèn ex verbis *Ritus*, ibi, *Nisi veniat in conspectu Curiæ*, iunctis alijs *Carauita* in initio, cauere debeat, nè interim ad Tribunalia accedat, atq; Iudicis conspectum adeat, quandoqui-

7 dem cessaret tùnc conniuentia, & nè expressè permittere videretur, ipsum vinculis mancipari iubere cogeretur, ità quippè supremum officialem fecisse recordamur, cum in gratiam cuiusdam Principis inclinasset, vt quidam inquisitus, non obstante lapsu sibi præscripti termini ad comparendum in hac Ciuitate coram ipso, tanquam delegato, frueretur altero mense, in quo ad ipsum veniret, vt totius negotij factum enarraret, quia ausus est, credens, posse redire, & tacita concessa dilatione gaudere, ipsum quidem detineri mandauit, & in carceres conijci, quamobrèm cum à Principe, tanquam violatæ fidei, argueretur, illi per familiarem suum significauit, se alio modo gerere non potuisse, necessitate enim ad id coactum; nec propterea fidem datam violasse; quippè qui eam ità obstrinxisset si Reus suo non se præsentaret conspectui; cui validissimè rationi acquieuit vir ille prudentissimus. Aliquando relaxatum carceribus mancipatum ob causam Medici attestantis illum laborare aduersa valitudine, iterum deuinciri, vidimus, cum sanus ad Iudicis venire ausus est conspectum, etiam nondùm lapso termino habilitationis.

RITVS CCXIII.

Item nota quod nullus bannitus componitur de mora carceris: nisi sit captus in banno.

SVMMA RERVM.

1 *Compositio de mora carceris qua sit, num talis mora posterioribus nostris temporibus attendatur.*

2 *Qua concurrere debeat, vt quis dicatur bannitus.*

3 *An Ritus noster loquatur de bannitis pro causis capitalibus, àn etiam pro ciuilibus.*

4 *Bannitus etiam pro causis ciuilibus qui esse possu, & carcerari.*

1 Sermocinatur hic Ritus de compositione pro mora carceris, scilicet, de tempore, quo moraturi essent bannitiin carceribus, nēpè, quanto tempore perdurarunt in con-

contumacia non comparendo, etenim virtute *Capituli Regni* 155. exordientis, *siuè quis*, §. *fin.* quiuis bannitus pro contumacia criminis minoris, puta, non merentis pœnam mortis naturalis, aut deportationis, membri abscissionis, siuè perpetui carceris, quamuis per annum steterit in contumacia foriudicari vetatur, sed alijs in eo capite statutis pœnis mulctatur, atquè ea præsertim, vt siuè fuerit de crimine absolutus, siuè condẽnatus, siuè destiterit accusator, proptèr tam diuturnam contumaciam carceribus mancipatur tanto temporis spatio, quãto in cõtumacia perdurauit.

Huius itaquè moræ carceris in hoc *Ritu* vetatur compositio, scilicèt huius temporis, quo morari in illis debet, idquè apertiùs desumitur ex verbis sequentis *Ritus*, illis nempè, *non componitur de tempore*. Verùm posteriora tempora veteribus placatiora hanc etiam moram obliterarunt, vsuquè contradicente, improbarunt, vt in hoc *Ritu* testatur *Carauita* passimquè omnes experiuntur, atquè ideò multò magis dicendùm videtur, illum quoquè vsum abrogatum fuisse, cuius meminit *Campag. indic. cap.* 155. *nu.* 16. vt pro quocumquè crimine captus in banno post bimestre tempus tãdiù moretur in vinculis, quandiù contumax fuit.

2 Cæterũ, multa concurrere debere, vt bãnitus quis reputetur, liquet ex *Const. grandis*, quæ præterea illa recenset, & inibi *Affl. n.* 8. *&* 9. qui bannum alioqui non tenere, adijcit in eodem *nu.* 9. cum tamèn de bannitis pro causis criminalibus agimus, non ciuilibus, quorum est
3 sermo in hoc *Ritu*, non obstantibus postremis verbis illis, *nisi sit captus in banno*, quasi illa insinuent, loqui de bannitis pro causis capitalibus, dùm capi, banno durante, possunt, etenim ban-
4 nitum pro causis ciuilibus, etiam carcerari posse, docet *Affl. in constit. contumacem, sub num.* 2. *&* *const. si quis post litem, num.* 25. *rub.* 97. *lib.* 1. de his prætereà bannitis multa scripsimus super *Rit.* 207. necnon in alijs inibi memoratis locis.

RITVS CCXIIII.

Item quod si bannitus veniat ad Curiam cũ denarijs in manu: de iure banni, & prædictis fideiussoribus. soluit ius banni, & præstat fideiussores: non capitur, & extrahitur à banno, & non componitur de tempore, & idem, si veniet cum iure nuntius eius paratus cum dictis fideiussoribus: & cum dicta pecunia banni, quia tùnc extrahitur a banno, & non componitur de tempore, & in prædictis duobus casibus, quando aliquis est ciuiliter condemnatus: & idem bannitus, vel eorum internuncij, non coguntur componere de tertiarijs, ad quas fuerint condemnati.

SVMMA RERVM.

1 *Intellectus traditur* Ritus *verbis (Veniat ad Curiam cum denarijs in manu)*
2 *Contumax potest mittere alium ad purgandam contumaciam.*
3 *Spontè cum veniente mitiùs proceditur.*
4 *Spontè venire, quando quis dicatur.*
5 *Perpenditur Host. effatum in cap. de hoc tantùm, de Symon.*
6 *Solutione tantùm, quem extrahi à banno, ostenditur.*
7 *Verba nonnulla Ritus intelligentiam, afferunt alijs loquentibus de bannitis.*

1 Verba isthæc *Ritus*, *(Veniat ad Curiam cum denarijs in manu)* ridiculam videntur præseferre obseruantiam, nisi quid intimiùs præportent, aduertamus, etenim bannitus, ex hoc ipso, quod bã-nitus

nitus est, proculdubio vel in itinere, vel in aduentu ad Curiam, antequam suam manifestaret intentionem, causamquè accessus, deuinciri posset à ministris, & tanquam bannitus capi, ad hæc vitanda adinuenta fuit obseruantia deferendi pecuniam in manu soluendam pro iure banni, atq; ita non capitur, quin à iure banni extrahitur, vt in *Ritu* dicitur. Verùm postmodum aliud introductum fuit, & cautius remedium, quippè qui non amplius veniat, nè vinculis mancipetur, sed alium mittat, & contumaciam illius media

2 persona purget, quod etiam *Carauita* rimatur super *Ritu* 135. *sub num.* 2. & nos ibidem insinuamus.

Quin, ex recensitis verbis aliud dedu-
3 citur perutile axioma, quod pp̃pte veniẽs, lenius punitur, mitiusq; cũ eo agitur, idquè ex *Ritu* 135. alteroquè 211. apertiùs liquet, necnõ iure ipso cõmuni, Doctoribusquè multis, *textus* namquè *in cap. presbyterũm* 50. *dist.* mitiùs agendum cum eo presbytero, *quia commissum facinus facili dicitur professione, confessus, in cap. non dicatis*, 12. *q.* 1. ex *Diuo Augustino*, vt quicunquè in malum proprietatis progressus fuerit, *si hoc vltrò confitetur parcatur illi, & oretur pro illo, si autem deprehenditur, atquè conuincitur secundum arbitrium presbyteri, vel præpositi grauius condemnetur*, *Glos.* etiam percelebris extat *in cap. de hoc autem, de Symon.* tandemquè *Farinac. q.* 81. *à num.* 1. longo sermone explicans, quorum tamèn verba insinuant, ni fallimur, vt etiam citatus veniens, imò, & captus, si facilè enarrauit commissum à se crimen, sit mitius castigandus, quod à iure, & vsu abhorrere omninò videtur, & nos proculdubio credimus antedictorum Doctorum sententiam meritò restringendam ad eum, qui spontè confessus est, ac spontè
4 venit, ac Iudicis conspectui se præsentauit, illiusquè in carceribus se cõstituit, etenim in his terminis verba faciens *Hippol. de Marsil. in praxi*, §. *diligentèr, num.* 204. *& conf.* 217. *num.* 49. *Barth. Veron. conf.* 31. *vers. decima, & vltima, Gramm. conf. crim.* 29. *num.* 32. *Alban. conf.* 94. *ad finem, Nouell. in tract. ad defens. in tit. responsiones reorum in constitutis, nu.* 10. *Bertazz. conf. crim.* 357. *num.* 6. & in materia hæreticali, post *Eymeric. in suo direct. par.* 3. *num.* 58. *& Symanch. de Cathol. institut. tit.* 44. *nu.* 3. scripsit *Pegna in comment.* 12. *eiusd.* 3 *par. Eymer. à num.* 56.
5 *lit. F.* & *Hostiens.* generatim loquens distinctione vtitur in *eod. cap. de hoc, nu.* 1. *textus* conciliat ad inuicem pugnantes, & ait, *cum veniente proprio motu, & spontè, & liberalitèr confitente agitur mitiùs, vt in contrarijs, si verò timore probationũ non est ei parcendum:* quod quippè verbum *(parcẽdum)* haud intelligimus, & interpretamur in eum sensum, in quem sumit *Abb. inibi sub n.* 8. de totali immunitate, quãdoquidem, si isthæc fuisset *Host.* intentio vanè conciliare dissentientes sententias, nixus esset, eo quod dissimilibus verbis, idem in vtroquè casu respondisset, non igitur voluit, illi esse parcendum in ea parte, qua prius dixerat castigandum spõte venientem, quem mitiori plectendum pœna responderat cum eo autem, qui timore probationum rigidius procedendum, eiquè non parcendum, scilicèt in nihilo parcendum esse, vt à mitiori adhùc excludatur pœna, quin meminimus *Episcop. Campanil. in eius diuers. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 26. *num.* 45. conclusisse, spontè venisse eum, qui citatus à Iudice venit, necnon confessum vigore torturæ similitèr dici spontè confessum, & addimus *Roias in tractat. de hæretic. p.* 2. *num.* 292. *&* 399.

Ad cętera verba *Ritus* deflectẽtes po-
6 tissimùm ad illa *(& extrahatur à bãno)* aduertimus, cum tantùm solutione extrahatur à banno, cessare ideò hoc casu pœnam tertiæ partis mobilium, & persoluet tantùm tarenos sexdecim mentionatos in *Ritu* 135. & in causa est, spontanea comparitio, de qua fatetur iste *Ritus* necnon alter 135. & 211. cui indulgetur plurimùm, ideoquè conceditur

ditur transactio pœnæ incursæ proptèr bannum tertiæ partis mobilium, quod ex verbis *Carau.* desumitur apertè super *Ritu* 211. in initio, nosq; latiùs alibi dicimus. Alia insuper *Ritus* verba (*ciuilitèr condẽnatus*) & subsequentia multis
7 Ritibus intelligentiã afferunt, loquentibus de bannitis, cum nonnullos banniri pro causis, etiam ciuilibus ostendant, & altera *Ritus* 211. nempè *idem in ciuilibus*, item alia *Ritus* 206. ergo non omnes illos *Ritus* necessariò intelligendos esse de bannitis pro capitalibus causis, existimandum est, sed aliquos, etiam pro ciuilibus, sicquè eorum sensui congruit, opitulaturquè *decis. de Franch.* 271. quam ad hoc probandum adduco super *Ritu* 306.

RITVS CCXV.

ITem quod illi, qui sunt banniti, debeant præstare infrà tres dies fideiussores, si comparet eodem die, quo fuerunt banniti, quæritur, quid in ciuiliter cõdemnatis, an debeant præstare? Immo eo ipso, quod cõparent: etiam vsque ad primum somnum: & faciunt scribi comparitionem: cõdemnatio illa ad tertiam, vel sextam, est retractata, absq; alia retractatione, sed solũ, quòd scribitur eodem die ibidem: dictus condemnatus comparuit in dicta Curia: & debet comparere dicto eodem die personaliter: & non per procuratorem: ad hoc vt dicta condemnatio retractata intelligatur, & idem in bannito, vt si eodem die comparet vsquè ad primum somnum: intelligitur esse retractatum bannum, & tertiaria, quod nota.

SVMMA RERVM.

1 *Banniti iuxtà hunc Ritum debent præstare fideiussores, scilicèt de stando Iuri.*

2 *Carceratus pro leui causa sit nè relaxandus sub fideiussione de repræsentando, an potiùs sub altera, nè discedat à Palatio, aut aliundè.*

4 *Dictio, Imò, est præcedentium correctiua, eiusq; effectus est vltimum dictum roborare.*

5 *Testis si attestetur aliquid, moxquè adiungat aliud, cum dictione, Immò, postrema illius assertio subsistat nè, eumquè vacilasse sit dicendum, an potiùs se statim correxisse, ostenditur.*

6 *Præfata dictio, Imò, quãdoq; copulatiuè, nonnunquam alternatiuè ponitur.*

DE hoc *Ritu* scripsimus in an-
1 tecedentibus 204. & 206. nonnulla hic adnotabimus, potissimùm teneri bannitos, seù contumaces præstare fideiussores, scilicèt de stando iuri, teste *Carau. Ritu* 204. *sub num.* 4. rationem tamèn non adijcit, quam prætereundam esse non existimamus, dicimus itaquè, quod quamuis *Bart. in l.* 1. §. 1. *ff. de custod. reor.* opinetur, carceratum pro leui delicto, aut pœna pecuniaria castigandum, vel relaxandum esse sub fideiussione, de tenẽdo aliquem locum
2 pro carcere, & ab eo non recedendo, non autem de stando iuri, & iudicatum soluendo; Nos tamèn verius censemus, sufficere cautionem de repræsentãdo, & de stando iuri, ac iudicatũ soluendo, quod ex *Bal.* & alijs deducit, & defendit *Farinac. q.* 33. *n.* 1. 3. & 4.
3 Disponit insuper *Ritus*, quod eo ipso, quod eadem die comparuerunt vsquè ad primum somnum, & stante sola annotatione dictæ comparitionis, condemnatio ad tertiam, vel sextam par-

partem bonorum,factam vigore *Ritus*
204. intelligitur abrogata absq; alia
retractatione,scilicèt absq; decreto re-
tractante, idest reuocante iam dictam
condemnationem, suppetitquè, ni falli-
mur,quod frustra decretum interponi-
tur,& incassum licentia conceditur, vbi
3 ius concesserit,vt altera hominis non
requiratur,ex *Glos.in cap.fin.vers.deli-*
gentia, de Magistris,ac Nauar.in sum.
c.25.n.111. quorũ celeberrima sentẽ-
tia,nè tua excidat mente, quippè quæ
nõ exiguo tibi erit emoluméto, pindè,
ac mihi non semèl profuit ad honorẽ.
4 Dictio verò *(Imò)* de qua *Ri-*
tus meminit, suaptè natura est præce-
dentium correctiua, eiusque effectus
est vltimum roborare, teste *Paulo Ca-*
strensi in l. si qua, num. 1. ff. si seruit.
vendic. probatq; *tex. in l. si ita scrip-*
tum,ff.de hered.instit. vbi *Bart.* copiosè
de ea re fatur, necnon *in l.Stichus, imò*
Pamphilus, ff.de manum.testam. Abb.in
cap.accedens,num.9.vt lit.non contest.et
cap. inter corporalia,num.17.de trans-
lat. Prælat. quin *Alciat. cons.574.num.*
4. nimirùm ait, prædictam dictionem
esse aduersatiuã,& augere, atquè ideò
5 si testis attestetur aliquid, moxquè
adiungat aliud,cum dictione, imò, sub-
sistere illius postremam assertionem,
eumq; non vacillasse, sed potiùs se sta-
tim correxisse,dicendum est.Idq;suadet
idem *Bart. in ead. l.si ita scriptum, n.*
2. idemq; *Castrens.in add.l.si qua,num.*
2. ff. si seruit. vend. non tamèn nega-
mus, præsatam dictionem copulatiuè
6 quandoq;poni,& ampliatiuè: idemquè
si dictio, etiam, aut copula, *&*, adnecta-
tur,teste *Bar.* ita declarante *in l. 1. §.*
quibus,num. 17.ff.de nouo,C.faciend.&
Decio in l.cognitio,nu. 3.ff.de offic.eius.
quin,& alternatiuè nonnunquam poni,
cum scilicet eadem, aùt maior viget ra-
tio in præcedenti, quod si eadem non
subsistat ratio, correctiuè tantùm addi,
ex l. si vehenda, tùm *in princ.* tùm *§.2.*
ff.ad leg. Rhod.de iactu, prout *cit. Bart.*
defendit *indicat.l.si ita scriptum,nu. 1.*
eademq; *adducta l. 1.§.quibus,num. 17.*
de nou. Cod.fac. atq; *Castrens.in prædi-*
cta l. si qua,num. 1.

RITVS CCXVI.

ITèm quod de quolibet bannito, extrahentes à banno, seù de pluribus, qui extraxerunt se à bannis suis vicibus, simul, vel separatim fiant,& fieri debeat vnum, vel plura publica instrumenta debitis solemnitatibus roboranda, in quo, seù quibus contineatur litera commissionum dictorum commissariorum, de recipiendis fideiussoribus dictis bannitis, cum distinctione nominum bannitorum,& diuulgatione bannitorum eorundem, ac annotationibus relinquorum bonorum omnium mobilium,& stabilium bãnitorum præfatorum contentorum in eisdem literis exequutionum assumendaque infrà terminum, in dictis solemnitatibus munienda, mittant vna cum pecunia dictorum bannitorum, & tertiarum ad Curiam supradictam.

S.V M M A R E R V M.

1 *Anni redditus, & census, àn veniant mobilium, vel stabilium sub appellatione.*

2 *Census dicitur existere in loco, vbi fundus existit, siuè super quo fuit impositus.*

3 *In legato facto de omni eo, quod testator habet in Ciuitate, àn comprehendatur census impositus super bonis exi-*

existentibus in comitatu.

4 *Legatum factum coniunctæ personæ, latè debet interpretari.*

5 *In paruis Ciuitatibus, & oppidis, appellatione Ciuitatum venit Comitatus.*

6 *Legatum debet intelligi de bonis existentibus in comitatu, ad hoc vt numerus pluralis verificetur.*

7 *Pia causa in themate proposito non est apta extinguere amorem erga nepotē.*

8 *Quid de functionibus fiscalibus.*

9 *An verò animalia.*

10 *Regularibus sicuti mobilium, & immobilium possessio interdicitur, ita quoque animalium.*

11 *In venditione mobilium, & immobilium, quænam veniant, remissiuè.*

12 *Legatum factum de argēto testatoris, àn contineat tantùm argentum, quod habet tempore testamenti, vel etiam, quod postea acquisiuit.*

13 *Legatum si fiat de eo, quod sempronius testatori debet comprehendit illud, quod purè debetur, non quod in diem.*

RItus præsens loquitur de his quæ spectant ad officium commissariorum, qui quotidiè contra contumaces criminales, & ciuiles destinantur, quorum sermo fuit in *Ritu* 132. & cum hodiernus vsus hinc enarrata non seruet, nos proptereà non immoramur; Sed tantum innixi *Ritus* verbis: *Annotationibus bo-*
1 *norum omnium mobilium, & stabilium,* querimus, àn etiā annorū redditũum, & censuum, quam quæstionem extricant *Guttier. pract. qq. lib. 5. quæst. 83. de Franch. dec. 254. num. 4. & 5. & in dec. 168. num. 13. Martha voto 51. num. 6. & Fr. Gratian. dec. Marchiæ 54. num. 27. Surd.* copiosè *dec. 204. Mandos. ad Roman. cons. 188. lit. D. Borrell. cons. 17. num. 13. Sessa decis. Aragonensi 124. n. 1. & 23. par. 2. Mastrill. dec. 115. à nu. 5. Consil. de Georgio in sua allegat. 38.*
2 *num. 9.* & affirmatiuè dicendum, ex quo cēsus dicitur existere in loco, vbi fundus existit, siuè super quo fuit impositus, *Tiraq. de iur. primog. q. 49. nu. 9. Gabr. cons. 141. num. 15. lib. 2. Boccacc. de cens. part. 2. num. 49. Guttier. de Gabell. quæst. 55. num. 1. Roderic. de ann. redd. lib. 2. quæst. 9. num. 8. in fin. vers. an autem Census, Parlad rer. quot. lib. 1. capit. 3. §. 8. num. 13. cum sequen. fol. 1. Duard. de Cens. §. 1. quæst. 31. num. 31. Sanch. cons. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 42. num. 6. & per tot. Thes. quæst. 5. in fin. lib. 2. Peregr. cons. 90. ante fin. vers. in pensionibus autē, lib. 5. cum alijs per Rotam in Viterbien. hereditatis 29. Februarij 1638. coram bon. memor. Buccabellæ,* cōueniunt tradita, per *Gabriel. cons. 141. num. 15. lib. 2. Surd. decis. 204. num. 7. Barz. decis. 109. num. 10. Gratian. discept. 585. num. 6 cum seqq.*

3 Hinc respondi Amico Romæ commorāti, in legato facto *di tutto quello hò in Tiuoli*, cōprehendi censũ impositũ super bonis existentibus sub Comitatu Tiburtino, quod secus esset, si testator dixisset, *lascio tutto quello, che hò nella Città di Tiuoli*, ex *Bar. in l. 1. §. cum Vrbē, n. 11. ff. de offic. Præf. Vrb. idē Bar. in l. 2. n. 2. ante fin. & num. 3. ff. de verb. sign. add. ad Roman. singul. 552. Menoch. de præs. lib. 4 præs. 126. num. 13. Simon. de Præt. de interp. ult. vol. lib. 4. interp. 1. dub. 8. num. 22. fol. 395. Mart. de success. par. 4. quæst. 18. num. 107. &* firmauit *Rota in Firmana fideicommissi 26. Nouembri 1620. coram Vbaldo*, etiam quia concurrebant tres coniecturæ.

4 Prima desumpta ex eo, quia legatũ factum fuit coniunctæ personæ dilectæ Testatori, indè latè debet interpretari, *Crauet. cons. 297. num. 1. Natt. cons. 226. per tot. Corn. cons. 193. num. 2. Menoc. cons. 140. n. 12. & præsumpt. 126. num. 7. lib. 4. & de arbit. Iud. lib. 1. quæst. 99. nu. 15. Gratian. decis. March. 96. num. 1. cum sequen.* & dixit *Rota in dicta Firmana fideicommissi coram Vbaldo.*

5 Secun[illegible] quia iuxtà communem vsum loquen[illegible] in paruis Ciuitatibus, & Oppidis appellatione harum Ciui-

tatum venit, etiam Comitatus, qui vsus loquendi multum operatur, immò multotiès prætertur propriæ significationi vocabuli, & in interpretandis legatis attenditur, *l. librorum*, §. *quod tamen Cassius, de legat. 3. Bart. cons.* 159. *num.* 1 *par.* 1. *Cephal. cons.* 599. *num.* 15. *Gratian. dicta decis.* 96. *num.* 16. *cum sequen.*

6 Tertia coniectura deprompta fuit ex eo, quia legatum fuit factum per verba generalia, & in numero plurali, ibi, *tanto stabili, quanto mobili.* Vnde debet saltèm legatum verificari in duobus stabilibus, & si in legato non comprehenderetur census, adesset vnum tantummodò corpus honorum stabilium, & quidem exigui valoris, nempè, stabulum, quapropter debet intelligi legatum de bonis existentibus in Comitatu, ad hoc, vt numerus pluralis verificetur, *Grauet. cons.* 297. *n.* 4. *Surd. dec.* 204. *num.* 14. *&* 210. *num.* 9. *Caputaq. decis.* 154. *num.* 6. *par.* 3.

7 Nec obstare dicebam, esse hæredem piã causam, quia cũ eadem pia causa tot milliaria scutorũ fuerit cõsecuta in illa opulenta hæreditate, non illa est apta exinguere amorem erga Nepotem, in tam tenui legato, *Monterperell. cons.* 105. *num.* 7. *Rander. resol.* 1. *nu.* 39. *Vincen. de Franch. decis.* 597.

8 Et àn appellatione bonorum veniãt fũctiones fiscales, *Carol. Ant. Mocc. in syln. casuum forens. c.* 18. 19. 20. *&* 21. *Capyc. Latro, & Gizz.* ad eum, *dec.* 37. *tom.* 1. *Reg. de Marin. ad Reuert. decis.* 342.

9 Quid de bouibus, cęterisquè alijs animalibus, quæ mero iure, inter nec mobilia, nequè immobilia reputari, sed tertiam quandam constituere speciem, scilicet, se mouentium, docent *Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *Glos.* 7. *num.* 44. *Parlador. lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin. par.* 5. § 3. *sub nu.* 13. Illorumne annotatio facienda erit? Ex verbis præsentis *Ritus* non videtur. Illud tamen in more nùnc positum, vt ab executoribus illa quoq; adnotentur nulla quidem ratione, aut iure (vt animaduertere potest prudens Lector) sed tantùm ministrorum iniuria, & potentia, quamuis in aliquibus comprehendi animalia sub mobilium, & immobilium appellatione ad vitandum absurdum, vel ex disponentis necessaria interpretatione mentis, non dubitamus, vt præsertim contingit in sanctione Conci-
10 liari, disponente *in c.* 2. *sess.* 25. *de regul.* vt nemini regulari liceat bona immobilia, vel mobilia, &c. possidere, de qua copiosè scripsit *Episcop. Campanil. in diuers. iur. Canon. rub.* 12. *cap.* 46. *num.* 68. nisi enim, & animalia quoquè possidere Regularis vetaretur, ridicula certè res esset: Quamobrèm omninò dicendum, nè illa quidem Regularem habere posse: maximè ob subsequentia in eodem decreto verba apertè præportantia, hanc esse mentem Concilij nedùm rationem, ob quam decretum illud à prudentissimis Patribus illis manauit.

11 In venditione rerum mobilium, & immobilium, quęnam veniant, vel non, prætèr à nobis adducta *in Ritu* 132. *tom.* 1. latè pertractant *Thor. vot.* 46. *par.* 2. *Reg. Reuert. decis.* 72. *Mucc. q. forens.* 29.

12 Et àn legatũ factũ de argento testatoris, contineat argentũ tantùm, quoad habet tempore testamenti, vel etiam quod postea acquisiuit, *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resol. cap.* 122. *Reg. Reuer. add. dec.* 342. & ibidem idem *Reg. de Marin. in obser.*

13 Legatum verò si fiat de eo, quod Sempronius testatori debet, & Sempronius illi debeat purè, & in diem, comprehenditur tantum illud, quod purè debetur, *l. si ita scripsisset* 47. *ff. de leg.* 2. *R. de Marin. ad Reuert. dec.* 283.

N

RI-

RITVS CCXVII.

ITèm quòd post receptionem dictarũ fideiussionum, commissarius ipse mandet ex Reginali, dictæq; Curiæ parte, dictis principalibus bannitis (si præsentes fuerint,) seù eorum fideiussoribus supradictis in illorũ absentia, ad pœnam fideiussionum præfatarũ quatenus fuerint banniti, siquidèm ipsi fuerint ex officio dictæ Curiæ banniti, quòd dictos bannitos, seu ipsos bannitos principales infra terminum per dictum commissarium eisdem bannitis, seù eorum fideiussoribus præfigendum, pro causis præmissis sistant in iudicio dictæ Curiæ, & se præsentent.

SVMMA RERVM.

1 *Fideiussor de stando iuri, & iudicio sisti principalis potiùs, quam fideiussor appellatur.*

2 *Excussionis beneficio non fruitur iuxtà Muscat, & Hippol. effatum, quod extricatur, & enucleatur.*

3 *Excussionis materia, præhabitis septem quæstionibus, dilucidatur.*

4 *Fideiussor de iudicatum soluendo àn valeat dicere de nullitate sententiæ latæ contra principalem.*

5 *Fideiussor indemnitatis non conuenitur ante principalis excussionem.*

6 *Fideiussoris renunciatio beneficio sibi competenti debeat nè esse specialis, àn sufficiat tantùm generalis.*

7 *Excussionis exceptio, àn possit denegari tertio per Iudicem, quando proceditur sola facti veritate inspecta.*

8 *Illa àn obstet Viro, & vxori agentibus ad dotem contra tertios possessores bonorum tacita actioni hypothecariæ.*

9 *Excussionis materia, quibus in locis à DD. pertractetur.*

1 ISthæc *Ritus* dispositio collimat materiæ, quam antecedens *Ritus*, & altèr 132. pertractant circa Commissariorum officio incumbentia, quæ cum recesserint ab aula, libentèr omittimus, tantum aduertimus, quod fideiussores, de quibus ipsemet *Ritus* loquitur, cum sint de stando iuri, & iudicio sisti, vt dixi in *Ritu* 215. principales potiùs, quam fideiussores appellitantur, *l. 2. §. 1. ff. qui satisd. cog.* ac propterea excussionis beneficio non
2 frui, admonuit *Berard. Muscat. in prax. fideiussoria par. 2. q. vltima nu. 32.* post *Hyppolit. in rub. de fideiuss. num. 26.* illam statuens resolutionem, quod cum aliquis pro alio promisit soluere, & se principalem constituit, non gaudeat beneficio excussionis, & ordinis; quorsum enim alioquin proficerent illa verba, constituens se principalem, in quo differrent inuicem simplex fideiussor, & huiusmodi constituens? quid opus esset alijs, atq; distinctis nominibus? cum in contractibus, & conuentionibus, atquè instrumentis, nihil superfluum, aut otiosum esse debeat, at singula sint cum virtute, & energia accipienda verba, ex *Glos. in l. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. Bal. in rub. C. de contrah. emptione num. 9. Anan. cons. 98.* eodemquè *Hippol. num. 63. & seq;* Verùm hoc etiam casu, scilicèt cum se quis principalem asserit, subuenire eiusmodi constituenti excussionis beneficium, vt priùs rei principalis bona, pro quo constituit, discussione examinētur, quàm ipsius principalitèr obligati, deducit ex *Gl. Alex. Fabr. Aretino*, & alijs, & omninò firmat *Valent. Franch. tract. de fideiuss. cap. 5. num. 192.* quam deindè à *num. 194.*
3 declarat conclusionē, ac præterea vniuersam excussionis materiam in eo capite exarat à *num* 141. vsquè, & per totum *num. 429.* septem distinctam articulis,

culis, nempè, quid sit excussio, quando. & quibus in casibus necessaria sit, cui competat illius exceptio, aduersus quē illa exerceatur, circa quas res versetur; quæ sit illius forma, eaquè quomodo sit instituenda, demumquè quando cesset remedium excussionis, aliosquè recenset casus *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 15. & 16. & c. 17. à n. 6.*

Quamobrem ratio, qua innixi *Muscatell. & Hippolit.* concludunt, fideiussorem de stando iuri, & iudicio sisti, cum reiecta appareat, videtur nec debere subsistere eorum assertio, vt illi excussione non gaudeant, & consecutiuè affirmandum, gaudere, nos autem intimius perscrutantes causas rerum, affirmamus, prædictos fideiussores non versari in his terminis, vt eorum in casu controuerti necesse sit, tali fauore potiantur necnè, cum reis condemnatis, fideiussores ipsi liberentur, ac proptereà in eis non procedere quæstiones, si principalium sint excutienda bona, peroptimè aduertit *Sesse decis. Aragonen. 151. sub nu. 3. par. 2.* auctoritate *Guid. Pap. in dec. 26.* ob exinctam itaque obligationem vanum est quærere, si potiantur, & conueniunt tradita à *Gallup. in prax. p. 2. cap. 3.* tradens *sub num. 18.* in nostris Curijs præstari etiam de iudicatum soluendo, proùt in Hispania testatur *Suar. in decl. l. 11. tit. de los emplazamientos, rub. 2. vers. sed pone, num. 6.* in Francia, *Rebuff. ad Gall. constit. art. 6. Glos. 3. tract. de rit. oblig. num. 55.* qui fideiussor de iu-
4 dicatum àn valeat dicere de nullitate sententiæ latæ contra principalem, negatiuè, ex *Vant. de nullit. rub. quis possit dicere de null. sentent. contra alium lata pro suo interesse, num. 17.* resoluit *Dom. Consil. Rocc. resp. 7. n. 13. tom. 1.* & àn valeat allegare litis pendentiam factam cum principali, resolue ex adductis per *Dom. Consil. Staib. centur. 2. resol. 113. num. 25.*

5 Notandum quoquè, fideiussorem indemnitatis, etiam accedente renunciatione *Auth. præsente, C. de fideiuss.* non posse antè principalis excussionē conueniri, *Hipp. de Marsil. in rub. de fideiuss. num. 23. Fontan. de pact. nupt. claus. 4. Glos. 9. num. 55. vol. 1. Franc. de Amaya in tit. de decurion. lib. 10. l. 7. num. 7. Larrea alleg. fiscal. to. 2. cap. 112. n. 45. Muscatell. par. 1. modo 20. sub num. 6. & ibi Dom. Pratus.*

6 An autem renunciatio, *add. Auth. præsente, Cod. de fideiuss.* beneficio facta, specialis, vel generalis esse debeat, inquirunt *Bal. con. 4. num. 1. lib. 1. Caluin. de æquitate lib. 2. cap. 186.* anquè
7 illius exceptio tertio denegari possit à Iudice, quando proceditur sola facti veritate inspecta, extricant *Osasc. dec. 2. sub n. 6. Menoch. de arbitr. Iudic. q. 51. Thesaur. dec. 52. & dec. 175. num. 6. Caluin. cap. 114. num. 25.* obstet nè vi-
8 ro, & Vxori agentibus ad dotem contra tertios possessores bonorum tacita actione hypothecaria, affirmatiuè decreuit S. C. apud *de Franch. dec. 270. Gratian. dec. 71. Caluin. cap. 185. n. 42. Garoe. de excus. bonor. q. 25. par. 3.* contradicit *Altogran. cons. 95. num. 11.*

9 Cæterum ad materiā consule *Alex. Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit. de except. resol. 4. Beniten. dec. Bonon. 81. Fab. in C. lib. 8. tit. 28. defin. 46. Cost. de remed. subsidiar. remed. 37. Larrea alleg. fiscal. 26. num. 14. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 4. par. num. 18.*

RITVS CCXVIII.

ITèm seruat ipsa Curia ab eo tempore cuius contrarium memoria hominū nō existit; hāc practicam in istis casibus, si facio aliquem citari ciuiliter, vel criminaliter, vt die puta, sexta martij, compareat in dicta Curia, & dicto die sexto non com-

parco

pareo, sed comparet citatus ipse ciuiliter, vel criminaliter, & accusat eodem die contumaciam contra me, deindè elapso triduo, condemnabor ad sui petitionem ad sextam partem bonorum meorum mobilium, .s. quando citatus fuit aliquis extra locum, & partem eius, vbi Curia regitur, si ipse citatus venit cum literis responsalibus citantis, quia citatio debet semper vtriq; parti consimilis assignari, vbi verò non comparet citatus ipse die sexto prædicto, accusatur contra eum contumacia dicto die, & elapso triduo, condemnatur ciuiliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & criminaliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & etiam bannitur. Et nota, quod in casibus prædictis, vbi ego accusator, vel actor condemnabor ad sextam partem mobilium, condemnor etiam tùnc ad sui petitionem, ad expensas taxandas per Curiam, vbi verò ego in præmissis terminis compatui dicto die sexto, & accusaui contumaciam contra eum, quem ciuiliter feci citari, & ipse ciuiliter cōparuit infra triduum, vel quandocunque, durante citatione, scribatur comparitio sua, quo est paratus procedere in dicta causa ad vlteriora, quatenus de iure fuerit, non tamen aliquam contumaciam accusat contra me: & sequenti die, & quandocumque durante citatione licentiabitur, & ego condemnor ad tarenos tres tantummodo, & non ad expensas, licentiabitur autem tunc, quando condemnabor, & talis condemnatio scribitur in actis. Sed non legitur, & idem in proximo casu seruabitur in criminali, excepto, quia condemnabor ad tarenos sex tantummodo, & non ad expensas (etiam vt dictum est) non sic in casu præcedenti.

SVMMA RERVM.

1 *DD. videndi ad notata à Caran. in hoc Ritu, recensentur.*

2 *Contumaciæ accusandæ per Actorem mentio fit, & extricantur verba Ritus 226. quæ non contradicunt nostro Ritui.*

3 *Actor non veniens ad accusandum Reo contumaciam, qua pœna mulctetur.*

4 *Verba illa, cuius contrarium memoria hominum non exiſtit, cuius sint virtutis, et per quæ alia explicentur à Iurisconsultis.*

PLura ex hoc *Ritu* praxim extricante seruandam in Iudicio, Reo comparente in termino, & non Actore, obseruat no-
1 ster *Carauita*, & adnotata per ipsum *à num. 1. cum seq.* videas *Foller. in prax. crimin. rub. Accusentur contum. num. 3. Io. Arnon. in pract. Iudic. c. 21. Galter. in prax. instrum. 2. par. 3. par. in rub. 1. sub num. 1. Marant. in specul. p. 6. in 2. memb. de contum. n. 37. Gaill. pract. obseru. lib. 1. obser. 59. à nu. 4.*

Ad verba tamèn *Ritus. Non tamèn aliquam contumaciam accusat*, oppono contrarium fieri per verba *Ritus 226.* apertè dicentia, vt, accusa-
2 ta prima contumacia per Actorem, si tempore vltimæ contumaciæ non venerit, accusetur contra eūdem Actorem contumacia, verùm qui verba nostri *Ritus* rimabitur, illa, scilicet, *vel quandocumq; durante citatione*, fatebitur

bitur libentèr in alio casu loqui præsentem *Ritum* 226. & consecutiuè istū militare quotiès Reus comparet, elapso triduo, sed durante tempore citationis: illum verò non solùm post triduum, sed post tempus citationis. Actor verò non veniens ad accusandam Reo contumaciam vigore huius *Ritus* pœna sextæ partis mobilium mulctatur, & sic corrigitur *Ritus* 207. in tribus tarenis sanciens, illum condemnandum. Neutrum tamèn recipit vsus, quod multis in Ritibus affirmauimus.

Cœterùm verbis *in princ.* huius *Ritus*, *Cuius contrarium memoria hominum non existit*, vtitur etiam *Ritus* 97. *in eius calce*, quin exponentes omnes ad probandam immemorialem. At Iurisconsulti elegantiùs loquentes id ipsum, sed alijs exprimunt verbis: *Paulus* enim *in l. in summa*, §. 1. *ff. de aqu. pluu. arc.* ita fatur. *Apud labeonem proponitur fossa esse vetus siccandorum agrorum causa, nec memoriam extare, quando facta esset*, *in* §. verò *Cassius, in fine*, sic loquitur. *In eadem causa esse ea, quorum memoriam vetustas excedat*, alijs omninò vidends, vtitur *in* §. *Idem labeo et l. Vulpianus autem in l.* 3. §. *ductus aquæ, ff. de aqu. quotid. & æstiua*, hæc scribit. *Ductus aquæ, cuius origo memoriam excesserit, iure constituti loco habetur*, & labeo, *in l. si arbiter, ff. de probat.* multis inuolucris verborum idipsum pluriès explicans, aceruatim multa frequentat, vt videnda ea potiùs à Lectore studioso, quàm rescribenda à nobis videantur.

❧❧❧

RITUS CCXIX.

Item quod tàm in Ciuilibus, quàm in criminalibus causis, quæ in Curijs ipsis tractantur, si terminus datus ad probandum partibus, incidat in diem feriatam, sequenti die non feriata, parte non comparente in Curia, contumacia accusatur.

SVMMA RERVM.

1 *Testes post terminum recipi non posse, tùm iure Rituum, tùm communi, probatur.*
2 *Quid verò citati in termino.*
3 *Quid tandèm, si iurati infrà terminum.*
4 *Quid seruetur in causa repulsæ.*
5 *Iudex æquitate motus quando possit gratiam facere.*
6 *Æquitas rigori quando præferatur.*

1 VSus Curiarum Regni, & continua praxis aduertatur profectò huius *Ritus* dispositioni in terminis examinandorū testium, cuius est illius sermo, teste *Carauita propè finem*, & *Ritu* 80. *n.* 3. atquè ideò, elapso termino, receptio testium non admittitur in Regno, quod etiam de iure procedere desumitur, ex *tex. in cap. licet causam, de probat.* quo *in tex. DD.* passim de hac re agunt, quod tamen restringitur, vbi Iudex gratiosè se gerens indulgeat parti producere testes die sequenti, ex *Bal. in sua pract. tit. de citat. num.* 4. quod licere Iudici arbitratur, *Carau. sub n.* 2. *ex l.* 1. *C. quom. & quand. Iudex*, necnon ex *tex. in cap. consuluit, de offic. deleg.* vbi præsertim *Felin. vers. limita* 2. *sub n.* 18. affirmat in Curijs mercatorum, in quibus, attenta æquitate, proceditur, admitti semper testes adhuc

huc poſt terminum lapſum.

Quod ſi antequam finiretur terminus, fuiſſet à Iudice prorogatus, de quo loquitur *Muſcat. in prax. S. C. lib. 1. par. 5. Gloſ. defendendum, à num. 15.* magis liceret producere teſtes, quia in termino dicerentur producti, ex alibi notatis à nobis, cum verò citatio
2 apprehenderit teſtes ipſos in termino, recipi eorum teſtificata poſſent, etiam termino finito, vt ſcripſimus attenta diſpoſitione iuris communis ſuper *Ritu 69.* ſed ſi iurauerint infrà terminum, etiam attenta diſpoſitione *Rituum* licere, deducitur, ex eodem adducto *Ritu 69.* quod iure attento communi multò magis procedere aiunt *Roman. conſ. 443.* & poſt alios, *Marant.* ſubiungens, ita paſſim obſeruari, *par. 6. actu 3. num. 19.* necnon *Veſtrius in praxi Romana, lib. 9. cap. 2. ſub num. 22.* ibiquè *Grauat. num. 59.* & memoratus *Carauit. eod. Ritu 69. num. 6.* etiam nulla facta diligentia pro illis examinandis in termino teſtibus, *Butric. in l. ſi quando, in princ. C. de teſtibus*, ibidemquè *Bart. in 1. lect. num. 3.* & alijs multis, quos *Farinac.* congerit, *q. 80. nu. 77.* quam, & nos veriorem exiſtimamus, non ſolùm reiecta contradicente. *Imol. Archid.* & aliorum negantium,
3 ſi diligentiæ minimè proceſſerint, quos idem *Farinac.* recenſet, *num. 78.* verùm aliorum ſimpliciter loquentium, inter quos præeminet *Lanfranch. de Oriano in praxi, cap. 8. num. 11.* illa itaq; tanquam vera probata reſolutio videtur reſtringenda in terminis tantùm, in quibus verba faciunt Doctores relati per eumdem *Farinac. num. 79.* & 80. cum terminus conceſſus ſimplicitèr fuit ad probandum, ſiuè examinandum, ſecus verò ſi ad producendum teſtes, vt ille ſubdit *num. 83.* & certè cum eſt datus ad probandum, & probatum habendum, ex reſolutis à nobis ſuper eodem *Rit. 69.* ac *Rit. 152.* & *Farinac.* probat *num. 85.* & longè vèrius ſi fuerint addita illa verba, per omne genus probationis, quod nos probamus illis in locis, idemquè *Farinac. num. 86.* quiquè *n. 88.* addit aliam, & ſanè notabilem reſtrictionem, in termino tantùm dato à Iudice procedere, non autem ſi à lege, vel ſtatuto, quam, præter relatos illic auctores, admittunt *Flamin. Carthar. deciſ. Genuenſ. num. 2.* & 7. atq; *Guttier. pract. qq. lib. 1. q. 54.* quibus exceptis, atquè alijs paucis ab eodem *Farinac.* coacervatis, concluſionem antedictam veriſſimam arbitrantur, iuratos teſtes recipi poſſe, tranſacta dilatione conceſſa; imò, & vltima die termini, ſi feriata fuerit, iuxta *Ritum 143.* & 144.

4 Vnum nota, quod in cauſa repulſæ teſtes citari, & examinari debent infrà terminum datum ad repulſam, quo elapſo, amplius, non admittuntur, *Marant. p. 6. verſ. 13. n. 6. Muſcatell. Gloſ. momentum, p. 6. lib. 1. n. 14. Nicolin. in prax. ciuil. n. 109.* ſed nos contrarium deciſum diximus in *Ritu 73. ſub n. 70. t. 1. n. 5.*

5 An, & quando Iudex æquitate motus poſſit facere gratiam, ad tradita per *Carau. in hoc Ritu num. 2.* vel augere pœnam, *Iacob. Belius in prax. Iud. tit. de ſent. crim. col. 3. verſ. nec aliquis*, & nonnulla de æquitate ſcripſimus in *Ritu 208. n. 2. hoc to. 2.* & diximus de
6 iure, æquitatem ſcriptam præferri rigori ſcripto, nùnc verò addimus, ſecus eſſe, vbi rigor eſt ſcriptus, æquitas autèm non ſcripta, *l. placuit, C. de Iudic. l. 1. §. ſi ego, ff. ſi pars hered. pet. cap. fin. de tranſact. l. proſpexit, ff. qui, & à quibus*, Hippol. *ſingul. 685. Anton. Monac. deciſ. 19. num. 3. & dec. 70. n. 33. Simon Vaaz Barboſ. in princip. & loc. com. vtriuſq; iur. pag. 25. verbo, aequitas*, id quod reſtringimus in Principe ſuperiorem non recognoſcente, eiuſq; Conſiſtorio, in quo præualet equitas non ſcripta, *Borgn. Caualcan. in tract. de brachio Regio, par. 6. rub. aequitas, in Aula, cap. 1. ſub num. 207.* proùt in noſtro Sacro Conſilio, *Affl. in Conſtit. ſi quis in poſterum, ſub tit. de defenſ. imponen. num. 28. & in cap. regalia,*

ub tit. quæ sint regalia, num.41. in vissib. feud. Grammat. decis. 19. per tot. Lanar. cons.79. num.11. Top. de Orig. Tribun. par.2. lib.1. cap.4. sub n. 14.

RITVS CCXX.

I Tem si aliquis, vel aliqua bannitus, vel bannita fuerit per dictas Curias, seù alteram ipsarum, & subsequenter in banno ipso perdurans, citatus, vel citata, fuerit de mandato dictæ Curiæ in aliqua causa ciuili non admittatur ad comparendum per procuratorem in Curia ipsa: nisi contumaciam suam primo purgauerit, & si cõtumaciam non purgauerit infrà spatium vnius mensis, computandi à die banni emissi, capi possit de persona.

SVMMA RERVM.

1 *Bãnitus pro vna causa, pro alia etiam ciuili ad comparendum per procuratorem, minimè admittitur.*

2 *Contumaci denegatur audientia.*

3 *Bannitus hostis publicus reputatur, iura, actiones, ac ciuilitatem amittit, deportato æquiparatur, et àn possit impunè occidi.*

4 *Bannitus pro causa liquidationis instrumentorum audiri pro alia causa vtrum possit, & enucleatur decisio Præs. de Franch. 271.*

5 *Contumax non potest opponere de præuentione, etiam si præuentum fuisset antè contumaciam.*

6 *Contumax non auditur, nec per viam appellationis.*

7 *Nec illius comparitio intermedia persona procuratoris, recipitur.*

8 *Quod vendicet nè locum in causa tantum criminali, àn etiam in ciuili, discutitur, cum ampliationibus, & restrictionibus.*

9 *Ritus iste loquaturnè de bannitis, àn verò etiam de contumace, & verba Ritus examinantur.*

10 *Non admittitur bannitus, etiam si bannum sit factum in vno Tribunali, & in alio Tribunali citaretur pro causa ciuili.*

11 *Dummodò vterquè locus, & Iudex sint sub eodem Rege.*

12 *Verba Ritus perpenduntur.*

13 *Neque admittitur in alijs causis inter diuersas personas.*

14 *Huiusce Ritus dispositio restringitur, Actore non probante, nam Reus absoluendus erit, ex trita regula, quod Reo non probante Reus absoluitur, quæ habet locum etiam in criminalibus, & exornatur.*

15 *A decreto M.C.V. denegante dilationem absentiæ Amico, vel consanguineo, ad perquirendum Reum citatum, detur, nè appellatio.*

16 *Cessionario banniti, nunquid banni exceptio obstet in personam cedentis.*

17 *Barone contumace existente, suspenditur iurisdictio, & Excell. Regni Prorex constituit Capitaneum pro exercitio iurisdictionis.*

18 *Praxim sequestri iurisdictionis, recensent DD. memorati.*

Contumax àn retineat ius nominandi officialem, quod ei competit vigore priuilegij.

19 *Ad instantiam creditoris absquè assensu non potest sequestrari iurisdictio.*

20 *Author pollicetur, latè huius articuli materiam alibi pertractare.*

21 *Foriudicatus amittit dominium bonorum.*

Collaterales àn admittantur ad foriudicatorum successionem, & vsque ad quem gradum, tàm de iure communi, quàm Regni.

22 *Const. foriudic. et si quando sanctio cõme-*

memoratur, & exornatur.

23 *Verbum parentes in Constit. adiectum, àn collaterales comprehendat.*

24 *Dom. Cons. Marcell. Marcian. senior fundat, omni iure illud verbum, parentes, collaterales comprehendere, et rationes ab illo adducta, aliorum DD. authoritatibus muniuntur:*

25 *De iure Longobardorum parentum appellatione Collaterales veniunt.*

26 *In Regno in dubio àn feuda censeantur concessa secundum ius Romanorum, àn Longobardicum.*

27 *Quin dicendum in feudis hæreditarijs, àn, excluso fisco, Collaterales succedant.*

Verùm àn sit axioma illud decantatum, omnia feuda in Regno esse hæreditaria.

28 *Instituto extraneo hærede à feudatario, non excluditur vocatus.*

29 *Quid verò si feudum sit mixtum.*

30 *In quo differant feuda mixta, siuè cum qualitate hæreditaria à feudis ex pacto, absq; qualitate hæreditaria.*

31 *Feuda non veniunt in confiscationem bonorum, & quarè.*

32 *Fiscus àn saltèm durante vita feudatarij foriudicati consequatur commodum fructuum bonorum feudalium.*

Negatiuè concluditur, reiecta opinione Regentis de Curte p. 1. diuers. n. 98. pag. 63. eiusq; obiectis occuritur, & nouissima decisio adducitur.

33 *Contumax ex causa ciuili potest comparere in alia causa.*

34 *Multa de contumacia summatim traduntur.*

35 *Differentiam extare probatur, inter terminum constitutum ab actu, & constitutum à die actus.*

1 BAnnitus pro vna causa, si citetur pro alia etiàm ciuili, non admittitur ad comparendum per procuratorem, nàm iure
2 quoquè cõmuni denegari audientiam contumaci certò certius est, comprobantquè notata per *Castrens. cons. 427. lib. 1. Marsil. singul. 307.* exordiente, contumax, *Nell. in tract. de Bannit. in p. par. 2. temp. n. 79. Iacob. de Aren. in eod. tract. num. 20. Gaill. lib. 2. de pac. publ. cap. 12. num. 4. Masull. ad Capyc. decis. 139. num. 7. Cagnol. in l. 1. num. 72. ff. si quis iusdice. non obtemp. Intrigl. sing. 179. Marta voto 164. R. de Ponte cons. 94. num. 1. lib. 1. Ann. cons. 107. num. 15. Matthes. sing. 17. n. 7. Prat. lib. 3. discept. forens. cap. 20. num. 98.* id quod apud Gallos seruari testantur *Eguin. Baro. in l. fin. de in integr. restit. par. 2. in fin. Iodoc. in sua praxi cap. 78. num. 30.* apud Mediolanenses ex statuto ibidem vigente, *c. 18.* super quo *Carpan.* scripsit *n. 14.* cuius meminit *Reg. Tapia in hoc Ritu, lib. 3. iur. Regn. tit. de contumac. vers. cum*
3 *hoc*, hostis namquè publicus bannitus reputatur, iura, actionesq; amittit, *l. 3. in fin. l. transfugam. ff. de acquir. rer. dom. de Marsil. cons. 11. nu. 8. & cons. 110. num. 9. Cepoll. cons. 4. num. 14. Carol. Rota in florileg. pract. conclus. 9. n. 70.* ciuilitatemq; ac omnia priuilegia perdit, *Marsil. cons. 57 n. 22. Gaill. pract. obseruat. lib. 1. obseru. 1. num. 38. Mysing. obser. centur. 8. obser. 90. Boss.* tandèm declarat *de crimin. Les. Maiest. num. 63.* æquiparatur deportato, *Cacher. decis. Senat. Pedem. 105. num. 9. Dom. Pres. Merlin. centur. 2. cap. 21.* & impunè potest occidi, ex *Constit. pœnam eorum, verbo, quoad omnia, Ambros. de process. informat. lib. 5. cap. 1. num. 15. Danz. de pugn. DD. to 1. tit. de foriudicat. cap. 1. n. 34.* latèq; *Scialoya in praxi foriudic. integro cap. 17.* nosq; notauimus in *Ritu 209.* & àn possit impunè occidi veneno, affirmatiuè scribũt *Carau. in prag. 1. à nu. 32. de exulib. Foller. in prax. crim. rub. foriudicentur, num. 12. de Angel. ad Gizzarel. decis. 13. num. 10. Caball. resol. crim. cas. 278.* sed contradicunt *Marsil. in rub. ff. ad l. Cornel. de Sicar. num. 14. Nouar. in summ. bullar. tom. 1. tit. de immun. Eccles. num. 42. Bursat. cons. 216. vol. 2. Arnon. epit. 50.* doctissimus *Canon. D. Franc. de Magistr,*

RITVS CCXVII.

ITem quòd post receptionem dictarũ fideiussionum, commissarius ipse mandet ex Reginali, dictæq; Curiæ parte, dictis principalibus bannitis (si præsentes fuerint,) seù eorum fideiussoribus supradictis in illorũ absentia, ad pœnam fideiussionum præfatarũ quatenus fuerint banniti, siquidèm ipsi fuerint ex officio dictæ Curiæ banniti, quòd dictos bannitos, seu ipsos bannitos principales infra terminum per dictum commissarium eisdem bannitis, seù eorum fideiussoribus præfigendum, pro causis præmissis sistant in iudicio dictæ Curiæ, & se præsentent.

SVMMA RERVM.

1 *Fideiussor de stando iuri, & iudicio sisti principalis potiùs, quam fideiussor appellitatur.*

2 *Excussionis beneficio non fruitur iuxtà Muscat, & Hippol. effatum, quod extricatur, & enucleatur.*

3 *Excussionis materia, præhabitis septem quæstionibus, dilucidatur.*

4 *Fideiussor de iudicatum soluendo àn valeat dicere de nullitate sententiæ latæ contra principalem.*

5 *Fideiussor indemnitatis non conuenitur ante principalis excussionem.*

6 *Fideiussoris renunciatio beneficio sibi competenti debeat nè esse specialis, àn sufficiat tantùm generalis.*

7 *Excussionis exceptio, àn possit denegari tertio per Iudicem, quando proceditur sola facti veritate inspecta.*

8 *Illa àn obstet Viro, & vxori agentibus ad dotem contra tertios possessores bonorum tacita actioni hypothecariæ.*

9 *Excussionis materia, quibus in locis à DD. pertractetur.*

ISthæc *Ritus* dispositio collimat
1 materiæ, quam antecedens *Ritus*, & altèr 132. pertractant circa Commissariorum officio incumbentia, quæ cum recesserint ab aula, libentèr omittimus, tantum aduertimus, quod fideiussores, de quibus ipsemet *Ritus* loquitur, cum sint de stando iuri, & iudicio sisti, vt dixi in *Ritu* 215. principales potiùs, quam fideiussores appellitantur, *l. 2. §. 1. ff. qui satisd. cog.* ac propterea excussionis beneficio non
2 frui, admonuit *Berard. Muscat. in prax. fideiussoria par. 2. q. vltima nu. 32.* post *Hyppolit. in rub. de fideiuss. num. 26.* illam statuens resolutionem, quod cum aliquis pro alio promisit soluere, & se principalem constituit, non gaudeat beneficio excussionis, & ordinis; quorsum enim alioquin proficerent illa verba, constituens se principalem, in quo differrent inuicem simplex fideiussor, & huiusmodi constituens? quid opus esset alijs, atq; distinctis nominibus? cum in contractibus, & conuentionibus, atquè instrumentis, nihil superfluum, aut otiosum esse debeat, at singula sint cum virtute, & energia accipienda verba, ex *Glos. in l. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. Bal. in rub. C. de contrah. emptione num. 9. Anan. cons. 98.* eodemquè *Hippol. num. 63. & seq;* Verùm hoc etiam casu, scilicèt cum se quis principalem asserit, subuenire eiusmodi constituenti excussionis beneficium, vt priùs rei principalis bona, pro quo constituit, discussione examinẽtur, quàm ipsius principalitèr obligati, deducit ex *Gl. Alex. Fabr. Aretino,* & alijs, & omninò firmat *Valent. Franch. tract. de fideiuss. cap. 5. num. 192.* quam deindè à *num. 194.*
3 declarat conclusionẽ, ac prætereà vniuersam excussionis materiam in eo capite exarat à *num 141.* vsquè, & per totum *num. 429.* septem distinctam articulis,

culis, nempè, quid sit excussio, quando. & quibus in casibus necessaria sit, cui competat illius exceptio, aduersus quē illa exerceatur, circa quas res versetur; quæ sit illius forma, eaquè quomodo sit instituenda, demumquè quando cesset remedium excussionis, aliosquè recenset casus *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 15. & 16. & c. 17. à n. 6.*

Quamobrem ratio, qua innixi *Muscatell. & Hippolit.* concludunt, fideiussorem de stando iuri, & iudicio sisti, cum reiecta appareat, videtur nec debere subsistere eorum assertio, vt illi excussione non gaudeant, & consecutiuè affirmandum, gaudere, nos autem intimius perscrutantes causas rerum, affirmamus, prædictos fideiussores non versari in his terminis, vt eorum in casu controuerti necesse sit, tali fauore potiantur necnè, cum reis condemnatis, fideiussores ipsi liberentur, ac proptereà in eis non procedere quæstiones si principalium sint excutienda bona, peroptimè aduertit *Sesse decis. Aragonen. 151. sub nu. 3. par. 2.* auctoritate *Guid. Pap. in dec. 26.* ob exinctam itaque obligationem vanum est quærere, si potiantur, & conueniunt tradita à *Gallup. in prax. p. 2. cap. 3.* tradens *sub num. 18.* in nostris Curijs præstari etiam de iudicatum soluendo, proùt in Hispania testatur *Suar. in decl. l. 11. tit. de los emplazamientos, rub. 2. vers. sed pone, num. 6.* in Francia, *Rebuff. ad Gall. constit. art. 6. Glos. 3. tract. de rit. oblig. num. 55.* qui fideiussor de iu-
4 dicatum àn valeat dicere de nullitate sententiæ latæ contra principalem, negatiuè, ex *Vant. de nullit. rub. quis possit dicere de null. sentent. contra alium lata pro suo interesse, num. 17.* resoluit *Dom. Consil. Rocc. resp. 7. n. 13. tom. 1.* & àn valeat allegare litis pendentiam factam cum principali, resolue ex adductis per *Dom. Consil. Staib. centur. 2. resol. 113. num. 25.*

5 Notandum quoquè, fideiussorem indemnitatis, etiam accedente renunciatione *Auth. præsente, C. de fideiuss.* non posse antè principalis excussionē conueniri, *Hipp. de Marsil. in rub. de fideiuss. num. 23. Fontan. de pact. nupt. clauf. 4. Glos. 9. num. 55. vol. 1. Franc. de Amaya in tit. de decurion. lib. 10. l. 7. num. 7. Larrea alleg. fiscal. to. 2. cap. 112. n. 45. Muscatell. par. 1. modo 20. sub num. 6. & ibi Dom. Pratus.*

6 An autem renunciatio, *add. Auth. præsente, Cod. de fideiuss.* beneficio facta, specialis, vel generalis esse debeat, inquirunt *Bal. con. 4. num. 1. lib. 1. Caluin. de æquitate lib. 2. cap. 186.* anquè
7 illius exceptio tertio denegari possit à Iudice, quando proceditur sola facti veritate inspecta, extricant *Osasc. dec. 2. sub n. 6. Menoch. de arbitr. Iudic. q. 51. Thesaur. dec. 52. & dec. 175. num. 6. Caluin. cap. 114. num. 25.* obstet nè vi-
8 ro, & Vxori agentibus ad dotem contra tertios possessores bonorum tacita actione hypothecaria, affirmatiuè decreuit S. C. apud *de Franch. dec. 270. Gratian. dec. 71. Caluin. cap. 185. n. 42. Caroc. de excuss. bonor. q. 25. par. 3.* contradicit *Altogran. cons. 95. num. 11.*

9 Cæterum ad materiā consule *Alex. Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit. de except. resol. 4. Beniten. dec. Bonon. 81. Fab. in C. lib. 8. tit. 28. defin. 46. Cost. de remed. subsidiar. remed. 37. Larrea alleg. fiscal. 26. num. 14. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 4. par. num. 18.*

RITVS CCXVIII.

ITèm seruat ipsa Curia ab eo tempore cuius contrarium memoria hominū nō existit; hāc practicam in istis casibus, si facio aliquem citari ciuiliter, vel criminaliter, vt die puta, sexta martij, compareat in dicta Curia, & dicto die sexto non compareo

pareo, sed comparet citatus ipse ciuiliter, vel criminaliter, & accusat eodem die contumaciam contra me, deindè elapso triduo, condemnabor ad sui petitionem ad sextam partem bonorum meorum mobilium, .s. quando citatus fuit aliquis extra locum, & partem eius, vbi Curia regitur, si ipse citatus venit cum literis responsalibus citantis, quia citatio debet semper vtriq; parti consimilis assignari, vbi verò non comparet citatus ipse die sexto prædicto, accusatur contra eum contumacia dicto die, & elapso triduo, condemnatur ciuiliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & criminaliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & etiam bannitur. Et nota, quod in casibus prædictis, vbi ego accusator, vel actor condemnabor ad sextam partem mobilium, condemnor etiàm tùnc ad sui petitionem, ad expensas taxandas per Curiam, vbi verò ego in præmissis terminis comparui dicto die sexto, & accusaui contumaciam contra eum, quem ciuiliter feci citari, & ipse ciuiliter cōparuit infra triduum, vel quandocunque, durante citatione, scribatur comparitio sua, quò est paratus procedere in dicta causa ad vlteriora, quatenus de iure fuerit, non tamen aliquam contumaciam accusat contra me: & sequenti die, & quandocumque durante citatione licentiabitur, & ego condemnor ad tarenos tres tantummodo, & non ad expensas, licentiabitur autem tunc, quando condemnabor, & talis condemnatio scribitur in actis. Sed non legitur, & idem in proximo casu seruabitur in criminali, excepto, quia condemnabor ad tarenos sex tantummodo, & non ad expensas (etiam vt dictum est) non sic in casu præcedenti.

SVMMA RERVM.

1 *DD. videndi ad notata à Caran. in hoc Ritu, recensentur.*

2 *Contumaciæ accusandæ per Actorem mentio fit, & extricantur verba Ritus 226. quæ non contradicunt nostro Ritui.*

3 *Actor non veniens ad accusandum Reo contumaciam, qua pœna mulctetur.*

4 *Verba illa, cuius contrarium memoria hominum non existit, cuius sint virtutis, et per quæ alia explicentur à Iurisconsultis.*

PLura ex hoc *Ritu* praxim extricante seruandam in Iudicio, Reo comparente in termino, & non Actore, obseruat no-
1 ster *Carauita*, & ad notata per ipsum *à num. 1. cum seq.* videas *Foller. in prax. crimin. rub. Accusentur contum. num. 3. Io. Arnon. in pract. Iudic. c. 21. Galter. in prax. instrum. 2. par. 3. par. in rub. 1. sub num. 1. Marant. in specul. p. 6. in 2. memb. de contum. n. 37. Gaill. pract. obseru. lib. 1. obser. 59. à nu. 4.*

Ad verba tamèn *Ritus*. *Non tamèn aliquam contumaciam accusat*, oppono contrarium fieri per verba *Ritus 226.* apertè dicentia, vt, accusa-
2 ta prima contumacia per Actorem, si tempore vltimæ contumaciæ non venerit, accusetur contra eūdem Actorem contumacia, verùm qui verba nostri *Ritus* rimabitur, illa, scilicet, *vel quandocumq; durante citatione*, fatebitur

bitur libentèr in alio casu loqui præsentem *Ritum* 226. & consecutiuè istũ militare quotiès Reus compareret, elapso triduo, sed durante tempore citationis: illum verò non solùm post triduum, sed post tempus citationis. Actor verò non veniens ad accusandam Reo contumaciam vigore huius *Ritus* pœna sextæ partis mobilium mulctatur, & sic corrigitur *Ritus* 207. in tribus tarenis sanciens, illum condemnandum. Neutrum tamèn recipit vsus, quod multis in Ritibus affirmauimus.

Cœterùm verbis *in princ.* huius *Ritus*, *Cuius contrarium memoria hominum non existit*, vtitur etiam *Ritus* 97. *in eius calce*, quin exponentes omnes ad probandam immemorialem. At Iurisconsulti elegantiùs loquentes id ipsum, sed alijs exprimunt verbis: *Paulus* enim *in l. in summa*, §. 1. *ff. de aqu. pluu. arc.* ita fatur. *Apud labeonem proponitur fossa esse vetus siccandorum agrorum causa, nec memoriam extare, quando facta esset, in* §. verò *Cassius, in fine*, sic loquitur. *In eadèm causa esse ea, quorum memoriam vetustas excedat*, alijs omninò videndis, vtitur *in* §. *Idem labeo el* 1. *Vulpianus autem in l.* 3. §. *ductus aquæ, ff. de aqu. quotid. & æstiua*, hæc scribit: *Ductus aquæ, cuius origo memoriam excesserit, iure constituti loco habetur*, & labeo, *in l. si arbiter, ff. de probat.* multis inuolucris verborum idipsum pluriès explicans, aceruatim multa frequentat, vt videnda ea potiùs à Lectore studioso, quàm rescribenda à nobis videantur.

RITVS CCXIX.

ITèm quod tàm in Ciuilibus, quàm in criminalibus causis, quæ in Curijs ipsis tractantur, si terminus datus ad probandum partibus, incidat in diem feriatam, sequenti die non feriata, parte non comparente in Curia, contumacia accusatur.

SVMMA RERVM.

1 *Testes post terminum recipi non posse, tùm iure Rituum, tùm communi, probatur.*
2 *Quid verò citati in termino.*
3 *Quid tandèm, si iurati infrà terminum.*
4 *Quid seruetur in causa repulsæ.*
5 *Iudex æquitate motus quando possit gratiam facere.*
6 *Aequitas rigori quando præferatur.*

VSus Curiarum Regni, & con-
1 tinua praxis aduersatur profectò huius *Ritus* dispositioni in terminis examinandorũ testium, cuius est illius sermo, teste *Carauita propè finem*, & *Ritu* 80. *n.* 3. atquè ideò, elapso termino, receptio testium non admittitur in Regno, quod etiam de iure procedere desumitur, ex *tex. in cap. licet causam, de probat.* quo *in tex.* *DD.* passim de hac re agunt, quod tamen restringitur, vbi Iudex gratiosè se gerens indulgeat parti producere testes die sequenti, ex *Bal. in sua pract. tit. de citat. num.* 4. quod licere Iudici arbitratur, *Caran. sub n.* 2. *ex l.* 1. *C. quom. & quand. Iudex*, necnon ex *tex. in cap. consuluit, de offic. deleg.* vbi præsertim *Felin. vers. limita* 2. *sub n.* 18. affirmat in Curijs mercatorum, in quibus, attenta æquitate, proceditur, admitti semper testes adhuc

huc

huc post terminum lapsum.

Quod si antequam finiretur terminus, fuisset à Iudice prorogatus, de quo loquitur *Muscat. in prax. S. C. lib. 1. par. 5. Glos. defendendum, à num. 15.* magis liceret producere testes, quia in termino dicerentur producti, ex alibi notatis à nobis, cum verò citatio
2 apprehenderit testes ipsos in termino, recipi eorum testificata possent, etiam termino finito, vt scripsimus attenta dispositione iuris communis super *Ritu 69.* sed si iurauerint infrà terminum, etiam attenta dispositione *Rituum* licere, deducitur, ex eodem adducto *Ritu 69.* quod iure attento communi multò magis procedere aiunt *Roman. cons.* 443. & post alios, *Marant.* subiungens, ita passim obseruari, *par. 6. actu 3. num. 19.* necnon *Vestrius in praxi Romana, lib. 9. cap. 2. sub num. 22.* ibiquè *Grauat. num. 59.* & memoratus *Carauit. eod. Ritu 69. num. 6.* etiam nulla facta diligentia pro illis examinandis in termino testibus, *Butric. in l. si quando, in princ. C. de testibus*, ibidemquè *Bart. in 1. lect. num. 3.* & alijs multis, quos *Farinac.* congerit, *q. 80. nu. 77.* quam, & nos veriorem existimamus, non solùm reiecta contradicente . *Imol. Archid.* & aliorum negantium
3 si diligentiæ minimè processerint, quos idem *Farinac.* recenset, *num. 78.* verùm aliorum simpliciter loquentium, inter quos præeminet *Lanfranch. de Oriano in praxi, cap. 8. num. 11.* illa itaq; tanquam vera probata resolutio videtur restringenda in terminis tantùm, in quibus verba faciunt Doctores relati per eumdem *Farinac. num. 79. & 80.* cum terminus concessus simplicitèr fuit ad probandum, siuè examinandum, secus verò si ad producendum testes, vt ille subdit *num. 83.* & certè cum est datus ad probandum, & probatum habendum, ex resolutis à nobis super eodem *Rit. 69.* ac *Rit. 152. & Farinac.* probat *num. 85.* & longè vèrius si fuerint addita illa verba, per omne genus probationis, quod nos probamus illis in locis, idemquè *Farinac. num. 86.* quiquè *n. 88.* addit aliam, & sanè notabilem restrictionem, in termino tantùm dato à Iudice procedere, non autem si à lege, vel statuto, quam, præter relatos illic auctores, admittunt *Flamin. Carthar. decis. Genuens. num. 2. & 7.* atq; *Guttier. pract. qq. lib. 1. q. 54.* quibus exceptis, atquè alijs paucis ab eodem *Farinac.* coaceruatis, conclusionem antedictam verissimam arbitrantur, iuratos testes recipi posse, transacta dilatione concessa; imò, & vltima die termini, si feriata fuerit, iuxta *Ritum 143. & 144.*
4 Vnum nota, quod in causa repulsæ testes citari, & examinari debent infrà terminum datum ad repulsam, quo elapso, amplius non admittuntur, *Marant. p. 6. vers. 13. n. 6. Muscatell. Glos. momentum, p. 6. lib. 1. n. 14. Nicolin. in prax. ciuil. n. 109.* sed nos contrarium decisum diximus in *Ritu 73. sub n. 70. t. 1. n. 5.*
5 An, & quando Iudex æquitate motus possit facere gratiam, ad tradita per *Carau. in hoc Ritu num. 2.* vel augere pœnam, *Iacob. Belius in prax. Iud. tit. de sent. crim. col. 3. vers. nec aliquis*, & nonnulla de æquitate scripsimus in *Ritu 208. n. 2. hoc to. 2.* & diximus de
6 iure, æquitatem scriptam præferri rigori scripto, nùnc verò addimus, secus esse, vbi rigor est scriptus, æquitas autèm non scripta, *l. placuit, C. de Iudic. l. 1. §. si ego, ff. si pars hæred. pet. cap. fin. de transact. l. prospexit, ff. qui, & à quibus*, Hippol. *singul.* 685. *Anton. Monac. decis. 19. num. 3. & dec. 70. n. 33. Simon Vaaz Barbos. in princip. & loc. com. vtriusq; iur. pag. 25. verbo, æquitas*, id quod restringimus in Principe superiorem non recognoscente, eiusq; Concistorio, in quo præualet equitas non scripta, *Borgn. Caualcan. in tract. de brachio Regio, par. 6. rub. æquitas, in Aula, cap. 1. sub num. 207.* proùt in nostro Sacro Consilio, *Affl. in Constit. si quis in posterum, sub tit. de defens. imponen. num. 28. & in cap. regalia*, sub

ub tit. quæ sint regalia, num. 41. *in visib. feud. Grammat. decis.* 19. *per tot. Lanar. cons.* 79. *num.* 11. *Top. de Orig. Tribun. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *sub n.* 14.

RITVS CCXX.

1 Tèm si aliquis, vel aliqua bannitus, vel bannita fuerit per dictas Curias, seù alteram ipsarum, & subsequenter in banno ipso perdurans, citatus, vel citata, fuerit de mandato dictæ Curiæ in aliqua causa ciuili non admittatur ad comparendum per procuratorem in Curia ipsa: nisi contumaciam suam primo purgauerit, & si cōtumaciam non purgauerit infrà spatium vnius mensis, computandi à die banni emissi, capi possit de persona.

SVMMA RERVM.

1 *Bānitus pro vna causa, pro alia etiam ciuili ad comparendum per procuratorem, minimè admittitur.*
2 *Contumaci denegatur audientia.*
3 *Bannitus hostis publicus reputatur, iura, actiones, ac ciuilitatem amittit, deportato æquiparatur, et àn possit impunè occidi.*
4 *Bannitus pro causa liquidationis instrumentorum audiri pro alia causa vtrum possit, & enucleatur decisio Præs. de Franch.* 271.
5 *Contumax non potest opponere de præuentione, etiam si præuentum fuisset antè contumaciam.*
6 *Contumax non auditur, nec per viam appellationis.*
7 *Nec illius comparitio intermedia persona procuratoris, recipitur.*
8 *Quod vendicet nè locum in causa tantum criminali, àn etiam in ciuili, discutitur, cum ampliationibus, & restrictionibus.*
9 *Ritus iste loquaturnè de bannitis, àn verò etiam de contumace, & verba Ritus examinantur.*
10 *Non admittitur bannitus, etiam si bannum sit factum in vno Tribunali, & in alio Tribunali citaretur pro causa ciuili.*
11 *Dummodò vterquè locus, & Iudex sint sub eodem Rege.*
12 *Verba Ritus perpenduntur.*
13 *Neque admittitur in aliјs causis inter diuersas personas.*
14 *Huiusce Ritus dispositio restringitur, Actore non probante, nam Reus absoluendus erit, ex trita regula, quod Reo non probante Reus absoluitur, quæ habet locum etiam in criminalibus, & exornatur.*
15 *A decreto M.C.V. denegante dilationem absentiæ Amico, vel consanguineo, ad perquirendum Reum citatum, detur, nè appellatio.*
16 *Cessionario banniti, nunquid banni exceptio obstet in personam cedentis.*
17 *Barone contumace existente, suspenditur iurisdictio, & Excell. Regni Prorex constituit Capitaneum pro exercitio iurisdictionis.*
18 *Praxim sequestri iurisdictionis, recensent DD. memorati.*
Contumax àn retineat ius nominandi officialem, quod ei competit vigore priuilegij.
19 *Ad instantiam creditoris absquè assensu non potest sequestrari iurisdictio.*
20 *Author pollicetur, latè huius articuli materiam alibi pertractare.*
21 *Foriudicatus amittit dominium bonorum.*
Collaterales àn admittantur ad foriudicatorum successionem, & vsque ad quem gradum, tàm de iure communi, quàm Regni.
22 *Const. foriudic. et si quando sanctio cōme-*

memoratur, & exornatur.

23 *Verbum parentes in Constit. adiectum, àn collaterales comprebendat.*

24 *Dom. Cons. Marcell. Marcian. senior fundat, omni iure illud verbum, parentes, collaterales comprehendere, et rationes ab illo adductæ, aliorum DD. authoritatibus muniuntur:*

25 *De iure Longobardorum parentum appellatione Collaterales veniunt.*

26 *In Regno in dubio àn feuda censeantur concessa secundum ius Romanorum, àn Longobardicum.*

27 *Quin dicendum in feudis hæreditarijs, àn, excluso fisco, Collaterales succedant.*

Verùm àn sit axioma illud decantatum, omnia feuda in Regno esse hæreditaria.

28 *Instituto extraneo herede à feudatario, non excluditur vocatus.*

29 *Quid verò si feudum sit mixtum.*

30 *In quo differant feuda mixta, siuè cum qualitate hæreditaria à feudis ex pacto, absq; qualitate hæreditaria.*

31 *Feuda non veniunt in confiscationem bonorum, & quarè.*

32 *Fiscus àn saltèm durante vita feudatarij foriudicati consequatur commodum fructuum bonorum feudalium. Negatiuè concluditur, reiecta opinione Regentis de Curte p. 1. diuers. n. 98. pag. 63. eiusq; obiectis occurritur, & nouissima decisio adducitur.*

33 *Contumax ex causa ciuili potest comparere in alia causa.*

34 *Multa de contumacia summatim traduntur.*

35 *Differentiam extare probatur, inter terminum constitutum ab actu, & constitutum à die actus,*

1 Bannitus pro vna causa, si citetur pro alia etiàm ciuili, non admittitur ad comparendum per procuratorem, nàm iure 2 quoquè cõmuni denegari audientiam contumaci certò certius est, comprobantquè notata per *Castrens. cons. 417. lib. 1. Marsil. singul. 307.* exordiente, *contumax, Nell. in tract. de Bannit. in p. par. 2. temp. n. 79. Iacob. de Aren. in eod. tract. num. 20. Gaill. lib. 2. de pac. publ. cap. 12. num. 4. Masull. ad Capyc. decis. 139. num. 7. Cagnol. in l. 1. num. 72. ff. si quis iusdicc. non obtemp. Intrigl. sing. 179. Marta voto 164. R. de Ponte cons. 94. num. 1. lib. 1. Ann. cons. 107. num. 15. Matthes. sing. 17. n. 7. Prat. lib. 3. discept. forens. cap 20. num. 98.* id quod apud Gallos seruari testantur *Eguin. Baro. in l. fin. de in integr. restit. par. 2. in fin. Iodoc. in sua praxi cap. 78. num. 30.* apud Mediolanenses ex statuto ibidem vigente, *c. 18.* super quo *Carpan.* scripsit *n. 14.* cuius meminit *Reg. Tapia in hoc Ritu, lib. 3. iur. Regn. tit. de contumac. vers. cum* 3 *hoc*, hostis namquè publicus bannitus reputatur, iura, actionesq; amittit, *l. 3. in fin. l. transfugam. ff. de acquir. rer. dom. de Marsil. cons. 11. nu. 8. & cons. 110. num. 9. Cepoll. cons. 4. num. 14. Carol. Rota in florileg. pract. conclus. 9. n. 70.* ciuilitatemq; ac omnia priuilegia perdit, *Marsil. cons. 57 n. 22. Gaill. pract. obseruat. lib. 1. obseru. 1. num. 38. Mysing. obser. centur. 8. obser. 90. Boss.* tandèm declarat *de crimin. Les. Maiest. num. 63.* æquiparatur deportato, *Gacher. decis. Senat. Pedem. 105. num. 9. Dom. Pres. Merlin. centur. 2. cap. 21.* & impunè potest occidi, ex *Constit. pœnam earum, verbo, quoad omnia, Ambros. de process. informat. lib. 5. cap. 1. num. 15. Danz. de pugn. DD. in l. tit. de foriudicat. cap. 1. n. 34.* latèq; *Scialoya in praxi foriudic. integro cap. 17.* nosq; notauimus in *Ritu 209.* & àn possit impunè occidi veneno, affirmatiuè scribũt *Carau. in prag. 1. à nu. 32. de exulib. Foller. in prax. crim. rub. foriudicentur, num. 12. de Angel. ad Gizzarel. decis. 13. num. 10. Caball. resol. crim. cas. 278.* sed contradicunt *Marsil. in rub. ff. ad l. Cornel. de Sicar. num. 14. Nouar. in summ. bullar. tom. 1. tit. de immun. Eccles. num. 42. Bursat. cons. 216. vol. 2. Arnon. epit. 50.* doctissimus *Canon. D. Franc. de Magistr.*

gistr. in sylua Ecclesiast. tom. 2. lib. 2. cap. 14. num. 42. Consil. Campan. resol. 19. num. 1. de foriudic.

4 Quin, in hoc *Ritu* complectitur etiã bannitus ex causa liquidationis instrumenti, *De Franch. decis.* 271. sequiturquè *Petrus Antonius de Amato cons.* 43. *sub num.* 11. *inter consilia Molfesij in 2. tomo suorum commentariorum, ad Consuetud. Neapol.* quo in loco præcitatus *Amatus* declarat iam dictam *decis. de Franch.* nostrumquè præsentem *Ritum* procedere ait, vbi est contumax pro causa criminali, & tũnc illi, & procuratori denegetur audientia in alia causa quamuis ciuili, & de contumacia contracta in causa criminali fuit casus apud *de Franch. mem. decis.* 271. quia, instrumento liquidato, agebatur ibi contra periurum, vt ipsemet *Præs.* notat *num.* 7. & obseruat *Anichin de præuent. instrum. cap.* 6. *q.* 2. *num.* 20.

5 Hinc non poterit cõtumax opponere, se præuenisse ad impediẽdum liquidationem instrumenti, *l. sancimus, C. de Iudic. Bar. in l. sepulchri, n.* 3. *ff. de sepul. violat. Frecc. de præsent. instr. p.* 6. *q.* 1. *num.* 12. *Carleual to.* 2. *de Iudic. disp.* 2. *nu.* 901. *Camill. Borrell. loc. citand. nu.* 71. *de Franch. dec.* 551. *num.* 7. *Bernad. Graue pract. concl.* 29. *consider.* 3. *Octau. Vulpell. cons.* 46. *num.* 7. *Matth. Coler. dec. Germ.* 108. *num.* 71. *Carau. in Rit.* 190. *num.* 8. *Prat. ad Muscatel. par.* 1. *Glos. Reus, sub num.* 52. & propterea creditor præuentus liquidare volens instrumentum, aduertat, àn qui præuenit, contumax sit, nàm etiam, opposita præuentione cæpta ante liquidationem, benè proceditur ad instrumenti liquidationem, vt ex *Carau. in hoc Ritu, sub num.* 6. *vers. Secundo limita,* deducit *Anichin. add. loco, n.* 19.

6 Contumaci quoq; denegatur audientia per viam appellationis, quia si verus est contumax, non appellat, *Gemin. cons.* 2. *& cons.* 102. latè *Tusch. conclus.* 1025. *lit. C. Capyc. decis.* 48. *Franc. Marc. decis.* 15. *à num.* 4. *Roland. à Vall. cons.* 38. *num.* 15. *vol.* 2. *Virgin. Boccacius in Consiit. Picentin. Glos.* 8. *sub num.* 127. aliquali tamèn cum distinctione inter causam, nempè ciuilem, vel criminalem, namquè in priori causa eidem contumaci videtur deneganda audientia, non illius procuratori, in criminali verò etiam procuratori, idq; non illa ratione, quia contumax, sed quia in criminalibus non admittitur procurator, si *Tuschus* vera fatur, *in concl.* 1026. *num.* 8. *lit. C.* & post alios, monet *Borrel. p.* 1. *summ. decis. tit.* 46. *de contumac. num.* 127. obseruantia tamen nostri *Ritus* introductum est, in ipsis etiàm causis ciuilibus, nè illius comparitio intermedia 7

8 persona procuratoris recipiatur, aìt admittatur in Iudicio pro ipso contumace, vt diximus. Quod verò quidam somniabat, quòd prohibẽdo *Ritus* iste, admitti contumacem ad comparẽdum per procuratorem, videretur annuere, vt ipse veniendo admitteretur durante contumacia per regulam, vnius inclusio est alterius exclusio, alienum est à veritate; etenim dubium non erat, àn ipse admitti posset in causa ciuili, clamantibus legibus omnibus contra illum, & à Iudicio excludentibus, sed àn per procuratorem, quo casu ex his quæ mox retulimus, videbatur dubium, quin fortasse clarum pro affirmatiua sententia; eamq; volens *Ritus* iste dirimere litem, insectatus est hoc quoquè casu negatiuam resolutionem, cuius obseruantiam enucleando *Ritum* ostendunt, *De Franch. decis.* 329. *n.* 11. *Galter. in prax. inst.* 3. *par. principal. rub.* 4. *num.* 11. *Rit.* & *Carau. memor.* etiam ad se defendendum, *And. Gayll. lib.* 2. *de pac. publ. cap.* 1. *num.* 26. *Auus meus ad Capyc.* 139. *decis. sub num.* 1. *Gallup.* decis. S. C. subnectens, *in prax. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 50. cuius meminit *Iud. de Angel. ad Foller. tit. accus. contumac. sub n.* 19. *vers. quod contumax,* etiam parte non opponente, *Dec. cons.* 276. *col.* 3. *vers. Sed prædicti,* quodq; nedùm ad litem incipiendam, sed inceptam ante bannum, protendit *Borrell.*

vell. in summ. decis. tit. de procur. n. 19. *tom.* 1. *Ricc collect.* 291. quid verò si contumacia superueniat post litem contestatam in alia causa ciuili, sed antè sententiam, àn sit supersedendum in terminis, in quibus iudicium illud reperitur, quod sic, *Florian. cons.* 24. *Franch. decis.* 276. *num.* 6. *Reg. Sanfelic. dec.* 236. *num.* 4. *par.* 2. *Pratus respons. crim.* 43. *num.* 7. Sed quid si talis contumax in patris sit potestate, qui pro suo interesse velit prosequi Iudicium, àn possit, non obstante hoc *Ritu*, negatiuè resoluit idem *Florian. in cons.* 25. *in* 1. *dubio*, qui *num.* 6. confirmat suam supra relatam opinionem *in cons.* 24. & àn tertius pro suo interesse audiri debeat in causa criminali, haud obstante principalis contumacia, impartiriq; debeat copia actorum, annuit *Thesaur. dec.* 265. *num.* 18. quiq; integra *decis.* plura de huiusmodi copia concedenda procuratori, vel coniuncto ipsius contumacis, enarrat. An admittatur in causa alimenrorum, *Angel. Aretin. in* §. *minor, instit. de capit. diminut.* quid si litiget contra alium bannitum, *Bal. in l. cum mulier, ff. solut. matrim.*

9 Nec *Ritus* iste loquitur de bannito tantùm, & non de contumace, vt opinatur *Caran. in hoc Ritu num.* 3. credens propterea, contumacem ex causa criminali posse in M. C. V. comparere per procuratorem ad se defendendum, repelliq; debere solùm, qui est bannitus, quamquè opinionem insequi videtur *Donad. de renunciat. cap.* 25. *n.* 18. etenim quamuis in multis differant bannitio, & contumacia, nec simul, & semèl fieri possint, quia prius Reus fit contumax, deindè fit decretum, quod ponatur in banno, & tùnc habetur ipsa bannitio, & non ex sola contumacia, nequè ex decreto quis dicitur bannitus, sed ex ipso actu bannitionis. Imò iuxtà *Afflict. in Const. Grandis utilitas, num.* 16. acta bannitionis non sufficiunt, sed debet esse bannum in scriptis redaptum, nec pro omni contumacia datur bannum, sed tantùm pro contumacia causæ capitalis; tamèn in terminis huius *Ritus*, nulla intercedere potest differentia inter cōtumacem, & bannitum, nàm expresse sermocinatur in contumace, ex illis verbis: *Nisi contumaciam suam primò purgauerit, & si contumaciam non purgauerit*, vt obseruat *Affl. in d. Constit. Grandis, nu.* 11. & post ipsum *Anichin. add. cap.* 6. *nu.* 17. subnectens *Caran.* assumptum esse contra iura Regni, quod pro contumace nemo loquatur, apud *De Franch. decis.* 329. *n.* 11. *& Capyc. Latro dec.* 74. *& ibi Gizz.*

10 Prædictaq; procedunt, etiam si bannum sit factum in vno Tribunali, & modo pro causa ciuili citaretur in alio, dummodò vtrumq; Tribunal à Rege
11 dependeat, proùt sunt omnes officiales huius Regni, *Affl. in Constit. humanitate*, 13. *notab. vers. Sed iuxtà*, *n.* 37. *Foller. in pract. crim. verbo, Banniantur, num.* 53. *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *author.* 45. *num.* 3.

12 Nec verba huius *Ritus* obicem faciunt, quasi quod ex illis deducatur contumaci denegandam audientiam in Curia illa, in qua est contumax, non in alia, etenim mihi persuadere non valeo, quod *Ritus* voluerit admitti contumacem Magnæ Curiæ ad comparendum in alio Tribunali, vel alterius Tribunalis comparere in M. C. in contemptum ordinum, qui contra contumaces relaxantur, vt capiantur, sed dicendum, quod ex quo M. C. V. de qua scribit *Ritus*, erat Curia Curiarum Regni, & illarum caput, omnesq; alias Curias comprehendebat, loquendo de ipsa Curia, intelligebat de omnibus, quibus præerat, & dixit *in Curia ipsa*, ad discrimen aliarum, quæ non erant de Regno, dum omnes Curiæ Regni erant de ipsa Magna Curia, vt benè perpendit *Io. Iacob. Anichin. add. tract. de preuent. instr. c.* 6. *q.* 2. *n.* 12. *&* 13. siuè contumax sit respectu eius
13 qui litem ciuilem deindè intentauit, siuè respectu aliorum, & in alia causa, vt

vt declarauit S. C. die 3. Maij 1582. apud *De Franch. add. dec. 271. sub num.* 7. verbis huius *Ritus* fretum generalitèr loquentibus, eadem quoquè militante ratione.

14 Sed dispositio huiusce *Ritus* restringitur in terminis *l. qui accusare*, *C. de accusat.* quam exornat *Ricc. collect.* 420. *&* 459. etenim quamuis bannito sublata sit defensio, etiam pro alijs causis, attamen actore non probante in causa, quæ cum eo vertebat, Reus bannitus absolui debet, *Cepoll. cautel.* 255. *Cotta in memor. vers. Actore non probante*, *Duen. regul.* 22. *Gratian. reg.* 7. *Gizzar. dec.* 3. *nu.* 4. adhùc si actor probauerit, sed obscurè, & incōcludentèr, *Verall. dec.* 11. *par.* 1. *Magon. dec.* 11. *par.* 1. *de Angel. in prato in rep. d. l. qui accusare*, *num.* 5. ex trita regula, quod actore non probante Reus absoluitur, quam tradunt, ampliant, & restringunt *Marsil. singul.* 169. *Gratian. discept. forens. cap.* 144. *Ludou. concl.* 14. *nu.* 1. *Reg. Valenz. cons.* 26. *à n.* 12. *Ricc. decis.* 211. *par.* 1. *Viu. dec.* 236. *Ceuall. commun. contra commun. q.* 816. *num.* 2. *Baiard. ad Clar. q.* 63. *num.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 39. *Herculan. in tract. de negatiua*, *n.* 1. quamquè in criminalibus quoq; habere locum, scripsere *Ludou. concl.* 14. *ampl.* 4. *Mascard. de probat. conclus.* 1224. *Farinac. in fragm. crim. par.* 1. *num.* 26.

15 Sed attenta huiusce *Ritus* sanctione à decreto M. C. V. denegante dilationem absentiæ, Amico, vel consanguineo ad perquirendum Reum citatum in causa criminali, àn appellatio detur, tradit affirmatiuè decisum *Reg. Tapia decis. S. C.* 17.

16 Cessionario banniti nunquid banni exceptio obstet in personam cedentis, *Boss. tit. de bānit. quid ammitt. n.* 15. *Vrsill. decis.* 74. *in princ.* Barone verò

17 seù feudatario contumace iurisdictionis sequestrum fieri, certum est, Curia interim exercente illam, ob quod ab Excell. Vicerege Capitaneus eligitur, teste *Io. Vinc. de Ann. sing.* 52. donec tædio affectus contumax comparuerit. *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *author.* 29. *n.* 11. *Capyc. dec.* 131. *num.* 8. *Reg. Sanfelic. decis.* 372. *lib.* 3. inquirens, nùm illud fieri possit super feudo refutato post delictum immediatè successuro & nostro *Carau.* laudato in hoc *Ritu*, tradit *Franc. Maria Prat. pract. obseru.* 1. *à num.* 16. & aduertunt praxim se-

18 questri Iurisdictionis subnectentes, *Sigism. Scacc. in tract. de Iudic. caus. ciuil. & crim. cap.* 97. *num.* 19. *Catal. de indult. cap.* 12. *num.* 29. *&* 34. *Liparul. ad Andr. in cap.* 1. *sub num.* 2. *vers. possessionem, de milit. vassall. qui cont. est Foller. in prax. crim. rubr. annotent. bon. contum. num.* 2. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de prouis. fier. solit.* §. 1. *num.* 2. *Præs. Mormil. in suis singular. in singul. ad Const. Grandis*, *de pœna contumac. n.* 3. *Thor. par.* 1. *comp. decis. Regni*, *verbo*, *Iurisdictio*, *Donad. de renunciat. cap.* 13. *num.* 130. & de iurisdictionis suspensione officiali ex delicto bannito, loquitur *Capiblanc. in pragm.* 5. *num.* 57. *de Baron. tom.* 1. & àn contumax retineat ius nominandi officialem, quod ei competit vigore priuilegij, affirmatiuè decisum tradit *Dom. Consil. Marcellus Marcianus senior cons.* 43. & insequitur *Nouar. collect.* 1. *ad prag. de contumac. num.* 13. Sequestrum verò iurisdictionis, àn fie-

19 ri possit instante creditore absquè assensu, inquirunt *Reg. Rouit. in pragm.* 3. *à n.* 16. *de ordin. Iudic. & cons.* 77. *à n.* 5. *lib.* 2. contra creditorem respondens, quem insequitur *Reg. Sanfel. add. dec.* 372. *sub n.* 8. *Gizz. ad Capyc. Latr. dec.* 43. *à num.* 6. reprobato *Ann. sing.* 182. sed tradit cautelam, *Prat. ad Mu-scatel. p.* 1. *fideiuss. modo* 18. *vers. quin-*

20 *to*, cuius articuli alibi, Deo dante, noster erit latior sermo, interim relego Lectorem ad exarata à *Reg. Sanfelic. add. loco*, *num.* 7. *Loganár. in add. ad Rouit mox add. loco, lit. A*, *& Prat. mem. obser.* 1. *à n.* 23. *& lib.* 2. *discep.* 14. *n.* 22.

21 Sed cum certum sit, foriudicatum tāquam mortuum dominium bonorum feu-

feudalium, & burgensaticorum illicò amittere, *De Franch.dec.*213. *num.*10. *Reg. de Ponte conf.* 69. *num.* 8. *vol.* 1. *Camill.de Medic. conf.*71. *n.*3. *Consil. Prouenz. ad Consuet. Neapol. obser.* 3. *num.*9.ad quorum bonorum feudalium successionem admittitur fiscus, si liberos, vel parētes foriudicati nō habeant vsquè ad tertium gradum,ex *Const Re-*
22 *gn. foriudicatorum bona*, & altera *si quando aliquem*.

23 Quod verbum,*Parentes*,nimis scriptorum Regni ingenia detorsit, si collaterales comprehenderet, *Andr. super dicta Constit. in Glos in princ.* dixit, peritos Regni intelligere in feudo antiquo succedere ascendentes, & collaterales, quod, & per priùs dixerat in *Constit. præcedenti, incip. foriudicatorum bona*, & idem *Andr. in Constit.vt de successionibus*, hæc verba posuit: *Ex pœna proptèr supplicium bonis publicatis,quia tùnc priuantur delinquentes,et descendentes ab eo,sed agnati non,secundum æquiorem sententiam*,allegat *Host.* & quæ ipsemet dixerat *in cap.* 1.*si vass. feud. priu.* & *in cap.*1. §.1. *quæ sit prima causa benef. amitt. Afflict.* etiam *in dicta Constitut. Si quando, num.* 8. tangens articulum, àn verbum illud, *Parentes*, comprehenderet collaterales,se remittit ad *Andr.in d.Constit.Vt, de successionibus*.

Etenim de iure communi ex clementissimi *Imper. Iustiniani Constitut. in auth.vt nulli iudicum*,§.*fin.*relata *in auth. Bona damnatorum*, ibiq; *Glossematarius,C.de bon.proscript.*à nostratibus dicebatur, collaterales vsq; ad tertiū gradū ad talium successionē admitti, excluso penitùs Regio Fisco, iuxtà tamèn distinctionem, traditam à *Reg. de Curt.in suo diuers. feud. par.*1. *fol.* 61. *num.*74. itaùt in delictis, in quibus est statuta pęna confiscationis bonorum, vt puta in crimine Lęsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ nihil sit immutatum, *Reg.de Ponte decis.*23.*n.*11.

Sic etiam de Iure feudorum, quando vassallus delinquens non deliquit in dominum, *ad tex. in cap.*1.*si vass. feud. priu.cui defer.in cap.*1.§.*deniquè, quæ sit prima caus. benef. amitt. in cap.* 1. *àn ille qui interfecit fratrem dom.sui*,quibus in locis *Andr.de Iser.* & idem *Andr. in cap.* 1. §.*si vassallus culpam, num.* 1. *si de feud. def. mil. in cap.Imperialem*, §. *insuper,num.*57. *de proh. feud. alien.*per *Federic. Rosenth. de feud. cap.*11. *conclus.*11. *num.*7. *Afflict. decis.*282. *num.*15. *Niger Cyriac. controu. iur.cap.*491.*nu.*6. *vol.*3. *Præs. Vrsin. de success. feud. par.* 1.*q.*7.*artic.* 7.*per tot.Reg. de Curte*, longa manu articulum examinans,*in* 1.*p. sui diuers. feud. fol.* 59. *à num.* 37. *cum pluribus seqq.* vbi multa pro vtraq; opinione adducit, qui licet dùm ea scribebat esset Fisci Patronus, attamèn ex eius lectura dignoscitur,ipsū inclinare in gratiā collateraliū, & relatis *Castrens. Cepoll.Dec.Soccin.iun. Ruin.Bero.* & alijs supradictam conclusionem veram, & communem esse, dixit *Peregr. de Iure Fisci, lib.*5. *tit.* 1. *num.*112. & *seq.*

Collaterales enim, & agnati, melioris conditionis sunt,quam filij,& descendentes feudatarij delinquentis, nàm quando pater ob aliquam culpam à feudo repellitur, ob eandem, & filij, & descendentes ex ipso repelluntur, *Andr. in cap.*1. *si vass.feud.priu.* & *in d. cap.*1. §.*si vassallus culpam, num.*1. *si de feud. def.mil. contr.fuer.* & ratio est, nàm cum filius habeat esse à patre generante, ideò macula paterna semper aspergitur,ipsiquè obest, *Andr. in d. c.*1. *antè n.* 4. *si vass. feud. prin.*

24 Enucleauit hunc articulum *D. Cons. Marcell. Marcian.sen.* olim causarum patronus eximius, ipse enim *lib.*2.*suorum consiliariorum consil.* 19. fundat omni iure verbum illud,*Parentes*,collaterales comprehendere.

Nàm *num.* 2. dicit sub illo verbo collaterales venire, ex *Cyno,Baldo,Angel. Aret. Farinac.Peregr.* & *Rosenth.* reiecta opinione *Francisci de Pisis in quodam suo consil.inter consil.Bart.*157. alitèr sentientis, quod consilium gratis

tis à dicto *Consil.Marciano* fuit *Bart.* attributum.

Et *num.*4. de iure communi, & ex communi vsu loquendi dicit, appellatione parentum agnatos, & collaterales includi, allegat *Glos.in* §. *impuberes*, *vers. necessariorum*, vbi *Altobrand. instit. de suspect. tut. & curat.* adducit *Affl. Rebuff. Cassan. Tiraquell.* & alios, ità sententientes, quibus ipse addo *Panormit. in cap. fraternitatem nu.* 1. *de sepult. Ang.consil.*282.relatum à *Ruin. consil.* 23.*nu.*2.*&* 3.*vol.*3.*Fusar. consil.*5.*num.*19.*& consil.*28.*num.* 1.*Card.Tusch.concl.*82.*verbo parentes vol.*6 *Caluin.in lexicon.verbo parens, & Barbos. de app. verbi vtriusque iur. verbo parentela.*

Et *num.*5.dicit, iura feudalia parentum appellatione semper de collateralibus intellexisse, adducit *tex.in cap.* 1. *quemadm. feud. ad fil.pert.Bal.Ciriac. & Hartam. Pist.*ità verbum illud intepetrantes, quibus adiungo *tex.in cap.* 1. §. *Sacramentum, & ibi glos.vers.sex parentibus de Consuet. Recti feudi, & text. in constitut.Henrici de causis ammittendi feudi*, qui legitur apud *Gothofr. lib.* 5.*feud.tit.*2.ibi: *Cùm duodecim propinquioribus parentibus se defendat, Hieronym. in apolog.* 2. *contra Rufinum*, *& Iulium Firmicum lib.* 3. *Mathes. cap.* 13.quod etiam verbum pro consanguineis intellexit, *Petr.Brosseus in thesauro accurs. versic.parentibus.*

Et *à num.*9.*vsq;ad* 15.*ex dicta Constitut.Regni* elicit verbum illud *Parentes*, collateralium significationem continere, adducit *Cumian*, & nostros Regnicolas, nempè *Andr. Afflict. Thom. de Marin.Pref.de Franch.Reg.de Ponte, & alios*, reprobando *Glos. Marini de Caramanico* alitèr sentientem, & sine lege loquentem, quibus addo eundem *Affl. in cap.* 1. §.*prætereà si vassallus,versic.glos.*3.*num.*21.*quæ sit prima caus. benef.amitt.*qui dicit, quod *Constitut.Vt de successionibus* admittit fratrem, & nepotem, si moriatur feudatarius, siuè alitèr, puta si delinquendo deficiat, & idem *Afflict.in Constit.Foriudicatorum bona*, dicit, quod pater excluditur, quando foriudicatus habet fratrem, vel sororem, insequitur *Viscont. in suis conclusionibus, verbo, foriudicatus, Montan. de regal. fol.* 101.*num.*6. qui dicit, inter agnatos connumerari parentes delinquentis in feudo antiquo acquisito à communi stipite, notando verba illa: *Inter agnatos connumerari parentes*, & videndi sunt *Staiban.consf.*9.*num.*2.*consf.*35.*nu.*3.*& consf.* 62. *num.*9. *Ann.consf.*17.*num.*1.*de Angel.ad foller.in prax.crim.rub.foriudicentur,num.* 15.*Scialoya in prax foriudic. cap.* 16.*num.*5.*& num.*29.

25 Et ad exuberantiam *à num.* 15.*vsq; ad finem*, fundat, de iure etiam Longobardorum parentum appellatione collaterales venire, allegat *l.*1.*de parricid. & l.*1.*de success.in Longobard.& Andr. de Barulo ad dictas leges*, quod, & ante *Barolum*, dixerat *Carol. de Tocco in glos.ad d.l.*1.*de success.* quod dictum nō videtur insuaue, nàm noster *Andr. in prælud.feud quæst.* 3 *& in cap.imperialem,*§.*prætereà ducatus,num.*37.*de prohib.feud. alien. per Feder.*dixit, in Regno nostro dictum ius seruari, & dictū ius speciale esse in Regno, post *Andr. Luc. de Penn. Afflict. & Consiliar. de Bottis*, dixit *Dom.Reg.Galeota controu.* 12.*vol.*1.*num.*42.vndè meritò *Prosper Rendella in proloquio ad reliquias iuris. Longobard.cap.*8.*nu.*3.dixit, quod in Regno casus feudalis, qui nec per Consuetudines feudales, nec per leges patrias reperitur decisus, debet decidi per leges Longobardicas, authoritate *Frecc.Thom.de Marin.Minad. & aliorum*, ità sententium, quod etiam desumitur *ex cap.*1.*de feud.cogn.& ex Constitut. Regni puritatem*, quæ cum in ordine literæ priùs nominasset ius Longobardum, quam commune Romanorum, meritò in Regno illud debet præferri, & in puncto in successione feudorum hoc ius seruari, tenet *Pellie. ad Consuet.Auers.cap.*10.*num.*2.

Et

26 Et si non ignorem, in Regno iudicatum fuisse, feuda in dubio censeri concessa secundum ius Romanorum, non autem Longobardicū, vt ex *Dom. Reg. Galeota contr. 3. lib. 2. & Dom. Reg. Capyc. Latro contr. 3. lib. 1. num. 105.* quotiès tamèn volumus interpetrari verba alicuius Consuetudinis, vel Constitutionis huius Regni, quæ fortè essēt obscura, prout in hac quæstione, tùnc circa interpetrationem dictorum verborum, & eorum sensum omninò recurrere debemus ad Ius Lōgobardicū, nec obstat si dicatur, illud esse sublatum nàm dicta interpetratio non fit, vt ex illo iure capiatur authoritas, sed adhoc, vt verba dubia declarentur, & ad Germanam, Genuinam, & veram illorum interpetrationem deueniri possit, prout in puncto circa interpetrationem verborum *Consuet. Barij*, tenet *Maxilla in proem. dictarum. Consuetud. num.* 228.

Ex quibus cum dicto Consiliario Marciano affirmo, enucleatā esse quæstionem, nempè collaterales sub illo verbo *Parentes* comprehensos esse, quod etiā sensisse videtur, *R. Tap. in d. Const. Si quando, vers. parentes*, vbi integras dicti Consiliarij Marciani allegationes inseruit, *et dec. S. C. 50. n. 9.* & huic opinioni omnes DD. Regnicolas assensisse, testatur *Pras. Lanar. in suo celebri respōs. pro Regio Fisco contra Marchionem Gruttulæ de successione fratris vterini num. 31.* ipse enim ibi pro absoluto habuit vigore dictæ *Constit.* peritos Regni intellexisse in feudo antiquo collaterales succedere, quæ, relatis *Cons. Marciano, & Reg. Tap.* sequitur *Episc. Maranta, responso 26. num. 49. vol. 5.*

27 Affirmabant aliqui, id posse procedere in feudo ex pacto, secùs verò in feudo hęreditario, nā quemadmodū in feudo hæreditario, vassallus contrahēdo, præiudicat successori, ità pariformitèr, & delinquendo præiudicare potest, cum valeat argumentum à contractibus ad delicta, & è contra, *l. omnem, & ibi glos. ff. de iudic. Curt. iun. in tract. de feud. par. 3. concl. 6. num. 13.* at in Regno omnia feuda esse hæreditaria est citrà controuersiam, cùm, & Regnum ipsum hæreditarium sit ob inuestiturā factam per SS. Vrbanum IV. Serenissimo Carolo Duci Andegauensi, & Prouentiæ Comiti in anno 1266. 4. kal. Iunij, confirmatam à Clemente IV. in Ciuitate Romæ, qui fuit Carolus Primus vocatus, vt ex *Sigon. Andr. Bald. Affl. Loffred. Frecc. & alijs*, fundat *Consiliar. Theod. alleg. 22.* & post *Napod. Camill. de Curte*, & cæteros, dixit *Cutell. decis. 27. num. 26.* quod, & clarius patet per Capitulum Caroli II. filij dicti Caroli I. Incip. *Prælatis Ecclesiarum*, ibi: *Nostrum hæreditarium Regnum Siciliæ.* & ex *Constit. Cum hæreditarium* & ex *Cōstit. Post mundi machinam*, ibi: *Cùm igitur Regnum Siciliæ nostræ Maiestatis hæreditas pretiosa*, meritò delinquendo vassallus successoribus præiudicare potest.

At huic obiecto multifariè occurritur Primò, nam, etsi supradicta conclusio, nempè (in Regno omnia feuda esse hæreditaria) adeò per omnium ora circumferatur, vt temerarium videatur in iudicando ab ea recedere, attamen veritas fateri nos cogit, illam esse magis communem, quam vēram, quia vltrà quod an Regnum sit hæreditarium, vel ne, dubitat *D. Reg. Lanar. in §. huius autem generis num. 42. ex quib. caus. feud. amitt.* & de inuestitura facta Carolo I. potest dubitari, prout negat *Bal. in cap. 1. de fil. nat. ex matr. ad mergan. contr.* adhùc tamen concesso, Regnum ipsum esse hæreditarium, non indè sequitur, ergò feuda hæreditaria, ob illud vulgatum adagium, quod non licet membris à capite dissentiri, Nàm feuda non iudicantur secundum Consuetudinem loci, in quo sita sunt, sed secundum Consuetudinem, sub qua viuit dominus, ea concedens, prout dixit *Io. Fab. in l. 1. num. 16. C. de Sum. Trin. & fid. Catth. Renat. Chopp. de legib. And. lib. 2. tit. 3.*

28 Amplius si vassallus alium in vita instituit hæredem, quam vocatum ad feu-

feudi successionem, vocatus nihilominus feudum habebit, ex dispositione iuris, colligitur *ex glos. in Constit. Regni, Constit. diuæ memoriæ, Afflict. dec.* 385. *Præs. de Franch. dec.* 1. *num.* 18. benè conferunt dicta per *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de bon. prodit. num.* 90. *circa medium*, si igitur alienando in vita, absq; assensu Domini, non præiudicaret agnatis, ità pariformitèr, nec delinquendo præiudicare potest, cum à contractibus ad delicta valeat argumentum, vt supra diximus.

29 Rursùs si supradicta Regij Fisci prætensio subsisteret, illa procedere posset in feudo merè, & omninò hereditario, ac transitorio ad omnes hęredes, etiam extraneos, vt puta quando inuestitura dictaret (*pro se, & hæredibus quibuscumq;*) quia per hanc concessionis formam feudum ad quoscumq; hæredes, etiam extraneos, transiret, ad tradita per *Clar. in* §. *feudum. q.* 9. *num.* 2. *Io: Thom. de Marin. de feud. tit. de feud. omninò hæreditario, per tot. Reg. Rouit. in rub. de feud. num.* 20. quia tùnc in confiscationem veniret, & per consequens vadit ad Fiscum, idem *Rouit. loc. cit. num.* 90. *in princ.* de cuius feudi specie habetur *per tex. in cap.* 1. *de feud. non hab. prop. nat. feud. vbi omnis feudistarum Schola*. Secus verò quando inuestitura cantat (*pro se, hæredibus, & successoribus ex suo corpore legitime descendentibus, natis iàm, & in antea nascituris, vtriusque sexus in perpetuum*) quo casu fit, vt feudum talitèr concessum iudicetur ex pacto, cum qualitate tamèn hæreditaria, quod communitèr mixtum appellatur, *Reg. Rou. ad rub. de feud. num.* 21. quia participat tàm de natura feudi ex pacto, quàm de natura feudi hæreditarij, *Hartam. Pist. quæst. iur. lib.* 2. *q.* 3. *Borcolt. de feud. cap.* 3. *nu.* 18. *Rosenth. de feud. cap.* 2. *concl.* 26. *Afflict. in cap.* 1. *num.* 13. *an agnat.* ex multis probat *Camil. de Ratha in suo theatr. feud. par.* 7. *dilucid.* 26. & ad abreuiandum hæreditarium dici solet, vt post *Camer. in cap. imperialem*, §. *præterea Ducatus, fol.* 96. *lit. B. Intrigl. Hartam. Pistor. R. de Ponte, & alios*, dixit *D. Consiliar. Theod. allegat.* 22. *num.* 10.

Dixi, ipsum sapere naturam feudi ex pacto, quia adhoc, vt quis possit succedere, requiritur, vt descendat à primo acquisitore, & ab eo sanguinem capiat.

Dixi, ipsum sapere qualitatem hæreditariam, quia requiritur, vt ad illud aspirans sit hæres vltimi defuncti feudum possidentis, alitèr succedere non posset, *Reg. Rouit. ad rub. de feud. num.* 20. *circa medium, Iul. Clar. in* §. *feudū, q.* 9. *num.* 4. Cùm igitùr hæc duo requirantur ad succedendum in feudis mixtis, siuè habentibus qualitatem hæreditariam, & Fiscus ambobus careat, meritò à dicta successione repellitur.

30 Huiusmodi enim feuda mixta, siuè cum qualitate hæreditaria à feudis ex pacto absq; qualitate hæreditaria quo adhoc speciale in vno tantùm differre, dixerunt *Camer. in cap. imperialem*, §. *preterea Ducatus, fol.* 69. *lit.* K. *& in cap.* 1. *par.* 3. *nu.* 22 *an agn. & Reg. de Curte p.* 1. *sui diuers. fol.* 44. *num.* 5. nempè, quod in illis sanguis reguletur à pacto, in istis pactum reguletur à sanguine, eapropter cum in ipsis omnia ea concurrant, quæ in feudis ex pacto, absquè qualitate hæreditaria, vt post *Andr. & Camer.* dixit *Reg. de Curt. loco mox cit. fol.* 43. *num.* 4. meritò in ipsis delictum vnius alteri præiudicare non potest, prout firmauit *Sebast. Guazzin. de confiscat. bonor. concl.* 27. *verf. feuda, num.* 38. *fol. mihi* 289. & cognouit *R. Rouit. in rub. de feud. num.* 22.

Vndè sequitur, huiusmodi feuda videri quodammodo ad instar fideicommissi subiecta restitutioni descendentibus ex primo illorum acquisitore, sub qualitate tamē hæreditaria vltimi morientis, eapropter non posse foriudicatum in Fiscum transferre ea, quæ debentur agnatis ex genere, *l. eum qui, ff. de interd. & releg.* benè faciunt dicta per *Reg. Rouit. in rub. de bon. prodit. num.* 91. & licet lex in pœnam foriudicati

cati impediat, vt non habeat hæredem, successor tamen in feudo illud capit ex inuestitura primi acquirentis, non autem vt hæres foriudicati, vndè dato sit impeditus effectus qualitatis hæreditariæ respectu foriudicati, adhùc remanet restitutio facienda agnatis ex pacto, & prouidentia Domini, & primi feudum quærentis, vt perbellè ponderauit *Montan. de regalib. fol. 99. num. 9. col. 2. versic. vndè cum lex.*

31 Maximè quia feuda ex communi DD. consensu nullo modo possunt in confiscationem venire, prout relatis *Old. Bal. Ang. & Imol.* dixit *Ruin. cons. 23. num. 3. vol. 5. Bertazz. cons. 281. Dec. consil. 252. num. 5. & seq. & cons. 442. num. 29. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de success. feud. §. 9. num. 19. Iul. Clar. in §. feudum, q. 84. & §. fin. q. 78. num. 7. Cannet. in extrauag. si aliquem, vers. aduertendum, num. 17. Reg. de Curte in suo diuers. feud. par. 1 fol. 62. nu. 86.* vbi refert, non defuisse affirmantes id procedere, etiam in feudo omninò hæreditario, infinitos adducit *Reg. Rouit. in prag. 1. de bon. prodit. nu. 15. & num.* 140. sic decisum in Regia Camera testatur, quod & anteipsum dixerat *Reg. Reuert. dec. 28. par. 4. & D. Reg. Moles in suis decisionibus tit. de iure deuolutionis, q. 1. decis. 106. & Thesaur. decis. 167. num. 1.*

Ea enim, quæ in extraneos, nec per contractum, nec per vltimam voluntatem transferuntur, nec in Fiscũ ob delictum transferri possunt, *l. 1. in fine, C. de bon. libert. l. si filius, C. de bon. proscript.* at feuda ad extraneos non transeunt, *cap. 1. §. cum verò Corradus, de his, qui feud. dare poss. cap. 1. §. & si clientulus, de alien. feud. Affl. dec. 183. Consil. Theod. alleg. 22. nu. 6. Cannet. in extrauag. si aliquem, vers. adnotandum est nu. 7. Reg. Rouit. in cit. prag. 1. de bon. prodit. num.* 15. quia solummodò hæredes sanguinis expostulant, *Camer. in repet. cap. imperialem, fol. 21. lit. S. & seq. Frecc. de subfeud. lib. 3. tit. de diff. inter feud. ex pacto, & hæredit. diff. 16. D. Reg. Moles, & Rouit. locis prox. citat.* in puncto in feudo mixto, siuè cum qualitate hæreditaria, ex *Grat. Granet. Couarr. & Hartam. Pistor.* fundat idem *Rouit. ad prag. 4. de feud. nu. 160. in fin.* & cùm Fiscus condennati extraneus hæres dicatur, *gl. à Bar. Bal.* & cæteris communitèr probata *in l. 1. C. de bon. libert.* idem *Bar. in l. iura, ff. de iure patronat. & in l. eum qui, ff. de interd. & releg. Soccin. sen. cons. 121 num. 17. vol. 4. Reg. de Curt in 1. p. sui diuers. feud. fol. 62. num. 90. Reg. Rouit. in pragm. 1. de bon. prodit. num. 119.* alios adducẽs, *Corbul. de iure emphit. tit. de causa priuat. ob mort. ciuil. num.* 24. & post *Dec. Socc. iun. Roland. à Valle,* & alios, dixit *Peregr. de iure Fisci lib. 5. tit. 1. n.* 68. meritò à feudi successione excluditur.

32 Sed an saltèm fructus feudi, durante vita naturali Baronis foriudicati, ad ipsius Fisci commodum applicari debeant, videtur affirmatiuè respondendum, ex dispositione *tex. in. l. Statius florus, § Cornelio felici, ff. de iure Fisci.*

At hic obex de facili ruit, nàm licet *Petr. de Gregor. de concess. feud. q. 7. num. 57. & Camill. de Ratha in theatr. feud. par. 9. dilucid. 83. num, 25.* opinionem pro Fisco tenuerint, attamen illa communitèr refellitur, quia ille *tex.* non habet locum in feudis, quando feudatarij culpa non fuit in Dominum, vt post *Andr.* concludit *Camer. in cap. 1. num. 24. an agnat. & in 17. quæst. num. 120. Aluaret. in cap. 1. §. denique, quæ sit prima caus. benef. amitt. Gabriel cons. 73. n. 1. & 3. vol. 2. Bursat. consil. 143. num. 16. vol. 2. Scacc. de Iud caus. ciuil. lib. 2. cap. 9. num. 157. & 1576. Reg. de Ponte lect. 22. tit. si succ. feud. priu. num. 26. Afflict. decis. 252. Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 29. n. 2.* & post *Boss. & Peregr.* dixit *Reg. de Curte in suo diuers. feud. par. 3. fol. mihi 143. num. 19. in manuscript.* quod, & antea dixerat, *in par. 1. fol. 60. num. 51. & Thesaur. d. decis. 167. num. 2.* & in terminis respondere *Boss. tit. de confiscat.* bo-

bonor. num.53. Guazzin. de confiscat. bonor. concl. 13. lim. 53. num. 14. Caball. resol. crim. cap.183. num. 20. siuè feudum sit ex pacto, & prouidentia, siuè hæreditarium, vt decisum testatur *Iul. Ferret. in tract. de iusto, & iniusto bello, tit. de act. & tac. bell. princ. num.26. & 27.*

Ratio est in promptu, nàm dominium illud vtile, quod ob culpam perditur, non potest stare in pendenti, sed statim ad agnatos deuoluitur, ad quos & feudum ipsum vadit, desumitur ex *tex. in cap. 1. §. denique, qua fuer. prima caus. benef. amitt. cap. 1. si vassall. feud. priu. cap. 1. §. si vassallus culpam, si de feud. def. mil.* ex quibus iuribus cum hac conclusione transit *Montan. in cap. Imperialem, num. 99. de prohib. feud. alien. per Federic.*

Nec minùs obicem facit, quod scripsit idem *Reg. de Curte in 1. p. sui diuers. feud. fol.63. num. 98.* siquidem ipsemet dat pro absoluto, non venire in Fiscum, durante vita naturali vassalli delinquentis nec vtile dominium, nec vsufructum formatum feudi, sed subtilissimè, quia in illa causa iura Regij Fisci tuebatur, per apices se reducit, dicens, quod saltèm debet in Fiscum transire commoditas illa percipiendi fructus, allegat *Peregr.* qui sic decisum in Ciuitate Venetiarum testatur, & hic dicit quæstionem non fuisse determinatam.

Sed (salua pace tanti viri) non video, quo iure hoc dictum sustineri possit, cum Fiscus, nec per viam confiscationis, nec per viam successionis aliquid pretendere possit, ex supradictis.

Secundò, respondetur, quod alia de causa dicta opinatio *D. Reg. de Curte* corruit; nàm ratio, ob quam feudum vassalli delinquentis, & vtile illius dominium ad agnatos aperitur, ea est, quia perindè habetur, ac si talis delinquens esset naturalitèr mortuus, *ad text. in Const. Pœnam eorum,* vbi *Affl.* post *Bald. num. 71. Præs. de Franch. decis.102. nu.3. in fine, & decis.213. num. 11. 21. & 31.* quod etiam eruitur, ex *l. in insulam, ff. sol. matr.* vbi actio de dote, patre deportato, & sic ciuilitèr mortuo, consolidatur in filiam, ac si naturalitèr mortuus esset, & quemadmodum si dictus vassallus naturalitèr decessisset, non potuisset Fiscus habere dictam commoditatem, percipiendi fructus, ità nec minùs potest illam habere, quando vassallus morte ciuili decessit, cum ipsa naturali equipáretur, *ad tex. in l. Gallus, §. & quid si tantùm, ff. de lib. & posth. l. Deo nobis, C. de Episcop. & Cler. l. actione, §. morte vnius, & §. publicatione, ff. pro soc. l. 1. §. fin. ff. de bon. poss. cont. tab.* & quemadmodum ex morte ciuili vtile dominium feudi vassalli delinquentis ad agnatos aperitur, ità, & ius, & commoditas percipiendi fructus ad eosdem aperiri debet, prout relato *Ruin. in pluribus consilijs, Alex. Rom. Bald. Hieronym. à Laurent. & innumeris alijs,* lepidè fundat idem *Gorbul.* exemplum ponens in emphyteusi, *tit. de caus. priuat. ob mort. ciuil.*

Et tandē hæc roboratur opinio decis. R.C. Sūmariç in causa Michaelis Vitalis. Foriudicato enim Barone Roccæ, & Rotini Benedicto Vitali, sententia, tùnc Iudicis, deindè Regij Consiliarij Anelli Portij delegati, ob homicidium in personam Io: Dominici Granati vassalli Terræ Roccæ commissum in anno 1649. prædictus Michael Vitalis eius frater vtrinquè coniunctus adijt M. C. V. ibiq; petijt se declarari hæredem in dictis feudis, & cum, instante Fisco Regalis patrimonij, fuissent expeditæ literæ hortatoriales dictæ M.C. vt in dicta causa non procederet, similitèr comparuit in R. C. & aduersus prætensa per Regium Fiscum, vti proximior agnatus, tàm de iure feudorum, quàm Regni ad dictam successionem vocatus, citra præiudicium crediti super dictis feudis auernis consequendi, iterùm declarari instetit feuda prædicta, vti antiqua ad ipsum spectare, & facta relatione in eadem R. C. per

Præ-

Præsidem Baylum, sub die 4. Martij 1656. prouisum fuit, quod tollatur sequestrum, & rescribatur M. C. quod procedat ad confectionem præambuli in beneficium legitimorum successorum, in banca Staracij. Patrocinante pro dicto Michaele peritissimo Aduocato Carolo de Rosa, de qua *decis.* memor est *Dom. Reg. de Marin.* post hæc scripta visus, *ad Reuert. decis.* 144. *lib.* 1. qui tùnc vti Præs. R. Cam. in ea votum dedit.

Sed bona allodialia fideicommisso subiecta, àn, & quando, possessore Reo criminis, etiã Lęsæ Maiestatis existẽte, confiscari possint, etiam in vita delinquentis, pertractãt latè *Fusar. de subst. q.* 529. *Molin. de Hispan. primog. lib.* 4. *c. fin. n.* 5. *D. Camill. de Medicis cons.* 3. *n.* 19. *Ant. Gam. decis. Lusit.* 352. *n.* 4. *Dom. Reg. Salern. decis.* 50. *D. Reg. Reuert. decis.* 336. *& ibid. Dom. Regens de Marin. in obseru.* qui latè articulum pertractauit *lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 166. *num.* 11. *& lib.* 2. *resol. cap.* 18. *nu.* 3.

33 Et deniq; pro coronide *Ritus*, nota, quod contumax pro causa ciuili benè poterit in alia causa comparere, & obstabit tantùm contumacia inter easdem personas, & de eadem re, non in alia causa, *cap.* 1. *de probat. l.* 2. *Cod. de edend. Paris de Puteo de Syndic. verbo, Inquisitio*, *De Franch. decis.* 271. *sub num.* 6. *Anichin. add. loco num.* 21. & videas *Thor. par.* 2. *compend. decis. verbo, Contumax pro aliquo delicto*.

34 Ceterùm, multa coaceruaui de Bannitis super *Ritu* 209. & alia quædam super *Ritu* 207. *&* 213. & de contumacia, quasq; pœnas producat, rescribunt *Petr. Gregor. in syntagm. iuris vniuers. lib.* 48. *cap.* 3. quem laudat *Reg. Rouit. in prag.* 3. *de ordin. Iudic. num.* 5. latioribusq; habenis *Borrel. p.* 1. *summ. decis. integro tit.* 46. *Ant. Gabr. lib.* 2. *commun. opin. tit. de Iudic. conclus.* 1. *Rebuff. in art.* 13. *Glos.* 50. *in tract. de contumac. tom.* 3. & alia ad purgandam contumaciam, illiusq; modum enarramus super *Ritu* 28. *to.* 1. & notat *Thor. Carau.* memor, *p.* 3. *comp. decis. sect.* 1. *verbo, Baro àn teneatur*, sed quid illa sit, explicat *Tuschus concl.* 1017. *lit.* C, multa autèm operantur recensita per eundem *concl.* 1019. vbi preterea scribit, quando illa cesset, scilicet morte, §. *deinceps, Auth. de nuptijs*, ac propterea ad heredes non transit, *l. manifestè*, *ff. de regul. iur. Hipp. de Marsil. in pract. crim. ver. contumacia, num.* 52. *& in l. de vnoquoquè num.* 213. *ff. de Iudic.* & quando illa præiudicet hæredi quoad pęnam, inquirunt latè *Franc. Turzan. q.* 12. *Farinac. q.* 10. *num.* 58. *Prat. respons. crim.* 48. *Matute disquis. legal.* 8. & nos alibi pertractamus, qua itaquè tunc cessante, & missio quoquè cessat in possessionem, *l. si antè*, inibiq; *Soccin. ff. de except. rei iudic.*

Disponit insupèr *Ritus*, quod contumax, contumacia non purgata, capi potest de persona, elapso mense, computando à die banni emissi, & sic incipit à die immediatè subsequenti publicationem banni, non solùm ex resolutione illa constituta *Ritu* 173. 35 quod dies termini non computatur in termino, quamq; firmant *DD.* laudati à *Iudice de Angel. ad Foller. in prax. crim. tit. accusentur contumac. num.* 9. Verùm ex altera, constituente differentiam inter terminum statutum ab actu, & alterum à die actus, vt ille currat de momento ad momentum, iste verò excludat diem actus, incipiatquè à die sequenti, iuxta notata per *Tiraq.* & alios, quos citat *Flamin. Carthar. dec. Genuensi* 88. *num.* 3. 4. *&* 8.

Verùm hunc Ritum seruari, quoad tempus ibidem statutum, indicat *Carau. hoc in rit. n.* 7. dixeratq; *ritu.* 212. eiusq; meminit *Galter. in pract. instr.* 3. *par. princ. num.* 12. *Foller. in prax. crim. rub. notat. cap. de person. n.* 2.

SVM-

RITVS CCXXI.

Item si datus terminus incidit in diem feriatã, contumacia partis nõ comparentis accusatur præcedenti, & sequenti die.

SVMMA RERVM.

1 *Huius Ritus duo traduntur intellectus, prior à Prospero Carauita, alter à Constantino Papa.*
Posterior dissentit à litera, sed fortassè congruit veritati.
2 *Contumacia quando incusanda veniat si in diem, qua accusanda esset, incidat festus.*
3 *Ritus obseruantia quæ sit.*
4 *Carauita confutatur.*

1 Huius *Ritus* duo traduntur intellectus; Prior quidèm à Commentatore *Prospero Carauita*, alter verò à *Constantino Papa* additionante; ille commendatur à *Maranta par. 6. memb. 1. sub num.* 120. ac literæ magis congruit: Hic autèm posterior dissentit à litera, apertè concludente, vt accusetur præcedenti, & sequenti die, sed fortassè congruit veritati, ob *Ritus* ab ipso additionante *adductos* 80. & 224. ambos dicentes, contumaciam incusandam se-
2 quenti prima die non feriata, facta tamèn mentione de festo die antecedenti, tùm maximè ob *Ritum seq.* 222. & alterum 226. tantummodò mandantes, incusationem faciendam esse die sequenti.

3 Verùm nè cum saltantibus saltemus, & quæ alij tetigerunt, dumtaxàt repetamus, aduertimus huius *Ritus* obseruantiam non præseferre tempus, diemuè, quo incusanda veniat contumacia, eius enim meminerunt *Ritus* 94. 97. 223. & alij, affirmantes, eadem die incusandam, qua tenebantur venire citati, vt illis in Ritibus affirmauimus, sed supposita die, in qua debeat incusari, si in eam incidat dies festiuus, differendam accusationem monet ad diem vsquè primam non feriatam; quamquè obseruantiam insinuant prætereà apertiora verba *Ritus seq.* 224. alteraq; *Ritus* 80. 219. 222. & similium.

4 Ac proptereà non benè (salua eius pace) scripsit *Carau.* cum in aliquibus dictorum Rituum confundit terminos, allegans aliquem dictorum vti consimilem; qui tamen non in eo casu loquitur, sed in altero prædictorum duorum. Quarè estote cauti, cum alterius ex relatis quæsitis veritatem inuestigatis, vt cum prioris scire cupitis resolutionem, adeatis, & perlegatis *Ritus* omnes anteà relatos, & quę nos ibi scripsimus: posterioris verò dum perquiritis veritatem, nouissimè relatos percurratis *Ritus*, & quæ nos super eis etiam commentati sumus, præsertim in mòx sequenti *Ritu* 222. necnon tradita à *Præs. de Franch. decis.* 639. *num.* 4. *Carau.* & *Ritutum* memore *Vin. decis.* 11. *sub num.* 10.

RITVS CCXXII.

Item quod causæ tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, quæ in ipsa Curia tractantur, si terminus datus partibus incidit in diem feriatam, sequenti die non feriato partis non comparentis in dicta Curia contumacia accusatur.

SVMMA RERVM.

1 *Proſper Carauita non benè loquitur, aſſerens hunc Ritum concordare cum præcedenti.*

2 *Citatus ad aliquid faciendum pro tali die, quæ reperiatur feſtiua, teneatur nè die ſequenti illud exequi.*

3 *Quid ſi citatur ad comparendum intra tot dies, cuius poſtremũ feſtiuum eſſe contingat, àn poterit die ſequenti comparere.*

1 PRoſper Carauita dicit, hunc *Ritum* concordare cum præcedẽti, ſed fallitur, quandoquidem in antecedenti dicitur, contumaciam præcedenti, vel ſequenti die incuſari, in hoc verò tantùm dicitur, vt ſequenti die incuſetur.

2 Iſthæc verò *Ritus* verba, *Partis non comparentis*, comprobant certè dictum illud *Carauit. ſuper Rit.* 80. *&* 219. necnon 69. quod ſi dies, in quo teneretur Reus venire, eſſet feriatus, deberet ſequenti venire, alioquin, denunciaretur contumax; profert ſi quidem *Ritus* iſte verba ſupradicta, *partis non comparentis*, non enim dicit, partis non probantis, quia vt idem *Carau.* illis in *Ritibus* addit, & nos probamus in eodem *Rit.* 80. citatus ad aliquid faciendum, ſi poſtrema dies termini fuerit fe-
3 ſtiua, nequiret ſequenti die illud facere, ſcilicet, probare, aut iniunctum aliud quodpiam exequi munus, ſed tantum citatus ad comparendum præfata die immediatè proxima comparere poſſet, illamque ob comparitionẽ ſatisfaciat, quod præterea iure communi probatur *in cap. fin. de dilation. & cap. cum dilecti*, ibiq; *Ioan. Andr. num.6. de dolo, & contumac. Trancred. in compend. tit. de quaſt. verſ. citationis q.9. Ioan. Andr. in cap. conquæſtus num.2. & Abb. num.2. de ferijs, Rota deciſ.* 1. *eod. tit. in nouis num.* 1. *Specul. lib.2. tit. de citation.* §. 1. *num.* 13. *& tit. de dilation.* §. 1. *num.4. Anton. Surian. in comment. conſtitut. Siciliæ ſuper Ritibus M. C. rub. de pract. proband. Infra biduum*, quibus quippè auctoritatibus, & cõcluſione ex eis deducta, *Dom. Reg. Valenzuela in conſ.6. num.60. vol.* 1. defendit, ab irregularitate alienum quemdam presbyterum Iulianum Perez Guerrero, cui intimatum fuerat monitorium, vt ſolueret intra tertium diem cuidam vicino certam tritici, & ordei quantitatem, alias excomunicatus denunciaretur, nam cùm ad reſpondendum monitorio coram reuiſore Conchenſi miſiſſet nuntium, tertiaque dies ipſa eſſet Dominica, die Lunæ ſequenti pro illius parte comparitum fuerit, & petitum, vt Cenſuræ ſuſpenderentur, ſuſpenſæquè re ipſa fuerint, & quia intereà Iulianus Presbyter celebrauerat, & nimirùm imputabatur, quod irregularitatem incurriſſet, præter alia hoc ipſum in medium ipſe *Valenzuela* protulit ſuppoſitum, quò illius perſonam ab iniecta in eam macula eximeret.

RITVS CCXXIII.

1 ITèm ſeruat ipſa Curia, quod cõtumacia, ſcilicet prima accuſatur proximo die, quo ipſi teſtes debuerunt cõparere, deinde expectatur triduo ſemper, ſed fideiuſſores ipſi non expectantur triduo, ſed ſi iſti ſero debuerunt comparere, ego accuſabo hodie contumaciam cõtra eos, & cras condemnabuntur ad pænam fideiuſſores, & hoc modo fit omnis condemnatio. & de iure eodem inſtanti acta poſt conteſtatam litem, præterquam in teſtibus.

SVM-

SVMMA RERVM.

1 *Huius Ritus obseruantia æquior, iustior, & verior videtur.*

2 *Exceptio firmat regulam in casu non excepto.*

3 *Contumacia quando incusetur contra testem, quando vero contra fideiussores, necnon quando alter eorum condemnetur ad pœnam.*

4 *De triduo remissiuè.*

5 *Citatus ad comparendum intra triduum pro causa criminali, capi, & deuinciri interdum non prohibetur.*

1 Isthæc Ritus verba (*proximo die*) scilicet eodem die præportant *Ritus* 94. & 97. & vide, quæ scribimus in *Ritu* 123. sed huius *Ritus* obseruantia æquior, iustior, & verior videtur, semper enim, quod quis vocatur ad certum diem, eodem die contumax reputari nequit, sed expectari ad sequentem, cum ille vtilis sit citato, qui propterea habeat tempus comparendi vltima hora illius, atq; ita esse de rigore iuris, probat *Sessa dec.* 161. *num.* 8. *par.* 2.

2 Verùm, cum exceptio supponat regulam contradicere, ex his, quæ longo themate edisserit, idem *Sessa decis.* 124. *par.* 2. atquè ideò in hoc *Ritu* generalis exceptio in testibus, ibi: *præter quam in testibus*, indicat regulam nostri *Ritus* non esse de testibus, illosquè non complecti, & tamèn certum est, principalem conclusionem huius *Ritus* ipsos tantum testes amplexari, quorsum igitur tendat iam dicta exceptio, non videtur manifestum, nisi dicamus exceptionem prædictam non respicere primæuam regulam nostri *Ritus*, sed

3 proximam præcedentem, & conclusionem in fideiussoribus constitutam, nè triduò expectetur, sed eodem die, quo tenebantur comparere, accusetur contra eos contumacia, & die sequenti condemnetur ad pœnam fideiussionis, etenim contra testes, quamuis eodem die accusetur contumacia, non tamen proximo die sequenti condemnatur ad pœnam, sed primo die post triduum ex apertioribus verbis in initio atq; aliis *Ritus* 94. declarantibus præfata, & quidem obscura verba nostri *Ritus*, sicquè patet, quo tendat iam dicta exceptio, illis concepta verbis: *præterquam in*

4 *testibus*. De hoc triduo copiosè tractant *Ritus* 97. & 206. necnon *prag.* 3. *de ordin. Iudic.* At memorato triduo in citatione ad comparendum pro causa

5 criminali pendente, possit inquisitus capi, & carcerari, firmant *Boss. in titulo de captura, num.* 10. & *Clar. quæst.* 31. *nu.* 24.

RITVS CCXXIV.

Item nota, quòd vbicunque contumacia debet vno die accusari, si illo die sunt aliquæ feriæ, intellige, de sequenti die iuridico immediate sequenti, & si plures dies essent feriati, etiam intellige de primo sequenti, & fit mentio, quomodo tali die non fuit accusata contumacia propter festum tale, quo die dicta Curia recta nō fuit, & si fuerint plura festa, fit mentio in ipso actu de omnibus festis, puta, festum Sancti Ioannis, & Sancti Petri.

SVMMA RERVM.

1 *Hanc Ritus obseruantiam omnes Curiæ Regni admittunt, iure communi comprobatam, quin, & hoc Ritu, quod Vin. dec.* 11. *non aduertit.*

2 *Contumacia in accusanda sequenti die mentio specialis, & sanctio nominis sit nè facienda, cuius sollemnitas celebrata fuerit die antecedenti.*

3 Festos

3 *Feſtos dies intercisos decernere, àn liceat olim.*

1 HVius *Ritus* obſeruantiam, admittit *Viu. dec.* 11. *verſ. Poſtremò, ſub num.* 10. quin *num.* 11. id iure comprobat, & communi ſtylo cauſarum omnium Curiarum Regni, neq; aduertit illam expreſsè referri hoc in *Ritu*, atq; in Magna Curia paſſim cuſtodiri, confirmant *de Franch. deciſ.* 639. *num.* 4. *Carau.* laudans, cuius quippè *de Frãch.* meminimus *Rit.* 221. *n.* 4. *in fin.* necnõ *Galter. in prax. inſtrum.* 3. *par. princ. verſ. perſonal. in Curia, ſub n.* 4. *Ricc. collect.* 74. *Gallup. in prax. S.C. cap.* 4. *tit. de contumac. num.* 5. *de Angel. ad Foller. tit. accuſent. contumac. num.* 5.

Fieri etiam mentionẽ in ipſo actu de omnibus feſtis, monet *Ritus*, & concinit alter 80. *in fin.* eoſquè vigere, & enixè cuſtodiri debere, præter *Carau.* in ambobus *Ritibus*, ſcripſit *Marant. par.* 6. *verſic. Rectè concipiatur citatio, num.* 6. *& Pannus ſuper Ritu, ſi qui debitores, in* 4. *parte,* 4. *declarat. verſ. Octauo ſi dies,* adijciens, exprimi debe-
2 re nomen Sancti, cuius ſolemnitatem eo die celebrauit Eccleſia *num.* 495. quod profectò inſinuant verba præcitati *Ritus* 80. illa nempè, *ob talem feſtum,* & altera huius *Ritus* (*propter feſtum tale*) & rurſùs alia, *fit mentio in ipſo actu de omnibus feſtis*, etenim niſi voluiſſent oſtendere neceſſitatem nominandi Sanctos, vtiquè generatim dixiſſent, faciendam mentionem dierum, quod feſti dies fuerint.

Huius noſtri *Ritus* obſeruantiam vigere in Romana Curia, teſtatur *Viu. verſ. Et hinc non immeritò, ſub n.* 11. quod expedire plurimùm non ambigitur, ad vitandas exceptiones nullitaris proceſſuum, & neceſſitatem probandi illis diebus ſollemnia Sanctorum celebrata fuiſſe, vt contingir in caſu præfatæ decisionis *Viuj*, ex qua deducitur apertè, formam in dictis Ritibus ſancitam non præportare neceſſitatem,

vt, ea omiſſa, contumacia ſit nulla, deindèq; verificare feſtiuitates in illis celebratas non prodeſſe: quod poſtmodum admiſſum fuiſſe in Sacro Conſilio, apertiora verba *de Franchis* oſtẽdunt *in add. deciſ.* 639. *verſ. Sed ad prædicta, ſub num.* 5. Cum dicunt, adhibendam eſſe prędictam formam ad tollendam difficultatem, quę oriri poſſet ob contumaciam accuſatam in alio, quam in termino præſcripto die, non ſecus ac in diebus partim feriatis, &
3 partim feſtis id ipſum concluditur. In illis namquè manè, donec myſteria ſacra, & diuina celebrata fuerint, non licet Iudicia exercere, poſteà autem licet, dummodò votis Iudiciorum nominatim inſeratur, quo tempore facta fuerint, ſcilicet manè, àn Veſperi, quod quidem ſcripſit *Emanuel Comnenus Conſtitut.* 2. *lib.* 1. *Iuris Orientalis in Conſtit. Comneni Emanuelis,* inſequiturq; *Petrus Gregor. Tholoſ. lib.* 49. *ſyntagm. Iuris vniuerſi, cap.* 3. *ſub nu.* 10. apud eos hæc vide, dùm meum non eſt de hoc diſſerere.

RITVS CCXXV.

ITèm nota, quod tales primę contumacię accuſantur die quo non regitur Curia: dummodò, non ſit dies feriata: ſed dies talis, quo potuiſſet regi Curia, ſi voluiſſet regi: ſed dubitatio eſt in Curia, ecce ego debui hodie accuſare primam cõtumaciam contra Titium, quod hodierno die non fuerunt feriæ, ſed fuit dies iuridicus, non tamen fuit recta Curia, ego non accuſaui contumaciam dicto die hodierno, ſed cras volo accuſare, quando Curia regitur: quæro, àn

admittar, vel spirat citatio: quia, quamuis quando nõ tenetur Curia: non possit accusari contumaciæ, tamen de consuetudine Regni est, quod accusatur, & notarius actorum scribit præsentationem, & accusationem contumaciæ: dummodò sit dies, quo potuisset regi ipsa Curia, si voluisset, quia fortè fuit impedita ex alijs: solutio, debet accusari prima contumacia die termini, qui non est feriatus: licet Curia non regatur, alias spirat citatio: & debet talis contumacia accusari hora, qua solet regi Curia,

SVMMA RERVM.

1 *Præsens Ritus in quo differat à Ritu 161.*
Ferijs renunciare necnè possint litigantes.

2 *Verba quæ in multis ritibus sunt inserta (dummodò sit dies, quo potuisset regi Curia) quo pacto effectum habere possint.*

3 *Curia quando in hac Ciuitate regatur, & quibus diebus, traditur cum praxi.*

4 *Contumaciarum incusatio fieri ãn possit alio die, quam in eo, in quo Curia regatur, cum declarationibus.*

5 *Prima contumacia potest accusari coram magistro actorum, vel eius scriba, & decisio subnectitur.*

1 Ritus his verbis, *Sed dies talis, quo potuisset regi Curia*, non adnectit alia, quæ in *Ritu* 161. addita reperiuntur, ea nempè, *licet esset dies feriata*, quandoquidem *Ritus* ille agit de fideiussione prestanda à partibus, quæ cum possint renunciare eorum fauori, & sic ferijs introductis ad vtilitatem hominum, vt scripsi super *rit.* 44. nimirùm si adijcit prefata verba, *licet esset dies feriata*. At presens *ritus* cum loquatur de contumacijs accusandis, & consecutiuè tractet de re odiosa, & offendente alteram partium, certè illius non concurrit consensus, nam ipso inuito, & nolente fieri credendum est, vt propterea, cessante consensu, cesset etiam tacita renunciatio feriarum, quæ neque appareat euidenter, neque præsumatur; atq; ideò accusari diebus feriatis, (quamuis inductis ad vtilitatem hominum) haud possunt, obidque non adiunxit, quin addere nequiuit verba illa, *licet esse dies feriata*.

2 Verum aduertamus, nè hallucinemur in interpretandis verbis prædictis; (*quo potuisset regi Curia*) quæ multis inserta fuisse *Ritibus* notauimus in *Rit.* 80. ea q; quo pacto effectum habere possint, videtur impossibile, & tñ certo certius est, euenisse pluriès, ac quotidiè euenire facilè posse, si prænotemus, aliud esse si dicamus, esse diẽ Iuridicã, in qua Curia regatur, aliud verò si dicamus, esse diẽ non feriatã, in qua actus iudiciales fieri non est vetitum, præterquam regi Curiam, exemplum potissimum illud

3 erit, quod præter dies festiuos, ac feriatos iudicia agitantur in Magna Curia, sententiæ proferuntur, aulæ fræquentantur à Iudicibus, & cætera omnia expediuntur, quæ ad Iurgia, & lites ipsas spectare noscuntur. Non tamen semper regitur Curia, quæ ex inueterato Regni more in duobus tantum hebdomadæ diebus de sero regitur, Lunæ, scilicet, & Veneris, quibus quippè die bus non solitas adeunt aulas Domini Iudices, sed Tribunal illud omnibus notum in alto loco Aulæ magnæ existens in Magna Curia Vicariæ Criminalis ascẽdunt cum Regente, assistentibus actuarijs omnibus, ac præcone vocante foriudicandos aut alios pro liquidandis instrumentis in illorum causis proferunt interlocutorias.

4 Illis itaq; diebus contigit, quod hoc in *Ritu* asseritur in relatis verbis, *dummodo sit dies, quo potuisset regi ipsa Curia, si voluisset*, quia forte fuit impedita

ex alijs; etenim non semel accidit, vt quamuis dies festiuus non sit, aut feriatus, ac propterea deberet iuxta solitum Curia regi, non tamen regitur ob aliud iustam impedimentum, atquè ità intellectis, & declaratis mentionatis verbis, constat contumacias incusandas altero ex his duobus diebus, quo vel regatur, vel potuerit regi Curia; atquè intellectus iste carpitur citrà dubium ex verbis *Andreæ in cap.* 1. *num.* 11. *de controuersi.inter vassall. & alium de beneficio*, apertius autem ex verbis *Affl. in eod. cap.* 1. *num.* 39. necnon ex contextura verborum *Marant. in prax. par.* 6. *rubr. rectè concipiatur citatio, à num.* 68. cui tamen intellectui aduersari maximè videtur vsus incusandi quouis die contumacias, etiam in Magna Curia, dum tamèn non feriato: nec non verba in initio nostri *Ritus* similiter contradicunt, illa nempè, quod *tales primæ contumaciæ accusantur die, quo non regitur Curia*: itaq; manifestè concedunt incusari contumacias, adhùc si Curia non regatur, modo feriata non sit. Verùm cuicumquè intimius perscrutanti patebit vtrumque verum, si distinctione vtamur, quod primæ contumaciæ incusantur quocumquè die non feriato, quamuis Curia non regatur; idq; deducitur ex verbis prædictis in initio nostri *Ritus*, & manifestius ex alijs subsequentibus, illis scilicet *Ecce ego debui hodiè accusare primam contumaciã, &c.* atquè illa nimirum accusatur per notarium, vt isto in *Ritu* subditur, vltima tamen, vel prima, quià vnica, ex quo citatus (iuxtà verba *Afflicti indic. num.* 39.) quis fuit peremptoriè, vt compareat die Lunæ, quo die non regatur Curia, quia fuit occupata in alijs negotijs, vel quia dies illa incidit in feriatam, atque ideò inquirit, si circumducta sit citatio, vel potius debeat comparere die sequẽti, quã regitur Curia, & si nõ cõpareat, possit reputari cõtumax, & respõdet ex auctoritate *Andr.* teneri eiusmodi citatũ cõparere die sequenti, qua Iudex sedet pro tribunali, cuius verba si interpretemur de Iudice sedente in excelso loco illo, quando Curia verè regi dicitur, atquè vulgo etiam fertur, tunc regi Curiam, certè res in aperto est, si verò de sedente alijs diebus in Rota, ad decidendas lites, quando vulgo dicitur (SI TENE CORTE) sequeretur omni die non feriato, quo tribunalia aperiuntur, & cuicumquè patent venienti ad iustitiam petendam licere alias quoquè incusare contumacias, prout experientia comprobat, tametsi ex rigore verborum Rituum esset contrarium affirmandum, nisi credamus eo tempore, nondum fuisse adinuentum antè relatum modum regendi Curias in duobus illis, & recẽsitis hebdomadę diebus, cuius contrarium fortasse carpitur ex *rit.* 82. cum ait, *& primo die iuridico debet accusari contumacia prima, licet Curia non regatur, quia siuè regatur Curia, siuè non, dummodò non sit dies feriatus, in omni casu accusatur, & accusari potest prima contumacia, præsente Magistro Actorum, licet non sit præsens Regens, vel alius officialis, vel alius ex Iudicibus*, quę quidem verba prçseferunt extare diem iuridicam, & dici, quamuis Curia in ea non regatur, & consecutiuè, quod non in omni die Iuridica regitur Curia, sed extet aliqua inter iuridicas, in qua Curia regitur: quamobrem verba nostri *Ritus* pręportant omni die iuridica eo modo intellecta, quo supra declaramus, accusandas priores contumacias. Imò animaduersione dignum censemus illa verba, *dummodò sit dies, quo potuisset regi Curia, si voluisset*, legi tantum in figuratione casus, non in responsione, & decisione *Ritus*, quę exorditur ab illis verbis, *solutio*, quę dumtaxat inquiunt, debere accusari primam contumaciam die termini, qui non est feriatus, licet Curia non regatur, neque adijcerentur alia illa, *quo potuisset regi si voluisset*: quapropter illorum nulla habenda erit consideratio, cum attendenda sit dispositiua legis, non

narratiua, & casus enarratio, ex notatis à nobis alibi, & quando illorum etiam esset habenda ratio aliqua, possemus interpretari, vt intelligantur, de quouis die Iuridico, in quo non fecas ac in diebus Lunæ, ac Veneris posset regi curia, si vellet, proptèr cessationem feriarum, tametsi non regatur ob morem regendi illam, in illis dumtaxàt diebus, idquè contingat ex impedimentis mentionatis in *Ritu*, non quia sit feriatus, & propterea non Iuridicus.

Verba verò *Caran. in hoc Ritu n.2.*
5 rescribit *Iud. de Angel. ad Foller, in prax. crim. tit. accus. contumac. sub n. 13.* subnectens, primam contumaciam posse accusari, etiã coram magistro actorum, vel eius scriba, insequitur *Galter. in prax. instrum. 3.p. princ. vers. personal. in Cur. comp. num.5.* & propria manu integerrimi illius viri *R. Scipionis Rouiti ad Carau. in hoc Ritu n. 2. vers. Sed etiam eius Scriba*, hæc rescribitur determinatio; Ita fuit iudicatum per S.C. iunctis aulis, in causa liquidationis instrumenti ad instantiam Gabrielis Capani, contra Ferdinandum Montorium, non obstante nullitate primæ contumaciæ allegatæ per dictum Ferdinandum, ex quo prima contumacia fuerat accusata per Scribam ad id Deputatum in Insula Finariæ, siuè Isclæ, vbi Capanus relegatus moram trahebat, die 17. Iulij 1596. Actuarius M.C. est Io: Baptista de Angelis.

RITVS CCXXVI.

ITèm nota, quod si feci te citare ciuilitèr, vel criminalitèr, & accusaui contra te contumaciã, & elapso triduo, post vltimum tempus, puta vno mense, vel duobus, quia nec feceram te adhuc condemnari, vel banniri, quia possum stare certo tempore, prout continetur in quadam alia obseruantia tu compares in Curia, & facis me vocari, & accusas contumaciam contra me die prima sequenti potes licentiari, & ego condemnor; quod no. si accusatio contumaciæ cadit in diem feriatam, accusatur sequenti.

SVMMA RERVM.

1 *Practicam accusandi contumaciam à Reo actori tradit Ritus.*
2 *Contumacia Actoris maior est, quam Rei.*
3 *Contumacia Actoris, & Rei diuersæ est censuræ.*
4 *In accusanda contumacia vtrùm mètio fieri debeat de festiuitate antecedenti necnè? ob quam incusari tunc non potuit.*

1 PRaxim accusandi contumaciam à Reo actori *Ritus* iste statuit, quam rescribit *Galter. in prax. instrum. 3. par. princ. vers. personal. in Cur. comparent, num.8.* & notat *Arnon. in prax. Iudic. cap.21.* de condemnatione Actoris, de qua *Ritus*, ne quæso, mireris ob illam regulam, quam statuit *Tuschus concl. 1030 lit.C.* quod contumacia Actoris maior est
2 contumacia Rei, & plenè *Alex. cons. 100. sub n.6. lib. 5*, ideòq; contumaciam Actoris, & Rei diuersæ esse censuræ, non immeritò scribit *Greg. Tholos. lib.31. sintagm. Iuris vniuersi c.20. num.8.* De triduo loquitur *Ritus 97.* mensium verò computatio quomodo sit facienda, scribimus super *Ritu 168.*
4 Ritus verò nostri in postremis verbis sãctioni, quod si accusatio contumaciæ cadat in diem feriatum, accusetur sequenti,

quenti, concordant *Ritus* complures, quorum meminimus in *Ritu* 222. quo in loco pauca addimus pro intellectu *Ritus* 221. non solùm sequenti die, verùm precedenti quoquè dicentis, incusari posse contumaciam, & praetereà adduximus *ritum* 80. *&* 224. concludentes in accusatione contumaciae facienda die subsequenti meminisse oportere diei antecedentis festiui.

RITVS CCXXVII.

Item nota, quod in omni casu de mūdo, vbi expedit, ꝙ accusetur prima contumacia semper ipsa prima cōtumacia potest accusari, etiamsi Curia non regatur, dummodò nō sit dies feriatus: sed talis, qui illo die regi potuisset, si Curia voluisset. Et ita seruatur.

SVMMA RERVM.

1 *Miratur Author, cur eadem obseruantia in pluribus repetatur ritibus.*

2 *Dictio, semper, & perpetuò aequiparantur.*

3 *Eius quae sit vis explicatur.*

4 *An operetur perpetuitatem omni tempore, & vt fideicommissum absolutum dicatur, cum declarationibus.*

5 *Dictio, dummodò, ex sui natura modū praportat.*

6 *Quando praeseferat conditionem, & notabilis distinctio subnectitur.*

7 *Clausula praedicta, dummodò, qua sit virtus, latè inquiritur.*

8 *Illa longè distat ab alia dictione, donec quę perpetuitatem significat.*

9 *Testatoris legato si relictum quid fuerit mulieri, quotannis soluendum, donèc vitam duxerit vidualem, praestari debet quousquè in eo statu permanserit, & si secundas celebrauerit nuptias, receptas quantitates non restituet.*

10 *Non verò si testator vsus esset dictione, dummodò, vel si.*

11 *Nedum vocula, dummodò, si, conditionem inducunt, sed etiam verba, casu quo nolit, siuè noluerit.*
Definitio conditionis adducitur.
Deficiente certa lege, satis est ratio naturalis ad conuincendum.

12 *Quid si legatum ijs sit conceptum verbis*, volendo però osseruare il letto viduile, *an conditionem praeseferat.*

13 *Accidit hic articulus disputandus inter D. D. Theresiam Petram filiam q. Francisci Baronis Clanicorum, & D. D. Iuliā Tortelli matrem dictę D. Theresiae, & D. Consil. & Praes. Io: Baptistam Amendola eius secundum Virum.*

24 *Cuius controuersię caput compilauit Dom. Praes. D. Franc. Merlin. cent. 2. controu. forens. cap.* 40.

15 *Adducta per ipsum Merlinum in beneficium Tortelli in dubium reuocantur.*

16 *Et nonnulla ad fundandum ex memoratis verbis, fuisse inductam conditionem suspensiuam, ac si dixerit testator (si lectum viduale seruauerit) breuitèr traduntur.*

17 *Verba sententiae S. C. in illa thesi recensentur, à qua fuit reclamatum, & quarè non fuerit prosequuta reclamatio, indicatur.*
D. D. Vincentius Petra Baro Vasti Girardi, Authoris Pater dulcissimus memoratur, eiusquè ortus, & occasus recensentur.
D. Andreas Capuanus Patritius Neapolitanus de Sedili Portę Nouae Authoris cognatus laudatur.

18 *Fuit etiam reclamatum à sententia eodem D. Merlino referente, lata per S. C. in beneficium dictae Iuliae, qua fuit liquidatum interesse antefati ad rationem ducatorum sex, cum dimi-*

dimidio pro centenario.

19 *In causis predictis nihil pro defendenda pupilla Authoris pater pretermisit, litemquè iustam prosequutus fuit.*

20 *D. Iulia Tortelli legatum etiam consequi non poterat, quia in testatoris domo non habitauit, & eius filiæ tutelam non exercuit, iuxta testatoris preceptum.*

21 *Author percipere non valet, quidnam mouerit D. Merlinum, vt in add. cap. 16. in fin. assereret, quod retardatio solutionis potius esset adscribenda D. Vincentio Petra tutori, quam Theresiæ filiæ pupillæ.*

22 *Antefatum, dote non soluta, an debeatur, latè inquiritur.*

23 *D. Merlinus improbabilitèr, salua eius pace, tutorem improbat, & cur?*

1 IN hoc *Ritu* iterùm aduertere non omittimus, quod si in diuersis materijs repetitos *ritus* vellemus simul congerere, agnosceremus, eos excedere centenarium numerum, quomodo autèm id acciderit, & quam ob causam, penetrare non valemus, nequè memoriæ lapsui adscribendum putamus, cum vnus ab altero, vt plurimum, longè non distet: immò alter alterum multotiès immediatè subsequatur, aut vno tantùm intermedio, vt profectò cōtingit in huius *Ritus* obseruantia, quam eandem retulerat *Ritus* 225. vbi notauimus.

Hic proptereà nonnulla circa dictiones, *semper*, & *dummodò*, quarū meminit *Ritus*, obseruamus. Primæ namquè dictionis meminerunt *ritus* 17. *&* 27. inibiq; nos pauca adnotauimus, & *Tuschus* perplura congerit *conclus. 371. lit. D*, hic autèm habenas dilaxando, aduertimus, illud idem insinuare, quòd

2 altera dictio, *perpetuò*, teste *Marta tract. clausul. par. 3. claus. 77.* nimirùm, operari perpetuitatem omni tempore, omniquè casu, scripserunt *Roman. cons. 407. num. 4. Paris. cons. 75. num. 34. & cons. 90. n. 25. vol. 2. Morla p. par. tit. 6. in eius initio, num. 60.* quin, & illam proptereà explicari, idest, omni tempore, & omni casu, dicit *Boer. in decis. 158. num. 4. Mandos. in Glos. facult. §. nos qui, vers. semper, & Berous in rub. de iurepatron. num. 81.* ipsamquè continuitatem præseferre *Iacobin.* asserit, *in l. circa eum, num. 11 ff. de probat. Boer. ead. add. decis. 158. num. 6. & 7.* vbi id limitari ait in quibusdam casibus, quos subijcit *num. 9. cum seq. de Franch. decis. 307. num. 7. Consil. Marcian. cons. 3. num. 25. tom. 1.*

3 Verùm denotare generalitatem, quo ad tempus, secus autèm quo ad casus, inquit *Ias. in l. 1. n. 6. ff. sol. matr.* idemquè *Boer. num. 9.* & insupèr præfata dictio vniuersalis affirmatiua de ea re regulā esse ostendit, iuxta tradita ab *Osasc. dec. 87. n. 8. Soccin.* omninò vidēdo *cons. 11. num. 5. vol. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. num. 224. & 225.* atquè *Mand. loco mòx adducto,*

4 eamquè operari plurimùm in fideicōmissis ad eum finem, vt absolutum dicatur, ait *Curt. iun. cons. 22. num. 23. & cons. 161. num. 12.* idemquè *Boer. indic. decis. 158. num. 1.* Gentilis meus *Petrus Anton. Petra*, olim Præses in Senatu Placentiæ, *de fideicomm. q. 5. num. 37. Consil. Marcian. cons. 69. num. 6. 8. & 29. tom. 2.*

5 Dictionem verò prædictam, dummodò, ex sui natura modum præportare, non conditionem, crediderunt, *Bar. in l. quibus diebus, §. vlt. vers. quid de dictione, dummodò, sub num. 4. ff. de condit. & demonstr. Napod. in consuet. si qua mulier, vers. dummodò, nu. 14. Dec. cons. 327. num. 3. Ruin. cons. 12. num 4. vol. 3. Rebuff. in concord. Franc. rub. de Reg. nom. §. fin. vers. dummodò, atquè in praxi benefic. tit. de dispens. rat. ætat. in verbo, prouisio, Borgnin. Caualc. in tract. de vsufruct. mulier. relicto, cap. 9. num. 112. Mandos. in regul. Cancell. 17. q. 2. num. 2.* post *Gomes. inibi q. 1. Rota decis. 231. alias 1. de condit. appos. in nouis.* qui quidem omnes inhærent resolutioni *Bal. in cap. dudum, el 2. vers. Et hæc faciunt ad*

qua-

quæstionem, de elect. dum non facere conditionem ait: obligare autèm ad sic
6 faciendum addit, eumquè sequitur, etiã *Corneus cons.* 130.*vers. potest, vol.* 3. verùm qui præferre conditionem crediderint, non defuerunt, præsertim *Granett. cons.* 10. *num.* 14. *Surd. decis.* 209. *nu.* 4. *Gemin. in cap. non potest*, §. 1. *vers. nota benè de dictione, dummodo, sub nu.* 12. *de preb. in* 6. *Bertrand. cons.* 201. *num.* 5. *vol.* 1. *Soccin. cons.* 148. *nu.* 46. *vol.* 1. *& Iunior. cons.* 18. *nu.* 13. *vol.* 3. *Ias. cons.* 104. *col.* 4. *vol.* 4. *Berous q.* 99. *num.* 3. aliijquè mille.

Alij tandem dissentientes has conciliant sententias, vt modum insinuet, quando rei perfectæ iungitur, conditionem verò, quando rei imperfectæ annectitur, vt videre latius est apud *Tiraq. in tract. de retract. lignag.* §. 8. *gl.* 8. *Mandos. Regul. cancell.* 31. *q.* 13. *num.* 8. *Rebuff. indic.* §. *final. verbo, Dummodò, Borgn. eod. num.* 117. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *à num.* 29. *Menoch. cons.* 60. *num.* 47. *vol.* 1. *& cons.* 918. *num.* 7. *vol.* 10. *Ann. singul.* 580. *Consil. Marcian. cons.* 26. *tom.* 1. tametsi, & illud prętereundum minimè sit, vt alterutro in casu ea necesse sit adimpleri, quibus ad iungitur, alioqui rueret actus, quiquè suum minimè consequeretur effectum, *Alex.* authorante *in l.* 1. *in princ. nu.* 7. *ff. ad l. falcid. Paris. cons.* 95. *num.* 44. *vol.* 2. *Dec. cons.* 661. *vers. secundo, num.* 12. *Anchar. cons.* 169. *vers. siuè tamen sub num.* 2. *Alciat. cons.* 211. *num.* 3. *Benuenut. Strac. in suo tract. de mercat. tit. de mandat. num.* 8. vbi alios plures id ipsum affirmantes cumulat, necnon *Borgn. in eod. num.* 117. *& num.* 119. ac proptereà ad effectum verificandi narrata, vtcumq; sumatur, nihil interest, cum vtroque in casu teneatur docere de narratis, qui gratia innititur, ex *Ioan. Andr. & Felyn.* quos recenset *Marth. tract. de clausul. par.* 1. *claus.* 34. *num.* 2.

7 Complura exempla huius clausulæ habentis annexa multa, atque ad inuicem dissimilia verba, idem *Martha* illustrat, quæ, ne quæso perlegere omittas, ac præsertim *in claus.* 35. tractat de clausula illis concepta verbis (dummodo alteri non sit Ius quæsitum) *in claus. verò* 36. de altera. (Dummodo causa nõ sit instructa) *in* 37. de alia. (Dummodò causa eius dispositio ad nos hac vice pertineat) *in* 38. de illa. (Dummodò intrusus non sit) *in* 39. de illa. (Dummodò omnes insimul non excedant) *in* 40. de alia. (Dũmodò per ordinarium collatorem nõ fuerit facta prouisio) *in* 41. de illa. (Dummodò plures non sint simul) *in* 42. de alia. (Dummodò remaneant centum pro Rectore.) Tandèmq; *in* 43. de alia. (Dummodò remaneant quinquaginta liberi pro Rectore.)

8 Illam insuper longè distare ab altera dictione, *donec*, non omittimus: proptereà quod dictio, *donec*, perpetuitatẽ haud significat, vtiquè verò ista, nimirum si testatoris legato relictum quid fuerit mulieri quotannis soluendum,
9 donec castè vixerit, vitamquè duxerit vidualem, præstari debebit quousquè in eo statu permanserit, & quandocumquè secundas celebrauerit nuptias, tametsi deinceps consequi amplius nequeat, receptas nihilominus ante actis annis quãtitates nõ restituet, teste *Bar. & Castr. in l. fin. C. de indict. vid. toll. Alex. cons.* 28. *num.* 6. *vol.* 4. *Soccin. cons.* 31. *num.* 7. *vol.* 4. *Ruin. cons.* 57. *nu.* 17. *& cons.* 190. *nu.* 1. *vol.* 2. *Paris. cons.* 95. *num.* 44. *vol.* 2. *Grau. cons.* 300. *num.* 5. *Franc. Curt. Sen. cons.* 14. *nu.* 3. eodemquè *Caualc. eod. cap.* 9. *num.* 115. quandoquidem eo casu testator minimè vetuit mulieri alias inire nuptias, sed tantu legatum posse adipisci, donec se nuptui tradere vellet, & nubendo, legato tantum in futurum priuetur, prout consuluit in indiuiduo *Dec. cons.* 621. *Ruin. cons.* 65. *num.* 1. *&* 6. *vol.* 2. *& citatus Borgnin. adducto num.* 117. & de huiusmodi dictione donec, nonnulla tradunt *Grat. indict.* 45. *Barbos. in dict.* 76. *Reg. de Ponte cons.* 155. *nu.* 51. *tom.* 2. *Mangil. de imput. q.* 61. *num.* 13. *Statil. Pacific. de saluian, interd. insp.* 4. *cap.* 5. *nu.* 217. *Boccer. de feud. in* 1. *tract. sub nu.* 107.

107. *Turret. de effect. & def. clau. codic. q. 49. à num. 7. Garciar. patroc. 34. nu. 4. Lazar. de moment. tempor. cap. 20. nu. 35. Polyd. Ripa obser. 372. nu. 3. Mant. conf. 93. num. 2. tom. 2. Bertaz. de clauf. instrum. clauf. 15. Glof. 4. num. 1. R. Galeot. respons. 8. num. 41. Spino conf. 54. num. 57. Eugenius conf. 49. nu. 29. conf. 58. nu. 19. et 20. Danza de pugna DD. tit. 2. de dictionib. num. 59.*

10 Quod si testator vsus esset nostra dictione, *dummodò*, vel altera, *si*, & similibus, quæ perseuerantiam, ac perpetuitatem cum denotent, citra dubium, alio contracto matrimonio, perceptos fructus restituet, quamuis in illis viduitatem custodiuerit, *Paris.* ità defendẽdente, *memor. conf. 95. num. 44. Berous ead. q. 99. num. 3.* apertiùsquè afferit citatus *Caualc. in illo cap. 9. nu. 117.* necnon *num. 119.* vbi probare nititur verbis *Crauett. conf. 201. num. 40. & Parisij conf. 17. num. 19. vol. 1.* & dixerant *Bal. in Auth. cui relictum, C. de indict. vid. toll. Cagnol. in l. quod quoquam num. 12. ff. de regul. iur. & confirmant, Gratian. dec. 187. num. 1. Pref. de Franch. dec. 231. Horat. Visconti in conclus. iur. verbo legatum factum, Peregr. de fideicomm. artic. 12. num. 111.*

11 Et nẽdum voculæ, *dũmodò, si,* præseferre conditionem, sed etiam verba illa, *Et in caso, che non voglia,* quæ latinè exprimuntur, & casu quo nolit, siue noluerit, conditionem facere, dicebam in confessu doctissimorum virorum, siquidem conditio, quæ diuersimodè à DD. definitur, nihil aliud est, quã adiectio, siue oratio, qua id, quod agitur, in futurum euentum suspenditur, atque differtur, vt describit *Duar. de condit. instit. cap. 2. & Donellus lib. 8. commen. cap. 14. fol. mihi 255. nu. 40. & cap. 30. fol. 330. num. 30.* Siuè, suspensio dispositionis ex aliquo futuro euentu, vt tradidit *Galgan. de condit. p. 1. cap. 1. num. 12.* eã causaliter definiendo. Et proindè non tantùm dictio, *Si*, sed omnes dictiones, quæ suspendunt dispositionem in euentum futurum conditionem inducunt, vt docent *Bar. Bal.* cæteriq; omnes, & probat *tex. in l. itaq; 39. ff. si certum petatur.* Cumquè dictiones, *casu quo*, suspendant dispositionem ad tempus, & euentum futurum, ad instar dictionis, *Si*, & similium, consequens est, conditionem facere. Idem namq; est assererere, *Lego sibi centũ, si nauis ex Asia venerit;* ac *Lego casu quo, nauis ex Asia venerit.* Vel *Lego, si volueris;* ac *Lego, casu, quo volueris;* Imò magis mihi videtur exprimi conditionem per dictionem, *casu quo*, quam per dictionem, *Si.* Sufficere itaq; dicebam ad id suadendum, rationem naturalem, quam satis esse, deficiente certa lege, tradidere *Molina de ritu nuptiarum lib. 3. quæst. 39. lib. 1. Surdus conf. 158. num. 13.* & alibi; *Grat. cap. 6. discept. num. 17.* & alij, quos collegit *Barbosa axiom. 83. num. 3.* Imò ratione naturali existente, quærere legem, superfluũ esse, docuit *Scaccia de commercijs, §. 7. glos. 2. num. 35.* quem sequitur idem *Barbos. axiom. 197. num. 16.*

Sed in medium etiam adduximus *Bald. in conf. 241. incip. casus talis est, vol. 1.* vbi tradit verba, *& in casu quo,* facere conditionem expressam, *Corn. conf. 187. num. 7. vol. 2. Crauett. conf. 268. in princ.* docentem verba, *casu, quo habitare non posset,* importare conditionem, perindè, ac si dixisset restator, *si habitare non posset,* & alia citat *consil. Cornei, Tusc. in conclus. 583. lit. C. num. 10. & 15. Bec. consil. 39. n. 20. Surd. conf. 268. num. 8. conf. 495. n. 15. conf. 452. num. 39. & conf. 548. n. 10. & Theod. de Rub. in singul. Rota to. 2. par. 4. clausul. 194.* quos sequitur *Barb. in tract. de clausulis, clauf. 15. Gratian. cap. 493. num. 5.* ibi, *Maximè, quia ista conditio, casu quo:* Et perlegatur amabò *Galganettus in tract. de condit.* nam idem ille testatur, *in par. 1. cap. 89. num. 27.*

12 Hic articulus pro difficiliori casu discussus fuit in S. C. cum agebatur causa Dom. D. Iuliæ Tortelli, cum hæredibus Domini D. Francisci Petra Ba-

Baronis Clauicorum Patrui mei. Is namquè, inſtituta ſibi hærede D. Thereſia Petra communi filia, Iuliæ vxori ita legauit. *Item laſſa eſſo teſtatore alla detta Signora Giulia Tortelli ſua cara conſorte, volendo però oſſeruare letto viduale, vſufruttuaria ſua vita durante di duc. mille, verùm à morte di detta Signora Giulia ſua conſorte torni alli heredi, e ſucceſſori di eſſo teſtatore, mà non oſſeruando letto viduale, non ſe le dia, eccetto che li ſopradetti veſtiti, & altre galantarie fatte come di ſopra, e volendo oſſeruare letto vidnale, e ſtare in caſa di eſſo teſtatore, vuole, che ſia Signora, Padrona, e tutrice, inſolidum, con li ſopradetti Signori madre, e fratelli, e compare.*

13 Et cum vidua iam permanſiſſet quinquennio Iulia, ſecundis inhitis nuptijs cum Domino Io: Baptiſta Amendola Regio Conſiliario, & Pręſidente Decano Regię Cameræ, vtrumquè petijt in Sac. Conſ. legatum, nempè, vſuſfructus ducatorum mille, & alimenta, iuxtà notiſſimã *Bulgari* Conſuetudinẽ.

Cui poſtulationi Tutor D. Thereſiæ obiectionem adhibuit, quod ſcilicèt abſoluenda eſſet prædicta Pupilla, dùm Iulia lectum vidualem non ſeruauerat, neque domi habitauerat, teſtatoris vt mens huius fuerat, & præceptum, pro qua re agitatus eſt articulus, ſi legatum vſufructus certæ ſummæ, & alimentorum factum in beneficium vxoris à viro ſimplicitèr, *volendo però oſſeruare il letto viduale*, ſit ſuſpẽſiuum, àn verò reſolutiuum, conditionem præſeferens, adeò quod pro primo anno purum, pro ſequentibus conditionale cenſendum.

Calamum arripuit pro Pupilla celebris aduocatus ille *Proſperi Carauita* ex filia Neptos togæ Decus *Conſil. Petrus Carauita*, cuius coprosè meminimus *in Ritu* 101. *num.* 5. *tom.* 1. & ommiſſis alijs, illius referunt laudes *Nicolaus Tapius de orig. Tribunal. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 171. *Franciſcus Maria Pratus tom.* 3. *diſcept. for. cap.* 31. *num.* 14. *Laganarius in princ. addition. ad comment. Reg. Rouiti ſuper prag. verbo, Petrus.*

Sripſit pro Iulia Præſidens eius Vir vtriuſq; verò Patrocinantis ſcripta *Tho-*
14 *rus* reſcribit *in ſupplem. comp. deciſionũ, verbo, legatum vſufructus*, è quibus Doctiſſimus, & integerrimus, Sac. Conſ. Præſes *D. Franciſcus Merlinus* cauſæ Commiſſarius, cum Conſiliarij munus obibat, caput compilauit, remq; omnem inſtituit, *conturia* 2. *controu. for. cap.* 40.

15 Pro hærede dicebatur ex memoratis verbis in legato adiectis fuiſſe inductam conditionem ſuſpenſiuam, ac ſi dixiſſet teſtator (ſi lectum viduale ſeruauerit) non autem reſolutiuam, temporiſq; diſtributiuam, ac ſi dixiſſet, quouſq; lectum viduale ſeruauerit, *ex Gloſ. in l. ſi tu ex parte, in verbo adeundo*, vbi *Bart. num.* 1. *ff. de acq. hæred. Bart. in l. falſus, nu.* 6. *C. de furt.* & in ſpecie *Ruin.* in caſu, de quo agimus, ſi dixerit Teſta-
16 tor, obſeruando lectum vidualẽ, conſuluit, in *conſ.* 170. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 3. legatum fuiſſe conditionale à principio ſub ſuſpenſiua conditione, non autem temporis diſtributiua, *Ruin.* ſequta fuit *Rot. Roman. deciſ.* 187. *num.* 5. *&* 6. & licet *Bald. in conſ.* 267. *vol.* 5. dicat, gerũdium prædictum (*oſſeruando*) exponi prò (donèc, vel quamdiù) tamen vltrà, quod idem *Bald. ibi num.* 4. *&* 5. dicit magis veram contrariam opinionem, & ſi ſua magis teſtatoris voluntati faueat, vltrà hoc, inquam, *Surd.* etſi dicat *Bald.* opinionem vti minus rigoroſam ſibi placere, tamèn fatetur verum ſenſiſſe *Ruinum d. conſ.* 170. vbi teſtator ſub contraria conditione legatum ademit, nempè, ſi dixerit teſtator (relinquo, vt ſupra ſeruando vidualẽ vitam, & ſi nupſerit, relinquo dotes) quia tùnc, dicit ipſe, illa ſecunda pars conditionalis ità priorem explicat, vt relictum quoque conditionale cenſeatur, ità *Surd. de aliment. tit.* 5. *q.* 3. *num.* 43. & probatur ex *text.* aperto *in l. aliquando, de condition. & demonſtr.* ibi (*ex diuerſo quoque purum datum, legatum conditionale videtur,*

tur, veluti quod sub conditione ademptũ est, quia sub conditione contraria datum videtur (ex quo *Text.* si disponitur, quod etiam purum legatum transit in conditionalis naturam, data conditionali ademptione ipsius, quanto fortiùs legatum relictum per verba gerundij transibit in conditionale à principio, data dicta conditionali ademptione, hic est casus noster, nam Franciscus testator ademit legata facta suæ vxori, si transibat ad secundas nuptias, per ea verba (*mà non osseruando letto viduale non se li dia, eccetto, che li vestiti, e galanterie*) ex quibus negari non potest, per dicta verba suspensiuam inductam fuisse conditionem, & per consequens nulla ei prò tempore, quo lectum vidualem seruauit deberi alimẽta, conferunt tradita à *Fontanell. de pact. nupt. Gl. 2. p. 3. à n. 10. D. Cons. Rocco lib. 1. resp. 42. Anton. de Amato resol. var. to. 1. resol. 39. à n. 104. Sperell. dec. 40. n. 36.*

Omitto alias rescribere rationes, solius decisionis è S. C. emanatæ mentio-
17 nem faciam, quam ipse etiam *Merlinus* rescribit, *sub num.* 43. *Declaramus deberi Iuliæ Tortelli alimẽta vigore legati à Francisco Petra eius viro eidẽ facti, pro tempore, quo lectum vidualem seruauit, pro quantitate liquidanda per S. C. in qua comprehendatur etiam vsufructus ducatorum mille eidem relictus, et fructus dotis: ad quas quantitates condemnamus cõuentos nomine, vt in actis, salua prouisione facienda respectu aliorum in supplicatione contentorum.*

A qua sententia dulcissimus Pater meus D. Vincentius Petra Baro terrarum Vasti Girardi, & Caccaboni (Vir religione, pietate, ac doctrina satis conspicuus, qui ad sublimes dignitatũ gradus peruenisset, nisi podagra continuò laborasset, vitã ille auspicatus est anno salutifero 1594. die 8. Iunij, clausit, omniũ memore, die 2. Febr. 1659. & in Cappella domus nostræ intus venerabilem Ecclesiam Sancti Petri ad Maiellã humatus fuit) dico, pater meus tutor dictæ D. Theresiæ eius neptis reclamationem obtinuit, quæ prosequuta non fuit, compositis inde rebus inter prædictos coniuges, & D. Theresiam, eiusque virum D. Andream Capuano meũ cognatum, Militem Sedilis Portæ Nouæ, hominem nobilitate insignem, ac suauibus moribus præclarissimum.

18 Eodem modo res sese habuit de sententia, *eodẽ Merlino referente*, lata, sub die 11. Ianuarij 1640. per quam, *condẽnati fuerunt tutores D. Theresiæ Petra ad correspondendum hæredibus dictæ Iuliæ de annuis introitibus pro capitali ducatorum* 1333. *antefati debiti ad rationem ducatorum sex cum dimidoi pro centenario à die mortis viri, & in futurum*, vt liquet *ex cap. 16. eiusd. Centur. 2. D. Merlin.*

19 Duo tamen hic aduertenda sunt. Primum, quod nihil pro defendenda Pupilla Pater meus prætermiserit, vt acerrimus defensor contra Tortelli, eiusquè secũdum virum litem prosequutus fuerit, non modo, vt ab eorum prætensionibus illos excluderet; Verùm etiam, vt ad maximã pecuniæ summam exoluẽdam condãnarentur. Etenim iustissimè litem intenderat, nequè ab rei veritate quidquam discesserat, cum euidentèr ex eisdẽ causę actis, & processu iustitię Pupillæ integritas appareat, & ex ibidem dictis, & doctè exaratis à *Domino Merlino* apparet, quàm procliuius S. C. debebat absoluere dictam Theresiam ab alimentorum prætensione, maximè quod Iulia pro eo tempore in testatoris domo non habitauit iuxtà illius prę-
20 ceptum, mandans (*volendo osseruare letto viduale, e stare in casa d'esso testatore*) & per consequens legatum consequi non poterat, *Glos. in l. 1. verb. post mortẽ; C. de leg. Amatus cõs. 29. n. 16.* itẽ tutela Theresiæ eidem à Frãcisco viro iniunctam non exercuit, & sic alimenta minimè vigore legati prædicti habere poterat, *l. nesennius, ff. de excus. tutor, Bar. cons.* 211. *num. 7. lib. 1. Berous cons.* 185. *num. 3. lib. 1.* alijq; per *Guttier. de tutel. parte 3. cap. 5. num. 5. & cap. 13. n. 2. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 15.*

Mar-

Marta de succeß.legal.p.4.q.18.artic.7.num.1. Galganett. de condit.& demonstrat.cap.15.num.3.Anell.de Amato cons.29.vol.1. quem refert *Consil. Arias de Mesa lib.2.var.resol.cap.40. num.20.* & ipsius Iuliæ adfuit culpa, quæ conditionem adimplere noluit, dum commodè, & honestissimè in domo testatoris commorari poterat, vna insimùl cum testatoris matre, Dom. D. Iulia de Ebulo, ex Comitibus Triuenti, fœmina prudentissima, & omnibus virtutibus ornata, quo casu, etiam iuxta aduersantium *DD.* effatum, legato priuatur, vt notant idem *Reg. Merlin. add.cap.40.num.40.& 41.Reg.Capyc.Latro dec.52.num.3.& 6.lib.1.Reg. Sanfelic.dec.203.sub n.8.t.2.* quos insequitur *Io:Franc.Marotta discep.forens. cap.38.à num.32.*

21 Et tandèm percipere non possum, quidnam potissimùm mouerit *D.Pref. D.Franc. Merlin.* hominem cęteroqui, & prudentia, & doctrina præditum, (quem adhùc mortuum summè veneror) vt *in adducto 16.cap. in fin.* assereret, quod retardatio solutionis antefati potiùs erat adscribenda Vincentio Petra tutori, quam Therefiæ filiæ pupillæ, quando antefatum non debebatur, ex quo dos promissa Franci-

22 sco Petra soluta non fuit, ex *tex. in in §. fin.Aut.de non elig.2.nub.in §.Illud, Aut.vt exaction.inst.dot.nouell.91. Aut. sed qua nihil, C.de pact. conuent. Aut. dos data,C. de donat.propter nup. Afflict.in decis.242.*& ibi *Vrsill.num.1. Gramm. in decis. 97. Molfes. tom.1.ad consuet. Neapol. p. 7. q.6.num.4 & 5. Auus meus in addit. ad Capic. dec.65. vers. vsufructus antefati, Fachin. lib. 8. controu.in cap.68.Tasson.super prag. de antef.vers.4.obser.4.num.47.fol.mihi 307. Anell.de Amato in cons.92.nu. 1.Reg.Rouit.in cons.50.nu.10.vbi multos allegat,to.2.Ricc.collect.87.Episcop. Maranta tom. 2.respons.12.n.1. Grinell. in decis. 41. num.47. Mastrill.in decis.73.n. 12. August.Barbosa in eius collect. in cit. Aut. dos data, C. de donat. propter nupt. num. 10. Reg. Capic. Latr. in decis. 63.num.7.tom.1.& in consult. 124.n.49.to.2.Thor.in comp. decis. Neapol. to.1. verbo, Antefatum, fol. mihi 40. Dom. Iudex Franciscus Maria Prat.discept.forens.cap 36.n.4. tom.2.*& de hoc non esse dubium testatur eruditissimus *Dom. Reg. Donatus Antonius de Marinis lib.2.quotid. resolut. cap. 24. num. 2.* quamuis non ignoremus contrarium firmari, si antefatum fuerit constitutum, nedùm habito respectu ad dotes, sed etiam contemplatione matrimonij, & ex alijs iustis causis, *Io: Angel. Pisanell.in addit.ad Napodan. in consuetud.quartam autē,vers.noto ex ista glos.fol.mihi 252.* licet ipse pedes non figat, cum cogitandum relinquat, sequitur *Consil.Io: Andr. de Georgio in alleg. 45.num.18.& 19.* ea ratione, cum dispositio fundata sit super pluribus causis finalibus, ideoquè vna cessante, non cessat dispositio, allegat *Bald. in l. si lex, ff. de hared.instit. Imol. in l. si magna, ff. de verb. signif.* si enim verba prędicta, ex alijs causis, non operarentur solutionem antefati, frustrà fuissent apposita in contractu prædicto, quod sanè non est affirmandum, ex *reg.l.si quando, ff. de leg.1.* constituitur enim antefatum in pręmium pudiciæ, primi osculi, & amissæ virginitatis, *Pref.Merlin.cent.2. controu.c.14. num.5.Fontanell. to.1.de pact. nuptial. claus.4.glos.1. num.11. Molfes. tom.1. ad consuetud. Neapol. p.7.q.8. num.1. Reg. de Ponte in decis. 24.num.20,Onnate Iesuita to.2. de contract. disp.35. sect.3. num:38. Reg. Capic.Latr.in decis.175.num. 40. to.2. Thor. in suppl. compend. dec. verbo, antefatum,* & hodiè propriè dari in pręmium amissæ virginitatis, testatur *Pref. de Franch.in decis.182. num. 9.* & meritò, cum mulier corrupta, virginaliquè spoliata corona ad illam restitui humanitùs amplius minimè poteſt, ad *tex. in l.vnica, C.de raptu virg.* vndè lepidè *Ouid.* ait:

Nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est, deperit illa semèl.

& iocosè *Apul. apol. 2.* Virginitate excepta, quicquid aliud in dotē acceperis, potes, cū libuerit, omne vxori retribuere, hinc etiam perbellè dixit *Mastrill. de decis. 73. num. 13.* antefatum pretium sanguinis vocari. Ideò quamuis dos soluta non fuerit, nihilominus deberi antefatum ex alijs causis, quibus promittens potuit moueri, affirmat *Dom. Scipio Theodor. in alleg. 13. n. 16.* tradens, sic per S. C. in causa Baronis Pappaderis decisum fuisse, hanc etiam opinionem copiosè, & validissimis rationibus fundat, plurièsquè secundum eā decreuisse S. C. refert *D. Cons. Marcell. Marcian. senior in cons. 58: à n. 7. vsq; ad 13. to. 2. & cons. 60. num. 14. eod. to. 2. & in fin.* in quo contrarium firmauit *Rouit. in cons. 50. vol. 2.* in illa famigerata causa inter hæredes quondam D. Hyppolitæ Gonzaghæ, cum hæredibus quondam D. Fabritij Columnæ, & idem sub die 9. Iulij 1636. iudicatum refert *in fin. d. cons. 60.* ad relationem D. R. Hectoris Capyc. Latro tùnc Regij Consiliarij, & causæ Commiss. in causa inter Petronillam Guarinam ex vna, & D. Beatricem Aquauiuam eius filiam, ex altera. Propterea, & quatenus deberi admitteremus, non tā excedens, & multo minori interesse prætendebat tutor, pro quo satisfactum ipsi quoque fuerat, vt ex pluribus solutionibus innotescebat.

24 Quamobrem *D. Merlinus* (ipsius pace dictum sit) improbabilitèr tutorem incusat, dum hic iustè conatus fuerit ostendere, prædictum antefatum, eiusq; interesse minimè deberi, vt apertissimè ex processu constat, nec vtraq; pars illi decisioni acquieuit libentèr, vt idem *Merlinus* affirmat, sed tutor reclamauit.

RITVS CCXXVIII.

1 Tē quod nullus priuilegiatus, trahat alium priuilegiatū ad Curiam ipsam, nisi sit curialis, sed cum priuilegiatus trahit non priuilegiatum ad Curiam ipsam, priuilegiatus iurat, quod perhorrescit, excepto curiali, qui non iurat, & priuilegiatus trahit ad Curiam ipsam iure cesso, ex causa tamèn necessaria, non lucratiua, excepto curiali, qui ad Curiam ipsam de iure cesso non trahit, sed nullus priuilegiatus trahit, ex pæna sibi cessa conuentionali, siuè legali.

SVMMA RERVM.

1 *Nemo est, qui singularis, & omni exceptione maior haberi non cupiat.*

2 *Benè factum est, vt nullus priuilegiatus ad Curiam vigore electionis fori trahatur.*

3 *Priuilegiatus contra priuilegiatum fori electionem non habet.*

4 *Neapolitani trahunt ad tribunalia Neapolitana priuilegiatos, etiam pupillos, & viduas.*

5 *Quin, Capuanos, & Cosentinos.*

6 *Et an subiectos Regiæ Doghanæ menepecudum.*

7 *Curiales trahunt etiam priuilegiatos.*

8 *Etiam curiales exteri, & non Neapolitani, quidquid dixerit Carauit. in Rit. 232.*

9 *Non tamèn curiales trahunt ex iure cesso.*

10 *Regula desumitur ex hoc Ritu conformis Iuri communi, vt nullus admittatur ex iure cesso, nisi fuerit causa necessaria, & cessio dependeat ex causa onerosa.*

11 *Mi-*

11 *Miſerabiles perſonæ, & Neapolitani priuilegio electionis fori fruuntur, quamuis agant ex iure ceſſo, & ex cauſa lucratiua.*
12 *Fraus non præſumitur, niſi probetur.*
13 *Euidens coniectura erit, ſi ceſſio fiat poſt litem ceptam.*
14 *Si fuerit actum, quod lucrum ſit cedentis.*
15 *Si Ceſſionarius ſit ſolitus talibus litibus implicari, & ceſſio ſit abſq; cauſa.*
16 *Adeò quod ex ceſſione ſine cauſa agi non poteſt contra debitorem.*
17 *Si ceſſio fiat in potentiorem.*
18 *Qui dicantur potentes, & quomodo probetur potentia, remiſſiuè.*
19 *De ceſſione facta Clerico, vel Eccleſia à laico, remiſſiuè.*
20 *Quibus alijs coniecturis conſtet, ceſſionem eſſe ſimulatam, remiſſiuè.*
21 *Ceſſio Iurium, & actionum, non facta ſolutione pretij, an ſit valida, vel haberi poſſit fides de pretio.*
22 *Fraudibus omninò eſt obuiandum.*
23 *Simulatio, cum in ſimulantis animo conſiſtat, difficillima eſt probationis.*
24 *Coniecturæ propterea, & præſumptiones admittuntur.*
25 *Ad probandam ſimulationem, & fraudem duæ coniecturæ ſufficiunt. Imò vnica.*
26 *Donatio omnium bonorum, vel maioris partis fraudem inducit.*
27 *Potiſſimum, ſi fiat coniunctæ perſonæ à publico negotiatore.*
28 *Coniectura fraudis erit, ſi contractus fuerit clam, & occultè celebratus, & extrà territorium in loco non conſueto.*
29 *Filio ſe abſtinente ab hæreditate paterna, & poſtmodum per interpoſitam perſonam emente bona hæreditaria, fraus præſumitur.*
30 *Dummodò clandeſtinè id agatur; non verò ſi palàm, & bona fide.*
31 *Maximè ſi emerit res maiorum.*
32 *Affectio nè res maiorum diſtrahantur multùm à Iure habetur in conſideratione.*
33 *Tutor palam, & bona fide emere poteſt bona pupilli, adhibito alterius tutoris conſenſu, vel Iudicis decreto.*
35 *Nimia cautela, diligentia, liberalitas, & actuum celeritas dolum, fraudemquè probant.*
36 *Fraus præſumatur nè, ſi debitor repudiauerit hæreditatem in præiudicium creditorum.*
37 *Et an poſſit id fieri tuta conſcientia.*
38 *Exornatur tex. in l. qui autem, ff. quæ in fraudem creditorum.*
39 *Donatio facta tempore infirmitatis in fraudem facta præſumitur.*
40 *Sic in vaſſallo infeudante in ætate tàm ſenili, quòd generare non poſſit.*
41 *Fraus probatur per binas comminationes factas à muliere, quæ volebat, vt nihil perueniret de bonis ſuis ad filios, vel agnatos.*

1 NEmo eſt, qui ſingularis, & omni exceptione maior haberi non cupiat. Inſitum eſt cuiuſquè naturæ, id maximi facere, quo cęteris præeminere videatur, ſupra naturę conditionē ſe eſſe fatetur aliquis, ſi priuilegio aliquo præfulgeat, quo à cōmuni hominum grege ſegregetur, quod, vt poſſideat, nec ſumptibus parcit, nec labori, & nè ab illo deturbetur, diligentiſſimè curat. Hinc benè factum autumo, vt nullus priuilegiatus ad Curiam vigore electionis fori trahatur ab altero
2 itidem priuilegiato; vtriuſque enim honos, & dignitas diminueretur, & cum vterquè ad Iudicem ſiſteretur, dignitate, & Principum fauore abdicandum, vtramq; etiam exiſtimarem; Proindè nè videar, & ego aliquid officere, Ritus explicationi dumtaxat operam dabo, cuius quippè Principem reſolutionem, quod ſcilicet priuilegiatus non trahat
3 alium priuilegiatū ad Curiā ipsā latius comprobamus *in rit.* 131. cōfirmantq; *Præſ. de Franch. dec.* 16. *n.* 3. *& dec.* 553. *num.* 4. *Ludouic. dec. Peruſ.* 3. *num.* 21. *Fuſc. ſing.* 87. *lit. P. Antonell. conſ.* 63. *Foller. in prax. crimin. rub. audiant excuſ. num.* 105. *Capibl. in prag.* 8. *num.* 170. *tom.* 1. *de Baron. Muſcat. in prax.*

S.C.

8. C.lib.1.par.2.Glos.competentes num. 36. Ricc. collect. dec. 300.hunc Ritum exornans, collect.348.collect.2260. & 2306. p.6.quin,& Regius Senatus Cathaloniæ indistinctè prædictum concedit priuilegium aduersus æque priuilegiatum, teste Cancer.var.resol. tom.2. cap.2.num.23.

Verùm illa restringitur multis in ca-
4 sibus, præsertim in Neapolitanis, qui trahunt reliquos priuilegiatos, etiam pupillos, & viduas, Marcell.Calà de modo artic.num.43.pag.11.etiam Capua-
5 nos, quamuis desuper priuilegiatos Afflict.dec.133.num.8.& Cosentinos, Caput. de regim. Reipub. cap.1.num.109.
6 etiam subiectos Regię Dohanæ menepecudum, vt decisum tradit Thor. p.3. compend. decis. sect.2.verbo Napolitani Ciues, sed contrarium dixerat Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.de regal.imposit.§.8.n.42.quem insequitur Nouar. de elect.fori in nouiss.impressione q.47. n.3.Gizz.ad Capit.Latro dec.54. n.13.
7 Excipit etiam Curiales Ritus, qui nec iuramentum perhorrescentiæ (de quo in Ritu 230.erit sermo) præstare obstringuntur, ibi, Excepto Curiali, qui ad Curiam, cuius §. intellectum inquirit Muscat. add. Glos. competentes, sub num. 74. & recedendo ab opinione Carau. super rit.232. asseuerat, cu-
8 riales, quamuis exteros, nec Neapolitanos gaudere iam dicto priuilegio, cum Neapolitani adhùc non Curiales illo potiantur, ex deducendis in Ritu 301. atquè ideò incassum hoc in Ritu concederetur Curialibus, nisi de Curialibus non Neapolitanis intelligeretur, maximè quod alijs multis Neapoli degentibus indultum esse subdit inibi Muscatell. illos omnes minutatim commemorans Muscatell. insequuntur Ricc. collect. decis. 2312. Reg. Capyc.Latr. dec.54. num.2.to.1. & qui veniant appellatione curialium, extricant Reg. Capyc.Latr. dec.mem.54. & Pres.Merl.centur.2.controu.for. c.64. n.4.& 5.& nos in Ritu 232. notamus.
9 Curiales tamèn ex Iure Cesso nullatenus trahere idem Ritus mandat, & decisum fuit in S. C. apud Reg.Capyc. Latro dec. add.54.lib.1. hoc firmantē, nedum in cessione lucratiua, sed etiam in donatione, confirmat Consil. Carleual de Iudic.tom.1.disp.2.num.589.
10 Sed quamuis regula in Regno desumatur ex hoc Ritu,& altero 290. conformis dispositioni l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mandati (quas exornant Berlicchius dec.32.33.34. & 35. Episcop.Ricc.collec.2556.Salgad. in labyrint. credit.par. 1. cap. 13. §. 2. à num. 12.) vt nullus admittatur ex iure cesso, nisi tamen fuerit causa necessaria, & cessio dependeat ex causa onerosa, Miserabiles tamen personæ
11 priuilegio electionis fori fruuntur, etiā si agant iure cesso,& ex causa lucratiua, dūmodò tamèn cessio sit vera, fraude carens, And. in constit. Reg.statuimus, vbi Affl. nu. 27. in 6.quæst.de Franch. dec. 195. subnectens, in hoc restringi mentionatorum Rituum sanctionem, quod admittit Carau. hoc in Ritu sub num. 9.& non dissentit Muscat.in prax. ciuil. p.2.Gl.cit.competentes n.89.Schifor.deg.lib.2.tract.34.q.2.Iacob.de Arena de cession. iur.rub.3,à nu.42.Nouar. in prax. elect. & variat fori q.14.sect. 4. in noua editione, Reg. Tapia de iure Regni in const. statuimus num. 13.Ricc. collect. 1426.& ad de Franch.mem.dec. 195. Borrell. in summ. decis.tit.de iuram. perhorrescent.num.39.p.1.Calà de modo artic. Glos. 1. num. 95.Castillo 3. tom. cont. cap. 25. num.3.Curia Philip. lib. 2. cap.6.num.26. Rodriq.de reddit. lib. 3.q.4.num.43.Marta voto 77.Mafull. ad Capyc. dec. 51.num.8.Pascal.de virib. patr. potest.p.2.cap.2.à.num.91. extendens quoquè in cessione facta Neapolitano, ex Vrsill.ad Affl.dec.74. num.6.Thor.p.1.compend.dec.verbo cessionarius ex causa lucratiua,quibus addo eundem Nouar. in tract. de priuil. miser.person.priu.16.n.36.Peres de Lar. in comp. vit. homin.c.21. n.1. Petr. ad Grām.dec.21.n.8.Mut. consuet.4.n.30. Castill.dec.43.n.10.Capib.de Bar.prag. 8.nu.

8. num.351.tom.1.Alu.Velasc.de priuil.
paup. p. 1.q.52.n.61.Burg.in tract. de
laudem. p.3.inspec.4.,n.9.Cancer.var.
resol.p.2.cap.2.n.29.Intrigl.singul.101.
lib. 2. Arias de Mesa var. resol.cap.21.
num. 25.lib. 1.Baron.Carau.in hoc Ri-
tu memor, in tractat. de effect. min.
ætat. effect.41. num. 3.Olea de cessione
iur.tit.2.q.4.num.50.Carleual.add.loco
num. 615.qui num.591. impugnat Ca-
rau.in hoc Ritu num.9.quem insequitur
Muscat.in prax.p.2.Glos.competentes n.
88.ex Io:de Amicis cons.24.num.7.affir-
mantem, Ritum non seruari, sed omnia
esse adscribenda vitio, & culpæ Iudi-
cum, exclamat, eum vide, nam sanctè lo-
quitur, & ipsi libentèr inhæreo respectu
curialium, ex decis. S. C.Reg.Capyc.La-
tro cit.54. quem insequitur Gallupp. in
prax. S.C. p.2.cap.6.n.57. (quæ quidē
12 fraus non præsumitur, nisi probetur
Io:de Amicis cons.24.vers.non obstat vl-
timo)& maxima, imò euidens coniectu-
13 ra erit, si cessio fiat post litem cæptam
Abb.in cap. 2. de alien. indic. mutand.
caus. Rebuff.sup.constit.Franc.tit.de ces-
sion. act.art.2.Glos.6.sub num.7.Baron.
add. loco num.2.Dom. Consil. Franeisc.
Rocc. lib.2. respons.47. num. 11. hunc
14 Ritum adducens. Si fuerit actum, quod
rei veritate lucrum sit cedentis, Glos.in
cit.l.per diuersas C.mandat.Rot.in nou.
decis.1. de alien. iudic. mut. caus. fact.
Trentacinq. var. resol. lib.2. resol.2. de
action.

15 Vel si cessionarius sit solitus talibus
litibus implicari, & cessio sit absquè
causa, Nouar. add. tract. de priuil.
miser.person.priuil.17.nu.6.& in prax.
elect.for.lib.1. sect.4. quæst.14. ad vali-
16 ditatem enim cessionis certi iuris est,
requiri titulum siuè causā, Trentac. add.
lib.2.resol.2.n.1.Schifordeg.tract.23.q.
3.in fin. Gen. de script.priu.lib.3.q.10.
num. 4. Donell. lib.15.com.cap.43.Se-
raph. de priuil. iuram. priu.94.num.7.
Menoch.de præsump.lib.3.præs.129.nu.
33. Præs. Merlin. cent. 2.contr.forens.
cap.31.num.2.adeout ex cessione sine
causa facta agi non possit contra debi-
torem, Gabriel.lib.2.concl.tit.de act.con-
clus. 4. num. 2. Intrigl.cons.7.num.22.
Guttier. de iuram. confirm. 1.p. cap.47.
num. 11. Olea de Cession. iur.tit.1.q.4.
17 & si fiat in potentiorem, Guid. Papa
cons. 178. num. 11. Duen.reg.88.Io.de
Amic.cit.cons. 24.n.17.Capibl.in prag.
8.num.171.& quando dicatur facta in
potentiorem, Masull. ad Capyc.cit.de-
cis.51.num.12.Reg. Galeota lib. 1. con-
trou. 2. & qui dicantur potentes, Ben-
18 dell.in tract. de iur. protom. vers. pro-
hibemus insupèr, num.13. Osasc. decis.
144. num.12. Gallerat. de renunc.lib.
1.cap.4.num. 114. Cancer. lib. 1.var.
cap.13. num. 79. Galin. de procur. 1.p.
cap.5.nu.42. Olea de cession. iur. tit.2.
q.4. & quomodo probetur potentia,
Calà de modo artic. §.2. Gl. vnica, nu.
759. & de cessione facta clerico à lai-
co ob mutationem status, loquitur Ma-
19 ranta in singul.verbo, Cessio, necnon
Suarez in alleg. 19. num. 1. & de fa-
cta Ecclesiæ, & àn potentior illa dica-
tur, Muta decis.10. num.16. Velasc. de
priuil.paup.3. par.q. 9. num.28. Grass.
de effect. cleric. effect. 34. Olea add. lo-
co, num.44. & 45. & de facta nobili,
Federic. de Sen. cons. 84. & 85. &
20 quibus alijs constabit cessionem esse
simulatam, Cepoll. in tract. de simul.
contract. nu.99. Ioseph Ludou. commun.
opin. tit. de cession.concl.vnica, Menoch.
de arbitr.Iudic. lib.2. cas. 284. Alber.
Galeot. in margar. cap.4.num.28.Calà
add. loco num. 1215. Ricc. in prax.Ec-
cles. dec.21.& collect.197.Villadieg. in
for. Iudic. lib.2. tit. 2. l.9. & àn cessio
21 iurium, & actionum, non facta solutio-
ne pretij, operari possit, & sit valida,
Guid. Papa q.567.Vrsill.ad Affl.decis.
74. circa fin. vel haberi possit fides de
pretio, Cenc.de censib. decis.126. nu.3.
Salic. in add.l. per diuersas, num.7. C.
mandati.

Dùm verò Carau. in hoc Ritu tri-
22 ginta quatuor enumerat casus, quibus
fraus præsumitur, aduertimus, fraudibus
omninò obuiandum esse. vt exclamat
Consultus in l.in fundo, ff.de rei vendit.
ex-

exhorrent namquè iura fraudem patrocinari patranti, *cap. pastoralis,§.fin. ff. de offic. deleg. cap. statuimus, eodem tit. in 6. l.2. C. de eo,per quem factum erit, l. si legatarius, ff.de dolo, l. relegatorum,§. fin. ff.de interd.& releg. Reg. Valenz. cons.*35. *num.*33. *tom.* 1. *Ind. Franc. Maria Prat. respons. crim.* 43. *num.* 12. Illam tamen in dubio non præsumi deducitur, ex *tex.in l.*1.*§. denique, ff. de acq. pluuia , Bart. in cons.* 65. *incip.Petrus Nicolaus, num.* 30. *in vers. Sed ad hoc, lib.*1. *Paris. cons.*13. *num.*57. *vol.*1. *& in consil.*25. *nu.* 27. *vol.*2. *Calcaneus cons.* 35. *vol.* 3. *Io.de Amicis cons.*24.*Grat.cōs.*10. *thema tale est, Dec.in cons.*313. *num.* 5. *vers. Sed potest respōderi; Episc. Marant.resp.* 74. *p.*4. Onus.n. probandi fraudem ad illā allegantem, spectat, *Bald.in l. nam ita Diuus,ff.de adopt. colum. vlt. & in cap. sancimus, in fin.* 1. *quæstione* 7. *Præsid. de Franch. in decis.*435. *nu.* 38.coniecturisquè, ac præsumptionibus probari, *Boer. decis.*101. *nu.* 4. *Grauetta cons.* 100. *Consil. Staiban. resol.forens.lib.* 1. *resol.* 9. *num.*7. simulatio enim (vt inquit *Faber in lib.* 4. *C. tit.*17. *defin.* 1. cùm in simulantis animo consistat dif-
23 ficillimę probationis est;ideòq; etiam per coniecturas probari potest. Difficilè namquè est, vt quæ clanculum, & occultè fiunt, callidèq; & simulatè tractantur , directè simulata probari possint,vt tradunt *Mascard.de probat. conclus.*438. *num.* 9. *& Gratian. lib.*2.*discept. for. cap.*255. *num.* 3. Ideòq; hoc
24 casu coniecturas,& præsumptiones haberi prò liquidissimis probationibus apud omnes est in confesso, proùt patet ex latè traditis per *Mascard. d.conclus.*438. *in princ. Menoch.de præs.lib.* 3. *præs.* 122. *à num.* 5. *& præs.* 124. *à num.*3. *Mant.de tacit. lib.*13.*tit.*35.*&* 38. *Farin. de fals. & simul. q.* 162. *à num.* 97. *Cardin. Tusc. pract.conclus. in verbo, Simulatio,concl.*260.*&* 263. *Reg. Rouit. decis.*3.*num.* 16.*Præs.Merlin. cent.*2.*contr. cap.*17.*num.* 2. *&* 3. Reg. *Cons. Theodor. alleg.*78.*à n.*2.& *Dom. Consil. Staiban. centur.* 2. *resolut. forens. resol.*156. *à num.* 80. *cum plur. seq.*

25 Et duas tantummodò coniecturas , ad simulationem , & fraudem probandam sufficere , tradunt *Grauett. cons.* 143. *num.*12. *& cons.* 156. *nu.* 7. *Dec. cons.*659. *num.* 3. *Vrsill. ad Afflict.decis.*40. *num.* 14.*Merlin.& Staiban. adductis in locis*; Immò vnicam etiam sufficere , idem *Staib.* aduertit *num.* 87. & antè ipsum *Mascard. conclus.* 438. *à num.* 8. *Theod. alleg.*78. *num.*4. & latiùs *alleg.* 46. *num.*8. licèt enim magis communis DD. opinio sit , quod duæ coniecturæ requirantur ; id tamèn locum vendicat, ad finem probandi contractum simulatum , & fęneratitium ; vnica tamen sufficit coniectura , quando agitur de contractu simulato ; non tamèn fęneratitio, *Mascard. loc. cit. nu.* 11. *Farin. add q.* 162. *num.* 106. conferuntquè tradita à *Dom.Iudic. Franc. Maria Prat. lib.*2. *discept. for. cap.* 46. *num.*74.

26 Ex donatione propterea omnium bonorum, vel maioris partis ipsorum , fraus præsumitur, *l. omnes,§.Lucius,ff. quæ in fraudem credit.* dicit *Bart. in l. post contractum, ff. de donat. Soccin. in cons.*269.*vol.*2. *Mascard. de prob. vol.* 1. *concl.*446. *&* 559. in vna *num.*7. in altera *num.* 2. *Card. Mantic. de tacit. & ambig.conuent. lib.*13. *tit.*38. *n.*22. *&* 23. *vol.*2. *Afflict. decis.*370. *n.* 13. etiamsi non omnia, sed meliora bona donasset,vt ex *Ang.in memor.§.Lucius* notat *Menoch. de præsump. lib.* 3. *præsumpt.*124. *num.*18. *Peregr. de iur. fisci lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 156. *Anton. de Amat. lib.* 2. *resol.*58. *num.*14.

27 Maximè si illa fiat coniunctæ personæ , teste *eod. Bart. num.* 3. quem insequuntur DD. supra relati , *Mascard. conclus.* 539. *num.* 18. *Mantic. de tacit.& ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 39. *num.*14. *Reg. Rouit. dec.*3. *Reg.de Marin. lib.*2. *quotid. resol. cap.*69.*num.*5. *Reg. Capyc. Latro decis.*46. *lib.*1. omnem tamen fraudem excludi in donatio-

tione matrimonij, aduertit *D. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de refut. feud.* §. 4. *num.* 16. quem sequitur *D. Iudex Franc. Maria Prat. lib. 3. discept. forens. cap.* 21. *num.* 35.

Itidèm si illa fiat à publico negotiatore, vel qui mercimonijs, & fortunæ arbitrio se exponere, intendit *Bald. in l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi, & in Rub. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. col. pen. vers. quæro, Bar. in l.* 1. *C. de iur. fisc. lib.* 10. *num.* 10. *Aret. in §. item si quis, num.* 6. *Fab. n.* 23. *instit. de action.* conferunt *text. in l. in fraudē* 10. *ff. qui, & à quib. manum.* §. *in fraudem, inst. à quib. manum. nō lic. l. nomen debitoris* 33. §. *filio, ff. de leg.* 3.

Hinc sententia S. C. sub die 19. Decembris 1657. nullius roboris, & momenti declarata fuit donatio facta à Thoma de Antonio eius filijs nascituris, post contractum matrimonium molendinorum, eorumquè aquæductuum valoris duc. 50. mil. *referente D. Cons. Aloysio Gamboa,* in causa Dom. V. I. D. Marci Antonij Albasij, in banca Figliolæ. Et donationes ducatorum tercentum mille factas à Duce Ostuni Ioannes de Zeuaglios publico negotiatore Annę de Saluatore Ducissę Ostuni eius vxori, D. Fräcisco, D. Mariæ, & D. Agathæ eius filijs vti simulatas, & fraudulentas, & de iure inualidas declarauit S. C. vrgentibus creditoribus de anno 1655. *referente Dom. Consil. Io: Baptista Ionino.* In banca Clauelli.

28 Itidèm coniectura erit fraudis, si cōtractus fuerit clandestinus, *Bart. in d. l. post contractum, n.* 7. quem insequuntur *DD.* apud *Mascard. concl.* 445. *num.* 2. *& conclus.* 447. *num.* 45. *& concl.* 499. *num.* 22. *Mantic. adducto tit.* 35. *n.* 19 *Menoch. præs.* 124. *n.* 44. *Farin. quæst.* 162. *num.* 205. docens, illam oriri ex actu clàm, & occultè celebrato, vel si fiat extra territorium, ex pluribus *DD.* ab eo laudatis *n.* 209. vel quando contractus non fit in loco consueto, *l. si quis, C. de curs. publ. Rip. in tract. de peste, parua impressione, fol.* 94. *q.* 7. *num.* 311. ex loci enim qualitate contractus fraudulentus patescit, *cap. quia propter,* §. *fin. de elect. Bart. in l. non intelligitur,* §. *tacita, ff. de iure fisci, Thes. q. forens.* 8. *num.* 15. *lib.* 2. *Rumm. ad Afflict. de iure prothom. ad* 1. *notab. num.* 7.

29 Et propterea in filio se abstinente ab hæreditate paterna, & postmodum per interpositam personam emente aliqua ex bonis hæreditarijs, fraus præsumitur, *l. is, qui bonis, ff. de acq. hæred.* & notat *Carauit. in hoc rit. sub n.* 22. *vers.* 19. dūmodò clādestinè id agatur;

30 non verò si palam, & bona fide, quod dolum omninò excludit, *l. cum ipse, C. de contrahenda emptione,* vbi *Glos. in verbo, vel dic, Cin. & Bart. in l. non existimo, ff. de admin. tut.* Potissimùm

31 si emerit res maiorum; affectio enim, ne illa distrahatur, maximè à iure habetur in consideratione, *l. lex, quæ tutores, C. de admin. tut.* ibi: *Maxima ha-*

32 *benda est eius domus ratio, in qua pater defecit, filij creuerunt, in qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut videre reuulsas, satis lugubre est. Dom. Reg. Rou. super rub. de feud. n.* 30. *vers. id ipsum,* & est *text. in l. si in emptionem, ff. de min. Pasc. hal. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 13. & ibi *Prat.*

33 Hinc quamuis *Imperiali Constitut. à Iustiniano edita, in Auth. vt qui obligat. se haber. perhib. res minor.* potissimùm *in* § *quod si quis,* relato *in Auth. minoris,* §. *vltim. C. qui tut. vel cur dari poss.* infringantur contractus tutorum de rebus pupilli, de qua *Imperiali Constitutione* meminimus in *Ritu* 181. *n.* 19. illāq; extēdit ad quēlibet administratorem *Menoch. cons.* 1225. *lib.* 12. & expressè quod non valeat emere rem pupilli, est sanctio, *in l. si in emptione,* §. *fin. ff. de contrah. empt.* latèq; *Salgad. in labyrint. credit. p.* 1. *c.* 13. §. 2. tamèn illa restringitur, si emerit tutor palam, & bona fide, etiam à pupillo maiore infante, *add. l. cum ipse* 5. *C. de contrah. empt. l. non existimo, ff. de admin. tutor. Bar. in l. pupillus,* §. *fin. ff. de*

de author. tutor. Salic. & alij, *in l. cum ipse, C. de contrah. empt. Guttier. de tutel. & cur. p. 2. cap. 15. num. 13. Mathienz. in lib. 5. recollect. Hispan. tit. 21. Glos. 2. num. 3. Greg. Lopez in l. 4. tit. 5. de empt. & vend. par. 5. in verb. De aquel, Menoch. de arbitr. Iudic lib. 2. centur. 5. cas.* 459. & quando dicatur contractus initus palàm, & bona fide, explicant copiosè *Ceuall. commun. contr. commun. q. 234. num. 3. Rebuff. ad ll. Gallicas tract. de donat. & alijs disposit. Glos. 2. num. 4. Molin. de Iustit. contract. 2. disp. 224. lit. B, Cald. Pereir. in commentar. Analyt. ad l. si curatorem habens, verbo, contractum fecisti, num. 31. C. de in integr. restit. minor. vers. àn autèm tutor.* potissimùm si adhibito alterius contutoris consensu, & Iudicis authoritate, emerit, *Salgad. in labyr. credit. concurrent. add. cap. 13 §. 2. num. 10. in 3. cas. Hermosill. ad Glos. 9. l. 4. tit. 5. par. 5. num. 6.* & alij, quos laudat, & insequitur *Iudex Franc. Mar. Prat. lib. 3. discept. forens. integ. cap. 26.* qui idem aduertit *eod. lib. 3. cap. 39. num. 25.*

35 Nimia etiam cautela dolum, fraudemq; probat, *l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit. Bald. in l. etiam, col. 2. C. de except. rei Iudic. Marc. Sal. de Pace cons. 37. num. 4. Tiraq. de vtroq; retractu, in præfat. num. 17.* prout, & nimia diligentia, *Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. num. 102. Io: Baptista Spada cons. 167. num. 13. tom. 2.* ac actuum celeritas, & nimia liberalitas, *Bal. in l. eam in 15. coll. de fideicom.*

36 Præsumitur fraus quoq; si debitor pudiauerit hæreditatem, legitimam, ac legata in præiudicium creditorum, vt firmant *Sanch. de matr. disp. 4. lib. 6. Molin. de Iust. & iur. tract. 2. disp. 435. in fin. Consil. Paschal. de virib patr. potestatis, par. 2. cap. 4. num. 174 Franc. de Petris cons. 59. num. 15. Consil. Carleual de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 25. n. 18. & 19. tom. 2.* præconizantes nimis duram dispositionem *text. in l. qui autem, ff. quę in fraudem credit.* maximè in

37 foro poli, quo attento hæres in fraudem repudiando, mortale patrat peccatum, cum omnia teneatur adhibere media, vt valeat creditoribus satisfacere; Sed iuxtà *tex. in d. l. qui autem,*

38 dispositionem decisum tradit *de Franchis decis. 101.* eumq; insequuntur *Reg. Capyc. Latr. decis. 8. num. 1. decis. 34. n. 1. 2. 1. decis. 117. num. 2. & decis. 143. num. 4. tom. 2. Thor. in compend. decis. p. 1. verbo, Debitor àn possit, Vuessembec. cons. 17. lib. 2. Gallerat. de renunciatione, to. 1. cap. 2. nu. 51. lib. 1. Mart. de success. legal. p. 4. q. 14. art. 1. à n. 5. Larrea decis. Granatensi 10. sub nu. 45. Fab. de Ann. cons. 113. Franc. de Petris festiuar. lectionum, lib. 2. cap. 2. num. 3. Consil. Arias de Mesa lib. 2. variar. resol. cap. 41. Consil. Prouenzalis in consuet. 1. obseru. 26. num. 7. de successionibus abintest.* & nouissimè *Fràciscus Mar. Pratus obseruatione 15. à n. 1. practicarum obseruationum, Salgad.* latè *in labyrint. credit. par. 2. cap. 14.*

39 Præsumitur donatio in fraudem si facta sit tempore infirmitatis, & postea statim fit donãs mortuus, *Affl. in annotationib. ad cõsuet. Neap. in consuet. & si testator, vers. Sed quomodo probatur fraus, fol. 994. post to. 3. resol. quotid. D. R. de Marinis,* proùt in vassallo inteu-

40 dante in ætate tàm senili, quod generare non posset, *Glos. & Aluarot. in cap. 1 §. sed etiam, per quos fiat inuestitura,* & àn, & quando fraus carentiæ prolis nullam reddat subinfeudationem, etiam respectu Domini, inquirũt *Reg. Reuert. decis. 522.* & ibi *Reg. de Marinis n. 3. & Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 7. §. 3. num. 29.* necnon *Consil. Staib. lib. 1. resol. forens. resol. 33. num. 21.*

41 Fraus probatur per binas comminationes factas à muliere, quæ volebat, vt nihil perueniret de bonis suis ad filios, vel agnatos, argumento *cap. 2. de renunciationibus in 6. Abbas in cap. in præsentia, versic. Insuper quæro, de probat. Afflict. in mòx adducto loco,*

RI-

RITVS CCXXIX.

Têm si clerici de rebus Ecclesiastisticis cum iuramẽto dixerunt, quod perhorrescũt trahũnt ad Magnam Curiam, (non autem de rebus eorum) priuilegio clericorum. Item qui sunt in Magna Curia ad gagia ipsius, trahunt ad ipsam Curiam priuilegio curialium.

SVMMA RERVM.

1 *Fori electionem habent Clerici in ecclesiasticis tantùm rebus, non verò in ijs, quæ propriæ sunt, vel alienæ.*

2 *Tam iure communi, quam Rituum.*

3 *Hoc beneficio gaudent bona etiam patrimonialia, super quibus fuit Clericus ad ordines adeptus, & pro fructibus beneficij.*

4 *Clerici quoquè in minoribus constituti.*

An coniugati, Monachus, Nouitij, hospitale, & alia loca pia.

5 *Huiusmodi priuilegium etiam competit cum agunt pro iniuria, & offensione ipsis illatis, & an liceat variare, remissiuè.*

6 *Quid pro casuali offensione.*

7 *Clerici nùm hoc electionis priuilegium habeant, si suorum prosequantur iniuriam.*

8 *Quid si de eorum rebus ipsi Clerici agant.*

9 *Vel pro furto in bonis proprijs commisso.*

10 *Clerici quando priuilegio immunitatis collectarum gaudeant, & statutis laicorum obstringatur, remissiuè.*

1 IN Ecclesiasticis tantùm rebus fori electionem habere Clericos, statuitur hoc in *Ritu*, nõ verò in ijs, quæ, vel propria sunt, vel aliena. Seruatur enim Ecclesiæ dignitas, & authoritas, vt si quæ ad ipsam peculiari quadam ratione spectant, fori electio concedatur. Maximum verò, & Reipublicæ, & priuatorum foret incommodum, si Ecclesiasticæ rei in speciem cõmoda sua procurarent Clerici id adeũdo forum, in quo fauores aucuparentur, & lites sibi propitias intentarent. Solent peruersi homines Religionis, & pietatis speciẽ præseferentes, iniuriam maximã, ac detrimentũ alijs intendere, quod nè vnquàm Clericis in animum caderet, sapientissimè factum est, vt certos iurisdictionis terminos haberent, ac præfinitos. Hinc Ecclesias, ac Clericos pro rebus, & patrimonio ipsius Ecclesiæ vigore huius *Ritus*, & aliarum legum Regni habere electionem fori,
2 nè dùm iuris communis, probant *de Franch. dec.* 234. *n.* 4. *& dec.* 597. *Andr. in Const. statuimus vers. de Ecclesia, & Affl. nu.* 16. *Capyc. dec.* 160. *& ibi Auus meus in annot.* qui denuo tradit *ad Gramm. dec.* 20. *num.* 7. idem *Affl. dec.* 257. *Viu. dec.* 521. *num.* 3. *Scacc. de appellat. q.* 7. *nu.* 130. *Marta de iurisdict. p.* 2. *cap.* 21. *nu.* 5. *Cons. Paschal. de patr. potest. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 89. *Calà de mod. artic.* §. 1. *Glos.* 1. *num.* 87. *Ricc. collect.* 300. *& collect.* 2283. *Foller. in hoc Ritu, pag.* 83. *& in const. statuimus, num.* 22. *Capiblanc. de Baron. prag.* 8. *num.* 159. *Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 521. *Ann. alleg.* 146. *num.* 5. *Thor. in supplem. compend. dec. verb. electio fori an competat Vicario, Nouar. in prax. elect. fori sect.* 1. *q.* 28. *ex num.* 1. *Consil. Carleual tom.* 1. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 6. *sect.* 7. *num.* 585. *Reg. Rouit. in prag.* 8. *num.* 19. *de compositioni.* quin, & decisiones plures recenset *Thorus p.* 1. *compend. verbo, Clericus*, tametsi, & cõtrarium quandoquè decisum quoquè memoret, ac propterea si earum aliqua sit Actrix, nequeat conuentus variare,

& declinare forum, quamuis esset ex priuilegiatis, & haberet ius variandi addit pluriès decisum fuisse, nam vbicumquè concurrunt duo priuilegiati conquassari priuilegia, & remanere dispositionem Iuris communis à nonnullis probatur, de quo erit noster sermo in *Ritu* 231.

3 Quin, competit electio etiàm pro bonis patrimonialibus, super quibus fuit clericus ad ordines adeptus pro fructibus quoquè beneficiorum, *Vrsill. ad Affl. decis.*257. *n.*1. *P. Duard. in comment. explic. Bullæ Cœnæ Domini, lib.* 2. *can.*18. *q.*5. *num.*9. *Anton. var. resol. lib.*1. *cas.*88. *Ricc. in prax. for. Eccles. resol.*91. *tom.*4. *& decis.*299. *p.* 2. *Nouar. qq. forens. lib.* 1. *q.* 72. quem refert *Thor. p.*2. *compend. decis. verbo, Electio fori facta per Clericum.*

4 Hoc priuilegio fruitur clericus etiã in minoribus ordinibus, & in prima tonsura initiatus, qui etiam Clericus dicitur, *Vult. in tract. de feud. lib.*1. *cap.* 9. *num.*6. *Germon. de sacror. immun. num.*76. *Graff. de effec. cleric. in prælud. num.*301. *Nouar. tract. de elect. fori, p.*1. *q.*52. *sect.*2. extendens etiam *num.* 12. ad clericum coniugatum, de quo nos eloquuti sumus in *Ritu* 66. *tom.*1.

Monachus quoq; tanquam persona Ecclesiastica, *Ricc. in prax. for. Eccles. resol.* 20. *num.*5. *p.*3. extendens etiam ad moniales, quem insequitur *Nouar. add. p.*1. *prax. elect. fori, q.* 61. *&* 62. protendens, *q.* 63. ad Nouitios, & ad oblatos, & conuersos alicuius Monasterij, *q.*64. *&* 65.

Etiàm Hospitale, Confraternitates, Conseruatorium, Mons Misericordiæ, siuè Pietatis, & alia loca pia, vt latè tradunt *Carleual, & Nouar. add. in locis,* & de Monte erecto intus Ecclesiam, loquitur *Thor. p.* 3. *compend. dec. sect.* 1. *verbo electio fori.*

5 Hoc eodem electionis fori priuilegio gaudere Clericos in causa propria, & priuata, cum nempè agunt pro iniuria, & offẽsione ipsis illata, sentiũt *de Frãch. dec.*597. *num.*2. *de Ann. alleg.* 146. & in nouissima *addit. Fab.* eius filius decisum memorat sub die 12. Decembris 1584. *referente Consil. Io. Antonio Stellatello, Reg. de Marinis lib.* 2. *quotid. resolut. cap.* 47. *num.* 17. huius *Ritus* memor, *Thor. in supplem. compend. verbo, electio fori M.C.V. Borrell. p.* 1. *compend. decis. tit. de elect. fori, n.*138. *Danz. ad Gramm. decis.* 20. *vers. Petra hic, num.* 8. *Reg. Tap. in memor. Const. statuimus, nu.* 22. *Imbrian. tract. de primo, & secundo benef. consider.* 5. *num.* 149. *Ceuall. de cognit. per viam violẽtiæ,* 2. *p. q.* 59. *n.*3. *Viu. dec.*27. *n.*3. *Ricc. Nouar. Carleual,* cæteriq; adducti, *Genuens. in prax. Eccles. q.*632. *in fin. Thor. in Cod. rer. iudicat. ciuil. cas.* 27. inquirens, quid si de clericatu dubitetur, quibus àn liceat variare, trãdit *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 3. *verbo, variatio àn competat,* quo

6 electionis beneficio non gaudebũt pro casuali offensione ipsi illata, vt decisum in simili tradit *D. Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. c.* 2. *n* 31. quem insequitur *Thor. p.* 3. *comp. sect.* 1. *verbo, electio, Nouar. par.* 1. *de elect. & var. fori, sect.* 4. *q.*65. *num.*1. hoc restringens, quando crimen non esset omninò casuale, & præcederet culpa, & *tom.*2. *eiusdem tract. q.* 22. *& q. seq.* 23. quid dicendum, agit, si offẽsio fuerit illata ex iræ motu.

7 Quin, & ipsi Clerici fori electionem habent, vbi suam, vel suorum iniuriam prosequerentur, vt ex *Viuio dec.* 527. *& Auo meo ad Gramm. dec.* 20. *num.*7. firmat *Nouar. in cit. q.* 52. *sub num.* 14. *& qq. forens. p.*1. *q.*7. contra *Reg. Rou. in prag.*8. *num.*18. *de composit. & Capibl. de Baron. prag.*8. *p.* 1. *num.* 30. *tom.* 1.

8 Nõ autem si de eorum rebus ipsi clerici agant, restringit *Ritus*, & insequuntur idem memorati Authores, necnon *Ricc.* alia *collect.* 86. *Masull. ad Capyc. decis.*160. *num.* 6. *Vrsill. ad Affl. decis.*390. *num.* 1. *&* 2. At *Ritus* 67. loquitur simpliciter, & *Ritus* 233. expressè in hoc etiã casu permittit, quin, & *cap. Regni* 205. in illis verbis, *Ecclesiæ, Ecclesiasticaquè personæ,* quibus pro-

profectò suffultus, ità concludit *Ann. alleg.* 146. potissimùm, quod Clericos appellatione miserabilium personarum contineri, post *Innoc. & Butri. in cap. significantibus, de offic. delegat.* notat *Carol. de Grassis in add. tract. nu.* 422. *in prælud.* opitulaturquè verba *Camilli de Laratha conf.* 46. *num.* 2. Imò, & pauperum appellatione venire, quia deducitur ex *tex. in cap. quod autem* 23. *quæst.* 7. *& cap. Sacerdos* 1. *q.* 2. nimirùm, si legatum relictum distribuendum pauperibus valeant executores clericis ipsis erogare, si idem *de Grassis* vera fatur *sub num.* 424 *eorundem præludiorum.*

9 Sed àn cōpetat electio fori Clericis agentibus pro furto in proprijs bonis cōmisso, negatiuè resoluit *Nouar. p.* 2. *in prax. elect. fori, q.* 18. alitèr verò concludens respectu cæterarum miserabilium personarum, aduersus *Danz. de pugn. DD. tit. de elect. fori, & foro competenti, cap.* 6. *to.* 2. & àn Clerico offenso in sua culpa fuerit offensio caussata, *Thor. par.* 3. *compend. sect.* 1. *verbo, Electio fori.*

10 An verò, & quando priuilegio immunitatis collectarum gaudeant clerici, & pro quibus bonis, & illarum onus sequatur rem, inquirunt *Camp. in cap. porrecta, num.* 113. *& in cap. item statuimus à n.* 1. *Festas. in tract. de collect. par.* 4. *q.* 1. *num.* 4. *Ricc. collect. decis.* 165. 300. 504. *&* 901. *de Grass. effect.* 3. *Capibl. in prag.* 8. *num.* 83. *& prag.* 10. *n.* 28. *de Baron. & super prag.* 12. *cap.* 84. *num.* 21. *Ferret. in tract. de Vectigal. & Gabell. num.* 568. *Auus meus ad Gramm. decis.* 100. *à num.* 1. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. cap.* 47. & materiam, quando statutis laicorum obstringantur clerici, examinant *Cotta memor. Clerici ligantur, Auus meus mox memor. loco sub num.* 11. *& ad Capyc. dec.* 98. *Reg. Capyc. Latro to.* 1. *dec.* 66. *Reg. de Marin. to.* 2. *quotid. c.* 213.

RITVS CCXXX.

Item quod si qua mulier vidua, seù pupillus, citatus de mandato dictæ Curiæ, pro aliquo criminali, voluerit declinare forū ipsius Curiæ ad aliud Iudicem competentem; comparere debet personalitèr in dicta Curia Vicariæ allegatura, vel allegaturus in eadem Curia, quicquid sibi de iure comperit super declinatione fori prædicti.

SVMMA RERVM.

1 *Electio fori competit personis priuilegiatis, tùm in ciuilibus, tùm in criminalibus caussis.*

2 *Hocq; beneficium ipsis impartitur in criminalibus, si personalitèr compareant, opponentes fori declinatoriam.*

3 *Quod restringitur si priuilegiata persona detineretur in vinculis sui domicilij, vel alibi, dummodò carceratio non sit affectata.*

4 *Variatio nec admittitur, Reo extra carceres existente.*

5 *In ciuilibus caussis sufficit, quod electio fori fiat per principalem, vel procuratorem speciale habentem mandatum, præstito iureiurando perhorrescentiæ.*

6 *An admittatur procurator generalis cum libera.*

Si verò fuerit constitutus ad comparendum in Curia, & ad eligendum forum eius nomine nulla facta mentione, quod possit iuramentum præstare, valet illud dare.

7 *Iuramentum eiusmodi perhorrescentiæ est ius nouissimum in Regno, in quo tria requiruntur, vt electio fori lōcum habeat, nempè, miserabilitas personæ, perhorrescentia, & iuramentum.*

8 Ele-

& declinare forum, quamuis esset ex priuilegiatis, & haberet ius variandi addit pluriès decisum fuisse, nam vbicumquè concurrunt duo priuilegiati conquassari priuilegia, & remanere dispositionem Iuris communis à nonnullis probatur, de quo erit noster sermo in *Ritu*.231.

3 Quin, competit electio etiàm pro bonis patrimonialibus, super quibus fuit clericus ad ordines adeptus pro fructibus quoquè beneficiorum, *Vrsill. ad Affl. decis*.257. *n*.1. *P.Duard. in comment. explic. Bullæ Cœnæ Domini, lib.* 2.*can*.18. *q*.5. *num*.9. *Anton. var. resol. lib*.1. *cas*.88. *Ricc. in prax. for. Eccles. resol*.91. *tom*.4. *&* *decis*.299. *p*. 2. *Nouar. qq. forens. lib*. 1. *q*. 72. quem refert *Thor. p*.2. *compend. decis. verbo, Electio fori facta per Clericum*.

4 Hoc priuilegio fruitur clericus etiã in minoribus ordinibus, & in prima tonsura initiatus, qui etiam Clericus dicitur, *Vult. in tract. de feud. lib*.1.*cap*. 9. *num*.6. *Germon. de sacror. immun. num*.76. *Graff. de effec. cleric. in prælud. num*.301. *Nouar. tract. de elect. fori, p*.1. *q*.52. *sect*.2. extendens etiam *num*.12. ad clericum coniugatum, de quo nos eloquuti sumus in *Ritu 66. tom*.1.

Monachus quoq; tanquam persona Ecclesiastica, *Ricc. in prax. for. Eccles. resol*.20.*num*.5.*p*.3. extendens etiam ad moniales, quem insequitur *Nouar. add.p*.1.*prax. elect. fori, q*. 61. *&* 62. protendens, *q*. 63. ad Nouitios, & ad oblatos, & conuersos alicuius Monasterij, *q*.64.*&* 65.

Etiàm Hospitale, Confraternitates, Conseruatorium, Mons Misericordiæ, siuè Pietatis, & alia loca pia, vt latè tradunt *Carleual, & Nouar. add. in locis*, & de Monte erecto intus Ecclesiam, loquitur *Thor. p*. 3.*compend. dec. sect*.1. *verbo electio fori*.

5 Hoc eodem electionis fori priuilegio gaudere Clericos in causa propria, & priuata, cum nempè agunt pro iniuria, & offẽsione ipsis illata, sentiũt *de Frãch. dec*.597. *num*.2. *de Ann. alleg*.146. & in nouissima *addit. Fab.* eius filius decisum memorat sub die 12. Decembris 1584. *referente Consil. Io. Antonio Stellatello, Reg. de Marinis lib*. 2. *quotid. resolut. cap*. 47. *num*. 17. huius *Ritus* memor, *Thor. in supplem. compend. verbo, electio fori M.C.V. Borrell. p*. 1. *compend. decis. tit. de elect. fori, n*.138. *Danz. ad Gramm. decis*. 20. *vers. Petra hic, num*. 8. *Reg. Tap. in memor. Const. statuimus, nu*.22. *Imbrian. tract. de primo, & secundo benef. consider*. 5. *num*. 149. *Ceuall. de cognit. per viam violẽtiæ*,2.*p*.*q*.59.*n*.3. *Vtu. dec*.27.*n*.3. *Ricc. Nouar. Carleual*, cæteriq; adducti, *Genuens. in prax. Eccles. q*.632. *in fin. Thor. in Cod. rer. iudicat. ciuil. cas*. 27. inquirens, quid si de clericatu dubitetur, quibus àn liceat variare, trãdit *Thor. par*. 3. *compend. decis. sect*. 3. *verbo, variatio àn competat*, quo

6 electionis beneficio non gaudebũt pro casuali offensione ipsi illata, vt decisum in simili tradit *D.Reg. de Marin. lib*.1. *quotid. resol. c*.2.*n* 31. quem insequitur *Thor. p*. 3. *comp. sect*. 1. *verbo, electio, Nouar. par*. 1. *de elect. & var. fori, sect*. 4. *q*.65. *num*.1. hoc restringens, quando crimen non esset omninò casuale, & præcederet culpa, & *tom*.2. *eiusdem tract. q*.22.*&* *q. seq*.23. quid dicendum, agit, si offẽsio fuerit illata ex iræ motu.

7 Quin, & ipsi Clerici fori electionem habent, vbi suam, vel suorum iniuriam prosequerentur, vt ex *Vinio dec*. 527. *& Auo meo ad Gramm. dec*.20. *num*.7. firmat *Nouar. in cit. q*.52. *sub num*. 14. *& qq. forens. p*.1.*q*.7. contra *Reg. Rou. in prag*.8.*num*.18. *de composit. & Capibl. de Baron. prag*.8.*p*.1. *num*. 30. *tom*.1.

8 Nõ autèm si de eorum rebus ipsi clerici agant, restringit *Ritus*, & insequuntur idem memorati Authores, necnon *Ricc.* alia *collect*. 86. *Masull. ad Capyc. decis*.160. *num*. 6. *Vrsill. ad Affl. decis*.390. *num*. 1. *&* 2. At *Ritus* 67. loquitur simpliciter, & *Ritus* 233. expresse in hoc etiã casu permittit, quin, & *cap. Regni* 205. in illis verbis, *Ecclesiæ, Ecclesiasticæquè personæ*, quibus

pro-

profectò ſuffultus, ità concludit *Ann. alleg.* 146. potiſſimùm, quod Clericos appellatione miſerabilium perſonarum contineri, poſt *Innoc. & Butri. in cap. ſignificantibus, de offic. delegat.* notat *Carol.de Graſſis in add. tract. nu.*422. *in prælud.* opitulaturquè verba *Camilli de Laratha conſ.*46.*num.* 2. Imò, & pauperum appellatione venire, quia deducitur ex *tex. in cap. quod autem* 23. *quæſt.* 7. *& cap. Sacerdos* 1. *q.* 2. nimirùm, ſi legatum relictum diſtribuendum pauperibus valeant executores clericis ipſis erogare, ſi idem *de Graſſis* vera fatur *ſub num.*424.*eorundem præludiorum.*

9 Sed àn cōpetat electio fori Clericis agentibus pro furto in proprijs bonis cōmiſſo, negatiuè reſoluit *Nouar. p.*2. *in prax.elect.fori,q.*18.alitèr verò concludens reſpectu cæterarum miſerabilium perſonarum, aduerſus *Danz. de pugn. DD. tit. de elect. fori, & foro competenti, cap.* 6. *to.*2. & àn Clerico offenſo in ſua culpa fuerit offenſio cauſata, *Thor. par.* 3.*compend. ſect.*1.*verbo, Electio fori.*

10 An verò, & quando priuilegio immunitatis collectarum gaudeant clerici, & pro quibus bonis, & illarum onus ſequatur rem, inquirunt *Camp. in cap. porrecta, num.*113.*& in cap. item ſtatuimus à n.*1. *Feſtaſ.in tract. de collect. par.*4. *q.* 1. *num.* 4. *Ricc. collect. deciſ.* 165.300.504. *&* 901. *de Graſſ.effect.* 3. *Capibl.in prag.*8. *num.*83. *& prag.* 10.*n.*28. *de Baron. & ſuper prag.* 12. *cap.* 84. *num.* 21. *Ferret. in tract. de Vectigal. & Gabell. num.* 568. *Auus meus ad Gramm. deciſ.* 100. *à num.*1. *Reg. de Marin. lib.*1.*quotid.cap.*47. & materiam, quando ſtatutis laicorum obſtringantur clerici, examinant *Cotta memor. Clerici ligantur, Auus meus mox memor. loco ſub num.*11. *& ad Capyc. dec.*98. *Reg.Capyc.Latro to.*1. *dec.* 66. *Reg. de Marin. to.*2. *quotid.c.*213.

RITVS CCXXX.

ITèm quod ſi qua mulier vidua, ſeù pupillus, citatus de mandato dictæ Curiæ, pro aliquo criminali, voluerit declinare forū ipſius Curiæ ad aliud Iudicem competentem; comparere debet perſonalitèr in dicta Curia Vicariæ allegatura, vel allegaturus in eadem Curia, quicquid ſibi de iure comperit ſuper declinatione fori prædicti.

SVMMA RERVM.

1 *Electio fori competit perſonis priuilegiatis, tùm in ciuilibus, tùm in criminalibus cauſis.*

2 *Hocq; beneficium ipſis impartitur in criminalibus, ſi perſonalitèr comparerant, opponentes fori declinatoriam.*

3 *Quod reſtringitur ſi priuilegiata perſona detineretur in vinculis ſui domicilij, vel alibi, dummodò carceratio non ſit affectata.*

4 *Variatio nec admittitur, Reo extra carceres exiſtente.*

5 *In ciuilibus cauſis ſufficit, quod electio fori fiat per principalem, vel procuratorem ſpeciale habentem mandatum, præſtito iureiurando perhorreſcentiæ.*

6 *An admittatur procurator generalis cum libera.*

Si verò fuerit conſtitutus ad comparendum in Curia, & ad eligendum forum eius nomine nulla facta mentione, quod poſſit iuramentum præſtare, valet illud dare.

7 *Iuramentum eiuſmodi perhorreſcentiæ eſt ius nouiſſimum in Regno, in quo tria requiruntur, vt electio fori locum habeat, nempè, miſerabilitas perſonæ, perhorreſcentia, & iuramentum.*

8 Ele-

8 *Electio facta in mala conceptione verborum*, *v3*. Voglio, che questa, causa se veda in questa Regia Audienza, quale quatenus opus est, eligo in foro, *àn iure subsistat*.

9 *Aduersus perhorrescentiæ iuramentum admittatur nè probatio in contrarium*.

10 *Electione fori formitèr facta manus Iudicis declinati ligata sunt, statimq; redditur ille incompetens, neç requiritur superioris Iudicis inhibitio*.

11 *Potest tamen vigore pragm. 10. de offic. Iudic. præfigi terminus varianti, ad procurandũ transmissionem actorum, quo elapso, Iudex variatus procedet in causa*.

12 *Vidua cuius primo loco meminit noster Ritus fori potiuntur priuilegio*.

13 *Etiam si diues sit*.

14 *Si meretricio crimine sit commaculata*.

15 *Etiam si posteà nupserit, aut lite contestata, viro orbata sit*.

16 *Etiam si causã communem habeat cum personis non miserabilibus*.

17 *Communitas, vel societas in causa est, vt inhabilis priuilegio fruatur habilium*.

18 *Comparitio propterea vnius ex citatis iuuat alteri*.

19 *Appellatio interposita prodest causam communem habenti, & consimilibus multis comprobatur distinctionibus*.

20 *Et fruitur vidua, adhùc si Baro haberet priuilegium, nè subditorum causæ possint ab eius Tribunali auocari*.

21 *Demanio concesso, & translata iurisdictione in Vniuersitatem, àn transfusa fuerit cum priuilegio quo gaudebat primus venditor derogatorio legis vnic. C. quand. Imper.*

22 *Mulier nupta viro tamen inhabili eisdem memoratis priuilegijs fruitur*.

23 *Sed àn illa, quæ cum viro diuortium fecit*.

24 *Virgo ætate maior etiam gaudet*.

25 *Quin, & desponsata per verba de futuro*.

26 *An virgo sub patris potestate constituta?*

21 *Pupillus etiam diues electionis habet beneficium, tàm actiuè, quàm passiuè*.

22 *Minor annis 18. sed maior annis 14. àn illo gaudeat*.

23 *Quid si patrem, vel Auum habeat*.

24 *Orphani gaudeant nè priuilegijs illis*.

25 *Et qui dicantur Orphani, adiungitur*.

26 *Personæ priuilegiatæ non valent eligere forum ad trahendum administratorem pro redditione rationum extra administrationis locum*.

27 *Debitor concursum eius creditorum formare intendens, àn vti valeat huiusmodi priuilegio*.

1 Sanxit *Ritus* explicando generalem dispositionem iuris communis *in l. vnic. C. quand. Imper. & Const. Regni statuimus*, priuilegium habentes electionis fori, illo potiri, tùm in ciuilibus, tùm in capitalibus causis, quamq; dispositionem confirmant *Andr. de Isern. & Afflict. in mem. constit. statuimus*, ille *num. 17.* iste *num. 23.* & ibidem *Foller. num. 69.* necnon *in pract. crim. verbo, andiantur excusatores, num. 27. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 46. num. 24. lib. 2. Borrell. in add. ad Bellug. in spec. Princ. rub. 38. lit. A. & in summ. decis. par. 1. tit. de iuram. perhorresc. num. 38. Vin. decis. 65. de Franch. decis.* 507. quem laudat *Capiblanc. de Baron. pragm. 8. num. 305. par. 1. Baron. de effect. minor. ætat. effect. 41. num. 68. de Franch. dec. 108. Episcop. Ricc.* ad huius *Ritus* exornatum, *collect. 1. & collect. decis. 2307. par. 6. Nouar. in prax. elect. for. lib. 1. sect. 4. q. 12. in vlt. impress. Castill. lib. 3. quotid. cap. 25. num. 20.* latèq; *Consil. Carleual to. 1. de Iudic. lib. 1. tit 1. disp. 2. q. 6. sect. 7. num. 592.* tàm si ex officio, quàm si per inquisitionem procedatur, *Foller. in add. constit. statuimus, num. 5.* quem refert *Marches. de commiss. tit. de Auocat. caus. §. 2. num. 64.* quod tamèn beneficium ipsis impartitur in causis criminalibus, si personalitèr compareant, op-

po-

ponentes fori declinatoriam, vt obser-
2 uat *Carau. in hoc Ritu num. 2.* quem refert, & insequitur *Trentacinq. var. resol. lib. 2. resol. 2. num. 13. sub rub. de citat. Capiblanc. add. loco num. 337.* & ex hoc *Ritu* deducit *Consil. Campan. resol. foriudic. 6. num. 45.* quidquid non seruari hunc *Ritum* sentiat *Affl. in Constit. statuimus, num. 26.* hocquè
3 restringas, si priuilegiata persona detineretur in vinculis sui domicilij, vel alibi, nàm admitteretur ad opponendam electionem per procuratorem, ex traditis per *Clar. §. fin. q. 34. Rebuff. in tract. de except. num. 304.* nisi tamèn carceratio fuerit affectata, *Surd. decis. 262. num. 16. Farinac. in pract. crim. q. 34. à num. 84. Auus meus ad Gramm. decis. 26.*

4 Quin, si Reus extrà carceres reperiatur, & petatur per personam priuilegiatam variatio, etiàm requiri, vt Reus sit carceratus, proùt in remissionibus obseruatur, vigore *pragm. 6. §. 25. de offic. Iustit.* scripsit *Capiblanc. tom. 1. de Baron. pragm. 8. num. 346. p. 1.* quem insequitur *Danza ad Gram. dec. 20. sub num. 7. vers. hoc dubium.* Cõtrarium tamèn deindè scripsit idem *Capiblanc.* cui ipse inhereo, *to. 2. de Baron. cap. 51. à num. 23.* decisumq; testatur.

5 In ciuilibus verò causis sufficit, quod fori electio fiat per principalem, vel per procuratorem habentem speciale mandatum, præstito iureiurando perhorrescentiæ, *Capiblanc. add. prag. 8. n. 342. Muscat. in prax. S. C. lib. 1. Glos. competentes, num. 78. Thor. in C. rer. Iudic. ciuil. cas. 21. num. 3.* aduertens, admit-
6 ti procuratorem generalem cum libera, quod antè ipsum notauit *Nouar. add. tract. par. 1. sect. 1. q. 7. num. 5.* ex *Carau. in Ritu 228. num. 11.* & alijs, quinimò procurator constitutus à persona priuilegiata ad comparendum in Tribunali, ad eligendum forum eius nomine, nulla facta mentione, quod possit iurare de perhorrescẽtia, valeat præstare iuramẽtum, ex eodem *Carau. cit. loco, num. 20.* scribit *Trentacinq. var. resol. lib. 2. add. tit. de citat. resol. 2. n. 14.* quem refert *Nouar. add. loco, num. 8.*
7 quod quidem iuramentum est additum textui in *mem. l. vnica, C. quando Imp. per Regni Constit. statuimus,* diciturquè propterea ius nouissimum in Regno, vt post *Carau.* notat *Reg. Tap. in ead. constit. num. 32. lib. 3. iur. Regn. sub tit. de Offic. Magist. Iustit.* & antè ipsum *de Franch. decis. 257. num. 5.* cum alijs per *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 66. num. 25.* & notant *Mastrill. decis. Rot. Sicil. 127. n. 12. to. 2. Thesaur. decis. Pedem. 177. sub num. 13.* adducens *Carau. in Ritu 239. Prat. lib. 1. discept. forens. cap. 13. num. 1. & lib. 3. cap. 17. num. 2.* itaùt in Regno tria copulatiuè concurrere debeant, adhoc vt electio fori personis priuilegiatis competat, nempè miserabilitas personæ, perhorrescentia, & iuramentum, quo ipsa perhorrescentia probatur, alias illa corruit, vt decisum memorat *de Frãchis dec. 258. Capiblanch. cit. loco n. 342. Pras. Merlin. lib. 1. controu. forens. cap. 86. Palm. in diuersor. iur. commun. & Regn. Glos. 16. num. 6. par. 2. Ricc. collect. decis. 2306.*

8 Sed electio, seù variatio huiusmodi concepta verbis: *Voglio, che questa causa se veda in questa Regia Audienza, quale quatenus opus est, eligo in foro,* iure subsistat in mala conceptione verborũ, affirmatiuè decisum refert *Danz. de pugn. DD. to. 2. tit. de elect. fori, q. 1. num. 10.* quem laudat, & insequitur *Thor. par. 3. comp. decis. sect. 1. verbo, electio fori, seù variatio.*

9 Nec aduersùs istud iuramentum probatio in contrarium admittitur, *Afflict. in cit. const. statuimus, nu. 7. Viu. in sylu. commun. opin. concl. 368. n. 5. Feller. in ead. constit. statuimus, num. 119. Trentacinq. memor. tit. de citat. resol. 2. num. 14. Borrell. in summ. decis. tit. de iuram. perhorresc. num. 43. to. 1.* & decisum refert *Thor. in comp. decis. Regn. p. 2. verbo, Terminus.* Sed contrarium scribunt alij apud *Nouar.* viden-

8 *Electio facta in mala conceptione verborum*, *v3.* Voglio, che questa causa se veda in questa Regia Audienza, quale quatenus opus est, eligo in foro, *àn iure subsistat*.

9 *Aduersus perhorrescentiæ iuramentum admittatur nè probatio in contrarium*.

10 *Electione fori formitèr facta manus Iudicis declinati ligata sunt, statimq; redditur ille incompetens, nec requiritur superioris Iudicis inhibitio*.

11 *Potest tamen vigore pragm.* 10. *de offic.Iudic. præfigi terminus varianti, ad procurandū transmissionem actorum, quo elapso, Iudex variatus procedet in causa*.

12 *Viduæ cuius primo loco meminit noster Ritus fori potiuntur priuilegio*.

13 *Etiam si diues sit*.

14 *Si meretricio crimine sit commaculata*.

15 *Etiam si posteà nupserit, aut lite contestata, viro orbata sit*.

16 *Etiam si causā communem habeat cum personis non miserabilibus*.

17 *Communitas, vel societas in causa est, vt inhabilis priuilegio fruatur habilium*.

18 *Comparitio propterea vnius excitatis iuuat alteri*.

19 *Appellatio interposita prodest causam communem habenti, & consimilibus multis comprobatur distinctionibus*.

20 *Et fruitur vidua, adhùc si Baro haberet priuilegium, nè subditorum causæ possint ab eius Tribunali auocari*.

21 *Demanio concesso, & translata iurisdictione in Vniuersitatem, àn transfusa fuerit cum priuilegio quo gaudebat primus venditor derogatorio legis vnic. C.quand. Imper.*

22 *Mulier nupta viro tamen inhabili eisdem memoratis priuilegijs fruitur*.

23 *Sed àn illa, quæ cum viro diuortium fecit*.

24 *Virgo ætate maior etiam gaudet*.

25 *Quin, & desponsata per verba de futuro*.

26 *An virgo sub patris potestate constituta?*

21 *Pupillus etiam diues electionis habet beneficium, tàm actiuè, quàm passiuè*.

22 *Minor annis* 18. *sed maior annis* 14. *àn illo gaudeat*.

23 *Quid si patrem, vel Auum habeat*.

24 *Orphani gaudeant nè priuilegijs illis*.

25 *Et qui dicantur Orphani, adiungitur*.

26 *Personæ priuilegiatæ non valent eligere forum ad trahendum administratorem pro redditione rationum extra administrationis locum*.

27 *Debitor concursum eius creditorum formare intendens, àn vti valeat huiusmodi priuilegio*.

1 Sanxit *Ritus* explicando generalem dispositionem iuris communis *in l. vnic. C. quand. Imper. & Const. Regni statuimus*, priuilegium habentes electionis fori, illo potiri, tùm in ciuilibus, tùm in capitalibus causis, quamq; dispositionem confirmant *Andr. de Isern. & Afflict. in mem. constit. statuimus*, ille *num.* 17. iste *num.* 23. & ibidem *Foller. num.* 69. necnon *in pract. crim. verbo, andiantur excusatores, num.* 27. *Menoch. de arbitr. Iudic. cas.* 46. *num.* 24. *lib.* 2. *Borrell. in add. ad Bellug. in spec. Princ. rub.* 38. *lit. A. & in summ. decis. par.* 1. *tit. de iuram. perhorresc. num.* 38. *Vin. decis.* 65. *de Franch. decis.* 507. quem laudat *Capiblanc. de Baron. pragm.* 8. *num.* 305. *par.* 1. *Baron. de effect. minor. ætat. effect.* 41. *num.* 68. *de Franch. dec.* 108. *Episcop. Ricc.* ad huius *Ritus* exornatum, *collect.* 1. *& collect. decis.* 2307. *par.* 6. *Nouar. in prax. elect. for. lib.* 1. *sect.* 4. *q.* 12. *in vlt. impress. Castill. lib.* 3. *quotid. cap.* 25. *num.* 20. latèq; *Consil. Carleual to.* 1. *de Iudic. lib.* 1. *tit* 1. *disp.* 2. *q.* 6. *sect.* 7. *num.* 592. tàm si ex officio, quàm si per inquisitionem procedatur, *Foller. in add. constit. statuimus, num.* 5. quem refert *Marches. de commiss. tit. de Auocat. caus.* §. 2. *num.* 64. quod tamèn beneficium ipsis impartitur in causis criminalibus, si personalitèr compareant, op-

ponentes fori declinatoriam, vt obser-
2 uat *Carau. in hoc Ritu num.* 2. quem refert, & insequitur *Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *resol.* 2. *num.* 13. *sub rub. de citat. Capiblanc. add. loco num.* 337. & ex hoc *Ritu* deducit *Consil. Campan. resol. foriudic.* 6. *num.* 45. quidquid non seruari hunc *Ritum* sentiat *Affl. in Constit, statuimus, num.* 26. hocquè
3 restringas, si priuilegiata persona detineretur in vinculis sui domicilij, vel alibi, nàm admitteretur ad opponendam electionem per procuratorem, ex traditis per *Clar.* §. *fin. q.* 34. *Rebuff. in tract. de except. num.* 304. nisi tamèn carceratio fuerit affectata, *Surd. decis.* 262. *num.* 16. *Farinac. in pract. crim. q.* 34. *à num.* 84. *Auus meus ad Gramm. decis.* 26.

4 Quin, si Reus extrà carceres reperiatur, & petatur per personam priuilegiatam variatio, etiàm requiri, vt Reus sit carceratus, prout in remissionibus obseruatur, vigore *pragm.* 6. §. 25. *de offic. Iustit.* scripsit *Capiblanc. tom.* 1. *de Baron. pragm.* 8. *num.* 346. *p.* 1. quem insequitur *Danza ad Gram. dec.* 20. *sub num.* 7. *vers. hoc dubium*. Cõtrarium tamèn deindè scripsit idem *Capiblanc.* cui ipse inhæreo, *to.* 2. *de Baron. cap.* 51. *à num.* 23. decisumq; testatur.

5 In ciuilibus verò causis sufficit, quod fori electio fiat per principalem, vel per procuratorem habentem speciale mandatum, præstito iureiurando perhorrescentiæ, *Capiblanc. add. prag.* 8. *n.* 342. *Muscat. in prax.* S. C. *lib.* 1. *Glos. competentes, num.* 78. *Thor. in* C. *rer. Iudic. ciuil. cas.* 21. *num.* 3. aduertens, admit-
6 ti procuratorem generalem cum libera, quod antè ipsum notauit *Nouar. add. tract. par.* 1. *sect.* 1. *q.* 7. *num.* 5. ex *Carau. in Ritu* 228. *num.* 11. & alijs, quinimò procurator constitutus à persona priuilegiata ad comparendum in Tribunali, ad eligendum forum eius nomine, nulla facta mentione, quod possit iurare de perhorrescẽtia, valeat præstare iuramentum, ex eodem *Carau. cit. loco, num.* 20. scribit *Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *add. tit. de citat. resol.* 2. *n.* 14. quem refert *Nouar. add. loco, num.* 8.
7 quod quidem iuramentum est additum *textui in mem. l. vnica,* C. *quando Imp. per Regni Constit. statuimus*, diciturquè propterea ius nouissimum in Regno, vt post *Carau.* notat *Reg. Tap. in ead. constit. num.* 32. *lib.* 3. *iur. Regn. sub tit. de Offic. Magist. Iustit.* & antè ipsum *de Franch. decis.* 257. *num.* 5. cum alijs per *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 66. *num.* 25. & notant *Mastrill. decis. Rot. Sicil.* 127. *n.* 12. *to.* 2. *Thesaur. decis. Pedem.* 177. *sub num.* 13. adducens *Carau. in Ritu* 239. *Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 13. *num.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 2. itaùt in Regno tria copulatiuè concurrere debeant, adhoc vt electio fori personis priuilegiatis competat, nempè miserabilitas personæ, perhorrescentia, & iuramentum, quo ipsa perhorrescentia probatur, alias illa corruit, vt decisum memorat *de Frãchis dec.* 258. *Capiblanch. cit. loco n.* 342. *Pref. Merlin. lib.* 1. *controu. forens. cap.* 86. *Palm. in diuersor. iur. commun. & Regn. Glos.* 16. *num.* 6. *par.* 2. *Ricc. collect. decis.* 2306.

8 Sed electio, seù variatio huiusmodi concepta verbis: *Voglio, che questa causa se veda in questa Regia Audienza, quale quatenus opus est, eligo in foro*, iure subsistat in mala conceptione verborũ, affirmatiuè decisum refert *Danz. de pugn. DD. to.* 2. *tit. de elect. fori, q.* 1. *num.* 10. quem laudat, & insequitur *Thor. par.* 3. *comp. decis. sect.* 1. *verbo, electio fori, seù variatio.*

9 Nec aduersùs istud iuramentum probatio in contrarium admittitur, *Afflict. in cit. const. statuimus, nu.* 7. *Viu. in sylu. commun. opin. concl.* 368. *n.* 5. *Foller. in ead. constit. statuimus, num.* 119. *Trentacinq. memor. tit. de citat. resol.* 2. *num.* 14. *Borrell. in summ. decis. tit. de iuram. perhorresc. num.* 43. *to.* 1. & decisum refert *Thor. in comp. decis. Regn. p.* 2. *verbo, Terminus*. Sed contrarium scribunt alij apud *Nouar.* viden-

videndum, *in prax. elect. & variat. fori, par. 1. sect. 1. num. 8. in ult. impress.*

10 Facta igitur formitèr fori electione, vel variatione manus Iudicis declinati, adeò ligatæ sunt, vt non requiratur Iudicis superioris inhibitio, sed statim ille incompetens redditur, *de Franchis decis. 294. Capibl. add. loco, num. 340. Muscat. in prax. S.C. Glos. in forma, num. 36. Castill. decis. Sicil. 48. nu. 10. Gallup. in prax. S.C. par. 2. cap. 6. n. 57.* & seruari in Regno Siciliæ, testatur *Muta decis. Sicil. 29. num. 5.* verùm

11 ex *pragm. 89. capit.* quæ est 10. *de offic. Iudic.* cautum est, posse præfigi terminum varianti ad procurandum transmissionem actorum, quo elapso, Iudex variatus procedet in causa, de qua *pragm.* memores sunt *Nouar. de elect. for. p. 1. sec. 1. q. 17. & Danz. de pugn. DD. tit. de elect. fori, c. 2. n. 31. & 32.*

12 Viduæ igitur, quarum primo loco meminit noster *Ritus*, eo potiuntur priuilegio, etiam si diuites sint, nam de

13 vidua diuite loquentes, ita concludunt *Abb. in cap. ex parte, de foro competent. Bulgar. in l. 1. n. 125. ff. soluto matrim.* aliiq; plures, quos recenset *Mart. in tract. de iurisdict. par. 2. cap. 21. nu. 6. Menoch. casu 66. Cancer. tit. de Iurisdict. omn. Iudic. c. 2. n. 6. to. 2.* necnon *Alex. Trentacinq. tract. variar. resol. lib. 2. tit.* sæpiùs cit. *de citatio. resol. 2. vers. Secunda est opinio, sub num. 16.* à qua resolutione haud recedendum esse subdit, tùm quia ita passim decisum legitur in Sacro Consilio, tùm quia de iure verioerm reputat, & quidem qui vtriusq; rationis fidissimus est testis, præsertìm prioris, si *de Franch. decis. 100.* perlegamus, non tantùm ita decisum in eo casu attestantem, sed indistinctè sic iudicari in eo Tribunali asserentem: In Senatu quoq; Pedemontano scribit *Thes. dec. 177. n. 2.* quin in Rota Romana, atq; alibi refert *Viuius decis. 521. sub n. 8. Nouar. in prax. elect. fori, sect. 1. q. 7. n. 2. Castillo lib. 3. quot. c. 25. n. 26. Muta decis. Sicil. 5. n. 2. lib. 2. Mari ad Gramm. decis. 20. n. 1. Consil. Carleu.* alios subnectes, *de Iud. l. 1. disp. Iur. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 6. sect. 7. n. 541.*

14 Etiam si meretricio crimine commaculatę per *decis. eiusdem de Franch. 233.* estquè magis recepta Doctorum sententia, cuius testis est, atquè sectator *Imbrian. in tract. de 1. & 2. beneficio, consid. 2. num. 96.* fauentq; notata per *Capiblanc. in tract. de Baron. prag. 8. à num. 160. tom. 1.* & confirmant *Auus meus ad Capyc. decis. 160. lit. B, verbo, in constit. statuimus, Consil. Paschal. de patr. potest. par. 2. cap. 2. n. 99. Nouar. add. tract. sect. 1. q. 7. num. 5.* nosquè pertingimus, & consimilia congerimus *Ritu 19. & Ritu 233.* non obstante contradictione *Couarr. pract. quæst. cap. 7. sub num. 1.* non perfunctoriè quęstionem explicantis, *Seacc. de appell. q. 7. num. 131. Marcell. Calà de modo articul. §. 1. Glos. 1. num. 79. Mari ad Gramm. decis. 107. num. 7.* & aliorum, quos *Consil. Carleual* memorat *num. 553.* Ratio autèm non exilis considerartur, quæ priori, & affirmatiuæ opitulatur sententiæ, quod ob sexus fragilitatem, præsumptamquè ob id lęsionem viduis concessa dicuntur priuilegia, quæ nimirùm multò magis illis post meretricium censeri debent concessa; non enim honestas, sed læsio, & fragilitas offingitur valida causa prædictæ variationis; Huiusmodi autèm mulieres in longè maiorem fragilitatē, & miseriam ipsæ miserrimæ ex tali meretricio redactæ creduntur, propterea non mirandum, si quouis modo in Iudicio experientes ad illa petita necessariò admittēdæ sunt, quod insupèr etiā simplicitèr in meretrice, *Troys.* affirmat *in pragm. cursu dilationum, n. 12. Menoch. indic. casu 66. num. 31. Viu. ead. dec. 52. num. 5. & Gaspar. in addit. ad dec. 177. Anton. Patris. Masull. ad Capyc. dec. 44. num. 8. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. Glos. 12. num. 74. tom. 1. Gratian. lib. 5. discept. ferens. fol. 59. Consil. Paschal. de patr. potest. par. 2. cap. 2. num. 99. Castill. dec. 48. par. 1.* & alij apud *Nouar. add. tract. de elect. fori,*

ri, ſect. 2. quæſt. 11. id declarans, nu. 6. ex Caran. in Ritu 19. num. 27. dummodò quando agit, vel conueniatur ſit, meretrix, ſecus autèm, ſi, anteà fuerit inhoneſta, & tempore quo agit ſit honeſta, & q. 12. ſeq. inquirit, quæ ad hunc effectum dicatur meretrix.

15 Extenditur præterea ad viduam poſt electionem, ſiuè variationem, quod defendimus in Ritu 233. ſicut in caſu cõtrario idipſum ſubſiſtere affirmamus, cum ſcilicet tempore conteſtatæ litis non eſſet vidua, ſed poſteà viro orbata in viduitatem incidit, nam eodem tùnc ſine dubio priuilegio variationis fouetur, teſte Felino in cap. ex tenore, ſub n. 19. de reſcrip. Ant. Gabriel. in ſuo tract. commun. opin. tit. de Iud. concl. 1. n. 29.

16 Extenditur etiam ad viduam habentem cauſam communem cum perſonis haud miſerabilibus, nam ratione viduę omnes gaudent, Natta conſ. 590. n. 16. vol. 3. Theſaur. ead. deciſ. 177. num. 3. Viu. indic. deciſ. 521. Neuizan. in ſylu. nupt. lib. 6. ex num. 39. Capibl. prag. 8. par. 1. num. 334. de Baron. Muſcat. in in prax. lib. 1. par. 2. Gloſ. competentes, num. 95. & Carleual memor. ſect. 7. num. 626. & 627. idemquè Cancer. d. cap. 2. num. 27. & 28. Ricc. dec. Cur. Archiep. 179. par. 1. & ad Franch. deciſ. 179. Caſtill. controu. iur. lib. 2. cap. 25. num. 29. Trentacinq. lib. 2. tit. de cit. reſol. 2. num. 9. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. Gl. 11. n. 79. to. 1. Giurb. dec. 82. num. 1. (à quibus recedere videtur Caran. in Ritu ſeq. in fin. tradens, quod ſi cum perſona priuilegiata eſſet admixta alia non priuilegiata, ratione connexitatis cauſæ, coram primo Iudice deberet terminari, & nouiſſimè obſeruat D. Carol. Rota de priuil. mulier. cap. 3. ſpecial. 6. num. 45.) & latè proſequitur Nouar. de elect. fori, p. 1. ſect. 3. q. 1. in cauſa tamèn indiuidua, Barboſ. in remiſſ. DD. de ordin. Reg. Luſit. lib. 3. tit. 5. de citat. num. 5. Capibl. de Baron. cit. prag. 8. n. 335. par. 1 Cum. in comm. ad Rit. Sicil. cap. 82. nu. 15. in fin. Borrel. p. 1. ſumm. deciſ. tit. de iuram. perhorreſc. num. 31. Nouar. mòx add. loco, num. 17. dummodò habentes fori priuilegium illo vti velint, ex tex. in l. Iudex, vbi Bar. ff. de minor. Caſsan. ad conſuet. Burg. rub. 9. §. 17. Gloſ. 3. num. 2. Marcheſ. de commiſſ. tit. de auoc. cauſ. par. 2. §. 2. num. 44. quod ſi ſemèl peijt, deindè renunciare nequit in præiudicium litis conſortis, de Franch. dec. 269. Reg. Tap. in conſtit. Regni minorum iura, num. 6. Maſtrill. deciſ. 42. num. 8. Reg. Rouit. in prag. 11. n. 26. de ordin. Iudic. Thor. par. 1. compend. dec. verbo, beneficium, quibus oppugnare videtur Vrſill. ad Affl. dec. 39. effatum, quod diſputat Imbrian. de primo, & ſecundo benefic. conſid. 7. à num. 74. & nouiſſimè diſtinguit doctiſſimus D. Iulius Capone in ſubtili tract. de Pactis, q. 40. num. 27.

17 Et principalem concluſionem tuetur illa peruulgata ratio, quod communitas, vel ſocietas in cauſa eſt, vt inhabilis priuilegio fruatur habilium, ad tex. in l. ſi communem, ff. quemadmod. ſeruit. amitt. & l. is qui duos, ff. de liber. legat. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 115. nu. 6. Mexia in concl. 5. num. 74. multaquè enarrant Io: de Amicis conſ. 92. Menoch. caſu 179. Cotta memor. habitatione, & memor. connexorum, Vrſill. dec. 34. & 284. Corſet. ſing. 24. Cremenſ. ſing. 66.

18 cuius vigore ad conſimile de comparitione vnius ex citatis defleximus ſuper Ritu 207. num. 1. de appellatione interpoſita, quod proſit habenti cauſam

19 communem, ſicuti, & prorogatio fatalium, Put. dec. 486. lib. 2. necnon Tiberius à Corneto in prax. cap. 24. n. 16. quin ad alterum de præſcriptione centenaria aduerſus Eccleſiam Romanam decurrente, eamq; ſimilitèr contra priuatum rem habentem communem cum Eccleſia illa currere deflexit, Abb. in cap. Audientiam, num. 6. de præſcript. ob id nè cauſæ continentia diuidatur, nonnulli ſcribunt authores, remittendum laicum ratione clerici, vnà ſimùl delinquentem, qua de re loquuntur Foller. ad Marant. par. 4. diſt. 11. n. 24.

*Gratian.c.*115. *& 641. 7.17. R.Capyc. Latr. consul.*55.*n.*1. *D.Capon.in tract. de stipul.* vbi latissimè pertractat de vasto illo indiuiduorum oceano, *Capyc. dec.*173.*n.*8.*Vrsill dec.* 213.*n.*8.*Gram. decis.*21. *de Franch. dec.*426. *de Curt. par.* 2. *de feud. cap.* 2. *num.* 115. *& Marsil. singul.*280. defendit, immunitate gaudentem ob numerum duodecim filiorum, operari, vt illa potiantur etiam fratres vna simùl habitantes in communione bonorum, cõsuluitquè *Menoch. in cons.*486.& iudicatum testatur *Surd. decis.* 123. insequiturquè *Consil. Paschal. de patr. potest. par.*4. *cap.*4.*num.* 21. *Auus meus ad Gramm. decis.* 54. *num.* 4. à quorum opinione dissentit *Thesaur. decis.* 267. *num.*11. cuius meminit idem *Auus meus ad Gramm. decis.* 28. *num.* 26. quamquè quæstionem extricant *Thor. p.*2. *comp. decis.verbo, Immunitate.pag.*267.*Reg. Moles in eius decis.*calamo exaratis, *decis.*42. *& Marchio Carleti Reg. Constãt. in Scholijs ad l. si quis decurio, Cod. de decurion. lib.* 10. & respectu immunitatis clericorum ab hospitando, id ipsum in fratribus in communione viuentibus,scripsit *Arnon. singul.*83.*Bombin. dub.*8. *post eius consilia*, necnon *Aloysius de Leo in l. placet, C.de Sacrosf. Eccles.* & declarat *D. Reg. de Marin. ad Reuert. decis.*438. Priuilegium namq; alicui indultum ad eius socios dilatari, suadent *tex.in c.* 1. *de immunit.Eccles. Felyn. in cap.qua sit, num.* 1.*de Iudæis, Affl. in constit. Regni sequentes, n.* 11. *Natt. cons.* 1. *num.* 10. de qua sententia valdè dubitat *Gasp.Thesaur.in addit. ad memor. decis.* 267. *eius genitoris, sub eod. num.*11.*vers.an autèm frater*. Ac speciatim, quod gaudeat immunitate munerum socio concessa, deducitur ex *Bald. in l. administratores,* §. 1.*ff. de excus. tutor.* atq; *Glos. in l. finali, ff. de muner. & honor.* aiuntquè *Cephal. cons.*661. *num.*78. *lib.*5.*Natta cons.*65. *num.*27. *& Surd.cons.*301. *num.* 8. Restitutio pupillis impartita, etiam litis consorti competit in re indiuidua,vt carpitur facilè ex *l.* 1.vbi *Bar.* & alij,*C.de consortibus, in l. vnica,C.si in commun.eademq; causa, etc.*sequuntur *Bencius cons.*98. *num.*31. *lib.* 1. *Muta super Ritu Siciliæ* 134. *num.* 23. & alij plures,non secus,ac beneficium minori debitum, communicari maiori litis cõsorti, docent *Affl.decis.*151.*& Franch. decis.* 269. *Thor. par.*1.*compend. decis. verbo, Restitutio in integrum competens minori, Gallup.in prax.S.C.par.*2.*cap.* 30. *num.*12. qua de re *Sfortia Odd. de restitut. in integr. par.*1.*q.* 46. *artic* 4. *Cald. ad l. si curatorem habens, verbo, vel aduersarij dolo, à num.*27. *Barbosa in l.*1.*sol. matr.par.*3.*num.*63.*vers. postremò, Guttier.pract.qq. lib.*1. *c.*67. *Surd. de alim. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 1. *Menoch. de recup.possess.remed.* 15.*num.* 129. *Montan. de tutor. & curat. c.* 33. *n.*117.*Hosuald. Illigerus ad Donell.lib.* 21. *c.vlt.lit.Q. R.de Marin.ad Reuert. decis.*164. ità quod nequeat priuilegiatus eiusmodi beneficio renunciare in damnum alterius nõ priuilegiati, vt subdit *n.* 6. *de Franch.* & diximus suprà, & fortasse non dissentit *Valascus consult.*25. *sub num.*11.*tom.*1. Aliud etiàm opitulatur simile de processu agitato coram Iudicibus, altero suspecto, altero verò non suspecto, vt ratione Iudicis non recusati subsistat, & validus omninò sit processus, iuxtà decisionem peregrinam *Achill. de Grass.* 2. *de except.* Quemadmodùm in sententia prolata à pluribus Iudicibus, quorum alter erat incompetens, decisum memorat *Mastrill. decis.* 27. & cessare arbitramur, si à Iudicibus coniunctim iudicare debentibus manasset, cum *Mastrillus* plurimum innitatur clausula, & iurisdictione, *insolidum*, qua voluisse vti eos Iudices, autumat.

Quibus vtcumquè potuimus assertis ad prædictæ extensionis robur, properamus ad aliam constitutæ à nobis re-
20 gulæ ampliationem, illamquè procedere affirmamus,etiam in præiudicium Baronum,vt euocari possint ab eorum Tribunalibus, ità quippè defendimus

Rit.

Ritus 233. quod nunc procedere adiungimus, etiam aduersus iura Baronis, habentis priuilegium, nè subditorum causæ euocari à suo tribunali queant, & in alterum adhùc Principis, transferri in prima instantia, siuè aduersus personam illud habentem, nè possit extrahi, cum expressa derogatio requiratur ad *d. l. vnicam*, nec sufficit derogatio generalis per clausulam, non obstantibus priuilegijs, vt decisum commemorat *Michael Ferr. 1. p. obseru. cap.* 12. tutatur idem *Cancer. num.* 24. suppetitq; *de Franch. dec.* 187. *& 195.* & verba *Vrsill.* adiuuāt *ad Affl. decis.* 257. *num.* 5. ibi, *derogationem in specie istis priuilegijs, Valasc. de priuil. paup. par.* 1. *q.* 52. *nu.* 38 *Gratian. decis.* 20. *num.* 1. *Giurb. decis.* 82. *num.* 4. *Capibl. pragm.* 8. *par.* 1. *num.* 299. *Nouar. de dation. insolut. sect.* 1. *q.* 14. *num.* 13. *Carleual add. loco num.* 517. *Borrell. tit.* 56. *n.* 36. *& de Regis Cathol. prest. cap.* 62. *num.* 59. *Baron. de effect. minor. atat. effect.* 41. *num.* 16. idem *Nouar. in in prax. elect. fori, par.* 2. *sect.* 3. *q.* 5. *Thor. in supplem. compend. verbo, electio fori ān competat.*

Nimirū subsistere dicimus viduæ pri-
21 uilegium iam dictum in casu etiam *decis. de Franch.* 517. vbi vendito feudo, ac petito demanio per vniuersitatem, eoquè concesso, atq; in eam translata iurisdictione, dubitari contingit, si penès illam resideret cum priuilegijs, & derogatione *dicta l. vnica*, cum qua primus venditor possidebat, & decisum negatiuè memorat, commendatquè *Thor. in suo compend. decis. verbo, vidua, par.* 1. *Mari ad Grāmm. decis.* 20. *n.* 6. & fauent, quæ idem met *de Frāch.* cumulat *in decis.* 192. etiam si fuerit dictum (proūt meliùs, & pleniùs prædecessores tenuerunt) & pateat illos habuisse in specie cognitionem contra miserabiles personas, *Carleual nu.* 581. *Pres. Merlin. contrau.* 86. *lib.* 1. *qq. for. Nouar. de elect. fori, par.* 1. *sect.* 4. *q.* 8. *& par.* 2. *sect.* 3. *q.* 4. sed contrarium firmat *Capiblanc. in pragm.* 8. *num.* 30. *de Baron. par.* 1. *to.* 1. quem insequitur *Danz. de pugn. DD. tit. de priuil. cap.* 2. *tom.* 2. & iterùm *ad Gramm. decis.* 20. *n.* 1. & quod hoc priuilegium magno Principi elargitum non transeat in singularem successorem inferiorem, scribunt *de Franch. decis.* 125. *num.* 1. *& decis.* 275. *à num.* 7. *Viu. decis.* 208. *Carleual num.* 581. *Nouar. add. sect.* 3. *par.* 2. *q.* 5. quibus contradicunt *Rouit. in prag.* 1. *num.* 43. *vbi de delict. quis conuen. deb. Danz. add. tit. de priuil. cap. fin.*

22 Ad mulierem quoq; nuptam dilatari præsentis *Ritus* regulam arbitramur. Viro tamèn inhabili, bannito, nempè, perpetuis triremibus addicto, aut capto ab hostibus, teste *Glos. in l. fin. vers. orbata*, illicq; *Salyc.* & alij, *Cod. ad l. Flauiam de plag. Iason in l. si is qui pro emptore, n.* 186. *ff. de vsucap. Catta in suis memorab. verbo, vidua, Nauar. in cap. hac autem, in princip. num.* 4. *de pœnit. distinct.* 1. alijquè multi relati per *Marchis. in tract. de commiss. tit. de Auocat. causar. par.* 2. §. 2. *nu.* 36. *tom.* 2. *Sylu. nuptial. lib.* 6. *num.* 30. *Scaglion. in hoc Ritu nu.* 22. *Amat. cons.* 15. *num.* 17. *Gaill. lib.* 1. *obseru.* 1. *num.* 44. *Fusc. in singul. lit. M. num.* 41. *Viu. dec.* 297. *num.* 3. *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. cap.* 47. *num.* 23. etiam ad illam,
23 quæ cum viro diuortium fecerit, *Caran. cit. loco, sub nu.* 21. ex *text. in l. vir mulieris, ff. de donat. int. vir. & vxor.* dummodò diuortium ipsum non eius culpa sequutum fuerit, idem *Carauita* notat *num.* 23. & insequitur *Thor. p.* 2. *compend. decis. verbo, Electio fori ān competat*, & conferunt tradita à *Capibl. de Baron. pragm.* 1. *num.* 133. *Matt. Brun. de cess. bonor. q.* 28. *p.* 4. *Fusc. sing.* 38. *lit.* P. & àn mulier, quæ habet virum longo tempore absentem, affirmatiuè respondimus, ex *Bal. in cit. l. fin. C. ad l. Flau. de plag. Viu. decis.* 297. *nu.* 3. *Nouar. de elect. for. par.* 1. *sec.* 2. *q.* 7. *n.* 7. & confert *text. in cap.* 2. §. *Sed nequè illud, extrà, de translat. Episcop.* & decisum fuit per S. C. in causa Isabellæ Tre-

sca terræ Bari, cum Camillo Effrem, & Cecilia Taurisano, sub die 9. Martij 1660. *referente Dom. Consiliario Honufrio de Palma*, in banca Lauiani; Patrocinante pro Isabella doctissimo D. Antonio Hodierna, meritissimo filio D. Consiliarij Io. Baptistæ.

Addimus *Cancer. eod. cap. 2. num. 8. & Dom. Consiliar. Carleual. add. loco num.* 540. qui etiam memor est *Caranit. Rit. 19. num. 22.* Etenim vidua tametsi verè non sit, quemadmodum, nec beneficium existentis in triremibus vacare, scripsit *Campanil. in suo diuers. Iur. Canon. rub. 11. cap. 33. à num.* 29. attamèn quia inutilis sibi est vir ille, ac si eum non haberet effingitur, & vidua dicitur à *Glos.* & alijs commemoratis *DD.* non secus, ac beneficium, cui prouidebitur de œconomo, vt eo in loco idem *Capibl.* scripsit.

Ac propterea antè narratum priuilegium extendi ad virginem, quia viro caret, iustè existimarunt *DD.* præsertim *Natta cons. 590. Milanens. decis. Siciliæ 5. nu. 2. lib. 2. de Franch. decis. 18. num. 1. & 10.* atq; post alios memorat adductus *Marchis. eod. §. 2. n.* citatusq; *Cancer. eod. cap. 2. num. 9. Valasc. de priuil. pauper. par. 1. in præfat. num. 9. Vezin. inter commun. opin. lib. 3. tit. quand. Imperator, num. 3. Giurb. dec. 82.* etiam si virgo ætate maior sit,

24 cum priuilegium concedatur qualitati virginali, quicquid aliter dicat *Danz. de pugn. DD. tit. de remiss. causar. cap. 6. num. 25 to. 1.* quem improbat *Nouar. add. tract. par. 2. sect. 2. q. 6.* & tradunt *Viu. decis. 65. Mastrill. decis. 127. n. 8. Castill. decis. 48. num. 11.* adhùc si corrupta fuerit, si tamèn experiri velit aduersus eundem stuprantem, *de Franch. decis. 599. Caraui ad Rit. 19. num. 25. Ricc. collect. 1. & collect. 137. Nouar. in add. prax. sect. 1. q. 11. num. 2. Capibl. prag. 8. par. 1. num. 329. Paschalis p. 2. cap. 2. num. 95. Gizz. ad Capyc. Latr. decis. 54. num. 8.* & summis labijs de-

25 libauit idem *Marchis. nu. 41.* subdens, dilatari ad virginem, & viduam desponsatam per verba de futuro, suffultus doctrina *Isernia, Affl.* & aliorum, *in constit. statuimus*, necnon aliorum plurium *DD.* quorum nomina, & loca commemorat, sub dicto *num. 41.* aliosquè laudat *Consil. Carleual num. 539.*

26 & àn prædicta militent in virgine sub patris potestate constituta, dissonæ sunt *DD.* sententiæ, nam contra virginem respondere *Horat. Visconti ad de Frāchis decis. 100. Gratian. discept. forens. cap. 421. num. 69. tom. 1. Reg. de Marin. in responso impresso* apud *Nouar. add. par. 2. sect. 2. q. 8. num. 1.* & infertо inter *quotid. resol. cap. 338. lib. 1. Reg. Capyc. Latr. decis. 54. num. 5. par. 1.* sed in gratiam virginis, reprobato *Visconti*, respondent *Reg. Rouit. decis. 49. num. 11. Carleual cit. loco, num. 532. Anichin. de præuent. instrum. q. 3. cap. 3. sub num. 48.* & tradunt *Muscatell. in prax. S. C. lib. 1. par. 2. Glos. competens, n. 51. Nouar. p. 2. tract. elect. fori, sect. 2. q. 7.* licèt titubauerit priùs, *par. 1. eiusdem tract. q. 13. sect. 2. num. 3. in vltima edit.* & distinguit *Danza de pugna DD. tit. de remiss. caus. c. 6.* & post alios *Franc. Maria Prat. lib. 1. discep. for. c. 13.* sigillatim occurrēs argumentis adductis per *Dom. Reg. de Marinis*, & notat ad *Paschal. p. 2. c. 2. verb. Præcedēti.*

27 Hactenus de vidua, & virgine noster fuit sermo? quare ad pupillum secundo loco mentionatum in verbis *Ritus* nùnc progredimur, atq; regulam eandem constituimus, attento etiā Iure communi, quoquidem frui priuilegio, & variandi asserimus, virtute eiusdem *l. vnica, Cod. quand. Imper. inter pupill. & vid. Thom. Valasc. alleg. 85. n. 11. Barbos. in collect. DD. ad cit. l. vnic. num. 33. C. quand. Imperat. Perez de Lar. in compend. vit. homin. c. 21. nu. 1. Rot. Rom. post tract. Post. de subhast. dec. 34. num. 1. & dec. 49. num. 2. Castill. controu. iur. lib. 3. cap. 15. n. 17. Intrigl. de cens. q. 62. num. 3. Affl. dec. 20. & decis. 257. Benincas. in tract. de priuileg. paupert. q. 4. num. 12. Borrell. in summ. decis. tit. 56. num. 7. Ciarlin.*

con-

controu. forenſ. tom. 1. cap. 102. n. 6. & *cap. 170. num. 4. Ricc. collect. 2411. Reg. Rouit. deciſ. 27. ſub num. 10. Reg Sanfelic. deciſ. 134. num. 2. to. 1. Danz. de pugn. DD. tit. de official. in genere, cap. 12. n. 6. Baron. de effect. minor. ætat. effect. 41. num. 1.* aiuntq; omnes, quos retulimus Authores ad eandem comprobandam in vidua regulam.

Eaq; ampliatur primò ad pupillũ diuitem, ſicuti, & ad viduam diuitem illic extendimus, nam ijdem Auctores eandemmet extenſionem in pupillo procedere dixerunt; necnon *Couarr. pract. qq. cap. 6. num. 2. Niger in cap. Regni,* exordiente, *quod decretum, num. 12. Gratian. cap. 63. num. 15. & cap. 182. à num. 1. Aluar. de priuil. paup. p. 1. q. 52. à num. 36. Muta conſuet. 3. nu. 42.* hacquè fruitur prærogatiua pupillus, tàm actiuè, quàm paſſiuè, ſiuè ipſe conueniatur, ſiuè alium conueniat, *Couar. pract. qq. cap. 7. num. 5. Azeued. lib. 8. num. 9. tom. 3. lib. 4. recopil. Perez add. loco, ſub num. 7. Carleual cit. num. 592.* etiam ſi ſit vxoratus, *Nouar. de elect. fori, par. 2. ſect. 2. q. 1.* quin, etiam ſi pupillus, pendente lite fiat maior, dilatant *Carleual add. loco num. 618. Baron. de effect. minor. ætat. effect. 41. num. 35.*

Sed pupillus quis verè dicatur, vt cognoſcamus gaudere debentem iſto priuilegio, ob id, quod pupillus eſt, & *Pomponius* ſcripſit, pupillum eſſe, qui cum impubes eſt, deſinit in patris poteſtate eſſe, aut morte, aut emancipatione, & ſequitur *Gl. 1. indicata l. unica*, & conſecutiuè, dicendum videtur, eum tantùm priuilegio *add. l. unica* potiri, qui caret patre, & decimumquartum non excendit annum.

28 Hinc minorẽ annis 18. ſed maiorẽ annis 14. electionis priuilegio non gaudere, *Cauenſ. in pragm. curſum dilationum ſub n. 28.* ſcribit *de Franch. deciſ. 100. num. 16. & 17.* ibiquè *Viſconti, in add. ſub num. 17.* memorans, ita deciſum, quamquè ſuſtinent aleam *Ricc. collect. 2360. Nouar. in add. prax. de elect. & variatione fori, par. 1. ſect. 2. q. 4. à num. 5. & par. 2. ſect. 2. q. 40. & q. forenſ. 126. num. 1. par. 2.* necnon in *collect. ſuper prag. in rub. de infantib. perditis, num. 5.* improbans *Rouiti* indicandam *deciſ. Epiſcop. Ricc. collect. deciſ. 2360. Capiblanc. in prag. 8. par. 1. num. 314. de Baron. Thomat. deciſ. Ret. Macerat. 85. num. 39. Thor. p. 1. comp. deciſ. verbo, Minor annorum decem, & octo, & par. 3. ſect. 2. verbo, Minor annis decem & octo, & voto 66. num. 25. Galiupp. in prax. S. C. par. 2. cap. 6. num. 3.* & in terminis huiuſce *Ritus* inuehit contra tempora non diſtinguentes, *Nicolin. Anton. de Palma in diuerſ. iur. comm. & Regn. gloſ. 16. num. 1.* quem laudat *Reg. de Marinis,* quæſtionem hanc ſatis controuerſam præconizans, *lib. 2. quotid. reſol. cap. 47. nu. 16. in fin.* & neutram opinionum, indiſtinctè ſumptam, arbitratur veram, *Aluar. Velaſc. de priuil. pauper. p. 3. q. 5. à n. 7.*

Contradicit verò *Paſchal. in tract. de virib. patr. poteſt. par. 2. cap. 2. ſub n. 92.* auctoritate *Couarr. cap. 6. pract. qq. n. 2.* qui praxi obtentum eſſe addit, cuius doctrinam notabilem eſſe ſcripſit, nec alibi reperiſſe fatetur eò in loco *Paſchalis,* quem inſectantur *Reg. Rouit. deciſ. 27.* deciſum tradens, & *Reg. Sanfel. deciſ. 134. lib. 1.* & iterùm *deciſ. 274. lib. 2.* alteram S. C. determinationem recẽſens memoratam à *Thor. in ſupplem. compend. dec. verbo, Electio fori àn competat, Andr. controu. 235. tom. 3. Ciarlin. memor. cap. 170. num. 49. Ioan. de Xart. dec. 68. Carleual add. q. 6. ſect. 7. num. 532.*

Omnes quaſi innituntur auctoritate *Couarr. cit.* quem ſimplicitèr ſequitur *Azeued. lib. 4. nouæ recop. tit. 3. l. 9. in verbo, Que con eſtos,* at *Couarr.* ad id dicendum, ni fallimur, impellitur Regijs *ll.* quas continuò ſubijcit, ait enim, *Praxis verò hoc priuilegium recepit etiam in minore vigintiquinque annis, qui patre ſit orbatus, nam, & Regia l. 14. &c* etenim illa dictio, *nam,* præſefert rationem, & cauſam, ob quam antecedentem retulerat concluſionem

Ra-

Rationem verò, qua idem *Paschal.* eiusq; sequentes fulciuntur, vt priuilegia omnia pupillis concessa extendantur ad quemcunq; alterius gubernio, & administrationi suppositum, restringi opinamur ad eum casum, quo non fuerit aliter de iure sancitum, ac proptereà cesset in Regno respectu iam dicti priuilegij, stantibus verbis nostri *Ritus*, & sequentis, necnon *Rit.* 233. Pupillo illud concedentibus, ergo carenti genitore, & pubertate, qui propriè pupillus dicitur ex anteà relatis, aut ad summum existenti in pupillari ætate, & habenti patrem, quia impropriè pupillus dicitur, teste eadem *Glos.* 1. per *tex. in l. fin. §. pupillus, ff. de verbor. obligat. & l. si infanti, §. pen. C. de iur. deliber.* quemadmodum in facti themate obseruatum in Senatu Cathaloniæ, memorat *Canter. in add. cap. 2. nu.* 13. quod tamèn non admittitur in Regno ex relatis hactenus, & *dicta decis. de Franch.* 100. & 671. *Rouit. decis.* 49. *num.* 1. *Carleual, num.* 531. & 536. denegantibus hoc priuilegium impuberi in potestate patris existenti, quod confirmant *Capiblanc. prag.* 8. *nu.* 312. & alij apud *Baron. add. effect.* 41. *n.* 38.

29 imò, & si patre orbatus sit, Auum verò habeat, cui subsit, id ipsum decisum meminit idem *de Franch. decis.* 671. *par.* 4. & *Thor.* tangit *in compend. decis. to.* 1. *verbo, pupillus existens*, necnon *cit. Capiblanc. in pragm.* 8. *à nu.* 312. & 326.

Cumquè sit huius *Ritus* dispositio exorbitans à iure communi, non debet extendi de persona in personam, *Villagut. in tract. de extens. legum. in tit. de extensione legum exorbitantium de iure communi, num.* 12. & 16.

30 Vacillat tamèn animus in eo, quod si pupillus dici nequit, orphanus tamen iustè appellitatur, qui patrem non habet, & decimumquartum excessit annum, si citatus *Couarr.* ex *Valla*, & alijs rectè deducit: quin *Gregor. Lopez in l.* 41. *verbo, Los huorfanos, num.* 13. *tit.* 18. *par.* 3. apertis tutatur verbis, quos quidem orphanos inter miserabiles personas numerari, asserunt *Feller. in Constit. Regni, lege præsenti, n.* 3. *sub rubr. de Iustit. & Iur. Mart. de Iurisd. p.* 2. *cap.* 21. *Escobar. de ratiocin. administr. cap.* 70. *num.* 60. itaq; si non gaudet tanquam pupillus, citrà dubium gaudebit tanquam orphanus, quem potiri fauore *d. l. vnica* scribunt citati *Martha, Escobar.* & alij plures.

Neq; *Ritus* Magnæ Curiæ antedicti pugnant; quandoquidem eligendi, & variandi licentiam non restringunt ad personas tantùm in eis memoratas respuendo alias, tùm ex iurium dispositione, tùm *DD.* auctoritatibus comprehensas, tametsi nos verba facientes in pupillis mòx dixerimus, eos *Ritus* loqui de pupillis, & proptereà intelligi de eis, qui verè ità nuncupantur, excludendo reliquos impropriè ità appellatos, idq; ex vi interpretatiua verborum; Reliqui verò, vel expressè, vel tacitè non comprehensi sub verbis *Rituum* dicendi minimè sunt priuati iam dicto priuilegio, sed illo gaudere omnes, & quoscumquè, quibus iura, aut Doctores indulserunt beneficium illud eligendi, & variandi, & consecutiuè orphanis ipsis, quibus id concedi ab aliquibus Auctoribus speciatim affirmantibus, asseruimus, necnò ex alijs generatim asserentibus, eos esse miserabiles personas; eaquè proptèr pernecessarium consequens, Doctores antedictos includere illos frui priuilegio eiusdem *l. vnicæ*. Verùm vt dicantur

31 orphani, oporteat eos esse vtroquè parente orbatos, iuxtà sententiam *Gram. in ead. Constit. n.* 2. àn patre tantùm iuxtà verba dicti *Escobar.* relinquimus cogitandum, cum nonnulli *Gram.* sententiæ assentiantur, ac vulgi suffragatur opinio; & quid si habeat patrem Religiosum, inquirit *Nouar.* affirmatiuè respondens, *add. tract. par.* 2. *sect.* 2. *q.* 2. vel sit foriudicatus, ad triremes condemnatus, aut incurabili infirmitate oppressus, *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resol. cap.* 47. *nu.* 23. quid verò, si alio modo sit inutilis, resoluas ex *Glos. in l. fin.*

fin. C. ad l. Iul. de plag. verbo, Orbitates, Nouar. q forens. 126. à nu. 2. lib. 1. Baron. add. effect. 41. num. 40. & quis verè dicatur orphanus, vltrà adductos, pleniùs pertractant *Castill. controu. iur. lib. 3. cap. 25. sub n. 27. Gratian. lib. 1. discept. cap. 182. & lib. 5. c. 666. Nouar. in prax. elect. par. 1. sect. 2. q. 1. & 2.*

32 An autèm hæ personæ priuilegiatæ valeant forum eligere ad trahendum administratorem pro redditione rationum, quæ alias in loco administrationis fieri debet, ad *text. in l. fin. C. vbi de ratiocin. tàm public. quàm priu. ag. oport. Berart. in specul. visitat. cap. 23. n. 190. Gratian. decis. 180. Auend. de exeq. mandat. cap. 1. num. 16. Thor. in suppl. compend. decis. verbo, Tutor, & par. 3. sect. 1. verbo, administrationis.* Negatiuè scripserunt *Gratian. in add. ad eius decis.* inclusas cum 1. *tom. discept. forens. decis. 180. n. 6. Escob. add. cap. 7. num. 56. Consil. Paschal. par. 2. cap. 2. num. 109. Salgad. in labyr. credit. par. 6. à nu. 93. Nouar. in prax. elect. fori, sect. 2. quæst. 17. & de grauam. vassall. to. 2. grauamin. 26. Consil. Carleual to. 1. de Iudic. q. 6. sect. 7. num. 651. Consil. Rocc. to. 1. respons. not. 100. de societ. mercat. nu. 211.* & relata *de Franch. dec. 607. & Reg. Sanfelic. decis. 134. lib. 1. num. 7.* insequitur, qui in illo facti themate decisum memorat per S. C. in causa Matthæi, & Sebastiani Riuera, fieri discussionem computorum in partibus, qua facta, transmittatur ad S.C. in quo decidantur dubia, considerauit namqi supremum illud Tribunal in loco administrationis sufficientem instructionem, testimonia, & documenta faciliùs præstari posse, teste eodem *Reg. Sanfelic. num.* 8. cuius meminit *Thor. in supplem. compend. decis. verbo, Electio fori competens* (estquè mihi profectò mirandum, quomodo *D. Cons. Rocc.* vltimus scriptor de *Reg. Sanfelic.* mentionem nullam egerit) quæquè computa etiam reddenda sunt in loco administrationis, si ille, cui reddendæ sunt, sit ciuis Neapolitanus, vt post alios, notant *Nouar. in add. tract. sect. 4. q. 34. num. 1. & add. grauam. 26. num. 3. Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 113. num. 5.*

33 Et possit nè *l. vnica* priuilegio vti debitor concursum volens formare eius creditorum, *Salgad.* tangit *add. tract. par. 2. cap. 2. §. 2. à nu. 28. ad 43.* & illud denegari in Iudicio dilationis quinquennalis, notant *Calà de mod. articuland. Glos. 1. num. 97. Vin. dec. 82. Afflict. & Vrsill. decis. 380. Muscat. in prax. S.C. Gl. veniens, n. 100. p. 2. lib. 1. Nouar. add. prax. par. 1. q. 24. n. 3. sec. 4. Donad. de renunc. cap. 28. num. 154.*

RITVS CCXXXI.

ITèm si pupillus, vel vidua trahit in ipsa Curia ciuilitèr, vel criminalitèr alium pupillum, vel viduã, & pupillus, vel vidua conuentus, vel conuenta velit declinare forum: renunciet ius commune: & actor sequatur forum Rei.

SVMMA RERVM.

1 *Priuilegia conquassantur, si priuilegiati concurrant.*
2 *Propterea priuilegiatus non vtitur electione fori contra alium æquè priuilegiatum, sed actor sequitur forum Rei.*
3 *Adeò quod, si non conueniretur in loco domicilij, nequiret in alium Iudicem consentire in præiudicium proprij Baronis.*
4 *Baro, & Vassallus sunt correlatiui, & proindè eorum neuter nequit alteri præiudicare, in cognitionibus causarum, & remissionibus petitis.*
5 *Regula, quod priuilegiatus non trahat alium priuilegiatum, indistinctè accepta*

cepta veritate non nititur.

6 *In Senatu Cathaloniæ indiscriminatim conceditur.*

7 *Præfertur habens priuilegium naturale habenti accidentale.*

8 *Etiam priuilegiatus,qui aliqua rationabili causa iunaretur.*

9 *A veritate est alienum dictum Carau. quod magis priuilegiatus forum non eligat contra minus priuilegiatum.*
Perpēdūtur prasēs Ritus,& alter 228.

10 *Clericus offensus habet electionem fori contra viduam.*

11 *Huic priuilegio miserabiles personæ renunciare ān possint.*
Iuramentum contra bonos mores non obligat.

12 *Illud priuilegium dicatur personale, vel reale, remissiuè.*

13 *Post litem contestatam, & conclusum in causa eligere, vel variare ān possint personæ priuilegiatæ,inquiritur, & praxis subnectitur.*

1 RAtio, qua foueri potest nostri Ritus obseruantia videtur illa, quod tùnc conquassātur priuilegia, *l. sed & milites*, vbi *Bar.ff.de excus.tutor,§.sed hoc præsenti, Auth. de Sanctiss. Episc. cap.cum causam,de probat. Bal.in l.2.C.de priu. fisc. Milan. decis.3. nu.132. lib.2.Castag. in tract. deduct. ne eg. q. 1. ampliat. 2. Mastrill. decis. 164. num. 19. Castill. decis.215.num.33. Tap. in l.fin. de Constit.Princip.par.2. n.18. Giurb. dec.82.n.8.Burg. de laudem.p.3.inspec: 4. num.15. Pres.de Franch.decis.188.* quem laudat, & doctissimum præconizat *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.10. num. 24. & præsumpt.121. num.6.* & rursùs idem *de Franch.decis. 553. num. 1. & 4. Vin. decis.49.sub num.1.lib.1. Couarr. pract. qq. cap.7. à n.4.* idem *Milanens.decis. Sicil.5.n.1. lib.2. Decian. cons.126.in princ.vol.3. Palma* huius *Ritus* memor, *in diuers. iur. commun.& Regn. Glos.16. num.7. Reg. Galeot. lib.2. contron. 71.num.7. Reg. de Marin. lib.2. quotid. resolut. cap.47. num.2. Ricc. collect.1.& decis. Car. Archiepisc.69. num.8.par.3. Salgad. in labyrinth. credit. par.1. cap.7. num.46. Muscat. in prax. S.C. lib. 1. par.2. Glos. competentes, num.86. Io: Maria Nouar.in tract. de elect. & variat. fori, lib.1.sect.3. cap. 62.* atquè non tantùm genericè loquens, ac speciatim in multis consimilibus priuile-
2 gijs,verùm etiam in hoc priuilegio trahendi, in quo nequeat suo fauore vti aduersus alterum illo eodem gaudentem, atq; ideò præualeat altera euulgata iuris regula hoc in *Ritu* memorata, quod Actor sequatur forum Rei, quam, & *Capyc.* etiam refert *decis. 18. nu. 1.* itaquè conueniendus coram suo Iudice domicilij,in tantùm quòd si ali-
3 bi conueniretur, nequiret in illum consentire in præiudicium proprij Baronis, vt hic *Carauita* aduertit *n.2.* & copiosè *Soccin. in cap.ex transmissa, n 38.de foro competent. Ias.in l. 1. §. post operis, ff.de nou. oper.nunciat.Afflict.dec.155. in fin.* ibiquè *Vrsill.num.3.Boer. decis. 114. num.5. Capyc. decis. 9. num.15. Guid.Papeus decis. 275. num.3. Andr. Gayll. obseru. 40.num.8. lib.1. Osasc. decis.78. per totam,* maximè *num.12.& 13.* perbellè *de Franch. decis.417.n.2. Giurb. cons.crim.95. num. 8.Carau.*adducens,*Muscat. add. Glos. competentes, num.49. & Afflict. in cap.Imperialem, §. præterea inter duos, num. 25. de prohib. feud.alien. per Feder.* vbi modum suppeditat Baronibus, quo vti debent pro repetendis vassallis, & *Reg.Rouit. in eius apostilla manuscripta ad Carau. hoc in Ritu num. 2.* quam seruo, hæc verba scribit. *Ita fuit decisum per S.C. referente Domino Fenice,in causa Dorifica de Alfano Vidua cum Antonio,& Iosepho de Alfano pupillis: post quorum contumaciam ad pupillorum instantiam fuit eis denegata remissio,sed subintrāte postea Marchione Vasti, & in specie allegante, quod priuilegia erant cōquassata, fuit causa remissa ad Officiales Marchionis. Actuario Roppolo.* Hęc ille. Non secus, ac, & in casu contrarium decisum meminimus in causa Beatricis

de

de Angelo, cuius Baro consenserat, vt illa puniretur per Magnam Curiam, namquè id facere nequiuisse, resolutum fuit, per *Gl. in cap. fin. ad verbum duos, de prohib. feud. alienat.* per *Feder.* ibiquè *Isern. num.* 78. præsertim quod vassallos detractare videbatur, et si vassallus præiudicium afferre Baroni non valet, vt diximus, itidem, & Ba-
4 ro vassallis, cum Baro, & vassallus sint correlatiui, ideòquè in vno sancitum, & in altero dispositum censeatur, per *l. fin. C. de indict. viduit. toll. l. fin.* vbi *Bar. de acceptil.* latèq; *Dec. in l.* 1. *C. de in ius vocand.* ex quibus ita resolutum fuisse in gratiam vassalli, dicit *de Frãch. dec.* 541. *vol.* 5. vt Baro habens priuilegium cum specifica derogatione *cit. l. vnica*, non possit renunciare in præiudicium vassalli, petentis, remitti ad eius forum, insequuntur *Capibl. de Baron. prag.* 8. *p.* 1. *n.* 48. *et* 230. *& prag.* 19. *n.* 38. necnon *tom.* 2. *c.* 98. *n.* 4. *Carau.* citans, *Prat. ad Musc. loc. mòx add. Giurb. dec. Sicil.* 96. *num.* 23. *Paschal. de patr. potest. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 107. quin in *prag.* 2. *vbi de delict. quis debeat conuen.* prouisum est vassallis ipsis, nè extrahantur in prima instantia à proprijs domicilijs, tangitq; *Reg. Rouit. ibid.* & nos latioribus habenis tractauimus super *Ritu* 46. & alibi.

5 Quin, memorata regula ex hoc *Ritu*, & altero 228. desumpta, quod priuilegiatus nunquam eligat forum, aliaq; non gaudeat prærogatiua contra paritèr priuilegiatum, indiscriminatim accepta, veritate non nititur, etenim indi-
6 stinctè illã Senatũ Cathaloniæ concedere, scriptum reliquit *Cancer. var. resol. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 23. cuius meminimus in *Rit.* 228. *sub n.* 3. cumq; insequitur *Petr. de Lar. in compend. vit. homin. c.* 21. *sub num.* 32. & etiàm seruari in hoc Regno tradit *Capibl. in prag.* 8. *num.* 350. *de Baron.* Alii prælationem tribuunt ha-
7 benti priuilegium naturale ætatis contra habentem accidentale, & propterea pupillo licere vocare viduam, vel aliam personam miserabilem, licèt non alium pupillum, scripsere *Alciat. in l.* 2. *n.* 36. *de verb. signif. Affl. in Const. Regn. constit.* 4. *num.* 14. *Muta consuet.* 13. *num.* 16. *Fab. in C. quand. Imp. defin. vnic. Soto mayor contron.* 25. *num.* 28. *lib.* 3.

8 Nonnulli etiàm illam concedunt priuilegiato illi, qui aliqua rationabili causa iuuaretur, tanquam duplici vinculo ligatus, ad *tex. in* §. 1. *Auth. de consang. & vter. frat. Iacob. de Aren. in l. si ventri, in fin. de priuil. cred.* & non contradicit *Tap. in add. l. fin. cap.* 8. *nu.* 20. quem insequitur *Baron. de effect. minor. ætat. effec.* 41. *num.* 51. Viduam idcircò pro repetitione dotis aduersus pupillum illa frui, vti nixam duplici priuilegio, personæ, scilicet, & rei, scripsit ex *Fabr. in C. defin. vnic. lib.* 3. *tit.* 13. *Aluar. Velasc. de priuil. paup. p.* 1. *q.* 52. *sub num.* 64. *& p.* 3. *quæst.* 3. *sub nu.* 44. *vers. pro vidua*, sicuti agentem iure proprio aduersus alium priuilegiatum iure cesso, *Velasc. cit. q.* 52. *num.* 60. *Marches. de commiss. p.* 2. *de commiss. auoc.* §. 2. *num.* 79. *Salgad. add. loco num.* 51.

9 Vndè à veritate est alienum, effatum *Carau. in Ritu* 228. *num* 3. (ad quod firmandum allegat *Affl. in Cõstit. Regn. Statuimus, num.* 19. & insequuntur *de Franch. dec.* 553. *Capibl. de Baron. prag.* 8. *num.* 170. *tom.* 1. *Visconti ad Franch. dec* 188. *Ricc. collec.* 300. 348. *&* 2308. hunc *Ritum* exornãs, *Muscatell. in add. Glos. competentes, num.* 8. *Nouar. add. q.* 62. *num.* 12. multos casus de iure communi distinguens) quod siuè Actor sit priuilegiatus maiori priuilegio, quam Reus, siuè non, nunquam priuilegiatus contra alium priuilegiatum forum eligat, etenim præferri personam, quæ maiori priuilegio præfulgeat, ex *Luc. Affl. & Auo meo ad Capyc. dec.* 160. *num.* 2. scribit *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resol. cap.* 47 *num.* 14. improbans *Carau.* & subnectens, nullo pacto illius opinionem comprobari ex generali negatiua memorati *Ritus* 228. quod nullus priuilegiatus trahat alium priui-

legiatum. Imò *Affl.* ipse *in dec.* 56. decisum tradit, Curialem S.C. posse trahere Curialē M.C. Admiratiæ, vti digniorem ratione maioris Tribunalis, cui deseruiebat.

Nec generalitas *memor. Ritus* 228. officit, cum non disponat, quod priuilegio maiori præfulgens non trahat alium priuilegiatum, intelligitur proptereà terminis habilibus, iuxtà ius cōmune, idquè expresfè deducitur ex hoc *Ritu*, qui conditus videtur ad explicationem antecedentis *Ritus* 228. sermocinatur enim in pupillo, & vidua, vt ille non possit trahere alium pupillum, & illa aliam viduam, & sic vniformè priuilegium habentes, altèr enim si esset ad illius explicationem, elusoria foret præsentis *Ritus* dispositio, vt in terminis obseruat *Thor. in supplem. compend. decis. verbo, electio fori facta per Clericum offensum*, & multa adducens, firmat, priuilegium electionis fori Cle-
10 ricis ratione Ecclesię impartitum maioris potentiæ, & efficaciæ esse illo concesso viduis, pupillis aliisq; miserabilibus personis, & proindè iure subsistere electionē in Clerici M.C. Sed àn huic priuilegio electionis fori miserabilibus
11 personis impartito renunciari possit in ipsorummet præiudicium, inquirit *Carau. num.* 4. & negatiuè resoluit, cuius sententiam insectantur *Caball, milleloq;* 699. *Neuizan. in sylu. nuptial. lib.* 6. *nu.* 37. *Bellug. in specul. rub.* 23. *verf. sed pone, num.* 9. *Thesaur. dec.* 177. *num.* 5. *Carau.* laudans, *Giurb. dec.* 42. *num.* 20. & 81. *num.* 5. *Castill. lib.* 3. *quotid. cap.* 25. *num.* 22. *de Franch. dec.* 192. *num.* 7. *Mandos. in consil. Roman.* 169. *lit. E. Masull. ad Capyc. dec.* 9. *num.* 18. & *dec.* 160. *nu.* 7. *Thor. p.* 2. *compend. decis. verbo, renunciari àn possit per viduam, Scacc. de appellat. q.* 7. *num.* 115. addens, hoc priuilegium originem trahere à iure diuino, constatq; id ex locis à *Consil. Carleual* relatis *de Iudic. tom.* 1. *disput. iur. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 6. *sect.* 7. *num.* 528. quiq; *num.* 598. *Carau.* aleam, ipso citato, insequitur, reprobato *Nouario* in contrariam sententiam inclinante, & parum sibi constante, *in prax. elect. fori, sect.* 3. *q.* 7. *ex num.* 5. & haud refragantibus congestis per *Dalner. in tract. de renunc. cap.* 6. *num.* 8. & *cap.* 2. *num.* 52. *Mising. cent.* 1. *obseru.* 88. *Gayll. lib.* 1. *pract. obser.* 1. *obseru. nu* 29. *ac obser.* 40. *n.* 1. *lib.* 2. & *de pac. publ. cap.* 2. *num.* 25. quin, nec ipso iuramento, vti contra bonos mores, *Muscat. add. loco, num.* 30. & *Capibl. in prag.* 8. *num.* 166. & àn illud
12 priuilegium dicatur personale, vel reale, inquirit *Nouar. in tract. de priuil. miserab. person. prælud.* 4. *à num.* 3.

Ex quibus deducit *Carauita nu.* 6.
13 quod etiam post litem contestatam, & post conclusum in causa, valeant tales personæ eligere sibi forum, & variare ab eo, cui consenserant, eiq; adstipulatur *de Franch. decis.* 100. *num.* 20. dicens, remittendam esse causam, etiàm appunctatam (vt eis verbis vtamur) & non dissentit *Foller. in prax. crim. rub. audiantur excusatores, antè num.* 99.

Contrarium nouissimè firmat *Io: Bapt. Mucci var. qq. forens. q.* 35. *ex Affl. in add. Constit. statuimus, nu.* 24. & *Muscat. in cit. Glos. competentes, p.* 2. *num.* 3. *in fin.* refellens *Carauit.* etenim, quamuis isti huic priuilegio renunciare non valeant, nequè cum iuramento, non tamēn benè infert *Carau.* posse hoc beneficium peti post litem contestatam, cum ibi miserabilis persona renunciaret priuilegio, hic autèm simplicitèr non vteretur, & occurrit *n.* 14. *decis. mem. de Franch.* & nequè hoc casu per viam restitutionis in integrum admitti priuilegiatos ostendit, *num.* 18.

Verùm opinionem *Carau.* in praxi seruari ipsemet *Muccia* fatetur *num.* 7. & *sub num.* 19. & notauit *Dom. Reg. de Marin. cit. cap.* 47. *in fin. lib.* 2. *quotid. resol.* sed quando, & quotiès, facta electione, liceat variare, latè dicemus in *Ritu* 233. & àn contumax electionem amittat, vti tacitæ fori declinatoriæ renuncians, negatiuè resoluit *Nouar. par.* 1. *de elect. fori, sect.* 46. *q.* 22. ex *Gallupp. in prax. S.C. cap.* 4. *num.* 39. *par.* 2. *tit. de*

con-

RITVS CCXXXII.

ITē quod omnes curiales dictæ Curiæ, ſiue ſint ad gagia ipſius Curiæ, ſiue non, omnes, qui dictam Curiā ſequuntur: vt aduocati, procuratores: & alij ſcriptores curialium priuilegio permittente, in ciuilibus, & in criminalibus cauſis, trahunt eorum aduerſarios in dictam Curiam: ſed ipſi in alijs Curijs non trahuntur, ad inſtantiam aduerſariorum ſuorum, vel ipſorum.

SVMMA RERVM.

1 *Rationi ſatis conſonum eſt, vt alicuius fori magiſtratus, ſi quid in controuerſiam adducendum habeant cum aliquibus, ad eamdem Curiam, in qua præfecti ſunt, aduerſarios ſuos compellere valeant.*

2 *Quam benè etiam prouiſum, tùm iure communi, tùm Rituum, vt Curiales æmulos ſuos ad M.C. trahant.*

3 *Curialium ſpecies tanguntur ad finem cognoſcendi, qui eorum gaudeat priuilegio trahendi, tanquam Curialis.*

Illorum appellatione, qui veniant, Romanam Curiam incolentes.

4 *Appellatione Curialium in hoc Ritu veniunt aduocati, procuratores, actuarij, Scribæ, Circitores, vulgo Capitanei di giuſtitia, Porterij S.C.*

5 *An ſollicitatores.*

6 *Sed àn hi gaudeant priuilegio trahendi, & quod non trahantur.*

7 *Curiales Magnæ Curiæ, & Regiorum Tribunalium Neapolis, àn etiam aliarum Curiarum gaudeant memorato priuilegio.*

An potiantur illo Officiales extraordinarij.

8 *Priuilegio gaudent Curiales, qui re ipſa Curiæ aſſiſtunt.*

9 *Reſidere àn dicatur abſens ad breue, & permiſſum tempus, ita quod eius teſtamentum rumpatur, teſtantis obitu extra reſidentiam virtute conſtit. Pij V. & alia ſubnectuntur.*

10 *Teſtandi facultas conceſſa à Summo Pontifice Vrbano VIII. Illuſtriſſimo Mario Philonardi, Authoris Auunculo, Archiepiſcopo Aueniouenſi, de aliqua pecuniarum quantitate, durante officio Nuncij Apoſtolici apud Regem Poloniæ, ſuſiſtat nè, firmaq; remaneat, quòd in Curia exercēs Officiū Conſultoris Sancti Officij, extra Nunciaturam, diem viderit vltimum.*

11 *Marius ab Vrbano VIII. Aueniouenſis Archiepiſcopus renunciatus eſt.*

Necnon ſupremi Sanctæ Inquiſitionis Præſidis, & Vicelegati munere Aueniione functus eſt.

12 *Anno 1635. ad Vlaſdilaum Poloniæ ac Sueuæ Regem, Nuncius deſtinatus eſt.*

13 *Eodem anno ad Ferdinandum II. Cæſarem miſſus fuit.*

14 *Nomine Pontificis maximi interfuit nuptijs Vladislai IV. Regis, ac Renatæ Ceciliæ Reginæ.*

15 *Ferdinandi III. Cæſaris coronationi etiam interfuit.*

16 *Anno 1643. è Polonia Romam reuocatus fuit, ibiquè Sacroſanctæ Inquiſitionis Officij Conſultor factus.*

17 *Pro hæredibus Archiepiſcopi ſcripſere doctiſſimi viri, qui recenſentur.*

18 *Poterat Marius de bonis proprijs diſponere, etiam inter viuos.*

19 *Ille dùm adhuc Romæ moraretur Nuncij munus apud Poloniæ Regem exercere dicebatur.*

Conſultores Sancti Officij in vrbe in Sanctæ Sedis ſeruitio eſſe dicuntur.

20 *Priuilegia Principis nō coarctanda, ſed dilatāda ſunt, & alia lepidè ad materiam adduntur.*

21 *Cardinalis Ennij, & Cardinalis Philippi Philonardi, necnō Pauli Emilij Archiepiſcopi Amalphitani, & Nūcij Apoſtolici in hoc Regno Neapolitano, Ennij Epiſcopi Firenſini, Alexan-*

dri Episcopi Aquinatis, & Marcelli, ad præsens viuentis, Episcopi etiam Aquinatis, & aliorum, mentio fit.

22 *Necnon Petrus Franciscus Philonardi Episcopus Anagninus D. D. Settimiæ Filonardi Authoris matris Frater Germanus, memoratur, illiusq; ortus, et occasus indicantur.*

23 *Sperat Author fore, vt aliquando Pontifex Maximus tantorum virorũ memor, et heredum iustæ causæ rationem habens, nobilissimam familiam, bonorum reintegratione pristino splẽdori restituat.*

1 RAtioni satis consonum censeo, vt alicuius fori magistratus, si quid in controuersiam adducendum habeant cum aliquibus, ad eandem Curiam, in qua præfecti sunt, aduersarios suos cõpellere valeant, quid. n. foret ex iure Iudicibus emolumenti, si, cum in cæteros iurisdictionẽ exerceant, nihil illis in eiusmodi euentu fauerent leges, quas tuentur, & grauamen ab alienis Curijs susciperent, earumq; sententijs obnoxios esse oporteret? Videtur id ratio ipsa expostulare, vt, vbi cæteris ius ministrant, iura sua illic Iudices æquari velint; Decet præterea ipsam fori dignitatem, vt ministros suos ipsamet puniat, si deliquerint; defendat, si quis aduersetur, & alienis iudicijs subiectos esse, minimè patiatur.

2 Ex quo facilè nunc intelligitur, quã benè etiam prouisum sit, vt æmulos suos omnes Curiales ad M. C. compellant, & vbi res suas, melius agi videant, illic pertractent, eisquè in aliena Curia vadimonium indici minimè possit.

Concordat hic *Ritus cum l. 1. C. de Curial. Vrb. Rom. lib. 11. l. ne ad diuersa C. de Silentiar. lib. 12. l. 2. C. de decan. eod. lib.* necnon cum *const. statuimus, & const. Magn. Cur. nostra*, & affirmant *Affl. dec. 56. Capibl. prag. 8. de Baron. n. 334. p. 1. Borrell. de Reg. Cathol. præstant. cap. 62. num. 5, Gratian. discept. forens. cap. 421. ex nu. 1. tom. 3. Muscatell. in prax. S. C. p. 2. lib. 1. Glos. competentes, num. 75. Marcell. Calà de mod. articul. Glos. 1. §. 1. nu. 90. Ann. sing. 401. Nouar. in prax. elect. fori sect. 2. q. 34. & q. 40. Carleu. t. 1. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 7. num. 589. Gallupp. in prax. S. C. p. 2. cap. 6. sub num. 66. Tasson. de antefat. vers. 3. obser. 3. num. 176.*

3 Perplures autèm Curialium species recensuisse, meminimus *Episcopum Cãpanilem in diuersor. Iur. Canon. rub. 11. cap. 24. num. 1.* nos tamen aduertimus, Curiales generatim sumptos dici omnes Curiam sequentes, & ita nuncupatos, quod Reipublicæ curam gerant, teste *Marco Ant. Surgent. de Neap. illustrat. lib. 1. cap. 17. num. 39.* speciatim verò in duas findi species, idque attenta Curia, quam insequuntur. Altera siquidem est Curia iustitiæ, & Officialium illius. Altera verò est Curia Romana, vt videre cuiq; licet apud *Tusch. concl. 1113.* illa igitur, & prior Curialium species amplexatur frequentes iustitiæ, & officialium Curiam, altera autem, & posterior species continet eos, quos Aulicos propiori nomine appellitant Romanam Curiam incolentes, de quibus, idem *Tusc.* fatetur *conclus. 1115. & 1116.* quorum sub specie venire etiam Cardinales, docet *Oldrad. consil. 211. & 293. & Mandos. in 5. reg. Cancell. q. 3. n. 5.* & gerentes munus Consultorum Sanctæ Inquisitionis in vrbe, *Franc. Ferentilius in annotat. ad dec. Buratti 540. n. 23. ex Mandos. ad cit. reg. 5. Cancell. Simancas Catholicar. institut. tit. 31. Comensis in Lucerna Inquisitorum, verbo, officiales, Ioannes Desloix in specul. inquisition. Bisuntinæ, textu 27.* & multa ad exornatum Bullæ Eugenij IV. ad fauorem Curialium vrbis Romæ, scribit *Nouar. p. 2. de elect. fori q. 19.*

4 At noster *Ritus*, & alij plures, dũtaxat primam amplexantur speciem, si eius verba illa attendamus. *Vt aduocati, cum seqq.* quibus nomen istud exemplificat in aduocatis, procuratoribus, & Curiarum scriptoribus, & si exempla non restringunt per vulgatam regulam omniũ ore probatam, indè sequitur, non ad il-

los

los tantùm restringi obseruantiam huius *Ritus*, cum etiam illius fauore alij complures potiantur, eo quod Curiales sine dubio reputentur memorati à *Campanil. in d. cap.* 24. & propterea eorum appellatione Actuarios comprehendi, dictoq; priuilegio gaudere, non sine ratione scripsit *Anna sing.* 48. *Ricc. collect.* 2312. aitquè *Matthæus Patignus in suo tractatulo de Iudice, & priuil. Milit. in calce, num.* 26. quem quidem tractatulum rescripsit *Reg. Rouitus in suis commentarijs ad pragm.* 15. *de milit.* suffultus *decis. de Franch.* 407. *num.* 4. *& dec.* 679. & Scribas monet *R. Sanfelic. dec.* 291. *num.* 20. *lib.* 2. *Reg. Tapia in cit. constit. statuimus num.* 16. quin, & porterios Sacri Consilij addit, innixus decisione Collateralis Consilij relata per *Regentem de Ponte in dec.* 36. *num.* 7. nec non circitores, seù apparitores, vulgò *(Capitanei di giustitia) Reg. Sanfelic. dec.* 250. *nu.* 5. estq; *text. in l.* 2. *C. de off. Mag. milit. Reg. Tapia dec. S. C.* 13. *num.* 7. *Reg. de Ponte mem. dec.* 36. *n.* 8. & rationem affert *Io: Garf. de nobilit. Glos.* 48. §. 4. vt propterea M. C. V. iurisdictionem priuatiuam in suos seruientes, & Curiales habere, illudq; priuilegium eorum delicto, nullatenus amitti, scripserint *Præs. Merlin. centur.* 2. *controu. forens. cap.* 64. *Reg. Sanfel. add. dec.* 250. *D. Iulius Mastrillus*, tunc Fisci patronus in M. C. *alleg.* 94. *in t.* 3. *qq. forens. Reg. de Marinis*, aduersus tamen prædicta in illo facti themate calamum arripuit *Reg. Capyc. Galeota resp. fiscal.* 1. & de omnibus meminimus *in Rit.* 1. *n.* 26. *tom.* 1.

5 Et si dicamus, sollicitatores quoquè illo frui, ab errore forsàn procul nò erimus, cum illos numeret *Mandos.* inter verè Curiales, *in fine add. num.* 5. quos officiales insupèr ita dici, & esse, asserit, & consecutiuè eodem gaudere iure, credit *Vin. in eius decis.* 65. *num.* 7. *Reg. Tap. in Constit. statuimus, nu.* 17. nec de ea re dubitauimus vnquam, ob rationem candem in eis militantem, qua demandatum id apertè reperitur in procuratoribus, & aduocatis, quamquè *Patignus* eo in loco tetigit.

6 Verù quale sit priuilegiū in hac materia concessum Curialibus, inuestigare operæpretiū erit, personarū, ac temporum præmissa distinctione, quandoquidem *Ritus* iste noster in procuratoribus verba faciens, statuit licere eis, trahere aduersarios suos ad Tribunal, cui inseruiunt, & assistunt tanquam Curiales, à quo extrahi nequeant aliis instantibus; In cæteris verò officialibus scriptum recolimus, trahere non posse, non tamen trahi. Ita *Pisanell. ad Afft. decis.* 56. cuius meminerunt *Foller. in prax. crimin. verbo, Audiantur excusatores, num.* 138. *cit. Dom. Regens de Ponte in eadem decis.* 36. *num.* 11. *Ricc. collect.* 2312. *de Franch. decis.* 407. *num.* 5. *Consil. Carleual nu.* 590. *&* 711. atquè *Thor. in compend. decis. verbo, Officiales*, §. 9. *par.* 1. qui quidem additionator *Pisanell.* mouetur duobus capitulis Regis Catholici, altero sub die 10. Maij 1507. altero sub die 21. Augusti 1518. quorum meminit *Constant. Papa in sua annot. ad hunc Ritum*, tacito nomine *Pisanelli*, à quo habuit, & post ipsos, memores sunt *Reg. Sanfelic. decis.* 291. *num.* 22. *& Præs. Merlin. centur.* 2. *cap.* 64. *sub num.* 5. *Præses R. C. Parthen. Petagn. allegat.* 100. apud *Reg. de Marin. to.* 3. *post resol. forens.* & cum Regis Catholici sit concessio ita indulgens, quæ hunc *Ritum* subsequitur, non videmus rationem distantiæ, ob quam videatur isthæc sanctio restringenda ad officiales tantùm, non autèm in aduocatis, procuratoribus, & scriptoribus, in quibus subsistat vetus huius *Ritus* dispositio, vt trahi nedùm prohibeantur, verùm insupèr trahere queant; sed in omnibus Curialibus regularitèr militare capitulorum antedictorum dispositionem, arbitramur.

Sed Curialibus, & officialibus Neapoli habitantibus, nulli dubium est, quin liceat aduersarios suos trahere, & trahi minimè ipsi possint, cum & Neapoli-

politani, Neapoliq; habitantes illo potiantur, vt dixi *Rit.* 228.*num.*8.& deducitur expresſè ex *Rit.* 301. vbi latè annotabimus, & obseruant *Muſcat. in prax. S.C. par.* 3.*Gl. competentes, n.* 75. *Conſil. Rocc. par.* 2. *reſp.* 79. *num.* 10. maximè, quod officiales ſunt Ciues in eo loco, in quo exercent officium, *Roman. conſ.* 427. *Surg. de Neapol. illuſtr. num.* 18. *pag.* 154. *Ann. ſingul.* 135. & 365. *Taſſon. de anteſ. verſ.* 2. *obſer.* 4. *nu.* 13. & *verſ.* 3. *obſer.* 3. *num.* 87. *ex Dec. in l. penul. C. de incol. lib.* 11. *Epiſcop. Minor. in verbo Iudex, fol.* 126. *Alber. Oliua in Ritu Cur. Archiep.* 5. *n.* 2. *Paris de Syndic. verbo, ciuilitas;* etiàm Prælatus, *Capyc. dec.* 209. *num.* 31. *Ann. add. ſing.* 365. Beneficiatus, *Boer. deciſ.* 260. *num.* 20. Miles, *Mangrell. ad Bar. in l. municipes,* §. *Miles, ff. ad municip. Carau. in Ritu* 301. *num.* 21. & ibidem nos obſeruamus, *Viſconti ad Franch. dec.* 197. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 74. *tom.* 1.

Quod quidem priuilegium, nè ipſi trahantur, tantæ eſt virtutis, quod licèt habeat actor priuilegium eligendi fòrum, & variandi, præferentur ipſi Curiales, ſi conueniren̄tur; Cum poſſint trahere, etiam priuilegiatos, *Iſern. in Conſt. ſtatuimus, verſ. item quid ſi pupillus, Muſcatell. in Gl. cit. competentes, Nouar. de elect. fori, ſect.* 4. *q.* 62. *n.* 14. & in Neapolitanorum cauſis loquitur *q.* 63.

7 Et quòd aſſeritur in hoc *Ritu* illud priuilegium ſtatuente in gratiam Curialium Magnæ Curiæ, ad reliquos dilatari cuiuſuis Curiæ, exiſtimamus, nè debeant in alia conueniri; quamuis ſi verba perpendamus *Carau. hoc in Rit. n.* 5. ac meritiſſimi *Reg. Tapia in prag.* 1. *ff. de offic. Magiſt. Iuſti. verbo, Curialium, & pragm.* 1. *n.* 44. *vbi de crimine agi oportet,* necnon in adducta *Conſtit. ſtatuimus, num.* 16. tandemquè memoratus *Patign. eod. num.* 26. dicendum videatur, extendi ad cæteros Curiales Regiarum dumtaxàt Audientiarum, & *Caran.* inſequuntur, *Epiſc. Ricc. par.* 6. *collect. dec.* 2312. *Nouar. par.* 1. *de elect. fori; ſect.* 3. *queſt.* 54. *num.* 3. attamèn verius eſſe opinamur extendi ad alios quarumuis Curiarum, tùm quia eiuſdem *Patigni* verba ſuppetunt in initio *dicti nu.* 26. tùm quia ratio eadem, qua deindè adducitur ad concludendum, vt diſpoſitio huius *Ritus* apertè loquentis in procuratoribus, & alijs, amplietur ad Curiales Prouinciarum, citra difficultatem viget in reliquis aliarum Curiarum, in nihilum opitulante ad hunc effectum aſſertione altera, quod Regia Audientia cenſetur Principis Curia, ad inſtar Magnę Curię relata per *Carau. ſuper Rit.* 54. & *Affl. in ConRit. Iuſtitiarij nomen, num.* 24.

Siquidem non illud conceſſum fuit priuilegium, quia ſeruientibus Regali Curiæ, ſed nè retrahantur à ſeruitio impenſo in vtilitatem publicam, quæ vbilibet conſideratur, & ſubſiſtit, itaq; ſi eadem ratio, ergo idem ius, clamitant Iura: & ſi replicetur, id in more non eſſe; aduertimus non prodijſſe, quia definitum, aut propoſitum fuerit, ſed quia non cogitatum, nec prætenſum, quanobrem, ſi deinceps prætenderetur, fortaſsè obtineretur ex prædictis, & annuerent prudentiſſimi Iudices. Quin, Aduocati, & procuratores licito iure, & ex alio capite conuenire, & trahere poſſunt Clientes pro expenſis erogatis, & ſalario, in Tribunali, & coràm Iudice cauſæ principalis, in quo degunt, patrocinantur, & morantur, *Gratian. diſcep. forenſ. tom.* 1. *cap.* 56. & *cap.* 154. *num.* 24. *Giurb. dec.* 38. *Carleual tract. de Iudic. diſp.* 2. *q.* 4. *num.* 175. *Nouar. de elect. fori tom.* 2. *q.* 54. *num.* 1. *Mandoſ. tract. de commiſſ. formul.* 11. *in verſ. validitate iuriſdictionis, Cancer. var. reſol. p.* 2. *cap.* 15. *de liter. requiſitor. nu.* 66. *Flor. Diaz de Men. lib.* 1. *q.* 12. *num.* 50. (quicquid diſtinguat *Danz. tom.* 2. *de pugn. DD. tit. de elect. fori cap.* 11.) adeòquod *Hieronym. de Leo deciſ.* 177. *lib.* 2. per illam Audientiam deciſum referat, ab Aduocatis, & procuratoribus poſſe ſalarium peti coràm illo Iudice, coram quo cauſam patrocinati

ſunt,

sunt, quamuis Clientes essent alterius fori,& extrà domicilium conueniri non possent, quà *dec.*freti nonnulli ausi fuerunt affirmare,Clericum,qui vti Actor coram Iudice laico litem habuit,posse coram eodem Iudice conueniri pro patrocinio, & salario, quos meritò improbat *D.Reg.de Marin tom.2.quotid. resol.cap.*52. cum contra Clericum laicus Iudex, actu, & potentia iurisdictione careat.

Hoc insupèr priuilegium non competit Curialibus ex iure cesso, ex *Ritus* 228. vigore,ibiq; nos nonnulla cumulauimus, nunc addimus prædicta restringi à *Dom.Consil.Rocc.adducto resp.* 79.*num.* 17.quando causa esset lucratiua virtute donationis, fulcitur authoritate *Prasperi Carau. in Rit.*228.*num.* 11.*Reg.Tap.in eod.Rit.lib.*3. *Iuris Regn.& Consil. de Bott.ibid.* quibus addo *Iosde Amic. cons.*24.quod tamen non admisit S.C. apud *Reg.Capyc.Latr.dec.* 54.*num.*13.quia cessio ex causa lucratiua, etiam donationem importat, vt notabilitèr obseruat idem *Reg. Capyc. Latr. ibid.*cui ipse inhæreo,admittendo *Consil. Rocc.* effatum; iusta concurrente aliqua causa, vt si cohæres cedat cohæredi, vel hæres legatario,cui res, vel actio legata esset,notat *Carau.super eod.Rit.n.*11. quem refert *Thor.par.*3. *compend. decis. sect.* 2.*ver. Neapolitanus Ciuis*,Vel si donatio esset contemplatione matrimonij(quæ potius acquiritur vxori,& filijs, quam viro,*Merlin. lib.*2.*cōtrou.forens.cap.*34. *n.*36.*& cap.* 60.*n.*1. vt propterea nullo pacto reuocari possit, *Prat. lib.*1. *discept. forens. cap.*14. *num.*37.*& lib.*3. *cap.*30. *num.* 12. *& cap.*44. *num.* 23. *Nouar. lib.*1. *quæstionum forensium,quæst.*83.*num.*5.) vel remuneratoria, quæ propriè non est donatio, sed compensatio, satisfactio,ac permutatio, *Bal.in l.* 1. *sed etsi lege*, §.*consuluit de petit. hæred. Bar.in l. frater à fratre,num.* 57.*ff.de condit. indeb.& in l.* 1.*ff.de donat.Cancer.var. resol. cap.* 4. *de seruit.num.* 21.*Barbat. cons.*42.*num.* 11.*Aym.cons.*136.*num.*2. *Io: Garzia in tract. de donation.remuner. nu.* 24. *Stephan.Bertran.cons.*196.

Sed àn isthęc *Ritus*, & alterius 228. prærogatiua protendatur ad Officiales supernumerarios, negatiuè respondit *Nouar. adducto sect.*4.*q.*35.*num.*3. post *Reg. de Apont.de potestate Proreg. tit.*4.§.8.*num.*53. qui idem affirmat in supranumerarijs Regiæ Dohanæ Menepecudū,quia tales dicuntur honorati in herbis, ad *Consil.Paris.*85. *vol.*4.*in princ. Mastril.*156.*nu.*33. *Ricc.collect.* 300. itaut legatum factum Canonicis, supranumerarijs non soluitur, *Rebuff. in l.Curionibus*,*C.de silentiar.lib.*12. *And. de Barulo in l.fin.de apparitor.Felin.in cap. constitutus in fin.de rescript.Alc.in l.non plures* 4.*nu.*5. *C.de Sac.San.Eccl.* Et nil mirum,si Iudex de numero ordinariorum supernumerarium, quamuis in officio antiquiorem, præcedere debeat, *Reg. de Marin.lib.*2.*quotid.resol. cap.* 113. Ipse verò libentèr à *Nouarij* sensu recedo, respectu electionis fori in Officialibus supranumerarijs actu seruientibus; priuilegium nāq; illud ideò statutum est,nè ratione litium à suorum officiorum ministerio, & loco, in quo officium exercendum est auocarentur, ad *tex.in l.* 2. §.*legatis,& in l.non alias* 24. §. *fin. in fin.ff. de Iudic.& l.ne ad diuersa,C.de silentiar. lib.* 12. hacq; ratione motus *Dom. Præses Regiæ Cameræ Parthenius Petagna*, Regalis patrimonij tùnc Aduocatus,*in resp.rescripto à Dom.Reg.de Marin.in alleg.*100.*to.*3. *post resolut. quotidian.* firmat, Scribas extraordinarios Regiæ Cameræ esse ab ipso Tribunali cognoscendos, siuè illi delinquerint in officio, siuè extrà, *nè* (inquit, *num.* 12.) *prædicti scribæ extrahantur à Regio Seruitio fiscalis patrimonij, si extrà proprium Tribunal conuenirentur*. Et *Iudex de Angel. in eius Prato super d.l.non plures, num.* 2. testatur respectu cauallariorum extraordinariorum Reg. Dohanæ, & Algozeriorum vidisse indiscriminatim seruatum contra opinionem memorati *Reg. de Ponte*.

Adiun-

Adiungimus tandèm in illis dum-
8 taxàt Curialibus prædicta vigere, qui
ie ipsa Curiæ assistunt,& inseruiunt,te-
ste *Carau.hoc in Ritu num.6.*& in dictis
Capitulis Regis Catholici apertè le-
gitur, idquè adeò verum crediderunt
alij, vt si aliò euntes contrahant, aut si
delinquant,quamuis in propria patria,
illibi puniri, & conueniri debeant, ex
l. fin. in fin C.de priuil.scholar. lib.12.
adhùc si impetrata licentia, iuissent, &
annuit *Affl. indic. Constit. statutmus,*
sub num. 13. de qua profectò resolu-
tione dubitamus, si ad breue tempus
discesserit, animo citò redeundi, maxi-
mè cum licentia, quæ facit absentem
haberi pro præsente, *Roman. singul.*
455.*Marta cons.* 244. & seruire, *Dec.*
*cons.*70. *num.*2. *Gratian.decis.March.*
200.cum namquè abesse haud dici,qui
statim est reuersurus, cõstat ex *l.Postli-*
minium, §. *captiuis*, *& l.nihil*, *ff. de*
captiu. & postlim. reuers. quod milita-
9 re in terminis *Concil. Trident. cap.* 1.
sess. 23. *de reform.* scripsit *Hieronym.*
Gonzal. in suis Comment. ad 8. *regul.*
*Cancell. Glos.*43.*n.*5.atq; ideò *Ludou.*
de Bera non illepidè tractans, resoluit
in Parrocho rurali, qui singulis qui-
busquè hebdomadibus in vrbem ve-
nit, causa inuisendi parentes, & cum
illis,vno tantùm die, moram faciente,
relicto tamèn Cappellano ad occurrẽ-
tes casus,nè peccet lethaliter, nec fru-
ctus restituere teneatur, *in suo respon-*
*sor.casuum conscient.par.*4.*casu* 21.Imò
Constitutionem 94.*Pij IV.* annullantem
facultatem testãdi concessam alicui de-
uincto residere,& testamenta illius vir-
tute confecta, si testatorem extra resi-
dentiam obire contingerit, defendimus
in primis annis nostri Doctoratus su-
scepti, non irritasse testamentum cuius-
dam Parochi, à sua Parochia, paucis
mensibus, absentis, cum sui Præsulis li-
centia ad quatuor menses. Ac præser-
tìm ob verba illa pluriès in *d.Constit.*
repetita,*& iuxta decretum, & formam*
Concilij huiusmodi non residentes,quan-
doquidem iuxtà decretum *Concilij* re-
sidet quiuis, si aliquo tantùm, & breui
temporis interstitio, aut mensibus in
Concilio expressis, aut alia ex causa,
iustè abesset.

Confert *Alberici* dictum,4. *par.sta-*
*tut.q.*8. q nõ dicitur Vniuersitas recep-
tare bannitum, publicè per villam
transeuntem, & ibi apud tabernam
diuersantem, & statim recedentem,
proptèt breuem recessum,& transitum,
etenim qui corporalitèr est in vno lo-
co, & voluntate, ac mente in alio: vi-
detur esse in eo loco, in quo est mẽtali-
tèr, non in quo est corporalitèr, *add. l.*
nihil,ff.de captiu.& postlimin.reuers.&
non videtur ibi morari, vbi est ad tem-
pus modicum, *l.* 1. *C.de verbor. signif.*
l. ex facto, §.*rerum*, *&* §. *cum fundus*,
ff. de hered. instit. l. quæsitum, §.*fin.ff.*
*de legat.*3. & propterea originarius,seù
indigena non dicitur eius loci, in quo
quis est natus transeundo, *l. Ciues, C. de*
incol. lib. 10.*l.Titius,ff.de action.empt.*
Nicol. de Neap. in l. huiusmodi,§.*lega-*
tum,ff. de leg. 1. *Gramm. dec.*103.*num.*
112. *Rip. de peste par.* 2. *num.* 182.
*Boer. dec.*13. *à nu.*51. *Bursat. cons.* 36.
num. 10. *vol.* 1. *Mascard. de probat.*
*concl.*1141.*vol.*3. *Visconti ad Franch.*
decis. 197. *Franc. de Petris cons.* 15.
quod declarat *Franc.Cald. Pereyra*,vi-
dendus *integro cons.* 47. & in sequenti
Apologia aduersus *Enricum Symones*,
& in quo sensu sit accipienda nostri
S.C.decisio apud *Gramm.loco cit.* miri-
ficè sobnectit, in eodem *cons.num.* 16.
10 Hinc priuilegiũ concessum à Summo
Antistite Vrbano VIII. Illustriss. Mario
Philonardi,meo Auunculo, Archiepisco-
Auenionensi,ad testandum de aliqua
pecuniæ quantitate, subsistere, etiam
in casu, quo prædictus Archiepiscopus,
dum Romæ gerebat munus Consulto-
ris Sanctæ Inquisitionis, diem vltimum
clausit, meritò doctissimi viri respon-
spondere.

Marius iste, quem dixi, vt aliquando
tandèm virtuti suæ par decus referre,
videretur Anno salutis 1624. Vrba-
no VIII. Pont. Max. mandante, Aue-
nio-

nionensis Archiepiscopus renunciatus
11 est;Neque solùm Archiepiscopi,sed,& supremi Sacrosanctæ Inquisitionis Præsidis,in sequenti anno,& Vicelegati munere quadriennio post Auenione ea laude functus est, vt ad ampliorem dignitatem gradum sibi, omnium iudicio, fecisse censeretur. Neque hominum fefellit expectationẽ. Etenim quarto no-
12 nas Februarij anni 1635.ad Vladislaũ Poloniæ,ac Sueciæ Regem Nuncius destinatus,eodem anno circa calendas Iu-
13 lias ad Ferdinandum II.Cæsarem grauissimis de rebus acturus missus fuit.Respirare iàm aliquantispèr optasset Marius:sed non erat,cur quietem speraret, qui alijs, non sibi ipsi natus fuerat;Vix Biennium intercesserat,cum iterùm Vrbanus, scripto diplomate imperat, vt
14 Vladislai Regis,ac Renatæ Cęciliæ Reginæ, quæ, & Austriæ Archiducissa, & Bohemiæ, atquè Hungariæ Princeps,& Ferdinandi III. Cæsaris soror erat, Pontificis maximi nomine,nuptijs interesset, sacroquè Ritu illis benè, faustèq;
15 precaretur. Quin,& Cæsaris ipsius coronationi interfuit, eodemq;iubẽte,honestissimo loco consedit, vbi nimirùm aliàs in Cæsare Coronando Cardinales Radzuilius, & Maciorchius Apostolici legati consederant. Pauca de Marij honoribus commemoraui ; plura superessent : sed non est hic locus singula illius virtutis,glorięq;ornamenta enumerandi.

Cum igitur Marius apud Poloniæ Regem Nuncium ageret : Vrbanus, vt homini sibi carissimo gratificaretur,die 12. Aprilis anni 1635. speciali diplomate, eidem concessit, vt ingentem pecuniæ vim testamento legare posset, quoad in eo munere, vel alio à Pontifice demandando,perseueraret:*durante* (inquit) *Officij Nuncij Apostolici apud Regem Poloniæ munere, vel alio nostro. & huius Sanctæ Sedis Apostolicæ seruitio.*

16 Porrò , cùm anno 1643. è Polonia Romam reuocatus fuisset , ibidem Sacrosanctæ Inquisitionis Officij Consultor factus est,quo in munere proximo anno 19. Calendas Septembris Romæ supremum diem clausit , ac pecuniæ summam in Pontificio diplomate præstitutam testamento legauit.

Aduersus huiusmodi dispositionem comparuit Camera Apostolica , atquè vniuersa illius bona sub sequestro posuit, cumq;pro eiusdem hæredibus, do-
17 ctissimi quiquè Italiæ iureconsulti scripsissent, nempè, *Episcop. Carol. Marant. Hortensius Pastuccius , Io: Franciscus Tuscus*,*P. Anton. Diana*,*F.Gregor. Cipullus, Mag. & Regens in Collegio Diui Thomæ super mineruam F. Io: Baptista de Lezana , Terentius Alciatus , Thesaur. Pænitentiarius*, & alij , illud tanquam fundamentum , ac basim sententię suæ assumpserunt, quod bona,quę supererant,spolio nequaquam subiecta censerentur, vtpotè bona maiorum ipsius Marij , & Eminentissimi Cardina-
18 lis Philippi fratris eius , de quibus bonis proprijs disponere poterat in supremo vitæ halitu , *can. manifesta autem* 20. 12. *q.* 1. *can.sint manifestæ res*, 21. *ead.* 12. *q.*1.*cap.*1. vbi *Glos.*& alij, *de testam.Lap.alleg.*113.*Redoan.de spol.q.*9. *num.* 8. etiam inter viuos,*can.nulli dubium* 1. 12.*q.*5. *cap.de ijs,in fin.de sepultur. S. Gregor.XV.dec.*29.*nu.* 1.*Ioseph. Ludouic. dec.Perusin.*93. *num.*3.*p.*2.

Prætereà, quod Marius, dùm adhùc Romæ moraretur, Nuncij munus apud Poloniæ Regem exercere dicebatur quia non sua,sed aliena discessit voluntate, & haud legationem ipse expleuerat,ad quam redire poterat, compositis dissidijs, quæ causam eiectioni dedere .
19 Huc accedebat, quod cum Romæ Sancti Officij Consultor obijsset,in seruitio Sãctæ Sedis mortuus esse dici poterat , quamobrem in eo diplomate comprehendebatur , per quod eidem licebat testari, *durante Nuncij Apostolici apud Regem Poloniæ munere , vel alio Sanctæ Sedis Apostolicæ Seruitio* Consultores.n.Sa[illegible]i Officij in vrbe in Sanctæ Sedis se[illegible] esse dicuntur,vt diximus.

Rationes alias prætereo ab *Episc. Maranta* allatas, qui responsum pro hæredibus edidit. *p.4.controu.iur.respons.* 33. vbi scripta memoratorum legum, Sacrorumquè Canonum Doctorum, & Sacræ Theologiæ Magistrorũ, subnectit

20 Illud tantũ Ecclesiastici fori Iudicibus ob oculos pono; priuilegia nõ coarctãda, sed dilatanda esse, *l.imperialis,C.de nupt.c.olim de verb.signific.c.quia circa de priuil. Schrader. vol. 1.cons. 1.num. 196. cons. 14.nu.285.Hunn.in Encycopedia iur. p. 1.tit.6.cap.10.nu.8.Kelius de priuil.iur. ciuil. lib. 2. cap.3. nu.14.* liberalitas enim Principis fręno non subiacet, *l. 2. C.de prepos. agent.in reb. lib.12. l.sancimus, §. exceptis, C.de donat. l. cum multa, C. de bon. quæ liber. Marc. Mantua cons. 1. Tiraq. de primog.cap.37. num.53. Nouar.qq.forens. lib. 1. q. 127. num.12. Franc. de Petris cons. 41. num. 10.* & concinit *text. in cap. Sedes Apostolica, extrà de rescript.* vbi Summus Pontifex his verbis loquitur: *Sedes Apostolica consueuit se exhibere petentibus liberalem*, cuius rationem reddunt *Panor. & Dec. ibid.* quoniam Principum (inter quos Summus Pontifex annumerandus est, & is quidem primus, & summus) proprium est liberalitas.

Huc tendit illud, quod considerauit *Tiraq. de primog.c.37.n.46.* ex *Homeri Odissea*, ita inducentis Vlyssem Antinoum Phæacum Regem alloquentem,

——Quoniam Regi similis es:
Ex quo te conuenit dare, & melius quam alij.

Donationes propterea Principum insinuationi obnoxiæ non sunt, *Bal. cons. 300. lib. 2. Tiraq.de nobil. cap. 37. n. 53. Oldran. cons. 231.* in illis donatio præsumitur, ad restrictionem, *tex. in l. cum de indebito, ff.de prob.* tradunt *Roman.sing.646. Corn.cons.81. Pal. Rub. in repet. Rub.ext.de donat. int.vir. & uxor.§.8.et* 10.cũ alijs le[illegible]idè adductis à *Franc.Cald.Pereyra,* [illegible]*27.à n.20.* & Tutor Regis,ac Prin[illegible] [illegible]onationes beneficia, & largitiones subditis conferre potest, *Rebuff.in prax. benef.pag. 3. Riminal. in §.1. n.11.quib. alien.lic. vel non. D. Iulius Caponus in tract. de pact. q. 40. num. 6.* ob id Cardinales bona quæsita intuitu Cardinalitiæ dignitatis possunt donare, *Cald. Pereyra in l.si curatorem,verbo, Sine Curatore, num.119. C. de in integr. restitut.*

21 Recordor quoq; Mariũ multa, ac magna, vt Sãctæ Sedi inseruiret, expendisse. Illius Maiorum merita egregia in eandem Sanctam Sedem fuisse,præsertim Eminentissimi Ennij Philonardi, qui anno 1484. Innocentio VIII.Pontifice maximo, Verulorum Ecclesiam Episcopus Sanctissimè rexit. Anno verò 1503. Picenum firmum,atq;forum Cornelij, hodiè Imolam, Gubernator prudentissimè administrauit: atque idẽ munus Bononiæ constantissimè exercuit; legatus deindè de latere in superiore,& inferiore Germanica, inibiquè plurimis pacificatorijs legationibus gloriosissimè functus. Qui Salcum, à quo Piceni bona pars fuerat per tyrannidem vsurpata, exegit,totamq; Picensium Regionem, cuius administrator erat, sub Iulio II. Ecclesiasticæ ditioni addixit. Primipilo, & machinis ignitis Pontificiæ militiæ pro receptione Bononiæ præfuit, sub stipendijs Leonis X. duodecim Heluetiorũ millia duxit, & coadunatis cum Prospero Columna viribus, Mediolanum recuperauit; Supremus Adrianæ Arcis præfectus constitutus,& Vaticana Purpura insignitus, immortalem virtutis suæ memoriam posteris reliquit,& nunquàm interituram gloriam in Romana Curia, atquè in tota Republica Christiana comparauit,

Meminerint etiàm Eminentissimi Cardinalis Philippi Aquinatis Episcopi,olim quoq; in Ciuitate Auenionensi prolegati,

Hiacynthi Episcopi Terracinæ, & Prolegati in Vmbria,qui inter populos ingenio truces, ac bellicis artibus præferoces, Religionem,ac Sedis Apostolicæ

licæ dignitatem, & imperium proprio sanguine ad obitum vsque defendit.

Flaminij Aquinatis Episcopi. Marcelli Sancti Officij Assessoris, omni laude dignissimi, qui Cardinalatus dignitatem sub Paulo V. maluit mereri suis, quàm eximere sibi.

Pauli Æmilij Archiepiscopi Amalphitani, & in hoc Regno Neapolitano Nuncij Apostolici.

Ennij Episcopi Firentini. Alexandri Episcopi Aquinatis, (cui Ecclesiæ hodiè præsidet Illustrissimus Marcellus Philonardi dominus, & Auunculus meus, vir summa doctrina, & innata pietate insignis, quem Deus Omnipotens diù seruet, & ad maiora proueha.

22 Et cæteris omissis, Petri Francisci Philonardi Episcopi Anagnini, qui omnium mœrore, & præsertim Dom. D. Settimiæ Philonardi eius sororis germanæ, & matris meæ Colendissimæ, de mēse Nouembris 1661. vltimum clausit diem, quem auspicatus erat die 14. Nouembris 1608. qui omnes (excepto Marcello Iuniore) occidere terris, vt cęlis orirentur. *Fulgebunt iusti tanquam stellæ firmamēti in perpetuas æternitates.*

23 Quamobrem spero fore, vt aliquando Pontifex Maximus tantorum, aliorumq; multorum Ecclesiasticis muneribus insignium Virorum, ac meritorum memor, atq; hæredum iustissimæ causæ rationem habens, nobilissimam familiam bonorum reintegratione pristino splendori restituat.

RITVS CCXXXIII.

Item clericus, pupillus, viduarū priuilegio, vel permittente, ac curiales Regij, & Reginales, ac alij Regales, curiales Regalium, & curialium, priuilegio permittente, in ipsa Curia ciuilitèr, vel criminalitèr aduersarios suos trahunt.

SVMMA RERVM.

1 *Heretici, & Iudei, non gaudent electionis fori prærogatiua, & alijs priuilegijs.*
Id quod restringitur, si sint conuersi ad fidem.

2 *Ecclesia illa fruitur, necnon Vniuersitas.*

3 *Sed àn pro causa dotis illa concedatur, tùm vidua, tùm nupta.*

4 *Senes quoquè, & qui tales dicantur.*

5 *Senilis ætas diuiditur in tres partes, & quæ sint.*

6 *Senes qualiter prudentiores iudicentur, & quando.*

7 *Senes prudentiores ità præsumuntur, vt contrarium probari debeat per quindecim testes.*

8 *Mulieri seni competit restitutio in integrum, etiàm in contractibus.*

9 *Pauperes, & alij, qui remissiuè recensentur, electionis habent priuilegium.*

10 *Eligendi ius qui habet, àn alterum variandi habeat, latè discutitur.*

11 *Scholaribus eligendi tantùm, non variandi competit.*

12 *Clericis nomine Ecclesiarum agentibus, licet variare, sicut eligere.*

13 *Ecclesia inter miserabiles personas numeratur.*

14 *Vsus Tribunalium admittit licere variare, non semèl tantùm, sed pluriès à quauis Curia, etiam maiori.*

15 *Dummodò Curia in quam variando, recurrit, Principis sit, vel eius ordinarij, & competens conuenti.*

16 *Etiam incepta lite, & non solùm in prima instantia, sed in vlteriori quoquè, aùt altera instantia.*

17 *Ac speciatim liceat nè variare à Curijs Baronum, inquiritur.*

18 *Variatio est permittenda, omni fraudis suspicione cessante, circa quod fisci patronus diligentias facere tenetur.*

19 *Variatio à Iudice Superiori ad inferiorem àn detur.*

20 *Electio fori an competat in Ciuitate Neapolitana, eiusque casalibus, ostenditur.*

21 *S. C. emandato grauamine causam M.C.V. remittit, non sic, si contingat M.C. vel S.C. cognoscere de grauaminibus factis ab alijs Regni Curijs, nam decernitur, quod, stantibus grauaminibus, causa remaneat, & discriminis ratio traditur.*

22 *Perhorrescentia àn concedatur, & sic variatio, vbi, nullo accusante, sed fisco solùm instante, proceditur.*

23 *Iuramentum praestandum necnè sit, vt variare liceat?*

24 *Electione facta, aut variatione, si vidua nubat, àn cesset priuilegium in causa criminali, & quid in ciuili.*

25 *Quid verò in pupillo adultâ ingresso aetatem.*

OMnes, & quascumq; personas priuilegio trahendi gaudentes in *Rit.* 228. *& seqq.* seiunctim memoratas, vna simùl complectitur praesens *Ritus*, videtote, quae super illis propterea annotauimus.

1 Quod verò Haeretici, & Iudaei, praefato electionis fori priuilegio non gaudeant, praeter *Carau. n.* 1. tradunt *Marchesan. de Commiss. auocat. caus. p.* 2. §. 2. *num.* 54. *Ricc. ad Pras. de Franch. decis.* 671. *Nouar. in prax. election. & variat. fori, sect.* 2. *q.* 3. *num.* 9. *& sect.* 3. *q.* 60. *à nu.* 1. secus verò, si sint conuersi ad fidem, *Marquard. in tract. de de Iudaeis, par.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. *Amat. decis. Rot. March.* 207. *sub nu.* 7. *Cocchier. de iurisdict. in exemptos, par.* 4. *q.* 108. *Capiblanc. de Baron. pragm.* 9. *num.* 333. *in fin. Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *tit. de citat. resol.* 2. *n.* 36. *Rebuff. ad Const. Franc. tit. de sentent. prouision. Glos. fin. col.* 4. *vers. decimoquarto, Menoch. de arbitr. in add. ad cas.* 166. *num.* 30. *Barbos. in remiss. ad ordinat. Reg. Lusitan. lib.* 3. *tit.* 1. §. 3. *num.* 19. & declarat *Nouar. add. tract. sect.* 2. *q.* 48. & conferunt tradita à *Ricciull. in tract. de iur. person. lib.* 2. *c.* 48. *num.* 12. & àn mulier haeretica priuilegia dotis retineat, vide *Carrer. in tract. de Haeret. num.* 150. & quid in Iudea, adeas *Eman. Xuarez in commun. opin. tit. de Iudais, num.* 16. & de vtrisquè meminit *Negusant. in tract. de Pignor.* 4. *membro,* 2. *par. nn.* 68. *& 69.* multa de Iudaeis collegit *Anichin. de praeuent. instrum. cap.* 6. *dub. vnico, f.* 340. necnon *Ricc. collect. decis.* 434. & num Iudaei sint censendi Haeretici, inquirit *Bundissal. in tract. de Haeret. q.* 2. *n.* 2. & àn eorum bona capi possint, *Consil. Rocc. respons.* 33. *tit.* 1.

2 Ecclesia quoquè illo perfruitur priuilegio electionis, *Viu. decis.* 27. *lib.* 1. *Ricc.* hunc *Ritum* exornans, *collect.* 2283. *& collect.* 2303. *par.* 6. *Muscat. in prax. S.C. lib.* 1. *par.* 2. *Glos. competentes, sub num.* 70. *Capyc. decis.* 160. *Nouar. de priuil. miser. person. priu.* 12. *n.* 9. nosq; notauimus latiùs *in rit.* 229. cuius Ecclesiae intuitu ad vniuersitatem illud quoq; protendunt *Roland. cons.* 68. *num.* 20. *vol.* 3. *Canalc. decis.* 37. *num.* 13. *par.* 1. *Vrsill. ad Afft. decis.* 257. *num.* 3. *Castill. lib.* 3. *quotid. c.* 25. *num.* 30. *Gallupp. in prax. S. C. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 58. *Reg. Tapia decis. S.C.* 36. *num.* 5. *Auus meus ad Capyc. decis.* 160. *num.* 2. *Marcell. Calà de modo articulandi, Glos.* 1. §. 1. *n.* 29. *Capiblanc. prag.* 8. *par.* 1. *sub num.* 159. *de Baronibus, Thor. par.* 1. *compend. verbo, Vniuersitas*, & post *Carau. in hoc Ritu, Nouar. de priu. miserab. person. priu.* 81. *num.* 2.

3 Et ad causam dotis, vt propterea nedùm illud concedendum viduae agenti pro repetitione dotis, decisum tradunt *additio ad Tartagl. in prax. M. C. V. cap.* 2. *& Consil. Carleual de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *q.* 6. *n.* 556. *sect.* 7. (quidquid in contrarium astruat *P. Molfes. ad Consuet. Neapol. par.* 2. *tit. de bonis, q.* 12. *num.* 18. *Nouar. par.* 1. *de elect. fori, sect.* 2. *q.* 6. *num.* 7. ex *text. in l. exigere dotem. ff. de Iudic.* cui occurrit idem *Carleual num.* 558.) sed etiàm nuptae agenti pro recuperatione rerum dotalium, *Fab. in dec.* 1. *C. quand. Imp.*

Imp. Ricc. collect. deciſ. 300. *Aluar. de priuil. pauper. q.*52. *in fin. par.*1.*Caſtill. controu. iur. lib.*3. *cap.*25. *n.*28. *Nouar. qq. forenſ. p.*1. *q.* 47. etenim dotis cauſa pia dicitur, *l. cum is,* § *ſi in ea opinione, ff. de condit. indeb. Alex. in l. ſi cum dotem,* §. *eo autem tempore, n.*6. *ff. ſolut. matrim. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib.*6. *tit.*3. *num.*26. *Molfeſ. in ſumm. tit. de vltim. volunt. c.*5. *n.* 160. *par.*2. *Ricc. in prax. reſol.*370. *num.* 2. *Nouar. add. q.*47. *num.*7.

4 Et ad Senes extendunt *Andr. in Cõſt. ſtatuimus, verbo, miſerabilium, Afflict. deciſ.*257. *num.*1. quem refert *Rebuff. ad Conſtit. Gall. lib.*1.*tit. de ſent. prouiſ. art.*3. *Gloſ. vlt. verſ. decimo ſenes, Trentacinq. variar. reſol. lib.*2. *tit. de citat. cap.*2. *num.*31. *vol.*1. *Viu. deciſ.* 65. *n.*4. *lib.*1. *Manſon. de cauſ. execut. lib.*1. *limit.* 13. *num.* 10. *Barboſ. in collect.* ad *text. in l. vnica, num.* 34. *C. quando Imperàtor, Praeſ. Merlin. lib.*2. *controu. forenſ. cap.*52. *num.*5.

Senes autèm dicuntur ab anno ſexageſimo, teſte *Abb. in cap. quoniam frequentèr, num.*28. *verſ.* Ego, *extra vt lite non conteſtata,* qui infirmi, vt plurimùm ſunt, & debiles, *Ludouic. Gomez in reg. Cancell. de infirmis, qu.*7. *Neuizan. in ſylua nuptial. lib.*2. *nu.*4. ita vt in ſenibus nulla infirmitas requiratur, vt ægrotare dicantur, *Abb. in add. cap. nu.*10. *vt lite non conteſtata, Tuſc. lit.*S, *concluſ.*103. *num.* 4. *Narbona de ætat. ann.*80. *q.*3. *num.* 7. idq; propterеà Iudicis remittitur arbitrio, *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *centur.* 1. *caſ.* 59. & *centur.* 4. *caſ.* 315. & *lib.*6. *præſumpt.* 46. *num.*12.

5 Vndè *Andreas Laurentius tom.* 20. *in tract. de ſenectute, cap.*20. in tres partes ipſam diuidit ſenectutem, quarum primam à quinquageſimo virilem appellat, ſecundam, quæ ab anno ætatis ſeptuaginta effulgere incipit, frigidam, & infirmam vocat, tertiam ab octuageſimo anno decrepitam nũcupat, de qua vltima intelligi debet illa Parœmia Græca, *bis pueros eſſe ſenes, Aegid.*
Thomaſ. de munerib. pag. 303. ſubnectens, à ſeptuageſimo anno ità demum
homines ad pueritiam deduci, vt nihil
commune habeant cum homine, ſed
6 cũ infantia. Hinc licet ſenes prudentes;
ac prudentiſſimi præſumantur *Bald. in*
cap. 1. *de renunciat. cap. porro* 84. *dict.*
Tiraquell. de iur. primog. in præfat. nu.
98. *Mattien. in Dialogo relatorum, c.*6.
7 *nu.* 19. adeoùt contrarium probari non
poſſit, niſi per quindecim teſtes, *arg.*
tex. ſingularis *in l. vnicuiquè in princ.*
*C. de prox. ſacror. ſcrin. lib.*12. *Rodericus*
à Cuna in cap. cit. porrò 6. *n.*4. & 5.84.
*dict. Vincentius Turturetus in paralellis ethicis, & iuridicis, diſſert.*15. non
tamen ſi ſint decrepiti, qui omni ſenſu,
& ratione deſtituti eſſe videntur *Narbona de ætate anno* 30. *q.*2. *num.*9.

8 Mulieri propterеá quàmuis in Regno reſtitutio competat ad pinguius probandum, quod primum, & ſecundũ beneficium appellamus, non verò in contractibus, vt *in conſtit. Regni obſcuritatem, de in integr. reſtit. minor.* vbi *Iſern. de Franch. dec.* 229. *Reg. Capyc. Latro tom.*2. *conſult.*119. *num.*40. mulieri tamèn ſeni ex cauſa ſenectutis decrepitæ reſtitutionem concèdendam ad inſtar minoris, firmat *Conſil. Arias de Muſa lib.* 3. *var. reſol. cap.*44. *num.* 21. *verſ. ſecunda aſſertio.*

9 An verò electio fori pauperibus cõpetat affirmatiuè in paupere, & inope nõ habente vndè viuat, *Ricc. collect. dec. Viu. dec.*229. *n.*3. *Thor. d. par.*1. *verbo, pauperes, Marcell. Calà loco cit. n.*101. *Muſcat. add. Gloſ. competentes, n.* 79. & multa cumulant *Danz. to.* 2. *de pugn. DD. tit. de elect. fori, cap.* 7. *Troyſ. in Ritu* 290. *n.*8. *Cornel. Beninc. de priu. pauper. q.* 5. *num.* 41. etiam lapſi in paupertatem propria culpa, *Viu. deciſ.* 268. *n.*8. *Thom. Act. de infirm. p.* 1. *c.*36. *nu.*5. & quis pauper, et inops dicatur, *Menoch. de arbitr. lib.*2. *cent.*1. *caſ.*65.

Aliàs perſonas tali prærogatiua fruentes enarrant ex noſtratibus *Andr. Afflict. Reg. Tapia, in adduct. Conſtit. Statuimus, Capiblanc. Muſcat. & Ricc.* fuſiùsq;

post

post alios, *Carleual de Iudic.disp.2.q.6. sect.7.à num. 525. cum seq. Nouar. in tract. de electionis, & variationis fori, in duobus libris distincto,* Ad illos Lectorem relegamus.

10 Nos verò ad cognitionem veritatis in ea quæstione, quam *Carau. num.*8. proponit: Vtrum, qui habet ius eligendi, habeat, & ius variandi; fimbrias dilatando, aduertimus, frequentiori Doctorum sententia affirmari, vt cui ipsorum alterum conceditur, alterum quoquè debeatur, nimirum, *Iulius Cæsar Imbrianus in suo* perutili *tract. de primo, & secundo benefic. consider. 2. num. 119.* illa scripsit verba. *Illud tandèm pro coronide aduertendo, quod pro Ecclesiæ rebus litigantibus clericis, nedùm ad pinguius probandum beneficia competunt, sed etiàm illud variationis fori, vt legitur clarissimè in Ritu M.C.225.*(dic tu 229.)*Itē si clerici de rebus*; Hæc ille, qui ex eo *Ritu* apertè probari autumat, fas esse clericis variare forum pro rebus Ecclesiasticis, & tamèn cuilibet legenti patet, illum *Ritum* de electione loqui, non autèm de variatione, nisi fateri velimus *Imbrian.* ipsum confundere electionis priuilegium, & variationis, àc properereà existimet, illud variationis nemini denegandum, cui aliud electionis indulgetur, ꝙ insupèr apertiùs insinuat *ead. consid.2.n.83.* adducēs *Iser. Affl. Luc. de Penn. & Couarr.* ad probandum, denegandum esse viduis luxuriosè viuentibus priuilegium variationis, & nihilominùs certum est, memoratos Auctores illis in locis verba facere de priuilegio viduis concesso, *in l.vnica, Cod.quando Imp. int. pup. & vid.* vbi eligendi facultatem illis Imperator indulsit, & mòx *num.* 89. dùm conatur probare sententiam aduersus citatos Auctores, esse magis receptam, eamquè S.C. decreto comprobatam, ex *decis. Dom. de Franch.* 233. *conuenta num.* 8. cuius quippè verba si attentè notentur de præfato *l.vnic.* priuilegio loqui, dicendum omninò erit, nam resolutum prorsùs attestatur, meretricem illo gaudere; Itaq; *Imb.* fulfultus iam dicta *decis.* existimat, competere ipsis meretricibus variationis priuilegium, credendum erit, vel aberrasse à veritate, vel rectè sensisse in relatis casibus, iustèq; motum auctoritatibus prædictorum Doctorum, tanquàm promiscuè memorata duo priuilegia concedantur. Sed qui apertis verbis existimauerint illud variationis concedi, cui, & electionis concessum est, non defuerunt alij plures, nempè vir ille insignis, & inter Regnicolas facilè Princeps, *Affl. in Constit. Regni statuimus, vt Magnę Curiæ, num.*36. vbi inuestigat, àn viduæ postquam elegit forum sui oppidi, & coram illius Capitaneo accusauit aliquem, liceat ab illo prosilire, & variando, aliud adire Tribunal, & annuit, eam ob rationem, & conclusionem antedictam, quia vbi electio datur à iure, licita est variatio, ex *l.eum qui certarum*, §. 1. *ff. de verbor. obligat.* quam eandem assertionem, quod competat variatio, cui electio datur à lege, commendat etiàm *Aloys. de Leo in suis comment. ad d. l. vnic. num.* 10. *Cod. quand. Imper.* necnon *Pres.* meritissimus *de Franch. in decis.* 364. *instructo processu*, *num.6.* qui prætereà in casu contrario contrarium propterea decidit, aitquè, *& cum non possit eligere, non potest variare, quia ille potest variare, qui potest eligere.* Occurrit etiàm *Io: Ant. de Nigr. super capit. Regni* 42. *incip. quod decretum, versic. Quaro àn vidua, sub n.*17. inibi elaborans in cognoscenda veritate assertæ conclusionis, quamuis restringat ad eum casum, vbi causa existat, alioquin variatio denegetur, atq; ità loqui *Affl. in mentionata constitut.* aduertit, cosq; insequitur. *Consil. Carleu. sect.*7. *indic. num.* 611. & antè ipsos, *Carau. in ritu* 228. *num.* 17. cum *num.* 36. dicit *Affl.* quod si vidua egit contra percutientem apud Capitaneum Terræ suæ, & coram eo processit ad actus aliquos, cognoscens postmodùm Capitaneum secretò fauere parti accusatæ

fatæ adiuit Magnam Curiam, vt inibi prosequeretur accusationem, allegans, posse etiàm variare, & cùm anceps fuerit, annuit tandèm, & consecutiuè supponit *Niger* prædictum *Afflictum* causa illa motum ad id tenendum, quod Capitaneus secretò fauebat parti aduersæ, & contrarium sensisset, nisi causa illa interuenisset, ipseque proptereà illius verbis probari asserit, tùnc competere variationem habenti ius eligendi, cum causa aliqua concurrit. Verùm fallitur, ni nos errore quoq; labamur, proptereà quod cęteri Doctores simplicitèr præfatam constituunt conclusionem, & *Affl.* nullatenùs suam tutatur limitationem, quamuis addiderit, quod Capitaneus secretò fauebat parti aduersæ, siquidem ille proponit casum, qui tùnc euenerat, quiquè si alitèr, & sine illa causa contigisset, adhùc ità respondisset, neque eius resolutio innititur causa, sed ratione, quæ, etiàm causa cessante, militaret, scilicèt, quod illi datur facultas variandi, cui, & eligendi, impertitur. Præterea, cum aliquid est faciendum cum causa sine qua non, certè de illa constare debet, & tamèn ex eiusdem *Afflicti* verbis deducitur euidentèr, assertam per ipsum causam timoris omninò improbabilem fuisse: ait enim: *quod aduertens mulier Capitaneum secretò fauere aduersario, &c.* si secretò, ergo non poterat probari, & non nisi quædam suspitio in mulieris animo enata, quæ illam adduxit ad variandum, & sine qua non variasset, non autem sine qua non potuisset variare, maximè ob alia, quæ subiungit verba, prædictam viduam voluisse prosequi causam in Magna Curia, quia decebat se variare, ergo facilitèr priuilegio variandi cum causa. Tandèm recurrendum est ad *Isern. in Auth. habita, vers. Item, nu. 15. de stat. & consuetud. contr. libert. Eccles. in vsib. feud.* vbi multorum recensens super ea quæstione resolutiones ad inuicem sibi cōtrarias, demùm in eam propēdet, quam pars affirmans tutatur, quod liceat variare, neque addit, si causa suppetat, vel non, eam verò in Iudicijs dumtaxàt consistere, non autèm in contractibus, adiungit.

11 Nostræ tamèn conclusioni aperto marte contradicit Auctor *Marchis. in commiss. Auocat. causar. tom. 2. par. 2. cap. 2. num. 6.* relatus à *Nouario in memor. sua praxi sect. 2. q. 13. num. 8. & 9.* cum occasione scholarium eligendi tātùm, non variandi priuilegio gaudentium (id quod extricant DD. apud *Carleual add. loco, num. 480.*) negat, subsistere resolutionem antedictam de iure variandi concedendo habenti alterum eligendi. At cùm certum sit, omnem regulam suam pati exceptionem: nec virtute illius esse falsam regulam, sed illam passim militare, præterquam in casibus ab ipsis legibus, aut Doctoribus expressè exceptis, certè adduci *Marchis.* haud debebat ad negandam antedictam regulam, intuitu solius restrictionis, quam recenset in scholaribus: eo maximè quod in terminis adductæ *l. vnica*, loquentes Doctores cōstituunt à nobis defensam conclusionem. cuius *textus* sanctio procedit in miserabilibus personis, nimirum, si non dilatatur ad alias, & consecutiuè ad scholares, quibus non tanquam miserabilibus personis indulgetur electio; sed non secus ac alia multa, ita, & ius istud eligendi concessum fuit, scilicèt, vt accenderentur ad studia, miserationis verò causa alijs indultum legitur in adducta *l. vnica*. Quamobrèm conclusionem nostram procedere in personis miserabilibus non dubitamus,

12 atq; ideò clericis nomine Ecclesiarum agentibus, non semèl defendimus, licere variare, sicut eligere, Ecclesias nam-

13 què inter miserabiles numerari personas non ambigimus, & post *Capycium decis. 160.* admonet *Martha de iurisdict. par. 2. cap. 21. sub num. 5.* & videndus *Thor. par. 3. compend. decis. sect. 3. verbo, variatio àn competat.*

Vsus

14 Vsus tandèm Regni Tribunalium eandem nostram admittit sententiam, àc proptereà non amplius de illius veritate dubitandũ esse, aduertimus, quam tandèm comprobant, præter adductos Authores, *Foller. in prax. crim. verbo, Audiantur excusatores, ex num.* 98. *Capiblanc. prag.* 8. *par.* 1. *ex n.* 337. *de Baron. Seacc. de appellat. quæst.* 7. *num.* 121. *Muscat. in add. Glos. competentes, n.* 30. *Thesaur. decis.* 177. *num.* 6. *Mastrill. decis.* 147. *ex num.* 28. *& decis.* 268. *num.* 24. *Nouar. sect.* 1. *q.* 1. *num.* 2. *& q.* 2. necnon *quæst.* 3. *num.* 10. *& sect.* 2. *q.* 13. *num.* 4. *Franch. decis.* 100. *n.* 20. *&* 21. *decis.* 294. *& decis.* 364. *Cons. Staiban. resol.* 84. *nu.* 11. *lib.* 1. *Danz. to.* 1. *de pugn. DD. tit. de remiss. caus. cap.* 2. *Thor. in Cod. rer. Iudic. crim. cas.* 41. *num.* 7. *Consil. Carleual disp.* 2. *q.* 6. *sect.* 7. *num.* 603. *de Iudic. tom.* 1. Quin, & miserabili cuiquè personæ, non semèl tantùm, sed pluriès licere variare, ostendit *Carau. sub num.* 10. & in more esse, adiungit, quod etiàm *Foller.* defendit *num.* 99. *&* 100. *Muscat. citat. num.* 30. *Trentacinquius in tract. variar. resolut. lib.* 2. *tit. de citation. resolut.* 2. *num.* 9. *&* 10. memor *Carau. in hoc Ritu num.* 9. *Auus meus ad Capyc. decis.* 160. quos memorat *Carleual ex nu.* 603. *&* 609. qui qui-
15 dèm omnes, ac speciatim quoquè recensentes, à quo Tribunali liceat variare indiuidualitèr, àn à maiori ad inferius Tribunal, & annuunt, dato, quod recedere velit à Curia Principis, in quã prætereà resolutionem deflectunt *Vrsill. ad Affl. decis.* 257. *sub num.* 2. *de Franch. decis.* 100. idemquè *Marchis. num.* 70. quod inferiùs pleniùs explicabimus, dum tamèn Curia, in quam, variando, recurrit, Principis sit, vel eius ordinarij, nõ alterius, quin etiàm quod Iudicis esset secundarum causarum sui ordinarij ab eo variare liceret, teste *Capiblanc. de Baron. cit. prag.* 8. *to.* 1. *n.* 337. *Thor. tom.* 2. *compend. decis. verbo, Electio. Seaccia de appell. q.* 7. *n.* 137. & declarat *Danz. cit. tit. cap.* 3. quod si Iudices electi essent incompetentes aduersariorum, non procederet electio, seù variatio, *Amat. cons.* 31. *n.* 4. *Nouar. in add. prax. lib.* 1. *sect.* 1. *q.* 2. *num.* 12. *&* 20. *& lib.* 2. *sect.* 1. *q.* 6. *num.* 4. *& q.* 19. *num.* 7. *Thomas. decis. Macerat.* 85. *num.* 4. *Thor. in Cod. rer. Iudic. ciuil. casu* 20. *num.* 13. *Borrell. mem. tit.* 56. *num.* 43. & proindè claudicabit electio fori facta in Regia Audientia non propriæ Prouinciæ, *Nouar. par.* 2. *prax. elect. fori, q.* 6. *Visconti in conclus. iur. verbo, fori priuilegium*, vel facta in Curia Admiratię, Baiuli, Artis serici, vel lanæ, *Nouar. add. par.* 2. *q.* 5. &
16 consecutiuè adhùc incepta lite, teste *Martha de iurisd. par.* 2. *cap.* 30. *n.* 19. *Belluga in suo speculo Princip. rub.* 23. *vers. Sed pone, num.* 9. *&* 10. *Natta, Nenizan.* & alij, quos recenset *Iacob. Cancer. variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 26. *rub. de iurisd. omn. Iudic.* & post illius contestationem, & conclusionem in causa, *Foller. in Constit. statuimus, num.* 3. *Muscatell. in prax. lib.* 1. *par.* 2. *Glos. competentes, num.* 30. *Carau. in Ritu* 233. *sub num.* 9. *Thor. in Cod. rer. Iudic. ciuil. cas.* 60. *Miscellan. num.* 583. *Trentacinq. add. loco n.* 12. & nos notauimus *in rit. antecedenti*, Imò nec solùm in prima instantia, sed in vlteriori quoquè, aut altera instantia, teste *Marchis.* latè comprobante *indic.* §. 2. *vers. amplia vigesimo secundo, sub num.* 68. *& Thesaur. decis.* 177. *num.* 8.

17 Verùm, si dubitari contingat, vtrùm perhorrescentia iam dicta concedatur à locis, & foro dominorum temporalium, scilicèt Baronum, stante quod nullam actu habet Rex iurisdictionem in illis, teste *Sessa decis.* 117. *num.* 19. *par.* 2. ideòq; causas euocare non valet, nisi ille, qui in litis quauis parte iurisdictionem tollere, & reuocare potest, *l. Iudicium soluitur, ff. de Iudic. & Couarr. pract. qq. cap.* 9. *num.* 1. *&* 4.

Responsio nihilominùs affirmatiua verè censenda est, tùm iuris virtute, per *Auend. in suo tract. de exeq. mand. lib.*

lib.1. cap.19. nu.2. Bellug. in eius add. specul. Princip. rub.13. tit. de effectu Imperij, §. sed pone, à num.5. & Portolep. verbo, Euocatio, num.54. nàm, ità plenitùsq; deducitur, ex *dec. Thesauri 177. à num.10. & eius filio, ibid. lit. E, Surd. cons. 152. col. fin.* & *additione Vrsilli ad Afflict. decis. 257. num.4.* necnon ex *resolut. Ricc. 147. to.2.* tùm demùm consuetudinis vigore, nàm id frequenti vsu admitti conspicimus, & verum existimamus, etiam quod priuilegio amplissimo fouerentur Barones, nè ab eorum Tribunalibus causę possint euocari, *Thom. Gramm. decis. 20. de Frãch. decis. 192. num.2. Garsia Mastrill. decis. 127. num.14. Borrell. par.1. summ. decis. tit. 56. de iurament. perhorrescent. num.37. Fab. de Ann. in add. ad alleg. patr. 148. Gratian. discept. forens. 182. num.10. Peregr. decis. 129. nu.7. Giurb. decis. 82. num.7. Ricc. collect. dec. 1847. Reg. Tap. in Const. Regni Statuimus, n.30. Io: Mar. Nouar. in prax. elect. fori, par.2. sect.3. q.3. et q.5. Thor. in supplem. compend. decis. verbo, Electio fori àn competat,* & diximus *in Ritu 230. à n.20.* Aduertendū insupèr duximus, ita esse priuilegiū eligere, sicuti, & variare, ex illius *l. vnica* verbis, & Doctoribus omnibus, atquideò adeūdo prima vice Iudicem ordinarium rei, nō erit electio, illa nempè cuius antedicti meminerunt, & quæ virtute priuilegij conceditur, cum illa re vera fit, quæ intuitu priuilegij fit, teste *Carau. sub d. num.10.* & consequentèr cum eligit forum, in quo nisi ex ipso priuilegio conueniri Reus ipse tùnc nequiuisset, atq; ideò *Tiraq.* & alij, quos sequitur, affirmantes, miserabiles personas habere ius semèl eligendi, & semèl variandi, procedunt, & loquuntur, vltrà primā vicē, in qua litē agitassent corā ordinario Iudice conuenti, iuxtà terminos *legis nemo, C. de iurisdict. omn. Iudic.* atquè isthæc mihi videtur de iure verior sententia, explosā altera, quam ex doctrina *Afflicti in Constit. si quis in posterum, sub num.57.* deducit *Trentacinq. indic. resol.2. num.4.* quamuis elaborare plurimùm in illius quæstionis veritate haud oporteat in Regno proptèr stylum antedictum, admittentem passim variationem pluriès, atquè pluriès factam, vt affirmant *Nouar. in cit. prax. p.1. sect.1. q.3. num.1. Muscatell. in add. Glos. competentes, n.30.* reprehendens *Carau.* verùm *Muscat.* seipsum inuoluere, & magis quæstioni se intricare, inquit *Danz. add. tit. de elect. fori, cap.1.* hanc materiam pertractans etiàm *in add. ad Gramm. dec. 20. R. de Marin. quotid. resol. lib.2. cap. 47. sub num.24. Thor. par.3. compend. decis. sect.3. verbo, variatio, Baron. de effect. minor. ætat. effect. 41. num.33.* & quartam variationem in illo facti themate fuisse denegatam, testis est *Reg. Sanfelic. decis. 278. in fin. lib.2.*

18 Quæ tamèn variatio cautè est permittenda, omni fraudis suspicione remota, *Mastrill. decis. 268. num.27. & decis. 287. num.30. Nouar. de elect. fori, to.2. q.27. num.49. & ad pragm. Regn. Neap. collect. 223. num.7. Didac. de Mari ad Gram. decis. 20. Soto maior lib.3. controu. 25. num.12. Thor. par.2. compend. decis. verbo, Electio, & in Cod. rer. Iudic. crimin. casu 41. Dãz. de pugn. DD. to.2. de elect. fori, cap.1. à num.11.* & satis in hoc cogitandum, scribit *Cancer. variar. resol. par.2. tit. de iurisdict. omn. Iudic. num.11.* nil mirùm, si fisci patronus teneatur omnes adhibere diligentias, cum, vt plurimùm, reperiantur partes concordatæ, teste *Galluppo in prax. S.C. par.2. c.6. num.69.* & propterea non permitti va-
19 riationem à Iudice superiori ad inferiorem, ex *Franch. decis. 100. in fin.* notat *de Petris cons. 13. num.9.* cuius meminit *Thor. par.3. compend. decis. sect.3. verbo, Variatio àn competat, & add. casu 41. num.10.* ea fretus ratione, quia variatio non secus, ac electio requirunt perhorrescentiæ iuramentum, sed quæ perhorrescentia cadere potest in M. C. & S. C. supremis, & sanctissimis Tribunalibus, in quibus tan-

tanta exercetur iustitia respectù inferioris Iudicis,& Baronalis Curię,quod non admittit simpliciter, & absquè distinctione, *Anichin. in respons.* rescripto à *Nouar. in par.2. de elect. fori, sec. 3. q. 27. num. 95.* occurrens *memor. cons. Francisc. de Petris*.

20 Hinc electionem fori non dari in Ciuitate Neapolitana, vbi ob Proregis præsentiam, non præsumitur perhorrescentia, scribunt *Consil. de Bottis ad Constit. Regni statuimus, verbo, miserabilium personarum, Reg. Ronit. cons. 88. num. 3. lib. 1. Paul. Staiban. sen. cons. 74. num. 13. Reg. Tap. in 2. lib. iur. Regn. ad mem. Constit. statuimus, pag. 251. & decis. S. C. 4. num. 5. Reg. Sanfelic. decis. 73. num. 14. to. 1.* & decisum in Collaterali Consilio de anno 1634. refert *Præs. Merlin. lib. 1. controu. forens. cap. 100. num. 3.* decreti verba per extensum inserens, *Iudex Francisc. Maria Prat. lib. 3. discept. forens. cap. 17. nu. 3.* ampliantes etiám in casalibus, & antè ipsos notauit *Palmer. in alleg.* insertis per *Thor. in comp. decis. Regni, verbo, remissio, par. 2.* & concinunt tradita à *Reg. Ronit. decis. 11. num. 11. Episcop. Ricc. decis. 84. par. 3.* At *Reg. Tap. decis. S. C. 43. n. 7.* postquam statuit priuilegium *l. vnica*, locum nõ vendicare in Ciuitate, proptèr Principis præsentiam, decisum tamèn iunctis duabus classibus S. C. indicat, viduam Casalis Turris Octauæ valuisse eligere forum M. C. V. & in ea esse causam tractandam, non obstante remissione petita per Illust. Principem Hostiliani, ipsum insequitur *Præs. Merlin. cent. 2. quotid. resolut. cap. 72. n. 29.* & videndæ sunt allegationes apud *Nouar. de elect. fori, p. 2. q. 21.*

Oppositum verò, dari nempè fori electionem in Ciuitate, in qua residet Princeps;& sic in hac Vrbe de M.C. ad S. C. voluit *Vrsill. ad Affl. decis. 257.* fretus *Andreæ* effato *in Constit. Regni statuimus*, quamquè opinionem insequitur,& veriorem præconizat *Nouar. in tract. de priuil. miserab. person. priu. 135. num. 3.* latiùsquè prosequitur *in prax. elect. fori, q. 3. à n. 30. sect. 1. lib. 1.* & contra recentiores, ac memoratam Collateralis Consilij determinationem inuehit mordicùs *Consil. Carleual in add. ad 1. tit. de Iudic.* insertis *in fin. 2. to. §. 3. & 4. pag. 11.* & non dissentit *Io. Iacob. Anichin. in add. resp. à n. 89.*

Ipse verò recedere non audeo ab opinione negatiua, tùm ob decisionem relatam à *Merlino loco cit.* quæ adeò terruit *Nouar.* vt *in par. 2. elect. fori, q. 21. sec. 1.* rescribens decretũ, aduersus alibi dicta, hãc insequutus fuerit alesì, tùm quia in Principis Curia omnis cessat metus, omnis dolus, omnisq; machinationis suspicio, ex *tex. in l. 1. C. de his, qui per met. Iudic. non appell. Restaur. Lactant. in tract. de Imperat. q. 110. vers. 185.* eo magis his temporibus, in quibus iustissimus iste, atquè prudentissimus Regni Prorex, hoc tenet aků Regis Imperium,& dicere possumus cum *Gratian. tom. 3. discept. forens. cap. 421. n. 18.* sub eo viuere summa libertas est, iuxtà *Senec.* dictũ, quod referri dicit ibi *Gratian. ab Angel. in l. 1. in fin. ff. de seruit. vrb. præd. & Aym. cons. 241. num. 14.* & in hac Ciuitate, in qua, præter Proregem, resident duo Areopagi supremi. s. S. C. & Collaterale Consilium.

21 Vndè inoleuit obseruantia,vt quando altera ex partibus in M. C. litigantibus grauamen recipit, dum appellat ad S.C. vbi qualibet die Iouis, Iudices ipsius de grauaminibus relationem faciunt, licèt de grauamine liqueat, non tamèn à M. C. causam auocat, proùt eadem M.C. vel S.C. si contingat cognoscere de grauaminibus receptis ab alijs Regni Curijs decernunt, quod stantibus grauaminibus causa remaneat. Contrà enim Iudicem grauamen inferentem, vt iterùm esset appellantem grauaturus, vehemens insurgit suspicio, ex *tex. in cap. cum cessante, & cap. vt debitus, de appellat.* hancquè post *Innoc.* & alios reddit rationem, *Luc. de Penn. in l. defensionis facul-*

tulitas, ſub nu.9. C.de iure fiſci,lib.10. quam adducit,non facta mentione de ipſo *Luc. Reg. Rouitus* (& fuit idem in vtroq; ſpiritus) *in prag.18. num.3. de offic. S.C. Thor. par. 3. ſect. 3. verbo, Remiſſio*, ſed S.C.emendato grauamine, cauſam eidem M. C. remittit, cuius praxis ea eſt, ſecundum me, ratio, quia præſumptio noui grauaminis ceſſat in Iudicibus exiſtentibus in loco, vbi reſidet Princeps, ſicuti omnis ibi litigandi ceſſat metus , concinitq; *tex. in l. non eſt veriſimile, ff. de eo quod met. cauſa*, vbi dicitur, non eſſe veriſimilem metũ, quem quis in vrbe dicit recipiſſe, quia ſuperiorem adire poterat, qui vim eum pati prohibuiſſet.

Aliam diuerſitatis rationem *Reg. Rouit. ſub num.4.* aſſignat, quod S.C. repræſentando Principem, poteſt, ſicut Princeps inferiori, emendato grauamine, cauſam remittere, *Bar.* doctrina nixus *in l.eos, num.4. C. de appell.* vbi eius eſſe opinionis videtur , vt Iudex appellationis, qui ſit inferior à Principe, iuſta exiſtente appellatione, cauſam Iudici à quo remittere minimè debet; ergo ipſe Princeps poteſt. Tamèn iſta diſcriminis ratio per Theoricam ab ipſo *Rouito adductam, ſub nu.5.* per quam *Bart.* non redditur ſuſtentabilis doctrina , remanet ſatis dubitabilis , ex quò nedùm Princeps, ſed quilibet appellationis Iudex poterit , ſi libuerit, emendato grauamine, cauſam remittere, per *Gloſ. in c.cum appellationibus, in verbo, remittenda, de appell. in 6.* & ex alijs ibi adductis. Et propterea ſuper hac diuerſitatis ratione cogitandũ reliquit.

At ipſe puto in S. C. hoc fuiſſe introductum, nedùm ob Principis præſentiam, ſed etiàm ob propinquitatem Tribunalium , & commodum emendandi modum omnia grauamina, quæ indè idemmet Iudex inferre poſſet, cùm in eadem Ciuitate, eodemq; loco ambo iſta reſideant Tribunalia, & quolibet die Iouis relationes fieri, pro illis emendandis grauaminibus , fuerit per *prag.18. de off. S.C.* ſtatutũ, quod non ſic eſt reſpectu aliorum inferiorum Iudicum, cum quibus, vt emendentur grauamina, non per viam relationis , ſed per viam tráſmiſſionis actorum, magnis cum litigantium ſumptibus , ac temporis iactura, fieri oporteret. Hoc idem ſeruari videmus , quando in eodem S. C. fiunt per alios Iudices in hacmet Ciuitate exiſtentes relationes, prout ſunt M.C. Admiratiæ, & aliorum Tribunalium, quæ in hac Ciuitate conſtituta cernuntur, illorum namq; auditis relationibus, ac emédatis, vel non, grauaminibus, ſimilitèr cauſę remittuntur; & ita obſeruatur in nõnullis Regijs Audientijs, cũ Iudicibus Regijs illius Ciuitatis, vbi Audientia reſidet , quibus pro reparandis grauaminibus expediuntur prouiſiones, vt prima die relationem faciãt in Regia Audientia, vbi, ipſorum auditis relationibus, emendato grauamine, cauſæ remittuntur.

Quin, ſi viſis grauaminibus, S.C. retineret cauſa, adeò litiũ cumulus in S.C. creſceret, vt nũmquã, & in æternum finis illis daretur. Has cauſas, à nobis excogitatas reperij , incidentèr legendo deciſionem *Dom. Præſ. de Franc.88.* fuiſſe per priùs adductas ab ipſo tanto viro , *ibid. verſus finem*, vbi ampliùs addit, hoc etiàm ſeruari in Regno Aragonię, à quo, purgato grauamine, cauſa ad inferiorem, qui grauauerat, remittitur, vt per *Bellug. in ſpec. Princip. tit. de Præſidibus, rub. 38. num. 11. verſ. ſed ſuper hoc cogita*, vbi ſic ſeruari in practica in illo Regno fatetur.

22 Contigit autèm in Audientia Conſentiæ (cum in eam Ciuitatem veniſſem de menſe Maij 1659. viſendi cauſa Illuſtrem Octauiũ Maſtro Iudice Marchionem Sancti Manghi, tùnc Præſidem, Equitem omnibus numeris abſolutum , quammaximè meum perſamiliarem, occaſione, quod peregrinatus fui ad colendum glorioſiſſimam Imaginem Patriarchæ Diui Dominici, innumeris miraculis decoratam, in Terra Surriani) vt (quandoquidem variatio, ex noſtri *Regni Conſtitutione, ſta-*

tuimus ut magnæ, conceditur, si iuramentum perhorrescentiæ præcedat.) Vidua quædam ob delictum citata ad fisci instantiam in Curia Gubernatoris, procedentis in delicto contra illam, ex inquisitione, & absq; accusatione, variaret ad Audientiam, restitit, Iudex; scilicèt Gubernatoris assessor, prætendens, non intrare terminos mentionatę *Constit.* loquentis in casu, quo illa perhorrescit potentiam Aduersarij, qui eo in casu aberat, & tantùm, fisco instante, procedebatur, de quo haudquaquã intelligendam esse *Constit.* dicebat, cum aduersarij appellatione, ille venire non dicatur, cumquè ita sit fiscus vnius Curiæ potens in illa sua Curia, sicuti, & alter in alia sua, & maiori Curia, cumquè tandèm omnes repræsentent Principem, àc propterea sint eiusdem potentiæ, & consecutiuè, si perhorrescit vnum, itidèm, & reliquos, fore, vt perhorrescat, adeòq; dicendum esse, nullam cadere fisci perhorrescentiam, & cessare Constitutionis terminos. Ad cuius opinionis corroborationem multa cumulabat peritissimus ille Iudex, quamuis tandèm succubuerit, & pro vidua decisum fuerit; etenim perhorrescentia consistit in animo perhorrescentis, ob idquè præsertìm eius dumtaxàt probatur iuramẽto, *Feder. de Sen. cons.* 114. *n.* 2. *Vin. commun. opin.* 866. *n.* 7. *Mascar. de probat. concl.* 954. *&* 961. nec vlla admittitur in contrarium probatio, *Matt. de Affl. in ead. constit. n.* 79. inhæretq; illic *Foller. num.* 119. *& Rota dec.* 42. *in nouis.* & diximus *in Rit.* 230. *n.* 9. & addo *Nouar. de priuil. miserab. person. priuil.* 55. *Borrell. add. tit.* 56. *nu.* 45. dicentem, talem probationem in contrarium afferri numquam vidisse, explosa contradicente resolutione *Cappell. Tholos. in dec.* 236. eamquè insequentis *Campagna in cap. Regni. Quoad decretum*, *num.* 14. *de offic. Iustit.* quamuis, & altera quoquè vigeat valida ratio, quod perhorrescentia magnam præsefert suspicionem, & metũ, *à per*, quod est, *valdè*, &, *horresco*, teste *Sessa decis.* 117. *sub num.* 34. *par.* 2. nimirùm iuramentum quoquè adhibẽdum adiũgit. Animo itaq; suo reuoluẽs quæcunquè ea tandèm sit, siuè vidua, siuè alia miserabilis persona, quę aliquo in Tribunali Iustitiæ complementum desperet ob illius potentiam, reuoluens, inquam, fisci in se peruersum animum, eumuè altero fisco crudeliorem, vel odio se prosequentem, quibit, citrà dubium, priuilegio vti iam dicto, & longè magis, quam si eiusdem partis aduersæ pertimesceret valorem, cum fiscus potentior sit semper quouis potente, quin, Aduocatus Fisci in causa criminali inimicus parti dicitur, vt ex *Glos. in l. si pecuniam, verbo, reputetur, ff. de condit. ob caus.* deducit *Reg. Rou. in prag.* 1. *num.* 21. *de suspic. official.* & ob id dici potest accusator, ex *Bal. in l. vnic. in fin. C. ne quis in sua caus. Iudic. Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 67. *num.* 7. & declarat *Farinac. de indic. & tort. q.* 49. *n.* 74. & multa facere contra partem potest, recensita à *Fontanell. decis. Cathal.* 30. *tom.* 1. *& Franc. Salern. lib.* 1. *cons.* 6. Nosq; adduximus *Afflicti* doctrinam, quem nemo Auditorum perpenderat, apertis verbis præportantem, viduæ petitionem iustitia foueri contra Assessoris prætentionem. Nec vllus eorum, quem viderim, quemuè Assessor, siuè Auditores ipsi in sui gratiam allegabant, manifestiùs fatur, atq; Illustriùs Audientiæ illius Decretum comprobat, cum in eadem *Constit. num.* 36. quærit, an viduæ agenti, & accusanti aliquem coram Capitaneo suæ terræ, & corã illo procedenti ad plures actus; deindè animaduertẽti, illum secretò fauere parti aduersæ, liceat variare, & affirmat. Itaq; supponit, non tantùm si partis aduersæ, sed insupèr si officialis timeat potentiam, ab illius posse prosilire Iudicio, & Tribunali.

23 Istud verò iuramentum, tùm in electione, tùm in variatione requiri in Regno, prætèr *Carau. in Rit.* 228. *n.* 18. scripsit memoratus *Trentacinq. indic.*

re-

resol. 2. *sub num.* 14. *Thor. in Cod. rer. Iudic. ciuil. cas.* 21. *num.* 8.

Quod si præstitum minimè fuerit, & deuentum sit in eum casum, vt præstari non ampliùs liceat, remissio causæ concedenda est Baroni illam petenti, proùt decisum fuisse testatur *de Franchis decis.* 257. *Capiblanc. to.* 1. *prag.* 8. *de Baron. num.* 342. & obtentum in gratiam Baronis, tradit *Danza ad Gramm. decis.* 20. *sub num.* 7. *vers. Sed si in electione*, & distinguit *in add. tit. de elect. fori, cap.* 3. *à num.* 4. *Ricc. collect. decis.* 2306. *par.* 6.

24 In altera verò quæstione, cuius veritatem nititur inquirere idem *Carauita num.* 12. àn si electione, aut variatione facta, vidua nupserit, cesset priuilegium, in qua re vacillant Doctores, quin alij, alijs apertè contradicunt, vt videre fas est apud *Thesaur. dec.* 177. *à num.* 4. *de Franch. decis.* 257. *Mastrill. decis.* 247. *à num.* 28. *& dec.* 268. *Thor. in C. rer. Iud. crim. casu* 41. eosdemq; omnes prædictam discutientes quæstionem, & nos libentèr subscribimus sententiæ, negantĩ, cessare priuilegium, quod perdurare sine dubio affirmamus, nõ secus, ac prędicti *Thesaur. Trentacinq.* & alij asseuerant, quiquidẽ *Thesaur. num.* 4. laudat *Carau. in rit.* 233. *quæst.* 4. & quamuis dicat in *Ritu* 219. fuit id impressorum errore, cum *Thesaur.* verè alleget *Carau. in add. q.* 4. quem non opus propterea erat pungi à *Menochio*, qui, & ipse allegat, huius opinionis esse *Vincent. de Franch. in cit. decis.* 257. vbi tamèn nihil concludit, vt obseruat *Borrell. p.* 1. *summ. decis. add. tit.* 56. *de iuram. perhorrest. num.* 30. Insuperq; *Gaspar filius ad eandem Antonini Thesaur. decis.* sui patris aleam insequitur *in secunda Apostilla*, adijciens, decisum fuisse in gratiam miserabilis personæ, eiusdem nempè pupilli, qui, electione, ac variatione facta, adultam ingressus est ætatem; quin *Regens* meritissimus *Tapia in eadem constit. statuimus, vt magna, num.* 18. speciatim in vidua loquens, idipsum scripsit, & generatim verba faciens, sermocinatur *Foller. in illamet constit. n.* 39. & firmant *Valasens decis. Lusit.* 57. *Mastrill. decis.* 258. *Paschal. de patr. potest. par.* 2. *nu.* 10. *fol.* 193. *Danz. cit. tit. de elect. fori, cap.* 4. *sub n.* 33. quamuis *Carau. n.* 12. *&* 13. quem laudat *de Franch. add. decis.* 257. *num.* 7. & insequitur *Thor. par.* 2. *compend. verbo, Remissio; & vota* 70. *num.* 106. *par.* 1. contrarium putet verius, cumquè sequatur *Marcell. Calà in suo tract. de modo articul. fol.* 10. *num.* 82. & tangat *Capiblanc. in memor. prag.* 8. *par.* 1. *num.* 341. se remittens ad *Giurb. decis.* 52. *& Vin. decis.* 511. siquidem prior maiori fouetur Doctorũ numero, & vsu probatur, & validioribus fulcitur rationibus cumulatis ab insequentibus illam, quin adductis per *Carau.* suasiuis rationibus responsio suppeditatur ab eodem *Foller.* & alijs. Vel saltèm dicamus, illas subsistere, vbi ratio, ob quam cessat causa, cuius intuitu concessum fuit priuilegium, non à voluntate ipsius priuilegiati prodierit cessatio, sed casu, aut
25 necessitate, exempligratia. Pupillus, natura suppeditante, factus est maior. Vidua autèm nupsit, sola voluntate impellente, atquè ideò perduret in pupillo facto maiore. Cesset verò in vidua nupta; hæc enim distinctio depromitur facilè ex iuribus, quæ *Menoch.* cõmemorat *in cons.* 146. *num.* 19. quam, non animo probandi, retulimus, & recedendi à sententia primitùs à nobis commendata pro viduis, sed intentione præbendi ansam curiosis super ea cogitandi, & commentandi, quamquè sententiam à nobis commendatam dicimus cum doctissimo *Reg. Donato Antonio de Marin. lib.* 2. *quotid. resolut. cap.* 243. cuius meminit *Thor. in Cod. rer. Iudic. crimin. casu* 41. *n.* 14. locum vẽdicare absq; dubio in causa criminali, facta electione in M. C. vel Regia Audientia, nam tùnc quia agitur de interesse fisci, quod acquiritur ex querela à persona priuilegiata proposita

ac-

accusationem prosequi in alio Tribunali, quam suo, fiscus non potest. Vndè, sublata de medio persona priuilegiata, proptèr status mutationem, remanet fiscus persona legitima ad instantiam prosequendam. At in causa ciuili, si tempore mutationis status reperiatur lis contestata, non poterit Reus conuentus ad suum Iudicem causæ remissionem petere, secus verò, si, superueniente mutatione status, lis non fuerit contestata, & hanc sustinet opinionem, sigillatim occurrens *Carau. D. Consil. Iulius Mastrillus in responso edito*, ab ipso tùnc vti fisci patrono M.C.V. quod rescribit *Dom. Reg. de Marin. alleg. 94. to. 3. post resol. quotid.*

RITUS CCXXXIV.

ITèm si pupillus, vel pupilla citatus de mandato dictæ Curiæ, ex officio, siuè contractu paterno, vel materno, hoc expresso in citatione ipsa, non auditur, volens declinare forum ipsius Curiæ.

SVMMA RERVM.

1 *Iure communi attento, pupillus, aliæquè personæ priuilegiatæ eligendi, & variandi ius retinent, adhùc si ex paterno contractu conueniantur.*

2 *Forum declinare non licet priuilegiato succedenti liti cæpta cum defuncto, adeoùt etiàm Clericus succedens laico teneatur stare foro laicali.*

3 *Quod declaratur, dummodò sit lis contestata cum defuncto, nec sufficit simplex citatio.*

4 *Reijcitur Francisc. de Petris (viri alioqui doctissimi) sententia, in consil. 13.*

5 *Ante litis contestationem non dicitur quis agere, sed agere velle, & largo modo antè ipsam contestationem lis accipitur.*

6 *Per simplicem citationem non dicitur quis cõtrauenisse testatoris precepto, litigium prohibenti, sub pœna amissionis legati.*

7 *Instantia perempta, heres priuilegiatus poterit vti priuilegio, & fori electione, etiàm obtenta à parte instantiæ instauratione, & quarè.*

8 *Ritus iste apertè contradicit Iuri communi, respectù pupilli, quì non fruitur priuilegio variandi, si ex causa paterni contractus agatur, etiàm lite non incepta cum defuncto.*

9 *Illius dispositio nõ extenditur ad alias personas miserabiles, non obstante argumento à simili.*

10 *Notatur Carau. in hoc sibi contrarius.*

11 *Ritus dispositionem communitèr restringunt nostrates in personis Ecclesiasticis.*

12 *Clericus proptereà quamuis conuentus, vt heres, atquè ex contractu paterno, nihilominùs eligit, & variat.*

13 *Sitnè ità generatim intelligendus iste Ritus, inquiritur.*

14 *Barthol. de Capua ab illius sanctione prorsùs recedit.*

15 *Tres intellectus huius Ritus recensentur, & tandèm Auctor insequitur illum à Muscatello traditum.*

16 *Priuilegiati Authores laudati ex eorum persona, àn possint declinare forum.*

17 *Cessionarius miserabilium personarum, àn priuilegio electionis fori gaudeant.*

18 *In causa Syndicatus, nequè illud competit.*

19 *Illis primum, & secundum beneficium non dantur, si successerint maiori litiganti, post compilatum processum, quod declaratur.*

20 *Terra Rocchetta de Vulturno fuit in Ditione domus Auctoris spatio annorum biscentum.*

21 *Quod*

21 *Quod ſi inſtantia eſſet perempta, & per inſufflationem ſpiritus vita reſtaurata, minori ſucceſſori eſſe concedenda beneficia, deciſum oſtenditur.*
22 *Inſtantia in hæredem, necnè tranſeat ipſo iure, àn decreto transferenda veniat.*
23 *Vſus Tribunalium, citandi hæredes, & tranſferendi iudicium in illos, oſtenditur, necnon quomodo condemnetur procurator domini mortui, in damnum hæredum, traditur.*
24 *Sententia lata contra mortuos, & viuos, àn contra viuos exequi poſſit.*
25 *Lata eodem die, quo actor, vel reus deceſſerint, àn ſubſiſtat, quiduè, ſi poſt concluſum in cauſa, vltimum clauſerint diem.*
26 *An valeat ſi pro mortuo prolata fuerit.*

1 IVre attento communi, pupillum, aliaſquè miſerabiles perſonas eligendi, & variandi ius retinere non ambigitur, adhùc ſi ex paterno contractu conuenirentur, cum tale priuilegium ſit poſitum, & clauſum in corpore iuris, teſte *Couarr. pract. qq. cap. 8. num. 8.* & confirmant *Reg. de Ponte conſ. 18. num. 10. Gratian. diſcep. forenſ. to. 1. cap. 182. num. 27. Giurb. dec. 82. num. 9. de Franch. deciſ. 234. ſub num. 1. Carleual to. 1. de Iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 5. num. 292. & quæſt. 6. ſect. 7. num. 621.* & pro ratione decidendi adeas *Coleri de proc. execut. par. 2. cap. 3. num. 206. & 209. cum ſeq.*

2 Quod ſi lis fuerit cum defuncto non priuilegiato cæpta, hæres priuilegiatus, non poterit virtute ſui priuilegij forum declinare, vt in ſpecie priuilegij *l. vnica, C. quando Imp. int. pupill.* tradunt *Scacc. de appellat. q. 7. nu. 133. Calà de mod. artic. §. 1. Gloſ. 1. nu. 57. Muſcat. in prax. S.C. lib. 1. par. 2. Gloſ. competentes, n. 45. Valaſc. conſul. 136. num. 10. Caſtill. lib. 3. controu. 25. à num. 45.* rationes reddens, *Tuſc. pract. lit. H. n. 2. Nouar.* latè *in prax. elect. fori, ſect. 4. q. 23. à n. 1. lib. 1. & ad prag. huius Regni, collect. 223. num. 22. Affl. deciſ. 212. Viu. deciſ. 250. Borrell. p. 1. ſumm. deciſ. tit. 43. de foro compet. n. 146. Carleual mem. ſect. 7. nu. 625. Baron. de effect. minor. ætat. effect. 41. nu. 75.* etiàm ſi hæres clericus ſit, qui obnoxius erit, litem à defuncto cæptam coram Iudice laico, apud eundem proſequi, *Surd. conſ. 222. lib. 2. & deciſ. 110. Gratian. lib. 1. diſcept. 16. num. 31. Ceuall. pract. commun. contra comm. q. 36. Spino in ſpecul. teſtam. Gloſ. 33. ſub num. 75. Borrell. add. tit. 43. num. 62. & 64. Auendan. de exeq. mandat. 1. par. cap. 1. num. 33. Faller. ad Marant. in prax. par. 4. diſt. 11. num. 79. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. eff. 1. num. 282. Pereyra de man. Regia, 2. p. cap. 30. num. 1. Gallup. in prax S. C. par. 2. cap. 16. num. 20. Addit. ad Muſcat. in prax. lib. 1. par. 2. Gloſ. intimato, lit. F, Reg. Sanfelic. dec. 2. lib. 1. Palma in diuerſ. iur. comm. & Reg. Gloſ. 16. p. 2. n. 12. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 213. num. 2. Carleual cit. q. 5. à n. 299.*

3 Lite tamen conteſtata cum defuncto, vt indiuidualitèr obſeruat *Capibl. in prag. 8. par. 1. de Baron. num. 315.* quidquid in contrarium dicat *Franc. de Petr.* (vir alioqui doctiſſimus, & peritiſſimus) *in conſ. 13.* indiſtinctè tradēs,

4 hæredem, quantumuìs priuilegiatum non declinare forum à defuncto electum, etiàm quod per defunctum non fuerit lis conteſtata, ſed ſufficere ſimplicem citationem, ſiuè fori electionē, & illud de litis conteſtatione militare in Clerico ſuccedente laico, eo namq; caſu obnoxium eſſe Clericum reſpondere coram Iudice laico, ſtante litis cōteſtatione cum eius defuncto laico, notat, id, ꝙ pari ratione de laico ſuccedente clerico, ſcribit *Cancer. variar. reſol. tit. de lit. conteſt. n. 136.* Etenim à *de Petris* placito omninò recedo, inſequutus *Capiblanc. add. loco, Baron. cit. n. 78. Nouar. add. q. 23. num. 11. Viu. deciſ. 250. num. 2.* affirmantes, non ſat eſſe ſimplicem citationem, ſed requiri

quiri litis contestationem, id quod antè ipsos notauit *Reg. Tap. lib. 2. Iur. Regn. de offic. Magist. Iustit. in Constit. statuimus, num. 29.* litis enim contestatione, instantia dicitur cœpta, *l. amplius non peti, ff. rem rat. haber. Franch. decis. 647.* & ante ipsam non dicitur quis
5 agere, sed agere velle, *Specul. de except. & replic. §. 1. Dec. cons. 460. Gramm. decis. 78.* quos laudat, & insequitur *Auus meus ad Capyc. decis. 33.* vt *Parlador.* meritò dixerit, largo modò antè contestationem litem accipi, *differ. quotid. differ. 136. num. 4.* ex *Alciat. lib. 2.*
6 *cap. 24.* nec per simplicem citationem dicitur quis contrauenisse testatoris præcepto, litigium prohibenti, sub pœna legati amissionis, *Bal. in l. quamuis, C. de in ius vocan.* quem sequitur *Fræ. Curt. in l. si quis maior, num. 13. C. de transact. vers. quartum principale requisitum,* quos adducit *Sempron. Ascia determin. 136. num. 6.*

7 Quod si perempta fuerit instantia, hæredem priuilegiatum posse vti proprio priuilegio, & fori electione, etiàm obtenta à parte spiritus insufflatione, & ipsius instantiæ instauratione, scripsere *Ann. alleg. 129. Palm. in diuers. iur. commun. & Reg. Glos. 16. num. 14. par. 2. Paschal. de patr. potest. par. 1. q. 8. num. 218. Nouar. add. q. 23. num. 13. Reg. Sanfelic. decis. 144. n. 13. Reg. Capyc. Latro decis. 123. n. 2. lib. 2.* perempta enim instantia pereunt omnia acta ordinatoria, & habetur, ac si lis nunquam incepta fuisset, *Afin. in pract. execut. §. 2. cap. 15. Ronchegal. in tract. de duob. reis, leg. 16. lib. 3. n. 17. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. de attent. lit. pend. num. 698.* nullumquè propterea vitium litigij consideratur, sequuta alienatione, perempta instãtia, *Reg. Rouit. in rub. de instant. caus. non rest. n. 12. vers. quod si post lapsum triennium, Paschal. add. loco, nu. 217. Reg. Sanfelic. mem. decis. 144. nu. 10.*

8 Apertè tamèn *Ritus* iste noster iuri communi contradicit, respectû pupilli, qui etiàm quod lis non esset incepta, quando conuenitur ex contractu defuncti declinare non potest forum, alium Iudicem eligendo, quàm illum defuncti, cuius est hæres.

9 Dixi respectu pupilli; nam, non aliarum personarum, non obstante, argumento à simili, in quam profectò sententiam propendet *Prosper Caran. hoc eod. in Ritu num. 4.* dicens, hunc Ritum intelligi debere in casu suo, scilicèt in pupillo, eamquè verissimam existimamus, reiecta altera *Trentac. var. resol. lib. 2. tit. de citat. sub n. 6. Vin. decis. 49. n. 9. Thor. par. 1. comp. decis. verb. forum declinare àn possint,* omnium *Caran.* adducentium, qui eo-
10 dem tempore sibi contrarius (teste *Muscatell. in prax. par. 2. Glos. Competentes, num. 92.*) *n. 3. Ritus* sanctionem extendit ad viduas, aliasq; miserabiles personas, & *Thor. par. 3. compend. decis. sect. 3. verbo, Remissio,* etiàm ad Curiales ampliat.

11 Hoc tantùm ijdem memorati DD. restringentes, quoad Ecclesiasticos, ad quos præsentis *Ritus* decretum non
12 extendi, probant, & proindè Clerico, quamuis tanquam hæredi de nouo impetito, licebit declinare forum, & causam ad suum Iudicem trahere, ex *Bart.* theorica *in l. heres absens, ff. de Iudic. Ias. in Auth. quas actiones, num. 39. C. de Sacros. Eccles. Cagnol. in l. 2. q. 92. num. 249. C. de pact. int. empt. & vend. Couarr. pract. q. cap. 8. num. 4. vers. Tertia conclusio,* quorum dictis addimus latissimè tradita à *Barbosa in l. si constante, §. fin. num. 27. vers. vltimo, vsquè ad fin. ff. solut. matrim.* & iterùm *in l. heres absens 19. in princip. num. 104. cum seqq. ff. de Iudic.* & vulgatos terminos DD. omnium *in cap. cum M. Ferrariensis, de constit.* & quæ in terminis *l. vbi cœptum, de Iudic.* scribit *Molfes. ad Consuetud. Neapol. par. 2. tit. de person. q. 8. n. 5. tom. 2. Michael. Graff. int. commun. opin. tit. de Iudic. num. 116. Ricc. collect. decis. 1039. Boer. decis. 69 num. 32.*

Atquè ideò concludendùm pupillo

non

non licere vti priuilegio *d. l. unica*, quotiescunq; agitur de debito proficiscente ex contractu paterno, aut materno, *Trentacinq. add. loco num. 6. Castill. add. controuers. 25. num. 52. in fin.* aduertens, hunc Ritum à iure communi omninò deuiare, quemadmodum decisum quoquè fuisse, recenset *de Franch. in decis.* 234. cuius meminit *Thor. p. 3. comp. dec. sec. 3. verbo, remissio causæ intentatæ*, necnō idem *Praes. de Franch. decis.* 363. in illius postremis verbis, atquè *dec. 364. & Viuius decis.* 553 *num.* 4. quin, & in alia sua *decis.* 553. *num.* tamèn 2. *&* 3. testatur idem *de Franch.* nequè pugnant sequentiā illius verba, *num.* 4. si rectè considerentur, eoquè modo, quo nostra animaduersio inferiùs interpretabitur, *Reg. Tapia in Constit. Regni statuimus, num.* 29. *Ricc. collect.* 323. *Anns mens ad Grammat. decis.* 52. *nu.* 1. cuius meminit *Consil. Carleual de Iud. add. sect.* 7. *num.* 662. *Thor. in comp. decis. p.* 3. *sect.* 3. *verbo, remissio causæ, Vin. decis.* 250. *num.* 2. *Borrel. mem. tit.* 43. *nu.* 147. malè notans *Carauit.* contrarium firmare *in Rit.* 234. *nu.* 1. (tu dic 234.) & ipsius *Carau.* opinionem esse æquiorem, cum *Carau.* euidentèr contrariæ sit aleæ, attenta huius *Ritus* sanctione.

13 Verùm sit nè ità generatim intelligendus iste *Ritus*, militetquè sempèr, quod pupillus in Ius vocatur, ex paterno, aut materno cōtractu, in ancipiti sumus; tū quia validā inuestigare, efficacemquè rationem hactenùs nequiuimus, tamètsi multas suasiuas dumtaxàt considerauerimus, tùm quia perdurum videtur, prorsùs excludere pupillum ab eiusmodi priuilegio, ob istud suppositum, quod conuenitur ex contractu sui parentis.

14 Quin, & proptereà *Bartholomaeus de Capua* ab huius *Ritus* sanctione prorsùs recedit, aitquè, in M. C. V. fuisse determinatum secundum ius commune, vt miserabiles personæ possint declinare forum, vti hæredes ex contractu defuncti conuentæ, teste *Gramm. in cit. Constit. statuimus*, cuius meminit *Consil. Carleual add. sect.* 7. *num.* 623. & quamuis *Carauit. hoc eod. in Ritu, sub num.* 2. dicat, determinationem illam fuisse emanatam tempore Bartholomæi, quo non fuerat conditus præsens *Ritus*, tamèn hæc responsio non placet *Muscatell. cit. loco num.* 92. *&* 93.

15 Vndè plures perdocti viri valdè dubitarunt, dum verbis huius *Ritus* varios tradere, conati sunt, intellectus. Quorum primus videtur, quod cum Doctores fulciantur, *tex. in hæres absens, & l. vbi captum, ff. de iudic.* in illis tantùm procedere casibus, arbitrari debeamus, scilicèt quando Iudicium cæptum est cum illius parente, nàm ità legunt *Capiblanc. in cit. prag.* 8. *sub num.* 315. *Cancer. variar. resol. tom.* 2. *cap.* 2. *sub num.* 26. *Carrab. sing.* 118. *R. Tapia in Constit. Regn. statuimus, num.* 29. *Vin. dec.* 250. *nu.* 2. *Mari ad Gram. dec.* 52. *num.* 2. *&* 3. & alij plures.

Cui quidem intellectui non vtiquè aduersatur assumptum illud, quod si talem admitteret interpretationem noster *Ritus*, non daretur specialitas aliqua respectu pupilli in hoc casu, dum cępta lite cum aliquo, sit sempèr eadem lis coram eodem Iudice continuanda, ad *tex.* euulgatum *in d. l. vbi captum*, siquidem responsio facilis, & manifesta redditur ad restrictionem regulæ, & *text.* prænarrati ab omnibus assignatam, cuius sanctio haudquaquam subsistit respectu personarū miserabilium, quæ etiàm lite incępta fruuntur priuilegio eligendi, & variandi, quod præsertìm scripsimùs *Ritu* 233. *num.* 16. quin, & in prima nedùm, àt insupèr in secunda instantia, teste *Thes. dec.* 177. *num.* 8. atquè alijs inibi cumulatis Auctoribus.

Verùm, à relato intellectu recedimus, proptèr expressa verba *de Franch.* interpretantia, hunc Ritum procedere etiàm in lite adhùc non cæpta, si lis proponatur ex contractu defuncti, *in*

in illa decis. 364. *num.* 4.

Atquè ad alterum non immeritò properamus intellectum, depromptum ex alijs eiusdem *de Franch.* verbis in altera *adducta decis.* 553. restringentibus nostrum *Ritum* ad forum paternum, in qua pater conueniendus esset, si viueret, & consecutiuè nequeat pupillus in alio molestari, & si in alio citaretur, quamuis esset propium illius Tribunal, valeat ipse resistere, atquè instare, ad illud genitoris remitti, atquè ideò quamuis variare à paterno haud possit, ab alio tamen quocumquè non impediatur ad illud parentis, vt est videre *in d.dec.* 553. *n.* 2. *&* 3. cuius memores sunt *Capibl. in add. prag.* 8. *p.* 1. *sub n.* 315. *Palm. in diuers. iur. comm. & Regni, Gl.* 16. *n.* 11. *&* 12. *Mari ad Grāmat. dec.* 52. *num.* 1. Nos autem libentiùs tertio subscribimus intellectui, deprompto ex *tex. in d.l. heres absens*, & procedere dumtaxàt in casibus mentionatis *in* §. 1. *d.l. hares absens*, affirmamus, in quibus non modo tanquam defuncti hæres conuenitur pupillus; verum insupèr tanquam obnoxius ex natura causæ, & contractus gesti per defunctum, nempè, si ejus sit qualitatis, vt contrahens propterea sortiatur forum in loco celebrati contactus; Exemplum facilè erit in tutela, argentaria, administratione, & reliquis consimilibus, vltrà quos quippè casus, huius *Ritus* vigore non prohiberi pupillum eligere forum, concludamus, amplexati *Muscatellum* hanc dantem nostro *Ritui* intelligentiam, *in praxi ciuili, Gl. competentes, num.* 95. & si replicetur interpretationem iam dictam respuere eiusdem nostri *Ritus* verba, in primis præportantia hunc casum, in illis verbis, *ex officio, siuè ex contractu paterno*, dùm priora illa verba, *ex officio*, hoc ipsum insinuant, teste *Carau. in vers. quæro, quid voluit dicere, sub num.* 5. *& de Franch. ead. decis.* 364. *sub num.* 4. itaquè subsequentia illa, *siuè ex contractu*, operari debent suum effectum in altero præter mentionatum antea casum. Aduertatur etenim quod adducta *Ritus* verba, à nobis relatum intellectum promptiùs manifestant, & supponunt, siuè ex officio, siuè ex contractu paterno, scilicèt ratione officij prædicti iam gesti celebrato, conueniatur pupillus, cesset priuilegium, & sic, non tantùm ratione tacitæ hypothecæ, quæ ex communiori sententia proficiscitur ex illo administrato officio, sed etiàm expressæ, prodeuntis ex contractu deindè concorditèr inito pro restanti summa debita ex causa gesti officij.

Demumquè memoriæ legentium repetimus, verba in *Ritu* adiecta, ibi, *hoc expresso in citatione*, apertè ostendere, requiri expressam hæredis mentionem, alioquin, si nomine proprio pupillus conueniretur, nulla addita mentione, quod est hæres, & tanquam hæres vocatur ex contractu defuncti, cessaret profectò huius *Ritus* obseruātia, etiàm in casibus comprehensis in intellectu *Muscatelli*, quem nos insectati sumus, & priuilegio in corpore iuris clauso, multis in *Ritibus* approbato, tùnc nimirùm potiretur pupillus ipse.

Et hæres conuentus ex paterno contractu, si successerit in eodem loco dignitatis patris, cuius causa fori priuilegium gaudebat, àn erit remittendus ad suum Iudicem, affirmatiuè decisum tradit *Thor. vot.* 85. *num.* 1. *& p.* 3. *sect.* 1. *verbo, heres conuentus.*

16 Sed àn priuilegiati Authores laudati ex eorum persona possint declinare, & variare forum, negatiuè resoluit *Capibl. in add. prag.* 8. *num.* 325.

17 An verò cessionarius talium miserabilium personarum priuilegio gaudeat, *add. l. vnica*, adeas *Gaspar. Roderic. de ann. redit. lib.* 3. *q.* 4. *num.* 42. *Castill. add. contron.* 25. *num.* 31. *&* 32. *& Carau. in Ritu* 228. *nu.* 14. negantes, cum hæc personalis fori exceptio personæ cohæreat, *Affl. dec.* 74. *nu.* 2. & ibi *Vrsill. Nouar. in prax. add. sect.* 1. *quæst.* 52. *n.* 5. *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 3. *verbo, remissio causa contra aliquem offi-*

officialem. Variationem neque competere pupillo in cauſa ſyndicatus,
18 teſtatur *Carraba ſingul.* 119. quamquippè carpit aſſertionem, ex *Regni prag.* 1. exordiente, *Regiæ dignitati, ſub rub. de Syndic.* necnon ex *cap. Regni* 132. cuius initium eſt, *item ſtatuimus, ead. rub. de Synd.* quæ quidem Regni iura nullum exprimunt de hac re verbum, & fortaſsè colligit ex eo, quod ſpeciales Iudices, & Syndicatores per Vniuerſitates deligendos mandant, & conſequentèr nequeunt pupilli agentes contra officiales àb illis recedere, virtute priuilegij, quo potiuntur variandi, de qua re *Nouar. par. 2. in prax. elect. & variat. fori, q. 10. ſect. 3.*

Cætcrùm, multa adijcere, quæ in pupilli cauſis, & litibus accidere poſſunt, & obſeruantiæ huius *Ritus* finitima cernuntur, nùnc locus eſſet, ſed illius tantùm meminiſſe contenti erimus, quod præceteris noſtro *Ritui* conuenit, illud nempè, quod pupillo, & minori cuicumque poſt litem con-
19 teſtatam, & proceſſum compilatum ſuccedenti defuncto litiganti haud cõpetit reſtitutio in integrum, ſcilicèt in Regno primum, & ſecundum beneficium, per *Affl. deciſ.* 212. *de Franch. deciſ.* 647. *Carrab. ſingul.* 117. *& Vin. dec.* 250. *num.* 2. *Muſcat. in prax. lib.* 1. *par.* 6. *Gloſ. in integrum, nu.* 13. *Molfeſ. ad Conſuetud. Neap. par.* 4. *q.* 8. *Thor. in compend. deciſ. Regni, verbo, reſtitutio in integrum*, ſcilicèt in eadem inſtantia, vtiquè verò in altera appellationis, adhibitis tamèn conſiderationibus, quæ idem *de Franch.* illic conſiderari admonet, id quod explicat *Anus meus*, dicta per *Caran.* declarans, *ad Gramm. deciſ.* 52. *ſub nu.* 2. in cauſa hæredum mei Gentilis Hieronymi Petra Baronis Terræ Rocchettę,
20 de Vulturno, quę fuit in ditione domus meę biſcentum annorum curriculo.
21 Sed perẽpta inſtantia, illaq; per inſufflationẽ ſpiritus vitæ ex gratia Principis reſtaurata, minori ſucceſſori in lite eſſe concedenda beneficia, non obſtante compilatione proceſſus cum defuncto, notabilitèr deciſum refert *Reg. Sanfel. deciſ.* 145. *lib.* 1. *n.* 22.

Verumtamèn ipſo nè Iure tranſeat in hæredem inſtantia, àc citiùs veniat decreto transferenda, inquirit hoc in *Ritu Caran. num.* 6. Vſumq; refert Tribunalium Regni citandi hæredes, ac
23 transferendi Iudicium in illos, non ſecus, ac *de Franchis* ſummis labijs delibando teſtatur in calce *deciſ.* 245. alioquin, ſententia contra mortuum prolata corruerer, ſicuti, & deciſum illic memorat ipſe *Præſ. de Franch.* ad *Tex. in l. penult. ff. quæ ſentent. ſine appellatione reſcind. l. nulla, C. de procurat. in l. de qua re, §. fin. ff. de re iudic. Caſſador. deciſ.* 2. *tit. de appellation. Polydor. Ripa obſeru.* 23. *Vant. de nullitat. tit. de nullitatib. ex defectu iuriſdictionis, Vin. deciſ.* 52. *Reg. Valenz. conſ.* 155. *n.* 41. *vol.* 2. *Papon. lib.* 19. *tit.* 8. *arreſto* 14. *Cancer. var. reſol. tom.* 3. *cap.* 17. *num.* 323. *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 83. *num.* 2. *tom.* 1. *& conſult.* 113. *num.* 9. *tom.* 2. *Franciſc. Maria Prat. tom.* 1. *diſceptat. forenſ. cap.* 29. *à num.* 1. ad quod euirandum, euulgata eſt praxis in noſtris Tribunalibus, quod condemnetur procurator domini mortui in damnum hæredum, de qua teſtantur *Andr. Molfeſ. in conſ.* 3. *num.* 45. *& 46. Gallup. in prax. S. C. par* 3. *cap.* 6. *num.* 15. & antè ipſos obſeruauit *Rip. ſingul. obſeru. cap.* 24. *Marant. in ſpecul. par.* 5. *n.* 12. *Carrab. ſing.* 95. *& 118. Ricc. collect.* 688. *Ann. alleg.* 14. *& eius filius conſ.* 108. poſt omnes *Reg. Capyc. Latr. memorat. deciſ.* 83. *num.* 20. *Thor. par.* 1. *compend. deciſ. verbo, Inſtantia, par.* 2. *verbo, Iudicium cęptum*, illamq; examinant *Minad. & Monac. dęciſ.* 35. *R. Rouit. in prag.* 1. *n.* 60. *de procur.* & nos alibi extricamus; quid verò, ſi ſenten-
24 tia ſit lata contra mortuos, & viuos, àn contra viuentes exequatur, *Camil. de Larata conſ.* 17. *Reg. Capyc. Latr.* mòx *adduct. deciſ.* 83. *Nouar. lib.* 1. *q. forenſ.* 155. collimant *Anton. Gizzarel. deciſ.* 12. & quæ *Thor.* exarat *par.* 2.

compend. decis. verbo, sententia lata, necnon *Farinac. in suis posthum. decis. 576. nu. 5. to.* 1. quiduè, si fuerit lata eodē die, quo Actor, vel Reus decesserit, resoluas ex exaratis ab eodem
25 *Gizzarel. decis. 9.* quiduè, si post conclusum in causa vltimum clauserint diē, *Mastrill. decis. 137. num. 19. Merlin. controu. forens. to. 2. cap. 23. num. 16.*
26 & àn subsistat, si pro mortuo prolata fuerit, affirmatiuè resoluit *Auus meus ad Capyc. decis. 1. num. 9.* & vltrà ibidem adducta, addo *text.* notabilem *in l. cum quasi, ff. de fideicomm. libertat. Glos. in l. Neratius, ff. de regul. iur.* Contradicunt *Reusner. dec. 22. num. 18. lib. 2. Surd. cons. 99. num. 12. add. ad Gayll. obseru. 169. num. 16. Capyc. Latr. cit. decis. 83. num. 5.* & determinatum in Regia Camera, testatur *Amend. ad Franch. decis. 245. Thor. par. 3. compend. decis. sect. 2. vers. processus compilatus*.

RITVS CCXXXV.

Itē seruat ipsa Curia, quod nullus clericus potest cōparere, nisi personalitèr cum documentis clericatus, aliàs non auditur in declinādo forum Curiæ ipsius, & ipso veniente, datur terminus ad probandum de clericatu, oblata per eum quadam petitione declinatoria fori: & raro quasi dictus processus finitur: vnde eo ipso quòd datur terminus, intelligitur esse remissus, multotiès etiam finitur processus, & interponitur decretum, cum esse clericum, & remittitur sine seruientibus, & si esset suspectus, & de graui re, cum seruientibus, & sub fida custodia ad Archiepiscopum, & si Archiepiscopus vult petere copiam inuētorum contra eum, Curia mittit sibi, & hæc seruantur per ipsam Curiam, quamuis iura canonica his prædictis videantur aliquatenus refragari.

SVMMA RERVM.

1 *Auctor nullum suum Iudicium in Ritus explicatione prabet.*
2 *Ritus dispositio, quo iure potuisset introduci contra libertatem Ecclesiæ, remissiuè ostenditur, & nùm conformis illa sit iuri communi.*
Strictissimè illa, et altera Rit. 65. sunt interpretanda.
Nonnulla de remissione Clericorum, illorum captura, & pro sedanda conscientia in causis remissionis illorum, traduntur.
3 *Ad probationem Clericatus, àn requiratur scriptura, & ex quibus ille probetur.*
An literis Episcopi attestantibus de ordinis collatione credatur, & Episcopi sigillo.
Deperditis bullis, quomodo sit ille probandus.
4 *Clericus, qui ordinem suscepit ab Abbate, habente iurisdictionem quasi Episcopalem, àn priuilegio gaudeat Clericorum.*
5 *In huiusmodi remissione per Clericum petita, non debet citari pars aduersa.*
An audiendus sit Baro pro eius interesse, prætendens, Vassallum inquisitum non esse Clericum, sed vti laicum ad ipsum remittendum.
6 *In remissionum causis personis priuilegiatis denegantur beneficia.*
7 *Clericus primæ tonsuræ habens pensionem super beneficio Ecclesiastico, vel beneficium in commendam, àn gau-*

gaudeat fori priuilegio.
Et nùm simplex pensionarius super fructibus beneficij.

8 *Clericus habens requisita à Sacro Conc. Trid. si perpetret crimẽ, proptèr quod si foret in sacris, esset degradandus, & tradendus Curiæ seculari, debeat nè remitti.*

9 *Clericus non gaudet priuilegio fori, nisi in habito, & tonsura incedat, & alicui Ecclesiæ inseruiat.*

10 *Et àn seruitium debeat fieri in loco assignato ab Episcopo.*

11 *Quid si dimiserit habitum, & deliquerit in habitu seculari.*

12 *Clerici puniendi, si assumant habitum laicalem, & è contra, etiam iocosè, & propterea non est excommunicatus illum percutiens vestitum habitu laicali.*

13 *Talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur.*

14 *Habitus præsumitur ex actibus frequentatis.*

15 *Vxoris amor immensus, quæ, permutata veste cum viro carcerato, ille euasit, ipsa in carcere remansa.*

16 *Sancia Regis Vasconiæ, filia insigni fraude, Comitem Castellæ eius virum vinculis mancipatum euasit.*

17 *Clericum fuisse captum in habitu laicali per quos testes probari debes.*

18 *Et quando, dimisso habitu, valeat Clericus illum reassumere, & de Clerico coniugato, reassumente tonsuram, remissiuè.*
Clericatus quando probetur assumptus in fraudem, & quid seruandum.

19 *Clericus beneficiatus nùm gaudeat, non incedens in habitu, & tonsura.*

20 *Clericatus probatio coram quo Iudice facienda sit.*

21 *In Regno vigore Ritus fit à Iudice laico, non in modum probationis, sed instructionis.*

22 *Citatus uti laicus, pretendens, esse Clericum, remissionem petens, debet personaliter comparere coram Iudice laico.*

23 *Ritus dispositio rationabilis, & laudanda est.*
Clericatus non præsumitur, sed in Regno àn probari debeat per scripturam t. bullas.
Inquisitus àn carceribus mancipari possit, de mandato Iudicis laici, si testes fisci in processu informatiuo nominauerint ipsum Clericum.

24 *Ex sola ostensione bullarum, Iudex laicus statim in mora, & in mala fide constituitur.*
Obseruantia in Regno Portugalliæ indicatur.

25 *Contumacia coram Iudice seculari contra clericum, àn sit nulla, & nùm possit illius pœna exequi.*

26 *Acta facta coram laico aduersus clericum, cuius sint virtutis coram Ecclesiastico.*

27 *Confessioni de crimine coram laico Iudice factæ, àn per Ecclesiasticum standum sit.*

28 *Remissio clerici à seculari Iudice ad Ecclesiasticum quando liberè, & quando sub fida custodia sit facienda.*
Fida custodia quomodo in praxi sit interpretanda.

29 *Caueant Iudices à remissione clerici, cum ignominia.*

30 *Expensæ faciendæ in remissione clerici à Iudice laico, à quo faciendæ.*

31 *Originalia manuscripta illius clarissimi Iurisprudentiæ, & scientiarum luminis D. Præs. S. C. Vincentij de Franchis, iussu Pontificis Maximi Pauli V. asseruantur in Vaticana bibliotheca.*

32 *Barones quidquid erogant pro remissionibus vassallorum ab ipsis repetunt.*

33 *Quid si clericus, vel alius petens, remitti, paupertate laboret.*
Quid seruandum, prò expensis victus præstiti clerico carcerato apud Iudicem secularem.

34 *Iudici laico si constet, clericum vinculis detentum, esse innocentem, statim illum liberum esse relaxandum, notatur.*

35 Re-

35 *Remissio Baroni non datur. quando delictum non adest, nequè cum clausula, vt officialis prouideat, quam tradit Viu. decis. 237.*

36 *Differentibus Baronibus mittere, ad recipiendum carceratum remissum, quid agendum sit.*

1 EN rursus Eurypos; ad quos lembum meum perexiguum, ac naufragij timidum, non voluntas impellit, sed suscepti operis quædam necessitas. Equidem dicere me suprà memini, *Ritu* 65. *tom.* 1. de huiusmodi controuersijs, circa Clericorum delinquentium remissiones, Iudicem esse non velle, sed ea tantùm in medium afferre, quæ alij ante me viri sapientissimi iudicassent: Non retracto: non recanto: Idem, & nunc prædico, & admoneo. Iudicium hìc meum nullum erit, vbi *Ritus* cum Immunitate Clericorum quasi videtur contendere: ne tamen inexplicatum relinquam, quæ Doctiores conciliandi gratia super eo commentati fuerint, obitèr, & remissiuè exponam.

2 Ac primò, quo iure potuisset hic *Ritus* introduci contra libertatem Ecclesiæ. Vide in simili *Petr. Bellug. in specul. tit. de propos. graua.* §. *videndum, post nu.* 12. *vers. & ad hoc fundandum*, ibiq; *longam Apostillam verb. Probemus*, & pro huiusce *Ritus* defensione adeas *Sesse de inhib. cap.* 9. §. 2. *n.* 36. & quod huius *Ritus* & alterius 65. dispositio conformis sit illi iuris communis, nec refragetur *textui in cap. si Iudex laicus, de sentent. excomm. in* 6. colligitur ex *cons.* 110. *n.* 2. *Guid. Pap.* sed cōtradicit *Couar. pract. quæst. c.* 35. *n.* 4. & strictissimè proindè esse hos *Ritus* interpretãdos, scribit *Dom. Anton. Gaeta in alleg.* 124. *t.* 3. *post quotid. resol. Reg. de Marin. nu.* 19. & plura de remissione Clerici, & de illius captura per Iudicem laicum, notat *Bertaz. cons. crim.* 78. *& ibi add.* & hoc idem seruabatur de facto temporibus, *Baldi* vt ipse restatur *in l. si quis ex aliena, num.* 5. *vers. item quia, de ista declinatoria, ff de Iudic.* & ad *Ritus* materiam, vide omninò *Innoc. in cap. vt famæ, in princ. de sentent. excommun. Ludouic. Sarean. respons.* 76. *Barbos. in l. Titia* 35. *à num.* 29. *ad* 36. *ff. solut. matrim.* & pro sedanda conscientia in causis remissionis Clericorum, adeas *Suar. de immun. Eccles. lib.* 4. *cap.* 15. *à num.* 14.

3 An autèm ad probationem Clericatus requiratur scriptura. Vide *Carol. de Regal. Regn. Franc. iure* 8. *vers. in primis*, & nonnulla adnotant *Seraph. dec.* 713. *&* 741. & quomodo ille probetur, & ex quibus cesset, *Reg. de Ponte cons.* 36. *vol.* 2. *Neuar. de elect. for. lib.* 1. *sect.* 2. *q.* 37. *num.* 10. *Danz. tom.* 1. *de pugn. DD. tit. de Cleric. cap.* 2. *Episcop. Marant. respons.* 76. *p.* 4. *Io: Bapt. Ciarlin. lib.* 1. *controu. forens. cap.* 20. *nu.* 46. *&* 47. & quid si Clericus non habeat originales bullas sui Clericatus, sed Episcopus, qui contulit ei ordinem per suas litteras testimoniales attestetur de ordine collato, àn huiusmodi litteris sit credẽdum, affirmatiuè putat *Bellug. in cit. Specul. Princ. rub.* 11. §. *item dubitatur, num.* 5. quem sequitur *Gramm. dec.* 81. *num.* 1. & vidẽndi sunt *Ias. in l. pacta nouissima, in fin. C. de pact. Bellamer. cons.* 10. *Merlin. centur.* 2. *controuers. forens. cap.* 91. *Danz.* distinguit *ad dict. cap.* 2. *num.* 5. *Thor. p.* 3. *compend. decis. sect.* 3. *verbo*, *Remissio causa alicuius, pag.* 126. & nos latè scripsimus *in add. Rit.* 65. *num.* 8. & àn credatur soli sigillo Episcopi, *Bald. cons.* 319. *vol.* 3. & bullis deperditis, quomodo sit probandus Clericatus, *Muta in cap. Reg. Iacob.* 61. *num.* 7. *Reg. Capyc. Latro decis.* 172. *à num.* 24. *lib.* 2. & quid si Cle-

4 ricus susceperit primum ordinem ab aliquo ex Abbatibus alicuius Monasterij, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem in nonnullis terris (de quibus sermocinantur *Tambur. in tractat. de iur. Abb. disp.* 21. *q.* 4.) àn priuilegio gaudeat Clericorum, inquirit *Thor. p.* 3. *compend. dec. sect.* 3. *verbo, remissio petita per Clericum*, post *Mando.*

dos. in Reg. Cancell. reg. 29. p. 2. num. 5. Mirand. in man. prælat. tom. 1. q. 38. art. 9. concl. 3. Rodriq. qq. reg. tom. 1. q. 18. artic. 2. Gratian. discept. forens. cap. 212. t. 2. & omnes refert *Donatus Danza*, à quo accepit ipse *Thor. in alleg. 112. n. 2. & 3. in tom. 3. alleg. post resol. quotid. Reg. de Marin.*

5 Et num in huiusmodi remissione per Clericum petita debeat citari pars aduersa, quod non, tradit *Hypp. in repet. l. de vnoquoque, num. 107. ff. de re iudic.* & proindè dixit *Bal. in l. si qua per calumniam, num. 4. in fin. C. de Episcop. & Cleric.* in hac cognitione clericatus, quæ fit tantùm ad instructionem Iudicis, minimè aduersarium notificandum fore, *Barbosa in d. l. Titia, nu. 32. ff. soluto matrim. Port. conclus. 43. ampliat. 46. fol. 335. de Graff. effect. 1. clericat. nn. 1272.* àn verò, & quomodo, audiendus sit Baro in huiusmodi Iudicio remissionis, prętendens, vassallum inquisitum non esse Clericum, sed vti laicum ad ipsum remittendum esse, obseruat *Reg. Sanfel. dec. 10. lib. 1.*

6 Nota tamèn, quod in remissionum causis non sunt concedenda beneficia, quatenus in ijs ageretur de interesse personarum priuilegiatarum, *de Fräch. dec. 439. Reg. Ronit. in prag. 1. de Minor. Auns meus ad Capyc. dec. 62. num. 3.* cuius meminit *Viscont. ad memor. de Franch. dec. 439. Reg. Tap. 3. tom. iur. Regn. in Constit. mulieribus, n. 4. pagin. 200.* & conferunt exarata à *Gramm. cons. ciuil. 76. Sfort. Odd. de restit. in integr. p. 2. q. 64. artic. 5. n. 36. Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 13. à n. 60.*

7 Et àn Clericus primæ tonsuræ, seù minorum ordinum, habens pensionem super beneficio Ecclesiastico, gaudeat priuilegio fori, latè explicat *Petr. Caball. resolut. crim. cas. 224.* & de possidente beneficium in commendam, loquitur *Reg. Sanfelic. dec. 352. tom. 3.* & quòd simplex pensionarius super fructibus beneficij, minimè illo fruatur, declarauit Sacra Congregatio Concilij, teste *Paris. de resignat. benef. lib. 2. q. 15. num. 15.* alios congerit exclusos à priuilegio Clericali, *Argent. in Consuet. Brit. art. 61 1. nu. 2.* Pro totali tamèn declaratione huius materiæ, adeas *Farinac. q. 8. per tot. Sigism. Scacc. de Indic. criminal. lib. 1. cap. 11. & 12. Barbos. in l. si quis, à num. 199. ff. de Iudic.*

8 Et Clericus in minoribus, etiam, si habeat requisita à *Sac. Concil. Trid.* & perpetret aliquod crimen atrocissimum, propter quod, si foret in sacris, esset degradandus, & tradendus Curiæ seculari, nũ debeat remitti, *Conar. pract. cap. 32. num. 3. vers. & idem erit*, quem laudat *Salzed. ad pract. Diaz. c. 139. in pen. add. in fin.* & ad materiã *Clar. §. fin. q. 36. n. 23. Carol. de Graff. de effec. cleric. effect. 1. n. 812. Decian. t. 1. lib. 4. cap. 9. num. 9. Bouad. in polit. lib. 2. cap. 18. nu. 95. vers. se el Clerigo dexado el habido, Franch. dec. 463. num. 5. Reg. de Ponte cons. 36. num. 6. vol. 2. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 10. Mar. Anton. var. resol. lib. 3. resol. 48 num. 7.*

9 Ex *Conc.* insupèr *Trid.* requiri habitũ, tonsuram, & seruitium continuatum, vt Clericus fori priuilegio gaudeat, declarauit *Sacr. Congreg. Cocil. sess. 23. cap. 6. de reform. Ciarlin. lib. 1. controuers. forens. cap. 2. num. 57. Sperell. dec. 26. nu. 3. & 4. lib. 1. Episc. Squillant. de priuil. Cleric. cap. 4. num. 6. & cap. 7. num 4. Episcop. Ricc. dec. 154. num. 8. lib. 1. & collect. 2275. Bouad. lib. 2. cap. 18. à nu. 102. Episcop. Maxant. respons. 7. n. 3. p. 4. Bellet. disquit. Cleric. p. 1. tit. de fau. Cleric. person. §. 8. nu. 7. Barbos. in l. si quis ex aliena, nu. 27. ff. de Iudic. Auus meus ad Gram. dec. 81. Giurb. cons. crim. 15. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resol. cap. 48. Beltran. de Gueuar. in propagn. Eccles. assert. 1. §. 7. num. 10. Reg. Valenz. in defens. monit. p. 4. num. 37. Hnmad. cap. 65. tit. 5. p. 1. Glos. 8. nu. 6. Azeued. l. 3. tit. 3. lib. 1. num. 6. recopil. Dida. Perez l. 2. tit. 1. lib. 3. vers. quaro vtrũ*, & àn debeat remitti Clericus, probato

10 seruitio diuino, non tamen facta assignatione loci à suo Episcopo, à quo ordines susceperat, affirmatiuè censet

No-

Nouar. in opusc. pract. conclus. concl. 92. *n.* 5. *Thor. in comp. dec. p.* 3. *sect.* 3. *verbo, remissio, Reg. Sanfel. dec.* 247. *n.* 4. *lib.* 2. *& in addit. Ricc. dec. Cur. Archiep.* 388. *circa med.* tradens, cuius qualitatis debeat esse beneficium, pro quo Clericus declinet forum, *de Petr. cons.* 8. *Reg. Sāfel. cit. dec.* 247. *lib.* 2. *Burg. de mod. proced. ex abrupto, q.* 65. *Farin. q.* 8. *n.* 44. *de Ponte cons.* 24. *n.* 10. *Capibl. to.* 1. *prag.* 8. *p.* 3. *nu.* 28. *& Gambacurt. de immun. Eccles. lib.* 7. *cap.* 13. *& n.* 13. aduertit vnū in hac materia valdè singulare,
11 quod si Clericus dimisit habitum, & tonsuram, animo recedendi à Clericato, ex aliquo ex illis signis ibidem ab eo relatis, etiam si tempore patrati facinoris, vel capturæ reperiatur in habitu, & tonsura, non gaudeat fori priuilegio, nisi antè aliquod tempus, ad arbitrium boni viri, probetur habitum reassumpsisse, & è contrà, si Clericus, dimisso habitu Clericali, homicidium commiserit, & in actu aufugerit in habitu seculari, esse illum remittendum, decisum refert *Reg. Tap. de iure Regni in constit. de personis, num.* 25. quem laudat *Danz. mem. tit. de Cleric. cap.* 4. *num.* 19. *Thor. p.* 3. *compend. dec. sect.* 3. *verbo, remissio petita per Clericum*, & iterùm *verbo, Remissio causa petita*, quomodo autèm debeat esse habitus clericalis, si scire cupis, adeas *Campagn. in clem. de vit. & honest. Cleric. verbo, Habitum, à num.* 1. *ad* 17. *Ambrosin. de immun. Eccles. cap.* 23. *nu.* 10. *Farinac. quæst.* 9. *à num.* 69. *Gratian. discep. forens. cap.* 229. *num.* 20. *Danz. de pugn. DD. tom.* 1. *tit. de Cleric. cap.* 1. *à n.* 4. & de habitu Clericorum coniugatorum loquitur *Mar. Salon de pace, cons.* 22. *num.* 5. & excusari Clericum vtentem vestibus breuioribus in itinere, monent *Capibl. in cit. prag.* 8. *p.* 3. *num.* 34. post *Guttier. pract. quæst. lib.* 1. *q.* 7. *Barbos. de offic. Episc. p.* 2. *alleg.* 9. *num* 21. *Io. Bapt. Ciarlin. lib.* 1. *controu. forens. cap.* 20. *num.* 62. *Danz. add. cap.* 1. *nu.* 22.

12 Caueant propterea Clerici ab incessu absq; habitu, & cum vestibus se-
13 cularium, nàm tales præsumuntur, in quali habitu reperiuntur, *Mascard. de prob. concl.* 302. *nu.* 8. *Borrell. in summ. dec. p.* 2. *tit.* 39. *num.* 384. *Giouag. cons.* 16. *num.* 55. *lib.* 2. *Ciarlin. add. cap.* 20. *num.* 6. tradens, Clericum non esse remittendum, quem Iudex laicus, detecto capite, inuenit sine tonsura, aut eius signum non aspiciat, ex *Mascard. concl,* 689. *num.* 10. *Mart. de iurisd. p.* 2. *cap.* 31. *nu.* 24. *Guazz. ad defens. reor. lib.* 1. *defens.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. & alijs, & talibus vestibus Clericus arrestatus, interim custodiri in carceribus Iudicis laici, debet, donec fuerit cognitum àn fori gaudeat priuilegio, *Menoch. de præsump. lib.* 6. *præs.* 76. *n.* 18. *Scacc. in prax. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 82. *Gratian. discept. forens. lib.* 1. *cap.* 190. *n.* 16. quod declarant *Bouadill. tom.* 1. *politicor. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 105. *Tasson. de antefat. vers.* 1. *obser.* 3. *num.* 23. *&* 24. illumq; proindè verberans ab excommunicatione est immunis, *Glos. in l. si quis ignorans, ff. locat. l. attentari, ff. de iniur. Bal. in l.* 2. *C. de in ius voc. Innoc. in cap. non dubium, de sent. excommun. Menoc. add. præs.* 76. dummodò ignoretur, illum esse Clericum, *Bal. in l. si qua per calumniam, C. de Episc. & Cler. & in l. directis, C. de testam. manum. Carol. de Graff. de effect. cleric. effect.* 9. *num.* 195. *Reg. Capyc. Latro consult.* 107. *num.* 25. *tom.* 2. Sic laicus assumens habitum clericorum pęna exilij multatur, *§. penul. Auth. de Sanct. Episcop. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 320. *n.* 13. *et cent.* 6. *cas.* 561. *n.* 7. etiàm si iocosè id agat, *Glos. in cap. tuarum, verb. Signatis, de priuileg.* & declarat *Reg. Rouit. in prag.* 5. *in fin. ne quid in loco public.*

Vndè vnusquisq; debet gerere vestē tempori, & professioni conuenientem, *cap. Deus, qui, de vita, & honest. Cleric.*
14 *c.* 2. 21. *q.* 4. & ex actibus frequentatis præsumitur habitus, *cap. si Iudex laicus, de sent. excomm. l. item apud labeonem, §. si quis virgines, ff. de iniur.*

l. si

l. ſi ignorans, ff. locati, quibus iuribus fretus *Florian. in ſua diſput. incip. varia, & diuerſa,in fine*, excuſat carce-
15 rum cuſtodes, qui ab vxore carcerati de capitali crimine decepti fuere, quē dùm pluriès viſitaret, ſemèl eius veſtibus cum viro præmutatis, ipſa in vinculis remanſa,maritus euaſit,muliebri habitu indutus, quod ſuis temporibuseueniſſe Romæ, recenſet *Farinac. de carcer. & carcerat.q.30. num.* 118.
16 Sic quoquè Sanctia Regis Vaſconiæ filia (teſte *Iuſt.Lipſ.in monit.& exemp. polit. lib.2.cap.17.monit.*18.Ferdinandum Caſtellæ Comitem eius virum inſigni fraude euaſit, qui dum à Sanctio Rege Legionum eius nepote in arctam cuſtodiam eſſet detentus, ſimulans ob votum ad Diuum Iacobum velle proficiſci, indè pertranſiens, & ab eo benignè excepta, impetrat ſui viri viſendi cauſa copiam fieri, quod agens, permutata veſte, vicariam ſe pro marito dedit, & ille dubia luce euaſit,& ad ſuos redit, quæ poſteà ad nepotem educta,impetu ad rationem reuocato, pietatem,& fęminæ robur tollit,& honeſto comitatu ad maritum dimiſit.
17 Et obſerua, non eſſe ſufficiens,quod teſtes deponant ſe vidiſſe Reum, tempore capturæ,in habitu laicali, ſed debent deſcribere qualitatem veſtium, & quot debeant eſſe, vt probēt *Foller. in rubr.ſuæ prax.verbo, Audiantur excuſatores,n.*43.quem ſequitur *Baiard.*
18 *ad Clar. q.36. n.16.*Et àn, & quando, dimiſſo habitu, valeat Clericus illum reaſſumere, & gaudeat priuilegio fori, *Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſc.* 168. *par.2. deciſ.*235. *& deciſ.*315.*num.*4. *par.*3. *Paul.Squill. de priuil.cleric.c.6. num.*19. *Farinac. deciſ.*165. 4.*tom.ſuper declar. Concil.* cuius meminit *Reg. de Marin. lib.1. quotid. reſol.cap.* 50. *num.* 10. *Gabed.*videndus, *deciſ.Luſit.* 58. *num.* 8. *par.* 1. *Ciarlin. lib.1.controu. forenſ. cap.* 36. *Valaſc. alleg.*46. *num.*23. *Reg. Sanfelic. deciſ.*352.*p.*3. *Thor. par.3. compend.deciſ.ſect.3.verbo, Remiſſio petita per Reum*, & de Clerico coniugato, reaſſumente tonſuram,loquitur *R.Sanfel. deciſ.*14.*p.*1. *Mierez in Conſtit. Cathal. tit.vt null. tabell. & iuriſd.offic. n.*3. *to.*1. *Guid. Papa conſ.*221. *num.* 1.*de Graſſ.cit.effec.*1. *n.*90. *&* 324. *Squill.add. tract. de priuil. Cleric. cap.6. nu.* 17. *Nouar. qq.forenſ. lib.* 1. *q.*88. *& pract. concl. iur.Pontific.concluſ.*81.*num.*3. *Valaſc. alleg.*44.*num.*9. *Reg.Capyc.Latr.deciſ.* 173. latèq; *Reg. de Marin. in eius allegat.*132. impreſſa *tom.3. poſt reſol.* & de his eloquimur latè *in Ritu 66.to.* 1. & nonnulla cumulant *Nouar. de elect. fori, ſect.* 2. *q.* 14. *ſub num.*3. *Ciarlin. lib.1. controu. forenſ. cap.*20. *&* 53. *Reg.Sanfelic. deciſ.*13. *lib.*1.*& deciſ.*230. *lib.*2. & nouiſſimè *Marotta lib.* 1. *diſcept.forenſ.cap.* 9.

Et quando Clericatus probetur aſſumptus in fraudē, *Farinac.cōſ.*77.*vol.* 1.*Ricc.var.reſol.c.*59.& quid ſi ſupponatur, eſſe Clericū irregularem,*R.Sāfelic.deciſ.* 2.vel illegitimum,& proindè non potuiſſe ad ordines promoueri, *Maiol. de irregul. lib* 1. *c.*7. *Marcell. Vulpe in prax. for. Eccleſ.cap.*47. *num.*13. *Gramm. deciſ.*81.*de Franch. deciſ.*189. *Thor. add. verbo, Remiſſio cauſæ petita*, & in caſibus, in quibus clericatus aſſumptus eſt in fraudē, tùnc àn remittatur perſona,puniatur verò in pecunia,& ſic in bonis,& quoad diſtrictionē realem. Vidē *Praſ.de Frāch.deciſ.*209.384.*et* 709.*Maſtrill.dec.*294. *Rodriq. in ſumm. cap.*156. *num.3.p.*1. *Suar. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 15. *in fin.P.Fragoſ. de Regim.Reipub.p.* 1. *lib.2. diſp.4. de legib. ſecul.*§.4.*memb.* 50. *num.* 356. & Clericus beneficia-
19 tus nùm fori priuilegio gaudeat in habitu, & tonſura non incedens, & requiratur ſententia declaratoria, *Danz. de pugn.DD. add. tit.de Cleric. cap.*3. *Reg. Capyc.Latr. dec.*73. *lib.*1. *Epiſcop. Sperell. deciſ.* 66. *num.* 13. *Dom.Reg. Sanfelic. deciſ.* 210. *volum.* 2. *Ricc. deciſ.* 154.*par.* 4. *num.* 7. *deciſ.* 161. *par.* 1. *num.* 3. *& deciſ.* 368. *num.* 3. idem *D. R.Capyc.Latr.dec.* 173. *lib.* 2. ad-

aduertens *nu.* 38. *Reg. Sanfel. in mem. dec.* 210. contradicere ab illis, quæ realitèr fuerunt ponderata in dicta *decis.*

20 Sed coràm quo Iudice probandus sit Clericatus, scribunt *Clar.* §. *fin. q.* 36. *num.* 18. *Affl. in Constit. Regni Apostatantes*, *n.* 11. & anteà *Fulgos. cons.* 123. *num.* 2. *in fin. Guid. Pap. q.* 138. *num.* 2. *Alex. cons.* 149. *num.* 3. *lib.* 6. *Capoll. cons. crim.* 10. *n.* 6. *& cons.* 11. *n.* 2. *Barbat. cons.* 45. *vers. Secundo dico, sub num.* 19. *Decian. tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *sub num.* 26. *& cap.* 11. *num.* 5. *Mascard. conclus.* 689. *num.* 7. *Farinac. q.* 8. *sub num.* 33.

21 Sed in Regno, vigore huius *Ritus*, hæc cognitio fit à Iudice laico, non in modum probationis, sed instructionis, & summariæ cognitionis, *Io. de Arnon. differ.* 85. *Vinc. de Franch. decis.* 189. *num.* 1. *& decis.* 329. *num.* 9. *de Grass. cit. effectu* 1. *num.* 1259. *Reg. Sanfelic. dec.* 260. *lib.* 2. (inquirẽs, nùm Reo producente bullas clericatus, si sit opposita falsitas bullarum, laicus Iudex criminis cognoscat.) Citatus enim vti

22 laicus, pretendens esse Clericum, declinatoriam fori formitèr opponens, remitti petens, vna cum actis, ad suum Iudicẽ, debet personalitèr comparere, priuilegia clericatus cum documentis allegàre, & illius requisita, tanquam fundamentum suæ intentionis corã laico probare, ex *Rit.* 65. & huius *Rit.* dispositione, & in hoc Regno sic practicari, & seruari testantur, *Carauita ibid. de Franch. decis.* 189. *Reg. Sanfel. dec.* 7. *num.* 8. *& decis.* 10. *lib.* 1. *& dec.* 277. *lib.* 2. *Petr. Foller. ad Marant. in spec.* 4. *par. vers. Secutare*, *& in suis frag. post pract. crim. n.* 5. *Carol. Rota in floril. concl.* 21. *n.* 14. *Muscat. add. Glos. competentes*, *à n.* 11. *R. Capyc. Latr. dec.* 172. *n.* 25. *lib.* 2. *Prat. resp. crim.* 48. & seruari in statu Mediolanensi, fatetur *Clar.* § *fin. q.* 36. *num.* 3. quod *de Grassis loco cit. num.* 1226. non admittit, dicẽs, posse clericum declinatoriam fori opponere, vel per se, vel per alium, non obstante statuto, vt est noster *Ritus*, quod declinatoria fori non admittatur, nisi Reo ipso comparente, cuius *de Grassis* effatum, insequuntur *Camill. de Curt. in diuers. seù compre-hens. iur. feud. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 106. *Ant. Diana par.* 1. *resol. moral.* 27. & distinguit *Ant. de Ballis var. lib.* 5. *de pragm. Regn. prag.* 1. *tit.* 10. *num.* 27. *&* 29. imò non satisfit, si inquisitus in carceribus Episcopi reperiatur, *Danz. add. cap.* 2. *num.* 7.

23 Etenim Rituũ dispositio rationabilis, & laudanda est, alioquin asserto Clerico in fortijs Iudicis laici non constituto, elusoria esset remissio eiusdem, vna cum actis ad suum Iudicem competẽtem, & cum Clericatus non prouenit à natura, sed extrinsecè fiat, non præsumitur, *cap. Presbyteri* 68. *dist. cap. legum* 2. *q.* 1. *Io. And. in cap. scienti*, *de Regular. Canalc. dec.* 31. *n.* 602. *lib.* 2. *Tiber. Decian. in tract. crim. par.* 1. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 117. *Menoch. de præsumpt. par.* 2. *lib.* 6. *præsumpt.* 76. *n.* 1. *& cons.* 912. *num.* 3. *lib.* 10. *Mascard. conclus.* 302. *num.* 13. *Afflict. & Vrsill. decis.* 295. *n.* 5. *Reg. Capyc. Latro*, memor huius *Ritus*, *decis.* 165. *num.* 43. *lib.* 2. *Reg. Sanfelic. cit. decis.* 7. *n.* 15. Quiq; Clericatus in Regno, vigore huius *Ritus*, probari àn debeat per scripturam, quæ est bulla ipsa ordinationis, ab Episcopo ordinante subscripta? affirmatiuè notant ibi *Reg. Tap. in lib.* 1. *iur. Reg. Io. Michael Troys. in hoc Ritu num.* 20. ea ratione, quia innixus fori declinatoria in clericatu fundata, priuilegium clericale fori allegat, & in eo se fundat, at priuilegium non fundatur, nisi per scripturam, ex *text. in cap. porrò*, vbi *Glos. verbo*, *Inspectione*, *& Soccin. sen. num.* 3. *de priuileg. Specul. in tit. de instrum. edit.* §. *restat videre*, *num.* 14. *Reg. Capyc. Latro decis.* 173. *num.* 26. *&* 27. *lib.* 2. *Reg. Sanfelic. cit. dec.* 7. *t.* 1. qui *decis.* 243. tradit, inquisitum posse capi, & carceribus mancipari de mandato Iudicis laici, etiàm si testes fisci in processu informatiuo obitèr nominent ipsum Clericum,

cum, idquè non procedere subnectit, si ijdem interrogati reddant rationem, & causam scientiæ super clericatu, prout bonus Iudex ad indagandam veritatem interrogare obstringitur, & nō esse procedendum ad citationem verbalē, nec realem, nisi ad effectum remittendi, & ducendi illum ad Ecclesiasticum Iudicem, ex *Farinac. q.8.nu.116.* aduertit, *num. 9.* Sed veritatem huius quæstionis inquirimus *in add. Ritu 65. sub num.8.*

24 Verùm, ex sola obstentatione bullarum, statim Iudex laicus in mora constituitur, & in mala fide in non remittendo superiori Clericum, notant *Alvar. spec. iur. Pontif. c. 33. vers. & nota, Boss. in tract. crim. de foro compet. num. 156.* & ex sola instructione Iudicis, absquè vlla alia pronunciatione, remitti Clericum in Regno Portugalliæ, testatur *Salgad. de Reg. protect. p 4. cap. 14. num. 84.* & innuere videtur *Ritus* iste, ibi, *Et rarò, quasi dictis processus finitur, vndè eo ipso quod datur terminus, intelligitur esse remissus.* Et in more esse in hoc Regno, annuit *de Franch. add. dec. 189. nu. 1.* & quomodo interponatur decretum, quando Clericus remittitur, *Carau. in hoc Ritu,* & in altero *65. Clar. q. 36. vers. Quæro, quomodo,* de quibus meminit *Danz. cit. loco, cap. 4. num. 2. Prat. lib. 1. discept. forens. cap. 35. num. 19.*

25 Notandum etiàm licere Clerico purgare contumaciam, ad finem impediendi pœnam contumaciæ tertiæ partis mobilium, etiàm per alium, vt notat *Carau.* super *add. Ritu 65.* & aduertit *Feller. super Const. Regn. in dict. Rit. 65. num. 2.* quin, nec mulctam pro contumacia ab ipso exigi posse, tuenturGuid. *Pap. dec. 450. Gram. vot. 18. & 27.* qua in re videndi *Larrea in alleg. fiscal. 64. num. 11. Elisæus Danza tom. 1. de pugna DD. tit. de Cleric. cap. 4. num. 9. & tit. de contum. cap. 2. à num. 3. Thor. tom. 1. compend. decis. verbo, Contumacia contracta per Clericum,* ipso propterea citato, vt laico, & reputato contumace pro ictu scopicti, admitti debere excusatorem, ad impediendam exactionem pœnæ ducatorum mille, quæ contracta contumacia vigore *pragmaticæ* debetur, decisum refert *Reg. Sanfelic. dec. 277. lib. 2.* quamquè *decis.* haud reuocatam fuisse, (vt vnus ex Dominis Consiliarijs arbitrabatur, teste *Dom. Franc. Maria Prato respons. crimin. 43.* qui aduersus memoratam *Sanfelic. decis.* calamum arripuit) testatur *Dom. Ant. de Gaeta in alleg. 124. sub num. 21. in tom. 3. post resol. forens. D. R. de Marin.*

Et àn Clericus litem habens contra laicum coram Iudice seculari, condemnari possit in expensis ab eodem Iudice laico, inquirunt *Dec. cons. 240.* quem laudat *Carau. in Ritu 65. nu. 8. Ann. sen. in singul. 131. in fin. Vrsill. ad Affl. dec. 173. num. 2. Viu. dec. 49. num. 6. M. A. Natta cons. 27. nu. 1. Cocchier. de iurisdiction. in exempt. lib. 2. quæst. 6. sub num. 13. Anus meus ad Gramm. decis. 29. num. 6.* memor *Carau. in hoc Ritu.*

26 Acta verò, cum quibus iuxtà *Ritus* dispositionem, remittitur à laico Clericus, quam fidem faciant coram Iudice Ecclesiastico, discuti plerumquè solet, & consuetudine Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ introductum esse; dicit *Episcop. Isernien. in sua praxi Archiepisc. cap. 6.* licere illorum vigore constituere remissum, illumquè tanquam Reum examinare: Itèm stante propria confessione eiusdem remissi facta coram laico, licere eidem Curiæ Ecclesiasticæ torturæ subijcere eūdem, coram ipso Ecclesiastico, anteà factam renuentem, ratificare confessionem, ac tertiò posse illorum intuitu procedere ad condemnationem, etiàm nullo præcedente testium examine, aut repetitione coràm ipso Ecclesiastico; sed tantùm, quia illos coram seculari examinatos habeat Reus ipse pro legitimè citatis, examinatis, & repetitis in ipsa Curia Archiepiscopali; circumscripta, itaquè consuetudine, nullius essent vigoris

goris, nec aliquod parerent indicium apud Ecclesiasticum, ex communi scribentium sententia, *in cap. at si Clerici; de Iudic.* *Ias.* & aliorum omnium, *in l. magistratibus, ff. de iurisd. omn. Iudic. Valasc. dec. f. 65. Mastrill. dec. 2. Lanfranch. dec. 399. Bellettus in suis disquisition. clerical. par. 1. rubr. de fauore Cleric. personal.* §. 14. *num. 8. & rubr. de fauore Cleric. reali,* §. 2. *num. 66.* neque etiàm ad inquirendum, *Ruin. cons. 7. num. 6. vol. 5. Harth. cons. 22. num. 4. Baiard. ad Clar. q. 36. num. 53. Guid. Papa dec. 202. num. 6. & dec. 419. num. 1. Viu. comm. opin. lib. 1. verbo, Iudex laicus, Gramm. cons. crim. 42. num. 1. Farinac. quaest. 7. num. 43. Masull. ad Capyc. dec. 9. num. 13. Iacobus Sbrozzius in tract. de Vicario Episcopi. lib. 2. cap. 192. num. 4. Albert. in tract. de agnosc. assert. cathol. q. 25. n. 43. vers. Et quamuis, Chartar. in tract. de exequ. sentent. capt. bannit. cap. final. nu. 4.* Confessioni
27 verò de crimine coram laico Iudice factæ, àn per Ecclesiasticum standum sit, *Clar.* §. *fin q. 21. n. 21. Ricc. in prax. Eccles. dec. 441. num. 15. Fusc. sing. 187. lit. C. Iacob. Beluis. in prax. crim. rubr. de caus. ciuil. & crim. in princ.* (quibus contradicunt *Padron. cons. 40. à num. 71. Thom. Triuis. decis.* integra 8. *lib. 2. Hippolyt. Grassetti in anatome necis proditor.* §. 29. *sub num. 191.* memor *Carauit. in hoc Ritu,* quorum dissidium conciliat *de Grass. add. effect. 1. num. 229. & 230.*)

Sed copia Actorũ remissionis causæ Clerici ad Curiam Ecclesiasticam, àn debeat dari tantùm contra Clericum, vel integra contra Clericum, & laicum, inquisito etiàm laico, post *Genuens. add. cap. 6. num. 5.* obseruantiam rescribit, cum prouisionibus Collateralis Consilij, *Danz. add. lib. 1. de pugn. DD. tit. de Cleric. cap. 4. num. 3. & in tit. de potest. ad mod. belli, cap. 7. nu. 32.*
28 Sub fida tamèn custodia esse Clericum ad Ecclesiasticum Iudicem remittendum, admonet *Ritus,* & satis quippè cautè dimitti videntur, si id obseruetur, quod *Bal.* ait, vt legati mittantur, *in Auth. si verò, C. de bonis auth. Iudic. possid.* reiecta sententia *Clari in* §. *fin. q. 36. num. 43. & Carau. sub n. 7.* quo in loco, defendere conatur, enormibus delictis volutatos mittere licere, etiam catenis collo obligatis, quamuis cùm compedibus, aùt manicis ferreis nefarios ipsos, grauissimis commaculatos criminibus, nonnunquam remitti posse, non negemus, reliquos verò tantùm custodibus custoditos, testibus *Paride de Puteo trac. de synd. verbo, Remissio, & Boer. dec. 303. num. 13.*
29 Caueant itaq; Iudices laici ab ignominiosa dimissione, & si facere auderent, in vtroque homine punirentur, vt est videre apud eundem *de Puteo adducto loco*, de vno loquentem, & *Bellucam* de alio verba facientem, *in suo Specul. Princip. rub. 11* §. *videamus num. 9. Gemin. in cap. si Iudex,* §. *fin. nu. 11. & Franch. post num. 6. de sent. excom. Iacob. Sbrozz. in cit. tract. de Vicar. Episcop. lib. 1. cap. 132. num. 30. Ortens. Canalca. in pract. de testib. par. 5. num. 220. Fulu. Pacian. in tract. cui incumbat onus proband. negat. lib. 2. cap. 34. n. 49.* Meritò quidam Regens M. C. V. qui remisit Clericum cuidam Episcopo, cum catena in collo, fuit officio priuatus, teste *Iudice de Angel. in prat. super l. omnes,* §. *prætereà el 2. num. 3. C. de Sacros. Eccles.* quem refert *Baron. de effect. inimic. effect. 47. num. 2.* & conferunt tradita à *Cancer. de iure castror. cap. 13. à num. 338.*
30 Expensas verò faciendas in tali remissione persoluent ijdem remittendi, iuxtà veriorem *DD.* resolutionem, quam insectantur *Praepos. in cap. 1.* §. *si Iudex, vers. sed quaero, sub nu. 2. de pace ten. in vsib. feudor. Aufrer. ad decis. Capell. Tholos. 100. Couarr. cap. 33. pract. qq. num. 5. Ludou. decis. Perus. 74. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 3. casu 228. num. 8. Diaz in pract. crim. canon. cap. 125. num. 2. Ann. singul. 271. eiusq; filius in nouiss. addit. Carauitam* adducens, *Alexand. Raudens.*

in

in conf. 17. *n.* 23. *lib.* 2. *Thom. Zerola in prax. Episcop. verbo, Remissio reorum, vers. ad quintum, Ludou. decis. Perus.* 74. *Bouadill. in politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 328. *Episc. Ricc. in prax. fori Eccles. resol.* 87. *par.* 2. *Nouar. de grauam. vassall. to.* 2. *grauam.* 74. *Carau.* adducens, tamètsi idem *Couarr. in cap.* 11. *eiusdem libri pract. qq.* opinetur, sumptibus accusatoris transmittendos esse, si, eo instante, petatur remissio, aut ex publico ærario, si à Iudice ex officio postuletur, quod insupèr tradit *Affl. in Constit. Regni Capitaneorum, post num.* 13. suppetitquè genericum *Bald.* dictum *in eodem citato*, §. *si Iudex, sub nu.* 1. semper faciendam expensis petentis.

31 Ex quibus *Dom. Præses Vincent. de Francb.* clarissimum illud iurisprudentiæ, ac scientiarum lumen, cuius originalibus manuscriptis, tanquam prætiosissimis cimelijs, Bibliotheca Vaticana, vbi Pauli V. Pontificis Max. iussu collocata sunt, locupletior quasi enituit, teste *Auo meo ad Gram. dec.* 24. *sub n.* 5. cuius meminit *Nicol. Top. de orig. Trib. p.* 2. *in prætermissis, n.* 4. *pag mihi* 513. Ille, inquam, *Præs. in dec.* 332. *n.* 4. deflectit ad alteram constituendam conclusionem, vt remissio ad Baronem, si efflagitetur, ab eo subministrentur impensæ, qui insteterit, scilicèt ab ipsomet Barone, cum is soleat eam expetere, *Baiard. ad Clar. q.* 36. *num.* 21. *&* *q.* 38. *nu.* 59. *Visconti Carau.* in hoc *Ritu* laudans, *ad memor. de Franchis dec. num.* 4. *Capibl. in prag.* 8. *p.* 1. *de Baron. num.* 260. *& in prag.* 19. *num.* 39. *eod. tit. Vrsill. ad Affl. dec.* 71. *num.* 2. *Ricc. in prax. Eccles. decis.* 441. *num.* 3. Addit tamèn *Foller. in eadem memorata Constit. Capitaneorum*, quod his temporibus Barones, quotiès ex officio

32 procedunt, & remissionem petunt, quicquid eius intuitu erogant, ab ipsismet delinquentibus remissis posteà repetunt, & proindè infert *Carau. sub num.* 15. *vers. Et ex hoc sequitur*, Barones licitè exigere ab eius subditis suis annuatìm salarium ab ipsis constitutum Aduocatis, quos in Audientijs tenent, protuitione remissionum Vassallorum, quæ tamèn illatio non est vndequaq; tuta, ex exaratis à *Follerio sup. hoc Ritu n.* 6. *pag.* 83. *à tergo, Ann. singul.* 271.

33 Quod si Clericus, vel alius petens, remitti, paupertate laboret, sempèr sumptibus instigatoris, vel Fisci, seu Curiæ coadiutoris, aut Iudicis remittere debentis, *Afin. in prax.* §. 32. *ampliat.* 61. *num.* 2. *Farinac. q* 7. *num.* 39. *Aufrer. ad Cappell. Tholos. cit. dec.* 100. ex *tex. l. Cornelia*, §. *si quis librum, ff. de iniur. Sperel. decis. fori Eccles.* 18. & post *Carau. in hoc Ritu num.* 13. admonent *Danz. add. tit. de Cleric. cap.* 4. *num.* 8. *Nouar. tom.* 3. *de grauam. Vassall. grauam.* 95. *num.* 4. (qui *tom.* 2. *grauam.* 173. tractàt, quando Reis pauperibus sint destinandi Aduocati, & procuratores, expensis Curiæ) tametsi sumptibus Episcopi ordinarij, dicant *Lopez ad Diaz add. cap.* 125. *Bouadill. lib.* 5. *polit. cap.* 7. *num.* 8. *tom.* 2.

Quid verò de expensis victus præstiti Clerico carcerato apud Iudicem secularem, distinguit *Petr. Rebuff. in repet. l. Diuus, num.* 184. *in apparatu Glos. ff. ad Syllan. Bonad. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 329.

34 Quod si Iudici laico constet, Clericum vinculis detentum innocentem esse, statim illum liberum esse relaxandum, notat *Carau. in hoc Ritu num.* 9. quem laudat, & insequitur *Carol. de Graff. add. effect.* 1. *num.* 1285. *vers. Quaro decimo, Baiard. ad Clar.* §. *fin. q.* 36. *num.* 19. & proindè idem *Carau. sub num.* 10. notat pro Vassallis Ba-

35 ronum, vt illi non remittantur, si non appareant delinquentes, quod seruasse in Regijs Audientijs, *Carau.* laudato, testatur *Auus meus ad Gramm. decis.* 26. *sub num.* 7. nec ipsum Salerni practicasse, remittere cum clausula, vt officialis prouideat, quam tradit *Viu. decis.* 237. ad euitandum circuitum, & expensas pauperum carceratorum,

præ-

prædicta autèm limitat in Baronibus habentibus secundas causas. Videas *Cathal. in tract. de Indult. c. 10. n. 67. Capiblanc. in pragmat. 8. par. 1. num. 232. de Baronib.* & differentibus Baronibus mittere ad recipiendum carceratum remissum, solet prouideri, quod infrà tot dies procurent transmissionem carcerati, aliàs causa remaneat, *Ann. singul. 271. Nouar. de grauam. vassall. grauam.* 80. *lib.* 2. *Auus meus ad Capyc. decis. 9. n.* 1.

Sed àn remissio Clerici inquisiti de homicidio, transmissi per Barouem loci delicti commissi, vna cum actis ad M.C.V. & petita per eius Episcopum, si fortè de Clericatu appareurit, sit concedenda, vel remittendus ille sit Baroni, cum petenti, vt ad Episcopum illum remitteret, inquirit *Thor. par. 3. compend. decis. sect. 3. verbo, Remissio clerici inquisiti.*

RITVS CCXXXVI.

Tèm quod in quibuscunque causis ciuilibus, vel criminalibus, ordinarijs motis, & mouendis in dicta Curia, ante litem contestatam, vel post, exceptio excommunicationis proponenda per partem altrinsecùs, vel contra testes in causis ipsis productos, & etiàm producendos, non admittatur per Curiam, nisi proponens excommunicationem ipsam in promptu, & ipso instanti, legitimè doceat dictæ Curiæ de excommunicatione prædicta per legitima documenta.

SVMMA RERVM.

1 *Excommunicationis definitio traditur.*
2 *Excommunicatio maior quæ sit, & minor.*
3 *Quædam vmbra excommunicationis antè aduentum D. N. Iesu Christi præcessit.*
4 *Terribile excommunicationis genus apud Essenos.*
5 *In Ecclesia Catholica excommunicandi potestas descendit à clauibus, quas Christus Apostolis tradidit.*
Illa maxima pœnarū est, & qua in Ecclesia nulla maior inuenitur.
6 *Non est illa ferenda in animalia irrationalia, quidquid dicant Cassan. & Sebenardi.*
Nonnulla de bruchis, & similibus animalibus traduntur, et bruchi magnam cladem in Regno intulerunt in hoc anno 1662.
Propterea inferenda tantùm in re graui, sobriè, & cum circumspectione.
7 *Non licet communicare cum excommunicato, cum limitat. remissiuè.*
8 *An prohibeatur honorifica salutatio.*
9 *Quod non solùm procedit viuente adhùc excommunicato, sed etiàm mortuo.*
10 *Non potest ei conferri beneficium, nec ipse conferre. Fructibus beneficij priuatur, nèc distributiones lucratur.*
11 *Absolutus àn fructus recuperet. Excommunicato àn currat præscriptio, & tempus præsentandi.*
12 *Est suspensus ab omni officio. Maior pars capituli si excōmunicatione sit ligata, valet eligere minor pars.*
13 *Excommunicato Episcopo, eius Vicarius ius dicere non potest. Sed àn Barone publicè excommunicato, eius officiales valeant iudicare in causis vassallorum? Negatiuè scribit Dom. Francisc. Maria Prat. obseru. 1. Author recedit ab opinione Domini Prati, & ratione nititur. Baro ipse non exercet iurisdictionem, sed*

ſed eius Capitaneus, in quem eſt illa träslata, ipſumq; officialem, durante anno, amouere non poteſt.

14 *Excommunicationis exceptio quauis in Iudicij parte opponi poteſt, ex hoc Ritu, & iure communi.*

15 *Ceſſionario tamèn ex perſona cedẽtis, ante litis conteſtationẽ, eſt opponẽda.*

16 *Excommunicationis exceptio, quæ obſtaret cedenti, àn opponi poſſit eius ceſſionario, itaût debeat repelli à limine Iudicij, inquiritur, & diſſentientes recenſentur iuris noſtri Interpretes.*

17 *Terminus ad illam probandum, qui ſit de iure conſtitutus, & à quo die initium ſumat.*

18 *Apertiſſimis documentis eſt probanda. Non iuramento. Sed àn teſtibus?*

19 *Illa verò obiecta à quibus repellat excommunicatum.*

20 *Potiſſimùm Actorem ab agendo, etiàm contra alium excommunicatum.*

21 *Etiàm ſi agat alieno nomine, & ratione officij publici.*

22 *Agenti quoquè poſſeſſorio, & ſpolio iſthæc obſtat exceptio.*

23 *Poteſt tamèn agere ad vxoris reſtitutionem.*

24 *Nequit petere executionem inſtrumenti liquidi, nec ſententia.*

25 *Excipere tamèn valet, Iudicem recuſare, & omnia alia ad ſui defenſionem facere.*
Non tamèn reconuenire.

26 *Nec poterit opponere exceptiones illas, ex quibus dicitur, aliquid agendo, conſequi, vt compenſare, agere remedio l. diffamari, C. de ingen. manum.*

27 *Eandẽ tamèn exceptionẽ excõmunicationis opponere Reo licet in Actorẽ.*
Quid ſi contempſerit excommunicationem, nec abſolui inſtiterit, àn in ſe defendendo audiatur:

28 *Has, aliaſquè pœnas patitur excommunicatus, ſi excommunicatione maiori ſit innodatus, ſecus ſi minori.*
Semèl excommunicatus ſemper talis ille præſumitur non probata abſolutione.

29 *Publicè excommunicatus àn teſtari poſſit, fideiubere, & contrahere.*

30 *Illa oppoſita aduerſus etiàm teſtes operatur illorum reiectionem, & quarè.*
Sed àn, illa oppoſita, in continenti reijciantur teſtes, àn verò in termino repulſæ, inquiritur.
Quando dicatur facta probatio in promptu.

31 *Acta facta cum excommunicato in iudicio admiſſo nullitati obnoxia non ſunt.*

32 *Aliæ exceptiones contra teſtes ſint nè ad merita reſeruandæ, vel earum intuitu ſtatim reijciendi teſtes?*

EXcommunicatio eſt cenſura Eccleſiaſtica, quæ priuat Cõ-
1 munione Sacramentorum tãtùm, aut Sacramentorum, & hominum, & diuiditur in maiorem, & minorem. Maior ſiquidem eſt cenſura,
2 priuans participatione, tàm ſacramentorum, quàm hominum actiuè, & paſſiuè, *cap. Engeltrudam 3. q. 3. Gloſ. fin. in cap. ſi quem, de ſent. excommunic. Nauar. in Manual. cap. 27. num.* 1. Minor priuat participatione paſſiua omnium Sacramentorum, *cap. ſi celebrat, vbi Abb. num. 1. de cleric. excommun. celebr. Cardoſ. in prax. Iudic. & Aduoc. verb. excommunicatio, num. 1. S. Tho. tract. 5. de excom. diſp. 1. dub. 1. 2. & 3. cum ſeq. Aug. Barboſ. in cap. ſi quem 59. num. 2. & 3. de ſent. excommun. Felin. in cap. à nobis de except. & in rub. de ſentent. excommun. cap. 3. Nauar. in add. cap. 27. num. 2. Angel. Claua*ſ *verbo*, Excommunicatio, *el 1. nu. 2.* Carrab. *ſingul.* 226. *Couarr. in cap. alma mater, §. 6. num. 9. de ſentent. excommun. Diaz. in prax. Canon. cap. 13. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 442. à num. 5. Auus meus ad Gramm. dec. 65. num.* 25. Ipſius excommunicatio-
3 nis quãdam vmbram ante Aduentum D. N. Ieſu Chriſti præceſſiſſe apud Gẽtiles, & illius genus terribile fuiſſe
4 apud Eſſenos, ſcribunt *Diaz. in pract. crim. cap.* 118. *Mar. ad Gramm. deciſ.*

cis. 54. *n.* 10. *Auendan. de metu lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 2. *& 3.*

5 In Ecclesia verò Catholica, excõmunicandi potestas descendit à clauibus, quas Christus Ecclesiæ suæ tradidit, & Apostolis, *Suar. tom.* 5. *in S. Th. de censur. disp.* 1. *sect.* 2. *Conink de censur. disp.* 13. *dub.* 3. *nu.* 24. *in* 1. *conclus. Bonac. tom.* 1. *de censur. in genere disput.* 1. *q.* 1. *punct.* 1. *num.* 2. *Alphon. à Cast. aduers. hæres. lib.* 6. *verbo, Excommunicatio, pag.* 353. *in minori impress. Parisijs, Episcop. Ricciul. de iur. person. extr. Eccles. lib.* 4. *cap.* 42. *nu.* 1. *Episcop. Marant. lib.* 2. *controu. iur. respons.* 21. *num.* 110. & illa maxima pœnarum est, & qua in Ecclesia nulla maior inuenitur, *Can. corripiantur* 19. vbi *Glos. verbo, Maior,* 24. *q.* 3. *Episcop. Marant. p.* 2. *respons.* 37. *n.* 17. vt propterea non inferenda, nisi in re graui, sobriè, magnaq; cũ circũspectione, aduertunt *Episc. Marant. cit. respons.* 36. *num.* 18. *Carol. Rota in Floril. concl.* 21. *n.* 23. *Nouar. de priuil. miserab. person. priu.* 49. *num.* 2. *Ricc. in sua prax. var. resol.* 233. *Lazar. de monitor. sect.* 1. *q.* 12. *n.* 11. & non potest infligi, nisi in subsidium, *Farinac. dec. Rot. Rom. crim.* 327. *num.* 5. præuia trina monitione, *Vin. dec.* 93. *Ricc. collect.* 2462. *Euerard. cons.* 109. *vol.* 1. *de Ballis variar. lib.* 5. *de pragm. Regni, pragm.* 1. *tit.* 5. *n.* 33. aliàs iniuria inferretur, & iniustè excommunicans ad expensas teneretur, *Thomas Fastoli causa* 4. *dub.* 14. *Barrell. par.* 2. *summ. decis. tit.* 39. *de expens. num.* 306. *Episcop. Marant. tom.* 5. *respons* 32.

6 Hinc malè loquũtur, *Cassan. cons.* 1. *& Schenard. cons.* 29. *lib.* 2. asserẽtes, quod locustæ, mures, bruci, limaces, & similia animalia damnum dantia, formato processu, anathemizantur, teste *Nauarr. in manual. cap.* 27. *num.* 13. quem laudat *Auus meus ad Gramm. dec.* 32. *num.* 8. cum excommunicationis sententia in animalia irrationabilia non sit ferenda, sed tantùm in hominem baptizatum, & excommunicanti subiectum, *Sayr. dec.* 5. *de sent. excomm. ex c. omnis Christianus* 11. *q.* 3. & hanc, contra *Cassan.* dictum, insectantur aleam, *Clar. q.* 99. *n.* 8. *Martin. del Rio disquis. magic. lib.* 3. *p.* 2. *q.* 4. *sect.* 8. *Graff. in suis decis. Aureis cas. conscient. lib.* 4. *cap.* 6. *Io. Franc. de Leone in thesaur. for. ecclesiast. p.* 4. *cap.* 3. *de locust. & bruch. Reg. Rouit.* & ibi *Lagan. lit. A. in prag. unic. de bruch. n.* 1. *Nouar. in ead. prag.* similitèr *nu.* 1. & contra tales superstitiosos inuehit *Cened. quæst. pract. quæst.* 19.

Sed ad extinguẽdos brucos in Apulea remedium præstatur à *memorata prag. vnica,* simile illi, quod sub Consulatu, C. Pompilij Licinius Prætor in eadem Apulea præbuit, quod *Menoch.* recenset *de arbitr. Iudic. cas.* 80. quæ quidem animalia, nedùm valdè damnosa sunt segetibus, agris, vineis, & pecoribus, sed etiàm ipsis Ciuitatibus, quarum nonnullas murium corrosione cecidisse, testis est *Marsil. Cagnat. var. obser. lib.* 2. *cap.* 17. & bruchorum copia in hoc anno 1662. nedùm in partibus Apuleæ, quæ, vti calida Regio, hæc animalia generat (licèt *Matthiol. lib.* 2. *cap.* 53. asserat, nasci in hortis, & herbis viridis) sed in roto quasi Regno maximam cladem, omniũ damno, agris, & segetibus intulerunt, proùt euenit in anno 1562. teste *Menoch. de recuper. possess. remed.* 12. *ànum.* 36. & aliàs habemus, locustarum tantam nubem à mari vento repentè in Apuleam illatam esse, vt examinibus suis agros latè operirẽt, apud *Luciñ lib.* 1. *de Cothadis.*

7 Excommunicatum ab hominum cõsortio esse eijciendum, sunt iura *in cap. intelleximus, de Iudic. cap. cum inter, de except. cap. quod in dubijs* 30. *de sent. excomm. Carol. de Graff. de except.* 4. *n.* 74. *Molfes. ad consuetud. Neapol. p.* 4. *q.* 49. *num.* 24. *Io: Petr. Fontanel. dec. Catal.* 351. *nu.* 5. *p.* 2. adeoùt quælibet locutio cum excommunicato vetita sit, *Couar. in cap. Alma mater,* 1. *par.* §. 2. *nu.* 5. *Vgolin. de censur. tab.* 2. *cap.* 23. §. 2. *Valer. Regin. in prax. for. pænit. lib.* 32. *num.* 68. *Auend. add. tract. lib.* 2. *cap.* 31. *num.*

num. 19. omnisq; honorifica salutatio,
8 nedùm verbis, sed etiam ex simplici actu, *Vgolin. add. tract. tab. 2. cap. 2. §. 1. num. 10. Vasquez de excomm. dub. 8. num. 5. Suar. tom. 5. disp. 15. sect. 1. n. 3.* quibus contradicunt adducti per *Sayr. de censur. lib. 2. cap. 13. num. 7. Iacob. de Graff. in aureis decis. par. 1. lib. 4. cap. 12. nu. 5.* & àn cibi, & potus sumptio in eadem mensa sit permissa, *Auend. add. lib. 2. cap. 31. nu. 24. & 25.* & quid in patre cum filio, magistro cum discipulo, tutore cum pupillo, vxore cum marito, aduocato cum cliente, & Iudice, causa præbendi audientiam, vide *Fab. Incarn. in tract. de scrut. Sacerd. tit. de excomm. tract. 12. Rummum ad Affl. de iur. prothomis. ad vers. item ratione sanguinis, num. 19. fol. 28. P. Fragos. de regim. Reip. p. 3. lib. 10. de oblig. domin. disp. 21 nu. 44.* Debet etiàm carere Ecclesiastica sepultura, *Vin dec. 97.* Adeò quod, nec cum ipso mortuo
9 communicandum sit .s. ipsum lauando, vestiendo, *Vgolin. de cens. tabul. 2. cap. 23. in princ. num. 8. P. Fragos. de regim. Reip. p. 3. lib. 5. de sepultur. disp. 8. §. 17. nu. 547. Valer. Regin. in prax. for. pœnit. lib. 32. num. 85.* illum excipientes, qui talem sepelit in loco prophano, nè aerè corrumpat, *Mar. Alter. de cens. t. 1. de excom. lib. 1. disp. 10. c. 6. & 7. Aug. Barbos. in cap. à nobis, num. 5. de sent. excomm. Reg. de Marin. lib. 2. quotid. cap. 8.*

10 Non potest ei conferri beneficium, siuè sit excommunicatus ab homine, siuè ipso iure, *Rot. in dec. 5. de sent. excommun. in antiq.* & fructibus beneficij priuatur, *Vin. dec. 28. Put. dec. 280. lib. 6.* nec lucratur distributiones, *Thanis. in dec. 26. Rot. collect. à Farinac. dec. 280. Riccius collect. 1958. p. 5. Borrell. par. 2. summ. decis. tit. 36. de attentat. nu. 111. Gigan. de pension. q. 14. Fràc. Marc. dec. 884. num. 5. vol. 1. Pater Fragos. de regimin. Reipub. p. 2. lib. 4. de oblig. Pastor. Eccles. disp. 10. §. 4 num. 124. & 125.*

11 Sed àn absolutus fructus recuperet, *Fràc. Marc. dec. 537. n. 3. Cappell. Thol. q. 567. Gratian. to. 1. discep. for. c. 119. n. 3. Guttier. Canonic. q. lib. 1. cap. 1. à num. 90.* tradens, excommunicatum ex causa debiti, minimè fructus recuperare, per ipsum etenim stat, se absolui facere, vel soluendo, vel vtendo beneficio, *cap. Odoard.* sicuti excommunicato currit præscriptio, si est in mora petendi absolutionem, cum dicatur posse agere, qui facit, vt non possit agi, *Bal. in cap. 1. de præscript. Auend. de mer. lib. 2. c. 28. n. 44.* in quo *capite* de absolutione censurarum pertractat, & àn currat tempus præsentandi, *Rota in antiq. dec. 527. Ricc. collect. 2453. p. 6.* & è contra ipse excommunicatus alij conferre prohibetur, quod restringitur, appellatione pendente, *Mar. in dec. 99. p. 2. Bisign. dec. 2. tit. de iur. patron.*

12 Est suspensus ab omni officio, & ab iurisdictionis exercitio remouetur, *Gl. vltim. in cap. cum benè, de ætat. & qual. cap. cum dilectus, de consuet. Franc. Marc. dec. 924. d. Iudex Franc. Maria Prat. pract. obseru. 1.* adducens *Carau. in hoc Ritu num. 16* insignem Doctorem, ac iuris Regni solertissimum enucleatorem præconizans, affirmantem, non posse eligere, neque eligi, quod nouissimè cõfirmat, distinctione vtens, *Dom. Canonicus D. Francisc. de Magistr. in sylu. Eccles. lib. 1 par. 1. cap. 4. de his, qui eliger. poss.* tradens *nu. 7.* quod si maior pars capituli sit excommunicatione ligata, valeat minor eligere.

13 Imò, Episcopo excommunicato, eius officialis, seù Vicarius est suspensus à iurisdictione, quam accepit, cum accessoria sit, & idem auditorium vtriusquè censeatur, ex *tex. in cap. 1. vbi Glos. verbo, Ipsius officialis, in fin. de offic. Vicar. in 6. Sanch. lib. 3. disp. 30. à nu. 5. Suarez de censur. disput. 13. sect. 2. nu. 15. & disp. 14. sect. 1. num. 1. Molina tract. 5. disp. 10. num. 2. Roman. singul. 632. Guttier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 1. à num. 83. Rebuff. in prax. benefic. tit. de form. Vicariat. num. 217. Anton. Cucch. lib. 2. instit. moral. tit. 8. num. 134. Sbroz. lib. 3. de Vicar. Episcop. q. 17. num. 2. & 4. Franc. Marc. dec. 1231. & dec. 1232.*

par. 1. in contrarium (culpa impressoris) adducta ab *Episc. Ricc. collect.* 214. *P. Fragos. de Regim. Reipubl. p.* 2. *lib.* 8. *disp.* 19. *tit. de Episcop.* §. 4. *num.* 23.

Sic Barone publicè excommunicato, nõ posse officiales ad iustitiã deputatos iudicare in causis vassallorum, eiusdem Baronis, scripsit, & lepidè quidem iuxtà morem, *Dom. Franc. Maria Prat. add. obseru.* 1. cuius meminimus *in Ritu* 61. *num.* 4.

Sed ipse recedo ab opinione *Dom. Prati*, etenim cum Baro exercere ipse iurisdictionem non valeat, sed Capitaneũ deputare obstringatur, vt scribit *Auus meus Capyc. dec.* 124. *n.* 1. ipso Capitaneo deputato, ampliùs intromittere se nõ potest, adeò quod non valet ab eo causã auocare alteri delegando, *de Franch. dec.* 511. *Frecc. de subfeud. aut.* 13. *R. Rou. in prag.* 5. *de Baron. Capibl. in ead. prag.* 5. necnon *in prag.* 8. *p.* 1. *n.* 68. *de Baron. Muscat. in prax. S. C.* 2. *p. Gl. competentes, n.* 60. nec expedire rescripta, certam formam tribuentia, sed tantùm, quod iustitiam faciat, Gentilis meus *Petra de potest. Princ. cap.* 1. *n.* 55. *Auus meus ad Gramm. dec.* 30. *num.* 6. & decisum per S. C. in gratiam Terræ Peschi Pagani, contra D. Hieronymum Iesualdum eius dominum, testatur *Amend. ad Franch. dec.* 511. *n.* 8. quem laudant *Nouar. de grauam. vassall. tom.* 1. *grauam.* 186. *nu.* 3. *Thor. in supplem. compend. dec. verbo, Barones.*

Nequeunt propterea interuenire in capturis informationũ contra vassallos, neque in torturis, vt determinatum contra Marchionem Lauri, scribit *Nouar. in prag.* 3. *collect.* 4. *n.* 10. *de Baron.* cuius meminit *Thor. in eod. supplem. verbo, Barones*, vndè in dies expediuntur prouisiones, vt Barones minimè se intromittant in exercitio iurisdictionis, *R. Rou. in prag.* 2. & 3. *n.* 14. *de susp. Off. Nouar. de grauam. vassall. tom.* 2. *grau.* 89. *Reg. Capyc. Latro consul.* 87. *nu.* 20. *lib.* 1. Idcircò, iurisdictione tempore habili in personam officialis transmissa, illa dicitur Baro actu se priuasse, durante anno, in quo illum remouere non potest, inuitusquè cogitur ipsum tolerare, *de Franch. dec.* 216. cuius memor est *Auus meus ad Capyc. dec.* 20. *n.* 6. & tradit iterùm ad *dec. eiusdem Capyc.* 121. *num.* 3. *Caualcan. dec.* 25. *par.* 2. *Paschal. de patr. potest. p.* 4. *cap.* 6. *antè n.* 36. *Capibl. in add. tract. de Baron. in prag.* 3 *sub nu.* 138. & *in prag.* 6. *n.* 5.

Nèc, quæ diximus de Vicario, excommunicato Episcopo, obijcem faciũt, tùm quia *Sotus in* 4. *distinct.* 22. *artic.* 1. *pag.* 955. illa non admittit, tradens, quod si Episcopus, postquam eum instituit, excommunicetur, non cesset institutio, tùm quia discrimen est inter vnum, alterumq; casũ, nam Vicarius ad nutũ Episcopi est amouibilis, ab illo dependens, & vnũ corpus censetur, nõ sic Baronis Capitaneus, & huius opinionis expresse, post *Abb.* est *Marant. in Specul. par.* 4. *princ. in* 5. *distinct. num.* 70. hæc rescribens verba, *Illud tamèn, quod dixi de Vicario, non intelligas procedere in quolibet ordinario, vt per Abb. in c. licet de offic. deleg. quia iurisdictio ordinarij non finitur morte constituentis, multò minus finitur excommunicatione*, & non dissentit *Auil. in c.* 1. *Prætor. in Glos. fin. num.* 42.

14 Exceptio verò hęc excõmunicationis, cum anomala dicatur, teste *Muscatello in praxi Ciuili, par.* 3. *Glos. similes, n.* 2. ideòq; proponi possit in quauis iudicij parte, constat ex hoc *Ritu*, ex quo id deducit præfatus *Muscatell.* & de iure vera est conclusio, *cap. pia, de exception. in* 6. *Lap. alleg.* 54. *sub num.* 10. *Roman. sing.* 47. *Borrell. p.* 2. *summ. dec. tit.* 2. *de prob. n.* 61. *Cardos. in summ. seu prax. Iudic. & Aduocatorum, verbo, Exceptio, num.* 13. *Felin. in cap. exceptionem, de except. Iodoc. in prax. ciuil. cap.* 131. *nu.* 4. *Hier. Scruff. cons.* 7. *nu.* 1. *Olea de cessione iur. tit.* 6 *q.* 11. *num.* 54. *Virgil. de legitimat. person. cap.* 34. *num.* 2. etiàm si pręscriptus terminus cum peremptorio, ad proponendas dilatorias, elapsus fuerit, *clem. vnica, eod. tit. de except.*

15 Vnum notatu dignum, nè quæso, aduertere omittas, hæc locum vendicare, vbi ipse excommunicatus ageret,

non

verò eius Cessionarius, cui si antè litis contestationem non fuerit oppositum de cedentis excommunicatione, posteà opposita, ei non nocebit, in ipso enim cessionario cessat ratio dispositionis piæ Summorum Pontificum, scilicèt periculum animæ, & communicationis, quæ efficit, vt hæc exceptio, in quacumquè iudicij parte admittatur, vt lepidè obseruat *Olea cit. tit. 6. q. 11. num. 54.*

16 Sed dissentiunt DD. in ea questione, nùm isthæc excommunicationis exceptio, quæ obstaret cedenti, obstet cessionario, ita vt debeat repelli à limine iudicij, dùm cedens in excommunicatione perseuerat; etenim nonnulli indistinctè abnuunt, illâq; cedenti non obstare, credunt, *Posth. de manutent. obser. 68. num. 3. Carpan. ad stat. Mediol. 1. tom. cap. 42. num. 85.* etiàm in cessionario ex causa lucratiua, *Anton. Fab. lib. 12. coniectur. cap. 9.* Alij distinctione vtuntur, vt cessionario directas mandantis actiones exercenti noceat, non verò vtilibus experienti, *Costa de priuil. credit. prælud. 2. num. 10. Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 4. nu. 74. Marant. in l. si actor, ff. de procur. Consil. Arias de Mesa lib. 1. var. resol. cap. 2. nu. 5.* Cæteri discrimen agnoscunt, inter cessionarium ex onerosa, & lucratiua causa, nam huic obstare credunt, *Brunor. à Sole q. 10. Marta de iurisdict. par. 3. cap. 9. num. 5. Bertaz. de clausul. instrum. claus. 29. Glos. 7. num. 2. Io: Maria, Nouar. qq. forens. lib. 1 q. 118. Celsus Bargal. de dolo, lib. 4. cap. 2. nu. 30.* At nouissimè *Olea mem. q. 11. à nu. 49.* suum exponens iudicium post *Ricciull. in tract. de iure person. extr. Eccles. gram. exist. lib. 4. cap. 29. num. 6. vers. contrarium, Anton. Fab.* & aliorũ insectatur aleam, vt siuè cessionarius sit ex onerosa, siuè ex lucratiua causa, vtiles ex sua persona actiones exercens, minimè excludatur, dubitans de restrictione à *Ricciull.* allata *n. 5.* quando omne commodum actionis cessæ peruenturum esset ad cedentem, quam, etsi verissimam *Olea* confiteatur, non videt tamèn quonam modo cessionarius possit dici is, ad quem commodum actionis cessæ, & pecunia exacta peruenire non debeat, vt aduertit etiam *in eod. tract. de cess. tit. 6. q. 2.*

17 Probari tamẽ debet infra octo dies excommunicatio ex eisdem iuribus, & Doctoribus hactenùs mentionatis, à die tamèn propositionis dictæ exceptionis, dicit *Tuscus concl. 396. litt. C. nu. 3. & concl. 458. num. 3. lit. F.*

Verùm aduertendum duximus prænarratũ *tex. in in c. pia,* illis vti verbis, *die, in quo proponitur, minimè computato,* & consecutiuè excludit diem oppositæ exceptionis; ergo non ab illo die exorditur prædictus terminus octo dierum, nisi dicamus hanc fuisse *Tusci* viri eruditissimi mentem, præhabita distinctione à nobis relata super *Ritu 220. num. 35.* inter terminum statutum ab actu, & alterum à die actus.

18 Iam dictam verò exceptionem apertissimis documentis probandam esse, dicit idem *cap. pia,* monetq; *Iaf. in l. decem, num. 51. ff. de verbor. obligat.* nimirùm si in defectum probationum non admittitur iuramentum, *Roman. singul. 200.* atquè *Mascard. concl. 691. lit. F. num. 2.* non enim probatur ex eo solùm, quod quis fuerit denunciatus, *Rot. in nou. decis. 252. & decis. 400. Vant. in tract. de nullit. rubr. de nullit. ex defectu iur. delib. num. 64. Marcell. Calà de mod. artic. §. 2. Glos. vnic. num. 699.* nequè ex sola fama, vt putant *Roman. cons. 349. num. 4. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 41. num. 5.* ãn verò per testes, qui appellatione documentorum veniunt, ex *Glos. indicato c. pia, vers. Documentis,* extricat *Puteus dec. Rom. 380. p. 3.*

Non sic de facili propterea illius exceptionem proponi in Curia Romana, *Rota* ipsa recordatur *decis. 8. de sentent. excomm. in nouis.* quia, vt *Speculator* fatetur *in tit. de except. §. viso, sub num. 2.* ità demùm hæc exceptio repellit agentem, si oppositio fiat, iuxtà formam traditam, *in d. cap.*

pia, de except. & meritò Ricciull. in
cit. tract. de iure person. lib. 4. cap. 32.
num. 42. reprehendit Tiraquel. quod
cùm Peregrin. de iure fisci, lib. 2. tit.
11. sub num. 15. in fin. scripserit, in tract.
de retract. consanguin. §. 1. Glos. 9. num.
282. in Senatu Veneto, & apud Gal-
los hanc exceptionem non seruari in
foro seculari, ex Galliarum generali
consuetudine, dicens Ricciul. id esse
ex difficultate, quam ipse perpendit
in seruanda sanctione, memorati c. pia,
& de generali consuetudine Curiarum
Galliæ, meminit Fab. in §. quod si tutor,
inst. de curat. Ferron. in cõsuet. Burde-
gal. tit. de retract. §. 7. & passìm serua-
ri in Curia Tholosana, testatur Maynar.
dec. 96. lib. 4. n. 3.
19 Illa verò obiecta à quibus repellat
excommunicatum, vltra à nobis addu-
cta, perbreuibus congerit verbis Episc.
Campan. in diuers. iur. Canon. rub. 11.
cap. 15. num. 54. & 141. latiùsq; pertra-
ctãt Auus meus ad Gramm. decis. 65. à
num. 21. Gulielm. de Bened. in rep. cap.
Rayn. vers. mort. itaq; testat. el 1. num.
287. Viu. dec. 96. de Ponte cons. 41. Ricc.
collect. dec. 214. p. 1. & collect. 2051.
2462. 2729. et 3060. Nouar. collec. 43.
num. 3. Ianuens. in prax. cap. 7. num. 1.
& cap. 23. Capiblanc. de Baron. prag-
mat. 8. par. 3. num. 35. lib. 1. Peregr.
recensens, quæ sint excommunicatis
vetita, quæ verò concessa, & quo in
casu, de priuileg. fisci, lib. 3. tit. 9. Nep.
de Monte Alb. in libell. except. rub. de
except. contr. aduoc. vers. Item excom-
municatus, Ang. Clauas. in summ. verbo,
Excommunicatio vltima, Nauarr. in
manual. confessar. cap. 27. à nu. 17. po-
20 tissimùm repellit actorem ab agendo
etiàm contrà alium excommunicatum,
Glosa in cap. à nobis, de sentent. excom.
siuè ciuilitèr, siuè criminalitèr agat,
21 tàm propriò, quàm alieno nomine,
vt tutorio, procuratorio, vel simili, An-
ton. de Virgil. de legit. person. cap. 15.
num. 4. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 8. n. 6.
Io. de Deo in Doctr. Aduoc. lib. 3. c. 3.
num. 5. Bonacos. com. opin. verbo, Ex-
communicati, Clar. §. fin. q. 14. vers.
Quaro nunquid, Grauat. ad Vestr. in
prax. lib. 7. cap. 1. num. 25. Duen. reg.
268. Iodoc. in prax. ciuil. cap. 131. n. 2.
Danza tom. 1. de pugn. DD. cap. 2. de
qualit. official. num. 21. Viu. opin. 261.
Gaill. in tract. de pace publ. cap. 12. n.
22. lib. 2. Roman. singul. 632. Pereg. de
iure fisci, lib. 3. tit. 11. num. 9. Vgolin. de
censur. Eccles. tab. 2. cap. 19. n. 1. Seraph.
decis. 182. num. 1. Plaz. in epitom. de-
lict. cap. 44. protendens, etsi suam, suo-
rumq; prosequatur iniuriam, Farinac.
in pract. crim. tit. de accusat q. 12. n. 29.
de Grass. in tract. de except. 4. except.
pag. 26. etiàm ratione officij publici,
Nouar. qq. forens. lib. 1. q. 135. aduertẽs
non obstare Viu. decis. 99. asserentem
Prælatum, & beneficiatum excommu-
nicatum posse ratione prælaturæ, vel
beneficij agere, illamquè procedere
in excommunicato occulto, non noto-
rio, insequitur Ricc. collect. 2730. p. 6.
vt propterea etiàm agenti possessorio,
22 & spolio, illius obstet exceptio, dixit
Glos. in cap. ex insinuatione, de procur.
Butr. in cap. cum quis, Glos. 2. de re-
stit. spoliat. Cappell. Tholos. decis. 172.
Feder. de Sen. cons. 116. Dec. in cap. in-
telleximus, num. 8. de Iudic. Auendan.
de met. lib. 2. cap. 31. num. 14. nisi ad
23 recuperandam vxorem spoliatus age-
ret, Glos. in cap. quoniam 11. q. 3. Cor-
sett. reg. 692. Auus meus add. loco, n. 23.
24 Executionem instrumenti liqui-
di petere ille nequeat, voluit Seraph.
de priuil. iuram. priu. 17. n. 85. Pand.
de præsent. instrum. par. 2. decl. 20. &
21. num. 9. Galter. in pract. instr. 1. p.
2. par. rub. 1. num. 17. Thor. vot. 84.
nu. 102. par. 1. Ricciull. in mem. tract.
lib. 4. cap. 31. n. 1. Nec sententiæ Cap-
pell. Tholos. decis. 205. Ricc. collect.
214. Cui præuentio etiàm denegatur
Borrell. par. 1. summ. decis. tit. 32. num.
306. Frecc. de præsent. instrum. par. 9.
q. 3. n. 5. Pand. p. 4. declar. 19. n. 112.
vers. Ex quo illud consequitur, Caran.
in Ritu 190. num. 9. Galter. in prax.
instrum. verbo, Fuerit ab eo præuentus,

sub num. 9. Anichin. de præuent. instr. cap. 1. num. 43. & cap. 6. q. 3. à num. 1. Prat. ad Muscat. 1. par. Glos. Reus, sub num. 52. Carpan. ad stat. Mediol. c. 46. num. 10.

25 Si verò excommunicatus prouocatus fuerit, ad se defendendum in Iudicio, licito iure comparere valet, & tanquam Reus propria tueri iura, *Dec. in cap. decernimus, num. 17. de Iudic. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 41. sub num. 2. Suarez to. 5. disp. 16. sect. 4. Bertazz. in add. ad consil. crim. eius patris 391. lib. 2. lit. A. Episc. Marant. par. 1. respons. 39. num. 74. Episc. Ricc. par. 1. decis. 23. num. 11.* hoc limitans in hæretico. Ac procuratorem ad se defendendum constituere, *Camill. Borrel. in summ. decis. tit. 66. à num. 15. tom. 1.* Iudicem recusare, & appellare, & omnia alia ad sui defensionem facere, *Dom. Consil. Staiban. cent. 2. resol. forens. 133. num. 10. Reg. Sanfel. dec. 55. num. 22.* non tamèn reconuenire, *Auus meus ad Gramm. mem. decis. 65.*

26 *sub num. 3.* Nec poterit excommunicatus proponere exceptiones illas, ex quibus dicitur aliquid, agendo, consequi, teste *Tusc. conclus. 458. nu. 5. lit. E*, exemplificante in compensationis exceptione, quam proponere excommunicatus prohibetur, quia nedùm excipit, sed etiàm agit, *Alex. cons. 12. n. 13. lib. 2. & cons. 225. num. 11. lib. 6. Roman. cons. 217.* quod durum videtur *Cappell. Tholos. decis. 1.* teste *Ricc. collect.* 214. Et quod non audiatur excommunicatus pro defensione rei suæ, cum non conuenitur, scribit *Farinac. cons. crim. 68. lib. 1. & decis. 275. n. 3.* tradit, illum non esse manutenendum in exactione pensionum, confirmant *Cappell. Tholos. decis. 189. Curt. Sen. q. forens. 4. num. 6.* & insequitur *Anichin. add. tract. cap. 4. q. 4. num. 8. & cap. 6. q. 3. sub num. 11.*

Denegatur etiàm ipsi agere remedio *l. diffamari, C. de ingen. manum.* vt post *Ant. de Butr. Dec. Afflict.* & alios, notat *Anichin. add. cap. 6. n. 15.*

27 Eandem tamèn excõmunicationis exceptionē opponere queat Reus in Actorem, eumq; tanquā excõmunicatum à Iudicio repellere, scribit *Rendina in promptuar. receptar. sententiar. tit. 41. num. 7.* ea quippè ratione, nam excommunicatus etiàm vitare obstringitur excommunicatum, *Viu. decis. 96. num. 2. Borrel. tit. 42. num. 67.*

Verùm, quod in defendendo non audiatur, si contempserit excommunicationem, nèc absolui institerit, obseruat *Hyppol. sing. 360. incip. Scribitur,* extricatquè *Vestr. cap. 7. n. 25. & seq.*

28 Cæterùm, has, aliasq; pœnas, quarum viginti memorat noster *Carauita*, patitur excommunicatus, si maiori excommunicatione sit innodatus, nō verò si minori tantùm, *Plax.* ac *Clar. cit. in loc.* & ex *Farinac.* rationē carpit *Auus meus mòx add. sub num.* 24. de qua maiori excommunicatione noster sermocinatur *Ritus*, teste *Carau. sub n. 2. vers. lim. 1.* & quod semèl excommunicatus talis sempèr præsumatur, non probata absolutione, tangit *Viu. dec. 8. Ricc. collect.* 1117. *Auus meus ad Capyc. decis. 37. num. 1. & decis. 137. n. 8.* memor *Carau. hoc in Ritu, Rot. in Floríleg. pract. conclus. 36. num. 33.* & excommunicatus semèl, àn possit iterùm excommunicari pro eademmet causa, inquirit *Pater Fragos. de regim. Reipubl. lib. 1. disp. 3. §. 4. n. 106. Foller. in prax. crim.* cuius dicta huic *Ritui* conferunt, *rub. aud. excus. à n. 51.*

29 Sed àn publicè excõmunicatus testari possit, negatiuè resoluunt *Archidiacon. in cit. cap. pia, de sent. excom. Io. Andr. in cap. decernimus, eod. tit. Viu. in sylu. commun. opin. conclus. 260. n. 5. Gracbin. comm. opin. verbo, Excommunicatus*, & alij relati à *Nouario in prax. elect. fori, sect. 4. q. 33. num. 4. lib. 1. in vltima impressione*, quibus contradicit *Feder. de Sen. in cons. 74.* & iterùm *in cons.* 118. quem laudat *Anichin. add. q. 3. sub num. 6.* Videndi *P. Fragos. de Regim. Reipub. par. 3. lib. 5. de testam: disp. 88. nu. 17. Gomez in l. Thauri 3. num.*

nu.15. Spino in Specul. testam. in Glos. rubr. par. 12. Viu. decis. 96 Rip. *in tract. de actis in artic. mortis, cap. 20. n. 14.* & insupèr *Ann. allegat. 25. Fachin. controu. iur. lib. 5. cap. 88. Ceuall. commun. contra comm. q. 310. Ricciul. in tract. de iure person. lib. 1. cap. 58. Gall. de except. lib. 3. excep. 10. par. 2. n. 8. & excep. 4. tit. 4. p. 4. Nouar. de priu. miser. person. priu.* 162. firmansomninò valere testamentum ad fauorem piæ causæ, post *Thor. in compend. dec. Regni, p. 2. verbo, Testamentum.* Sed àn valeat fideiubere, tradunt *DD. in cap. cum inter, de except. Pet. Gilken de præscript. par. 3. cap. 6. num. 77. Aucnd. de mer. lib. 2. cap. 31.* vt propptereà posse contrahere, scripsere *Alex. in l. 2. §. si quis, num. 4. ff. qui satisd. cog. Viu. decis. 96.* necnon *Tolet. in summ. lib. 1. cap. 11, num. 3.* resoluit, excommunicatum, si contrahit, peccare, contractum autèm esse validum, *Aegyd. de Sacram. disp. 14. dub. 12. num. 118. Nauar. in manual. cap. 27. num. 36.*

30 Ritus deniquè noster in prima parte loquutus fuit de exceptione opponenda altrinsecùs, idèst ad inuicem, scilicèt ab vna parte aduersus alteram principalem, deindè verò subdit contra testes, qui iure communi repellūtur ob hanc exceptionem, *Iodoc. in prax. crim. cap. 50. num. 16. Puteus decis. 3. num. 3. & 4.* latèquè probat *Farinac. in prax. crim. tract. de testib. tit. de oppos. contra person. test. q. 56. à nu. 240.* vbi inquit, id euenire, quia excommunicatus est infamis, etiàm ex officio Iudicis, vt ille subdit *num. 256.* etiàm si fuerit post terminum opposita, idem *num. 260. Aufrer. de reprob. test. num. 41. Alberic. de Maletis Papiens. de testibus, cap. 3. num. 33. & 34. Damhouder. in Enchirid. crim. tit. de reprobat. test. num. 16. Lancellot. Conrad. de offic. Prator. in conf. ciuil. tit. de person. test. num. 37. Iacob. Nouell. in reg. 216. num. 2. Bursat. in cons. 20. num. 50. vol. 1. Viu. decis. 99. num. 3. Camill. Borrell. par. 2. summ. decis. tit. 15. de test. reprobat. num. 317.* hanc restringens regulam in causa hæresis, ex *Zachin. Vgolin. in tract. de heretic. cap. 13. num. 1.* & in teste excommunicato testificante contra alium excommunicatum, ex *Spec. Nello de S. Georg. & Viu.* cui non adhæreo.

Sed huius nostri *Ritus* adductus verbis *Caran. n. 20.* censuit, exceptionem istam oppositam aduersus testes in Regno non statim admitti, sed eos nihilominùs recipi, deindèq; in termino repulsæ reprobari, & *Foller.* tangit *in prax. crim.* in capienda informatione in testibus inimicis, *Rub. cap. inform. & rub. conced. repulf.* Contradicit verò *Muscatell. par. 3. adducta Glos. Similes, num. 3.* illos incontinenti reijciendos, affirmans, eaquè indubitabilis est de iure conclusio, *cap. decernimus, de sent. excomm. in 6.* Attentis autèm nostri *Ritus* verbis, dicendum arbitror, statim repelli, si in promptu probetur exceptio, quod si in promptu non verificetur, reijci possunt in termino repulsæ, aùt alio quouis tempore, probata exceptione ipsa, tùncquè eorum dispositiones inualidæ omninò sint.

Verùm, quando, & in quo tempore debeat fieri hæc probatio in prōptu, vigore huius *Ritus* facienda, colligi poterit, ex traditis à nobis super *Ritu 166. nu. 168.* nùnc addimus videndum *Anchar. cons. 372. sub num. 2. & Tusc. adducta conclus. 396. num. 4.* existimantes, infrà modicum tempus ad Iudicis arbitratum, in quem modum explicata iam dicta verba præsentis *Ritus* non dissentiunt à pia Summorum Pontificum dispositione, in *capitibus* à me suprà citatis, quin non secus, ac illi malitia hominū calumniosè eiusmodi exceptionem opponentium impulsi, tāto morbo censuerunt adhibere medelam, præfatum terminum octo dierum emulgando, ita, & *Ritus* iste, ac ratione quidem sanxisset.

31 Sed aduersus procuratorem opposita iam dicta exceptione, quando sint

nulla

nulla per eum geſta, tãgit *Creſcent. dec. 223. & Vit. dec. 99. n. 4. Auus meus ad Gramm. deciſ. 66. num. 1.* tradens, acta nullitati obnoxia non eſſe, facta cum excommunicato in iudicio admiſſo, & iterùm *in obſeru. ad Capyc. deciſ. 83. à num. 4.* & deciſum refert *Mareſcot. add. cap. 41. num. 3.*

32 Aliæ verò exceptiones contra teſtes ſint nè ad merita reſeruandæ, vel earum intuitu ſtatim reijciendi teſtes, atquè à teſtimonio ferendo repellendi; tractat *Baiard. ad Clar. q. 24. num. 25.* & meliùs *nu. 241.* apertiùſq; *Imbrian.* diſtinctione vtens de iure communi, vel Regni, *in tract. de repulſa, par. 1. conſid. 1. num. 99.* cuius diſtinctio non videtur admittenda, cum etiàm de iure communi verior, & communior ſit concluſio, reſeruari ad merita, ex cumulatis per *Farinac. q. 62. à nu. 350.* noſquè dicimus ſuper *Ritu 288.* à quo decreto reſeruante, appellatio denegatur, *Pacian. de probat. lib. 1 c. 58. n. 50.* cuius dicti multiplicem rationem carpit *Didac. de Mari ad Gramm. dec. 66. num. 4.* & nonnulla notat ibidem *Auus meus n. 1. & ad Capyc. deciſ. 167. num. 5.* tangens caſus, in quibus dicatur in continenti aliquid factum.

RITVS CCXXXVII.

Tèm, quod nullus admittatur ad denunciandum aliquem de vſuraria prauitate: ſed admittatur ad accuſandum, agendo via ordinaria, & tùnc Aduocatus, & procurator fiſci dictarum cauſarum procedant ordinariè contra dictum accuſatum ad priuationem bonorum ſuorum omnium.

SVMMA RERVM.

1 *Huius Ritus verba apertè pugnant cum alijs, quibus vtitur Ritus 195.*

2 *Denunciationis eſt ſermo, ac præſertim, quibus liceat denunciare.*

3 *Accuſatio hodiè ceſſat in crimine hæreticali, & eius in locum ſubingreſſa eſt denunciatio, ad quam ità tenemur ſub cenſuris, quemadmodum, & olim ad accuſandum.*

4 *Denunciator in cauſa Sanctiſſimæ Inquiſitionis iurat, ideòq; teſtibus annumeratur, repetitur, eiuſquè datur copia, non ſecus, ac teſtium.*

7 *Vſurariæ prauitatis in crimine procedi ex officio non poſſe in Regno, oſtenditur.*

6 *Abrogata nedùm hodiè eſt obſeruantia Rit. 196. verùm in parte diſpoſitio Conſtit. Regni, Vſurariorum.*

7 *Vſurarius publicus quis dicatur.*

8 *In contractu mutui àn poſſit intereſſe ab initio paciſci, abſquè vſura labe? Recenſentur DD. pro vtraquè ſententia.*

9 *Author verò non recedit ab opinione abſolutè negatiua, comprobata in Ritu 20. num. 10. tom. 1. ſed illam reſtringit in intereſſe veriſimili, & in publico mercatore.*

10 *Quæ ſit differentia inter ſimplicem negatiatorem, & mercatorem.*

11 *Mercatoribus plura, alijs vetita, iura indulſere.*
Capto pignore, pro mutuata pecunia, àn liceat eis, intereſſe recipere.
Pactum, quod ſtetur iuramento creditoris de eo, quod intereſt, fauore mercatoris ſubſiſtit.
Intereſſe intereſſe àn illis debeatur.

12 *Lucrum mercatoris ſemper dicitur certum.*
Intereſſe ad quam rationem debeat taxari, & quid in Regno.

13 *Reditus percepti vltra legitimum modum, àn quotannis cedere debeant in extinctionem ſortis principalis, etiã in contractu cenſuali.*

14 *Refertur nouiſſima determinatio S. C.*

in

in causa Ill. Principis Ruccellæ.

15 Quæ decisio (salua pace tanti Senatus) Authori non arridet, & rationes adduntur.

16 Casus expressa iuris sanctione carens regulatur à prouisione legis, in casu simili facta.

17 Iuris dispositio circa imputationem facta in usuris procedere debet in censualibus redditibus, qui usuris similes sunt.

Valet argumentum à legibus usurarijs ad nostros redditus.

18 Imputationis prouisio æquitate nititur, & proindè amplectitur omnes contractus, quibus æquitas adaptatur, etiam contra fiscum.

19 Nec quod pecunia sit demortua penès venditorem in contractu censuali repugnat imputationi, & quare?

20 Minusq; obstare dicitur, quod imputatio non possit fieri in partes diminutas sortis census, sicuti nequè in partes, inuito creditore, illa solui potest, & cur?

21 Corruere etiàm demonstratur alium obicem, quo imputatio impugnatur, malè scilicèt posse dari extinctionem sortis census, sine intentione venditoris soluentis in aliam causam, non habensis voluntatem redimendi.

22 Destruitur quoquè aliud obiectum, quod sicuti emptor non valeat retinere, & imputationem opponere aduersùs venditorem repesentem, sic non debeat cogi ad retinendum, & imputandum, nè ad imparia iudicentur.

23 Fideiussor potest compellere venditorem ad redimendum.

Cohæres alium cohæredem.

Tertius potest redimere, inuito debitore.

24 Census constitutio valeat nè ex pretio redacto ex mercibus, vel ex debito ex alia causa, aut nomine debitoris assignato.

25 Aestimatio quomodo debeat fieri, pretio infimo, medio, vel supremo.

26 Modi, quibus pretium rei definiatur, indicantur.

27 Census contra legem constitutus ratificatione, vel redditum solutione non validatur.

In eo non vendicant locũ, tex. in l. cum à matre, C. de rei vendic. & in l. 2. Cod. de rescind. vendit.

Cõtractus iniquitatẽ sapiens in totũ nè corruat, an sit reducendus, remissiuè.

28 Si apparet euidentèr, & in promptù de nullitate, & iniquitate contractus censualis, est deneganda creditori manutentio in exactione censuum.

Expenditur decisio D. Præs. de Franchis 376.

29 Pactum, quod ob defectum solutionis tertiarũ, vel ex alia causa, sors repeti possit in contractu vitalitio, non subsistit, & proindè instrumentum pro sorte principali, liquidari non potest.

30 Census vitalitij contractus si à principio creationis ea lege vendatur, vt sors possit repeti, illicitus erit, & in fraudem vsurarum.

31 Quod soluitur pro emptione huiusmodi census non capitale, sed pretium dicitur.

32 Nec eidem venditori licebit restituere hoc pretium.

33 Pretium census vitalitij si fuerit solutum creditori capitalis, pręuia cessione in beneficium ementis censum vitalitium aduersus debitorem, an saltèm, vigore cessionis à tali creditore obtentæ, possit capitale vitalitium repeti.

Negatiuè resoluitur, & memoratur factum in causa Ill. Comitis Quarantæ, cum hæredibus Ill. Ducissæ Grauinę.

34 In emptione census vigore cessionis iuris luendi, anterior pro sorte est etiã pro vsuris.

35 Decisio emanata è S. C. iunctis aulis, in causa memorata Comitis Quarantę recẽsetur, quę fuit reuocata in gradu nullitatum.

36 Conclusionem traditam à Nouar. Zacch. & Noguerol. quod census vitalitij,

tÿ, ſemel in eſſe producti poſſint conuerti in emptionem cenſus perpetui inter eundem emptorem, & venditorem, Author admittit, cum declaratione poſita à Salgad. & ratio traditur.

1 HVius *Ritus* verba apertè pugnant cum alijs, quibus vtitur *Ritus* 195. quippè, quod iſta ſanciunt, nullum admitti ad denunciandum in cauſa vſuraria, ſed ad accuſandum tantùm. Illa verò vtrumquè reijciunt, atq; vnico contextù mandant, nullum admitti ad accuſaudum aliquem de vſuraria prauitate, vel ad denunciandum, niſi cum obligatione pœnali: eiuſmodi itaquè concurrente obligatione, & denunciare, & accuſare permittunt illius *Ritus* verba; negant verò alia, & prænarrata noſtri *Ritus*, adiungentia, non niſi ordinariè in eo crimine procedendum eſſe, ſcilicèt per viam accuſationis, atq; ideò non omnibus licere, ſicuti licêret, ſi per viam denunciationis procedi poſſet, ſed eis dumtaxàt, quibus ius accuſandi de iure conceditur, & conſecutiuè illis, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur.

2 Ex his prætereà deducitur verbis, licere quandoquè accuſare, quibus, & denunciare negatur, quamùis vetitos accuſare cenſeri prohibitos quoquè denunciare, dixerit, & iuſtè quidèm, *Bar. in l. Diuus, nu. 7. ff. de cuſtod. reor.* cuius doctrinæ veritatem inquirit *Iulius Clarus, q. 7. ſub n. 2.* qua in quæſtione de denunciatione fatur; De accuſatione verò in *q. ſubſeq.* 11. eamq; ceſſare in hæreticali materia comperi-
3 mus, quandoquidem Chriſticolas omnes teneri accuſare hæreticum, quamùis occultum, licèt probet *Simanch. de cathol. inſtit. tit.* 19. omniumquè voce comprobetur, teſte *Royas ſingul.* 3. *num.* 1. etiàm ſub pœna excommunicationis, virtute *Conſtit.* quas commemorat *Farinac. tract. de heret. q.* 197. *num.* 35. & *Graff. lib. 4. deciſ. cap.* 18. *n.* 24. Vſu tamèn exoleuiſſe comperimus ad euitandum pericula, in quæ inciderent, ſi accuſationem non probarent, atquè ideò accuſationis vice paſſim hodiè denũciatione vtuntur ad eamquè tenentur, ſicuti olim ad accuſandum, teſte *eod. Royas, num.* 31. & *tract. de heret. par. 2. nu.* 55. & *Farinac. q.* 185. *ſub num.* 40.

Quin, aduertimus nimitùm cenſura ligari prædicta hodiè non denunciantem, veluti anteà non accuſantem, vt eſt videre apud eundem *Farinac. ead. q.* 197. *num.* iàm dicto 35. copiosè eam rem tractantem, cum ampliationibus multis, & ſummis labijs delibauit, *Epiſcop. Campanil. diuerſ. Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 147. qui quidem de-
4 nunciator teſtibus annumeratur, proìt inſequutus *Abb. Albertin. & Tanchin.* ſcripſit *Simanch. ead. rub.* 19. *num.* 16. quapropter iurat, repetitur, àc ſimilibus deuincitur, quibus, & alijs teſtes, eiuſquè denunciationis copia, ſicut, & teſtium conceditur Reo, petenti repertorum copiam, quas quidem aſſertiones, nè quæſo, obliuiſcaris. Alia verò plura de denunciatione referimus ſuper *Ritu* 272.

5 De vſuraria verò prauitate ſcripſimus *in Rit.* 20. & 21. *tom.* 1. & *in Ritu* 196. *hoc* 2. *tom.* hìc tantùm adiungimus pauca, nedùm ad indiuiduã huius *Ritus* obſeruantiam ſpectantia, ſed etiã nonnulla alia in praxi neceſſaria.

Nẽpè denunciationem non admitti, ſed accuſatorẽ tantùm in hac materia vſuraria, & conſecutiuè ex officio procedi in hoc crimine, haud poſſe, deducit *Muſcatell. in praxi crimin. rub. de priuil. vſuræ criminis, num.* 2.

6 Et propterea non ſolùm abrogatam *Ritus* 196. obſeruantiam; verùm diſpoſitionem quoquè in hac parte *Conſtitutionis Regni, vſurariorum*, non obſtante poſteriori ſanctione Regis Ferdinandi de anno 1472. quæ *add. Conſtit.* congruebat. Siquidem Carolus Imperator inuictiſſimus poſtmodùm declarauit iam dictam conſtitutionem lo-

locum sibi vendicare, & subsistere voluit contra manifestos vsurarios, *in pragm.4.de vsur.* ac procedi nimirùm posse aduersus eos, adhùc nulla præcedente partis instantia. Ideò scire oportet, quis publicus, & manifestus dicatur vsurarius, quod explanant *Couarr.*
7 *var. resol. lib.3. cap.3. Campagn.super cap. Regni, nouitèr nostra, Iul. Clar.* §. *vsura, num.* 14. *Anna singul.* 588. *cum seq. Menoch. de arbitr. casu* 398.

8 In *Ritu* 20.*num.*10.*tom.*1. iuris Interpretum insequuti fuimus aleam, affirmantium, non posse, absq; vsuræ labe, ab initio pacisci de certo interesse in contractu mutui.

Non ignoramus hanc sententiam suos habere contradictores, inter quos sunt *Hostiens.in c.salubritèr, n.4. vers. ideò, de vsur. Nauarr.in summa de* 5. *precepto Decal. cap.* 13. *n.*211. *& de vsur. num.* 15. *&* 42. tresdecim rationibus ipsius opinionem muniens, contrarijs occurrit, & *cons.*7.*&* 10.*nu.*2. *de vsur. cons.*1. *de offic.Iudic.Lopez de contract. & negot.lib.*1.*cap.*23.*num.*3. *Molin. de contract.disput.*315.*num.*5. *Toletus*, & alij à *Gratiano* laudati, *tom.* 2. *discep. forens.cap.*387.*num.*4.*&* 5. insequiturq; alijs relatis, *Bonacin.to.*2. *Moral. Theol. de contract. disp.*3.*q.*3. *punct.*4.*propos.*2. non dissentit *Couarr.* 3.*var.cap.*4.*nu.*5.*vers.Item & illud, Surd. dec.*259.*num.*16.*& de alim.tit.* 1.*q.*45.*num.*76.*Rota Roman.* apud *Farinacc. dec.*892. *p.*2.*dec.*331.*in recollect. & dec.* 372.*Pereyra decis.*84.*nu.* 1.*Moëdan.dec.*72.*&* 73.*Mastrill.dec.* 245. *Raphael.de Turris dec.*13.14.*&* 15. *& in tract.de cambijs, disp.*3.*q.*11. *à nu.*43. *Gama decis.*110.*& ibi additio Diez de Mena, Puteus dec.* 339. *lib.*1. *Rota Genuens.dec.*1 *num.*44.*dec.*97.*&* 99. *num.*3.*& dec.*139.*num.*8. *Magon. dec.* 32. *Osasch. dec.*143.*Castill.*2.*controu. cap.* 1.*nu.*67. & alij, quos rescribunt *Tusc. verbo, Interesse, concl.*108. *& Barbos.in l.*2.1.*p.nu.*44. *& in l. de diuisione, n.*25.*ff. solut.matrim.* & conueniunt nostrates, nempè *Dom. Reg. de Ponte de potest.proreg.tit.*4.*de regal. imposit.*§. 6.*in fin. D.R.Rou.in prag.* 1. *de vsur. num.*45. *Dom.Reg.Capyc.Galeota lib.* 1. *controu.cap.* 56.*num.*26.*& cap.* 61.*num.*45.

9 Ipsi verò recedere non audemus à sententia absolutè negatiua in eodem *Ritu* 20. comprobata, freti rationibus ipsomet in *Ritu* adductis, Doctorumq; authoritatibus, quibus addimus *P.Ianuar. in suis Theolog. respons. cap.* 8. *D.Consil.Hodiern.cap.*17.*controu.* Illam restringendo, proùt eodem in *Ritu* notauimus, *vers.addimus*, quatenùs interesse conuentum intra eius quantitatis confinia consisteret, quæ verisimilitèr mutuantis interesse poterit, si pecuniã ille retineret, vel in solito negotiari. Nunc eandem confirmamus restrictionem, potissimùm in gratiam publici mercatoris, in quo aliquam propinquæ potentiæ probationem non requirunt *Hermosil.* videndus, *in add.ad Gregor. Lopez in Gl.*4. *l.* 10.*tit.*1.*p.*5.*nu.*318. *Bursat.cons.*68.*num.*36.*Guttier.de iuram. confirmat. p.*1.*cap.*2.*num.*5.*Fontanell. dec.* 91. *num.* 7. *Emin.Cardin. Spada lib.*2.*cons.*226.*num.*7.*& tom.*3. *cons.* 201.*num.*4.*Ognatte p.*2.*tomi tertij, tit.de vsur.tract.*3.*disp.* 105.*sect.*5. *num.* 112. *Merend.* 1.*cont.cap.*13.*& c.*4.*controu.cap.*42.*& vsquè ad* 45.*Cyriac. controu.* 368. *Ciarlin. lib.*1.*controu. cap.* 29. *num.*52.*Honoratus Leotard. in tract.de vsur.q.*72.*&* 74.

10 Magna etenim constituitur differẽtia inter simplicem mutuantem, siuè negotiatorem, & publicum mercatorẽ, quamquè ipsa nominum varietas ostẽdit, *arg.l.si idem, C.de Codic.* Negotiator ille dicitur, qui certam pecuniam ad certam habet negotiationem designatam; Mercator autèm, qui assiduitate quadã plures negotiationes exercet, ad omne, & quodcumquè mercaturæ genus, totum eius patrimonium destinatum tenens, teste *decis.Genuens.* 37. *num.*13. nixa *tex.in l.*1. §.1.*ff.de tributor. actione*, vbi *Glos.in margine* notat, mercatorem non dici, qui in

vna

vna merce mercatur. Pluralitas negotiorum, non solùm cambiorum, sed respectu aliarum rerum mercatorem facit, *Stracc. de mercat. 1. par. num.* 842. *& 62. in fin.*

11 Ipsis propterea mercatoribus, plura alijs prohibita, iura indulsere; Capto pignore, pro mutuata pecunia, absquè vsurarum labe, recipere interesse, eis licet, si *Honorato Leotardo* credimus, sic firmanti, *quæst.* 98. Pactum, vt creditoris iuramento stetur de eo, quod interest, licèt alijs forsàn prohibitum (de cuius pacti viribus, remissiuè scripsimus in *add. Rit.* 20. *sub num.* 10. in gratiam mercatoris iure subsistere, proùt, & iurisiurandi suppletorij facultatem, notauit *Hermosill. add. loco num.* 358. & non dissentit *Leotard. q.* 76. Besses vsuras recipere nulli alij Imperator Iustinianus permisit, quam mercaturam gerentibus, alijs leuiores præstari mandauit, *in l. eos, C. de vsur.* & interesse omninò prohibitum, mercatoribus concedunt *Fontanel. dec.* 91. *num.* 9. *ex dec. Gen.* 37. *num.* 15. *& Leotard de vsur. q.* 86. & videndus *Prat. pract. obser.* 12.

12 Hæc agnoscens *Castill. 2. controu. add. c.* 1. *n.* 52. scripsit, lucrū mercatoris semper dici certum, & maius in eo præsumi, quàm in alijs ob continuas merces, quas paratas habet; legitimum proindè, & ab omni vsura alienum interesse 15. & 18. pro centenario in mercatore, putarunt *Bolognett. cons.* 13. *& Bursat. cons.* 68. *n.* 34. *& Dec. cons.* 111. Excessiuum non iudicauit illud duodecim pro centenario, quia si collybo sexaginta designaret, maiorem vtilitatem reciperet, & dissentire non videtur *Consil. Rocc. lib.* 1. *respons.* 74. *à num.* 20.

Sed iustiùs nostrum S. C. decem pro centenis mercatoribus deberi, decreuit apud *Dom. Præsid. Merlin. c.* 75. *in fin. lib.* 1. *controu. forens. Reg. Capyc. Latr. decis.* 133. *num.* 2. *Tartagl. in pract. ciuil. M. C. cap.* 6. *num.* 13. *Reg. Sanfelic. decis.* 124. *num.* 10. *lib.* 1. & maioris quantitatis in illo facti thema-

te iniustum, vocauit *Dom. Consil. Paul. Staib. resol.* 91. *lib.* 1. & statuta Cremonæ, & Mediolani, similem taxam ducatorum decem, mercatori statuentia, quam non maiorem sex in alijs personis concedunt, refert *Ruginell. pract. quæst. cap.* 13. *num.* 1. & alia vigere in eorum Regionibus, scribunt *Veronens. cons.* 15. *num.* 5. *Cæsar. Manent. cons.* 148. *num.* 7. *Narbona in l.* 15. *tit.* 18. *Glos.* 4. *lib.* 5. *recompil. nu.* 19. quem laudat *Hermosil. add. loco, num.* 306. *in fin.* & hoc admittunt *Rot. Genuens. decis.* 1. *num.* 43. *decis.* 19. *num.* 10. *decis.* 30. *num.* 6. *& decis.* 194. *à num.* 5. *Carthar. decis.* 38. *nu.* 1. *Neuizan. cons.* 27. *Cacheran. decis.* 146. *n.* 2. *Alex. Raudens. decis. Pisa* 17. *num.* 4.

13 Itidèm eodem in *Ritu* 20. *sub num.* 11. *vers. imò redditus*, notauimus, iuris sanctionem, vt excessus, vltrà debitum vsurarum modum, solutus à debitore, in sortis extinctionem cederet, (tùm si per errorem solueret, *l. Creditor*, §. *Titius, ff. de solut.*) tùm si scientèr, timore tamèn sortis soluendæ, *l. si non sortem, ff. de condit. indebit.* & explicant *Alex. Angel. & alij ibidem, Paul. de Castro, & Gothofred. in l. eos*, §. *si quis autèm, C. de vsur. Osasc. dec.* 115 *num.* 11. *Fontanell. dec.* 209. *à nu.* 12. *Castill. dec.* 209. *Viu. dec.* 373. *Giurb. dec.* 85. *num.* 25. *Escobar. de ratiocin. comput.* 14. locum vendicare, etiàm in excessu soluto à debitore censuali vltrà decem, iuxtà commune *DD.* placitum, rerum iudicatarum authoritatibus munitum, quibus addo *Larream alleg. fiscal.* 24. *to.* 1. qui laudat *Bar. in d. l. si non sortem*, exclamantem, *hoc quotidiè practicari contra vsurarios, si soluantur ei vsuræ, vt officialis faciat hoc computare in sortem, Salic. in l. eos*, §. *si quis, C. de vsur. num.* 7. *Alex. cons.* 80. *lib.* 3. *à num.* 11. *Gratian. tom.* 5. *discept. forens. cap.* 911. *num.* 13. *Gaspar. Rodriq. de ann. redit. lib.* 1. *q.* 9. *num.* 17. reiecta *decis. Auenionensi* apud *Hieron. de Laurent.* 66.

Contrariam verò aleam insectati sunt *DD.* à nobismet adducti *in Ri-*

tu 166. num. 186. hoc tom. 2.

Supremũ verò Tribunal nostri S.C. neutram sententiam absolutè approbare noluit, mediam viam amplectendo, in causa Ill. D. Hieronymi Carrafa Principis Ruccellæ, & D. Fabritij Carrafa, Marchionis Castrivueteris filij, & nepotis respectiuè Ill. D. Fabritij Principis senioris, cum hæredibus Ill. Principissæ Conchæ. Etenim cum Princeps senior, esset debitor D. Dorotheæ de Capua Principissæ Caspoli, virtute censualis contractus in annuis duc. 1764. ad rationem annuorum ducatorum quinque, & tt. trium pro quolibet centenario, pro capitali pretio ducatorum 31619. receptorum in tot effectibus Regiæ Curiæ, absquè alagio, vigore publici instrumenti, sub die 17. Augusti 1626. & hoc, cum pacto de retrouendendo, pro eodem pretio ducatorum 31619. soluendo in pluribus vicibus, dummodò quælibet solutio esset, ad minus ducatorum 5000.

In anno 1634. sub die 2. Maij, prædicti Princeps, & Marchio hæredes instituere iudicium in S. C. nullitatis contractus, eò quod pecunia recepta non fuit numerata, sed in tot effectibus Regiæ Curiæ contra formam *Bullæ Pontificis Nicolai, & prag. Regis Alphonsi*, quæ est 1. *de censibus*, vel saltèm ad iustam metam illum reducendum, tàm respectù tertiarum, quàm capitalis, attento quod effectuum valor, iuxtà communem extimationem, erat ad summum, ducatorum 16000. Et solutiones etiàm superfluas in causa tertiarum factas, cedere in extinctionem capitalis.

14 Et instructo processu, *referente Domino meo Socero Consil. Hortensio Pepi* sub die 24. mensis Ianuarij 1661. votantibus Ill. Didaco Bernardo Zufia S.C. Præsidẽte, Marchione Matonti, Illustri Marco Antonio Cioffi, Marchione Oliueti, D. Ascanio Raetano, tùnc Cõsiliario, nùnc Presidẽte R.C. & D.D. Cõs. D. Thoma Carauita, & Paulo Iannettasio, emanauit sententia, his verbis: *Per hanc nostram diffinitiuam sententiam dicimus, decernimus, pronunciamus, sententiamus, atquè declaramus, de capitali ducatorum triginta vnius mille, sexcentum, decem, & nouem, tt. quatuor, & gr. trium, contento in venditione annuorum introituum, facta per q. Illustrem D. Fabritium Carrafa Principem Roccellæ, in beneficium qu. Illustris D. Dorothea de Capua Principissæ Caspoli, fuisse, & esse deducendos, & reduci debere, prout præsenti nostra diffinitiua sententia deducimus, ducatos quadraginta quinque pro quolibet centenario, ex causa alagij, & pro remanenti capitali effectiuo, deducto dicto alagio, correspondendum esse ad rationem ducatorum septem pro quolibet centenario, à die initi contractus, & superfluum solutum, vltra rationem prædictam, cessisse, & cedere debere in causam capitalis, quando peruenit ad summam ducatorum quinque mille, & solutum, vltrà dictos ducatos quinque mille, fuisse, & esse compensandum cum tertijs, posteà decursis, & non solutis*. penès Mag. Didacum de Mercatis Secretarium S. C. Virum omnibus virtutibus, bonisquè moribus ornatum, in Registro sententiarum anni 1661. fol. 79. & in banca Anelli de Fusco Act. Mag.

Cui sententiæ neutra pars acquieuit. Nàm Princeps læsum exclamabat pluribus ex capitibus, potissimùm, quia sententia fuit iniunctum, quod pro restanti capitali effectiuo, deducto dicto alagio, corresponderetur ad rationem ducatorum septem pro centum, à die initi contractus, quando venditio fuit facta ad rationem ducatorum quinque, & tt. trium, & quod singulæ, & omnes quantitates solutæ creditrici pro tertijs verè non debitis, non expectato, quod peruenerint ad summam ducatorum quinque mille, deberent integrè deduci, prout deductas censeri, addebat, ex vero capitali, singulis temporibus, & diebus, quibus illæ singulæ solutæ fuerunt, & de tempore ad tempus, præsertìm ad euitandum

dum curſum vſurarū, ſeù tertiarum. Et heredes dictæ Dorotheæ, reſpectù deductionis alagij tantùm, prouocauerūt, & pendet adhùc prouiſio facienda.

15 Sed, vt verè fatear, (ſalua pace tanti Senatus) nec animo meo iſthæc ſententia arridet, dùm firmitèr inhæreo opinioni ſcribētium, exceſſum ſolutum in contractu cenſuali, abſquè alia oppoſitione compenſationis, quotannis ſortem principalem pro rata extinguere.

16 Etenim, ſi indubitati eſt, quod caſus expreſſa iuris ſanctione carens reguletur à prouiſione legis, facta in in caſu ſimili, *Bart. in l. de quibus nu. 2. ff. de legib.* & tractatur ſecundum naturam eorum, ad quorum ſimilitudinem magis accedit, *l. 1. §. ſi quis ſeruū, ff. depoſ. l. cum qui, §. 1. ff. commod. l. naturalis, §. fin. ff. præſcrip. verb.* Et diſpo-
17 ſitio, vel communis Sententia, in vno caſu recepta, ſeruari debet etiàm in altero caſu ei æquiparato *Corrat. in tract. commun. opin. pag. 179. num. 141.* quem ſequitur *Farinac. in repert. iudic. q. 1. num. 33.* quomodo dubitari poterit, quod legis prouiſio, ac communis Sententia recepta circa imputationem exceſſus, vltra legitimū modum vſurarum ſoluti, procedere ſimilitèr debeat in exceſſu ſoluto, vltrà legitimum modum cenſualis annuę conſtitutionis? Quando cenſuales redditus non ſolùm vſuris ſimiles ſunt, & parìtèr ſuſpecti, vt firmarunt *Nauar. tit. de vſur. verſic. vigeſimo ſecundo nota, num. 69. & 78. Felic. de Cenſib. lib. 1. cap. 9. num. 12. verſ. quia Cenſus, Io: Baptiſta Lupus, & alij*, quos ſequitur *Larrea d. alleg. 24. num. 20.* Sed eodem nomine continentur, vt ex *Auth. exemplum ſacr. pragmat. nouell. 160. ibi, (Si quis id pactum, ſiuè redditum, ſiuè vſuram appellare velit)* firmat *Gothofred. ibidèm* dicens *(nil aliud eſt redditus, quàm vſura)* ſicut, & quodcumq; augumentum, ex quolibet contractu licito debitum, *Peguer. dec. 30. num. 4.*

Nec quia fructus appellantur, ab vſuris diſtare intelliguntur, dùm etiàm vſuræ fructus Ciuiles dicuntur, *Gloſ. in l. Vſuræ, ff. de vſur.* & ex innumeris firmat *Larrea* ibidem *num. 19.*

Quin, ſi ſpecialitèr cautum habemus in iure, vt exceſſum vltrà legitimum vſurarum modum creditor exigens, in ſortem imputare compellatur, *add. l. eos, §. ſi quis autem, C. de vſur.* non ſolùm, vt ex hinc contumacis fęneratoris auiditas puniretur; ſed vt debitor de ſuo grauamine refectionem ſentiret, *Fab. in l. ſi non ſortem, in verbo, Sed ſi ſupra, in fin.* ibi, *Qui maioris ſolutionis affectus incommodo, liberationis eatenus beneficio ſubleuetur.*

Valet propterea argumentum à legibus vſurarijs ad noſtros redditus; vt proprijs verbis dixit *Roderic. de ann. redditibus, lib. 2. quæſt. 1. num. 11.* fortiùs valebit, quando eiuſdem legis ratio, ac finis in redditu cenſuali vrgebit, vt in hoc themate, vbi eadem viget ratio, refręnandi auaritiam creditorum, eadem puniendi eorum auiditatem, eadem ſubleuandi debitores extortos ad exceſſum.

18 Inſupèr cum imputationis prouiſio, æquitate nixa ſit, *l. Inter Tutores*, ibi, *Aequitas, quæ merum ius imputationis induxit, ff. de adminiſt. Tut.* & æquitas fuit, vt vſurarum curſus vitaretur, *l. etiam ſi*, ibi, *Aequitas compenſationis vſurarum excludit computationem, C. de vſur.* non poterit reddituali debitori non aſſiſtere, & iuuamento eſſe, quando, ſicut certum eſt, quod diſpoſitio iuris, quæ aliquid de æquitate prouidet, ac ſupèr aliquo contractu diſponit, procedit etiam in omnibus contractibus, quibus poteſt talis æquitas adaptari, ex *d. l. inter Tutores, & ex l. 4. l. 10. & 21. ff. de Compenſ.* firmat *Gothofr. in eadem l. inter Tutores, lit. R.* Sic certiſſimum etiàm eſt, maiorem æquitatem prouocare annualem cenſum ad decem, Pontificio iure introductum, quam conſtitutio vſurarum, ciuili ſanctione præfinita, quæ ſex pro centenario excedere non poterat,

at-

attento Iure Codicis, *l. eos*, ibi *(cæteros autèm homines omnes dimidiam vsurarum nomine stipulari posse)* *C. de Vsur.* nam dicta dimidia erat vsuræ centesimę, quę duodecim pro centū importabat, vt notat *Leotar. de vsur. q.* 4. *per tot.* & præcipuè *nu.* 38. Et attento iure digestorum in quadrante multotiès sistebat, *l.* 21. §. 4. *de ann. leg.* & in quincunce *l.* 17. *ff. de vsur. l.* 15. *& l.* 16. §. 2. *ff. de Aliment. & Cibar. & l.* 7. *ff. admin. Tutor.*

Qua de re imputationis dispositionem in omnibus contractibus suum sibi vendicare locum, firmarunt ex alijs *Escobar. de ratiocin. comput.* 14. *num.* 2. *Peregr. consf.* 107. *nu.* 2. *&* 4. *lib.* 7. Et in omnem casum, tenuit *Tindar. tract. de Compens. art.* 5. *num.* 39. *&* 40. *& art.* 6. *per tot.* & præcipuè in contractu, & redditu censuali, probat, & admonet Larrea *d. alleg.* 24. *num.* 14. *in fine.*

Et contra Fiscum admitti ea de causa imputationem debere, voluerunt, *de Ponte cons.* 19. *Reg. Valenz. cons.* 78. *num.* 34. & etiàm ad euitandum cursum interesse, firmarunt *de Ponte ibidem, & Præs. de Franch. dec.* 644. *nu.* 5.

19 Nec obicem facit, quòd licèt æquitas eadem vrgere videatur, ad vitandum cursum census, ac ad euertendum cursum vsurarum; tamen, quia subiecta sunt diuersa; nam sors census tanquam non debita, sed demortua penès venditorem, repugnat imputationi, quæ requirit debitum reciprocum, ex *l. Postea quam*, ibi *(Id quod inuicèm debetur) ff. de vsur. & l. si constat, C. eodem.* Et sors vsurarum, quia exigibilis erat, ac debita, imputationi consentiebat. Ideò, ob incompatibilitatem, in vtroq; procedere non poterit dispositio eadem.

Nàm aduertatur, quod in hoc obice manifesta iacet æquiuocatio; etenim sub nomine indebiti accipitur, tàm indebitum simpliciter, scilicèt, quod nullo iure debetur; quam indebitum secundùm quid, scilicèt, quod ideò non est debitum, quia peti non potest. Et confunditur distinctio prædicta notata à *Fabro in rational. in l. in diem* 10. *ff. de condit. indeb.* Sub qua distinctione, facili negotio, oppositio resoluitur; nam licèt verum sit, quod imputatio non potest fieri cum indebito omni iure, & simplicitèr, *l. continuus* 137. §. *cum ità, ff. dè verb. obligat.* Potest tamen fieri cum indebito secundùm quid, scilicèt, quod peti nequit; Quia sicut debitor, à quo peti non potest, soluere rectè valet, & solutum repetere non potest, *d. l. in diem debitor* 10. sic, & debitum, quod peti nequit, in imputationem venire non repugnat, vt docet *Faber. ibidem in Dec. post med.* quia imputatio; solutio est, *l. si peculium, de stat. homin.* Qua de re, cum sors census ideò dicatur non debita, quia eam creditor petere non valet: sed solùm in libera facultate venditoris est eius restitutio, ideò sicut potest à debitore restitui, *l. quod certa*, 70. *ff. de solut.* sic poterit imputari, *d. l. si peculium, & Faber vbi supra*, quia imputatio admittitur semper, vbicumquè potest cadere solutio, etsi solutio à creditore peti nequiret, ex *l. Iurisgentium*, §. *igitur nuda, ff. de pact. & ex l. etiam, ff. de compensat.* concludunt *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 28. *num.* 12. *Arias de Mesa variar. lib.* 1. *cap.* 15. *sub num.* 3. aliàs venditor census, in cuius beneficium est constitutum, vt sors ab eo inuito repeti non possit, ex suo beneficio odium, & damnum reportaret; quod repugnat vulgatis iuribus.

20 Nec replicetur, hanc responsionem applicari non posse, quando agitur de imputatione in partes diminutas fortis census, quæ sicut in partes, inuito creditore, solui non potest, sic nec imputari: etenim, imputatio ficta solutio cum sit, non potest operari plusquam solutio; quia nunquam plus potest fictio, quàm veritas.

Quia nos dicimus versari in sorte census, cuius natura est, vt in partes redimi possit; Adeò vt pactum contrarium tanquam iniustum damnatum veniat à *Nauar.* & alijs innumeris, quos se-

sequitur *Duard. de censib. in* §. 5. *de redemption. quæst.* 16. *num.* 7. qui etiàm *in d.* §. 3. *quæst.* 21. *num.* 14. aduertit *Roder.* contrarium testantem, malè sensisse, & veriorem esse sententiam, annuentium censum in partes redimi posse, inuito creditore; vndè eodem argumento aduersarij conuincuntur, dicendo, quod sicùt, ex sui natura census potest in partes, inuito creditore, extingui per redemptionem, sic per imputationem; & ex hinc non plus possit fictio, quàm veritas.

At quando præualeret opinio (quæ verior est) vel pactum, quibus cõstituitur, censum in partes minutas redimi non posse, inuito creditore, ea posset habere locum in redemptione conuentionali, quam fieri necesse esset per actum retrosimilem, scilicèt, per sortis restitutionem, & partium consensum, vt ex *l.* 1. *C. quando liceat ab emptione discedere*, notat *Rota*, apud *Cenc. post tract. de cens. decis.* 88. *n.* 2. Non quidem in redemptione legali, quæ fit per imputationem, à lege ipso Iure, & natura rei exigente, independentèr ab hominis ministerio, ac cõsensu, *Duard. d. q.* 21. *num.* 13. quia lex quando imputat, factum creditoris recipientis excessum considerat, eius voluntatem in acceptando imputationem non exquirit, tenent *Duard. d. quæst.* 21. *nu.* 12. *Escobar. cit. comput.* 14. *nu.* 6. *Faber in rational. in l. posteaq. in prima declarat. ff. de compensation.* & ad vitandum cursum tertiarum operatur in instanti, ipso iure, *De Franch. decis.* 642. *n.* 5. *Surd. decis.* 107. *num.* 2 *&* 6. *Valenz. cons.* 38. *num.* 36. & creditoris voluntas si requireretur, nunquam daretur casus imputationis, quia nunquam creditor suo præiudicio, & damno, ex imputatione prouenienti consentiret, & prouisio imputationis seruiret de vento, nàm in nullo casu posset verificari, quia nec creditor vsurarius, cum quo expressè loquutus fuit *Sceuola in d. l. si non sortem*, potest cogi recipere solutionem in partem, *l. Tutor*, §. *Lucius, ff. de vsur. & ex l. fistulas*, §. *qui fundum, ff. de contrah. emption. Ottoman. q.* 20. *vers. Ergo si antè litem*, *Anton. Gomez variar. cap.* 10. *num.* 2. *vers.* 3. *casu*, & per eadem iura, *Escobar. de ratiocin. d. comput.* 14. *num.* 15.

Vndè sicut creditor vsurarius, qui etiàm partem à debitore obsignatam recipere non tenetur, ac recusare potest, & vsuras etiàm integras percipere, *d. l. Tutor*, §. *Lucius, ff. de vsur.* tamèn recipiendo vsuras excessiuas, vel non debitas, imputare in sortẽ tenetur, *cit. l. Si non sortem*, *& d. l.* 102. *ff. de solution. & d. l. eos*, §. *si quis autem*, sic creditor censualis, licet inuitus non posset cogi recipere sortem à debitore soluente, debebit tamèn imputationem substinere, ex paritate rationis. Quia recipere est in voluntate Creditoris; At post acceptionem, quoniam, factum suum expleuit, quo imputationis legi se submisit, ei non solùm resistere non valet, sed præsumitur consentire, nam faciens aliquem actum, videtur se adstringere legi loquenti de illo actu, *Iul. in l. si dico, ff. de acquir. hæred.* Imò accipiendo excessum, quia occasione sortis, in sortem etiam accepisse intelligitur, & æstimatur, ex *Author. Bartoli in d. l. si non sortem*, ibi (*Hic verò solutum pro vsuris, directò computatur in sortẽ, sicut si pro sorte esset solutum, quoniam sortis occasione soluitur.*

21 Corruit ex hinc alia obiectio, qua imputatio impugnatur, malè scilicet posse dari extinctionem sortis censûs, absquè intentione venditoris, qui cum soluat in aliam causam, demonstrat, non habere voluntatem redimendi.

Quia, vt diximus, debitor soluens illum excessum, quia occasione sortis soluit, in sortem directò soluisse reputatur, iuxtà *cit. Bartoli* monitum.

Eo magis, quòd ad resolutionem huiusce obiecti considerare, expedit, Iura in prouisione imputationis, soluentium intentionem non desiderasse, & expressè statuisse, imputari excessum à de-

à debitore, & per errorem, & per conuentionem solutum, *d.l. 102. in fin. ff. solut. l. si non sortem, ff. condit. indeb. & l. eos, §. si quis autem*, C. *de vsur.* ac per verba præceptiua, & importantia necessitatē, *cit. l. si constat*, ibi (*ipso iure, pro soluto compensationem haberi oportet*) independentèr ab hominis facto, & consensu, *Duard.* in puncto *d. quæst. 21. num. 12. Fab. in d. l. postea quam, in 1. dec.*

22 Nec obijciatur, quòd in debito censuali vllo modo admitti potest imputatio: Tum quia venditor repetere, & condicere potest solutum, nè aliàs inuitus redimere cogatur, quod Pontificio iure vetitum est: tum quia emptor, qui non potest retinere, & imputationem opponere aduersus venditorem repetentem, non debet cogi ad retinēdum, & imputandum, nè ad imparia iudicentur, quod voluit dicere *Olea*, licet multis verbis se inuoluisset, *de cess. iur. tit. 6. quæst. 10. num. 43. & 44.*

Siquidem responsio prompta est, nā verum non est, posse venditorem solutum excessum repetere, ac condicere, quia statim ac creditor excessum accepit, illum lex in sortem imputauit; qua imputatione, abstulit ius condicendi à debitore, qui soluit, & exemit ab obligatione restituendi creditorem, qui recepit, *d. l. si non sortem* (*Diuus Seuerus rescripsit repeti quidem non posse, sed sorti imputandum*) & insimùl cautum reddidit, creditorem à molestia repetitionis: & debitorem condictionis beneficio priuatum, tutum fecit pro ea parte ab vsurarum solutione, *l. eius*, ibi, (*vsuras non posse reposci manifestum est*) *C. de solut.*

Nec verum est, quod venditor, quia repetere non potest, inuitus redimit; quia non tùnc redimit, quando impeditur repetere; nec ideò impeditur, vt compellatur redimere; sed excluditur à repetitione, quia anteà redemit, quàm repeteret, & quia, cum soluendo excessum ex suo facto imputationem causauit, eidemq; ex hinc cōsensisse extimatur, iuxtà *Bart.* effatū in pluriès *mem. l. si non sortem*, & iuxtà id, quod dicitur de venditore census, qui ob moram in soluendo tertias, sortis redēptioni locū præstans, non dicitur inuitus restituere, sed ex illa mora repetitioni consentire, vt ex *Gabriel. & Nauar.* docet *Duard. post tract. de Censib. decis. 152. n. 11. & seq.* necesse habet eandem semper approbare; tùm quia, quòd semèl placuit, amplius displicere non potest; tùm quia excessus solutus tanquam in sortem imputatus, non existit, vt repeti valeat.

Imò nec poterit reperiri venditor census, cui imputatio displiceat, & qui repetere desideret excessum ob sui beneficium in sortem imputatum. Si imputatio, quæ supponit vtriusquè partis vtilitatem, *l. 1. C. de compensat. & l. ex his, 8. in fin. ff. quæ in fraudem creditorum, Faber in l. ideo 3. ff. de compensation.* & in interesse debitoris est fundata, cuius potiùs interest censum extinguere, quam excessum simplicitèr repetere, *l. ideò, ff. de compensat. cum iuribus supra notatis*, sicut efficacissimè concludit, quod nullus debitor censualis poterit imputationi non consentire, cum nemo sit, qui, quod sibi prodest, non appetat: Sic aduertit, quod argumentum contrarium tanquam fundatum super casu incerto, & ferè impossibili, vanum est, & non attendendum.

At quid implicaret, si venditor imputationem approbare cogeretur, & eidem inuitus assentire? Quæ lex vetat, vt ad id compelli non possit? quæ repugnantia contrarium suadet? Pontifices ordinarunt, vt per emptorem, vel eius facto, aut conuentione, venditor cogi non possit ad redimendum, vt *Martinus V. in Bulla*, ibi, (*Sed ad hoc huiusmodi Census venditoris inuiti nequaquā per emptores arctari, vel astringi valerent*) & *Pius V. in sua Bulla de Censib.* vltrà personas emptorum ordinatio non extenditur; ex *l. si seruum*, §. *non dixit, ff. de acquir. hered.* firmat *Cenc. de Censib. quæst. 104. num. 7. vers. nec*

nec repugnat. Omnes alij caſus coactæ redemptionis dannati non intelliguntur,& legitimè procedunt, *Cenc. ibidem, & Duard. tract. de Cenſib. tom.* 2. §. 5. *quæſt.* 14. *verſ. Imò, & fideiuſſores.*

23 Sic fideiuſſorem poſſe compellere venditorem ad redimendum, quia eius meliorem conditionem facit, firmarunt *Cenc. & Duard. vbi ſup. Cancer. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. *& ſeq.*

Sic cohæredem redimentem ſuam partem poſſe coarctare cohæredes ad ſuas partes redimendas, eadem deratione ex multis tenuit *Cenc. ibidem, num.* 25.

Imò, & tertium poſſe redimere, inuito debitore, & ab eodem extorquere ſortis reſtitutionem, vel cenſus continuationem, probant *Duard. de cenſ. tom.* 2. §. 5. *q.* 23. *num.* 20. *& ſeq. & Cancer. vbi ſuprà.*

Vndè,& fortiùs poterit id lex. Quæ ſicut ab omni vſurarum ſuſpicione, & dolo vacat, quod fuit cauſa, vt emptor compellere venditorem ad redimendum prohiberetur, vt aduertit *Rota* apud *Cenc. deciſ.* 182. *nu.* 6. *poſt tract.* ſic, & meliorem conditionem venditoris faciendo regulam habet pro ſe, *l. ſoluendo, ff. de neg. geſt.* Imò lex eò faciliùs, & potentiùs facere id poteſt, quod non compellit directò venditorem, vt ſoluat, ad redimendum, ſed ſolutum imputat, cui natura ipſa rei videtur conſentire, *Duard. d. q.* 21. *n.* 13. Et per obliquum ex eius facto damnoſo, cauſat debitori beneficium; & vt celeriùs conferat, ipſo iure operatur, ſecundum verum modum conferendi beneficia inuitis, ſine iuris repugnantia, vt diſtinguit *Gothofred.* conciliando, *l. inuito, de reg. iur. in d. l. ſoluendo, lit. F.*

Valeat nè conſtitutio cenſus ex pre-
24 tio redacto á mercibus anteà venditis, vel ex debito ex alia cauſa, affirmatiuè ſentit *Cenc de cenſib. q.* 48. *à n.* 38. & non diſſentit, ſi rectè perpendatur, *Felician. de cenſib. lib.* 1. *cap.* 4. *à n.* 10. *Duard. de cenſib. q.* 48. *num.* 38. *Rodriq. lib.* 2. *q.* 13. *à nu.* 1. *verſ. Ego ſub correctione*, hoc intelligens, ſi ſpecies iuſto pretio fuerit æſtimata, nã aliàs ſi plus iuſto pretio, non rectè agi, concludit, confirmat *Auend. de cenſib. cap.* 38. *num.* 2. & concinunt tradita à *Maſtrill. ad Petr. Gregor. de cenſib. q.* 5. *ſub num.* 224. *& à Duard. q.* 24. *n.* 4. & deflectunt ex hac ratione ad *prag.* 1. *de contractibus huius Regni*, per quam improbantur contractus cenſuales initi ex pretio bonorum plus iuſto æſtimatorum, vbi latè *Reg. Rouit. & Nouar.* quinimò idem *Auend. cap.* 27. *à*
25 *num.* 6. notabilitèr ſcribit, eſſe rem æſtimandam pretio infimo, non autèm medio, vel ſupremo, & iuxta morem Regionis, notant *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 589. *num.* 16. *Cenc. q.* 47. *à num.* 3. attento valore currenti tempore contractus, *Surd. conſ.* 151. *num.* 7. *lib.* 2. ex *tex. in l. ſi voluntate, Cod. de reſcind. vendit. Caſtrenſ. in l. ad reſciendendam, Cod. eodem, Iaſ. conſ.* 53. *col. pen. lib.* 2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 600. *num.* 6.

Hinc nomen debitoris, receptum loco pretij, validum contractum reddat, omnes concludunt, illud debere eſſe exigibile, ſinè ſumptu, abſq; difficultate, non ſolùm tempore contractus, ſed omni tempore, *Roder. q.* 13. *ex nu.* 35. *Maſtrill. cit. loco, verbo, Pecunia numerata, num.* 177. *Salgad. in labyr. cred. par.* 1. *cap.* 40. *num.* 65.

26 Et modos, quibus pretium rei definiatur, recenſet *Auend. add. cap.* 27. *à n.* 21. nempè, omiſſis alijs, teſtium depoſitionibus, qui de illo ſpecificè teſtificentur, *Couarr. lib.* 2. *var. cap.* 3. *Pinell. in l.* 2. *C. de reſcind. vend. p.* 3. *cap. fin. à num.* 8. iuramento æſtimatorum, *Pinell. add. cap. fin. lo. Lup. de vſur.* 2. §. 5. *num.* 142. & ex inſtrumentis venditionis ſimilium rerum, *Lup. cit.* §. 5. *num.* 18. alijq; quos *Caualcan.* laudat *dec.* 45. *num.* 48.

27 Sed cenſus contra legem conſtitutus, ân validetur ratificatione, vel ſolutione fructuum illius, ſeù tertiarum, negatiuè reſoluunt *Rodriq. lib.* 1. *q* 9. *num.* 4. *Felician. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 24.

Rota Romana apud *Cencium dec.* 543. *num.* 20. *Duard.* §. 2. *q.* 21. *num.* 27. *&* *lib.* 2. §. 5. *q.* 16. *à n.* 6. *&* *Salgad. add. tract. p.* 1. *eod. cap.* 40. non enim dependet validitas contractus à partium voluntate, sed à lege, propterà in eo locum non vendicat regula *tex. in l. cum à matre* 14. *C. de rei vendic.* quem exornat *Ann. alleg.* 23. *num.* 8. *&* 9. nec Diocletiani, & Maximiani sanctio, *in l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* quam contractus census consignatiui non agnoscit. Quod si vnus nummus deficiat, aliqui dixerunt censum nullitati obnoxium esse, alij reducendum fore, de quo alibi diximus, & pertractant *Felician. lib.* 1. *cap.* 90. *num.* 12. *Greg. q.* 8. & ibi *Mastrill. ex num.* 21. *Less. de Iustit. & iur. lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 15. *Io. de Salaz. de censib. dub.* 23. *num.* 4. *Rodriq. lib.* 1. *q.* 7. *Auendan. cap.* 36. *num.* 14. *Duard.* §. 2. *q.* 26. *n.* 14. *Reg. Rouit. in alleg.* insertis per *Reg. Tap. in cit. pragm.* 1. *de censib. lib.* 4. *iur. Regn. num.* 82. *vers. Remanet modò*, & per ipsum *Rouit. in pragm.* 2. *ex num.* 4. *de censib.* idem *Reg. Tap. decis. S.C.* 22. quorum meminit *Iudex Francisc. Maria Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 15. *à num.* 34. *Pres. Merlin. contron. cap.* 96. *ex num.* 17. *Mastrill. decis.* 94. *nu.* 13. *& decis.* 245. *Farinac. inter nouiss. decis. Rot. Rom. decis.* 159. *Gratian. discept. forens. cap.* 141. *num.* 10. *& cap.* 543. *num.* 6. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 1580. *Leotard. de vsur. q.* 64. *nu.* 37.

28 Ex quibus dicebam in consessu doctissimorum virorum, quod si apparet euidentèr, & in promptu, debitorem censús non habuisse sortem, vel subesse legitimam causam, negandi solutiones census, non esse manutenendum creditorem, in possessione, etiam si pluriès exigisset à censús venditore, ex *Post. obseru.* 62. *pag.* 223. *Duard. de censib. q.* 20. *num.* 1. haud refragante *decis.* 376. apud *Pres. de Franch.* nàm ibi debitor erat emphyteuta, & fruebatur re aliena, fructus percipiebat, Archiepiscopus dominus directus dixerat de nullitate contractus ex causa modicitatis census. Vndè in casu victoriæ, & succumbentiæ erat debitor emphyteuta, & proindè, nil mirum, si contrarium decidit Concistorium Siciliæ, apud *Giurb. decis.* 100. *à num.* 36. & non illepidè hæc perpëdit *Anichin. de preuent. cap.* 2. *dub.* 4. *ex num.* 140.

Indicauimus etiàm in *Ritu* 166. 29 *num.* 16. pactum, vt proptèr defectum solutionis tertiarum, vel aliam ob causam, possit sors repeti, & contractus rescindi, non subsistere in contractu vitalitio, subnectimus nùnc *Genuens. in prax. cap.* 16. *n.* 6. *Reg. de Ponte cons.* 41. *lib.* 2. *P. Molfes. cons.* 8. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 195. *n.* 15. *& cap.* 306. *Reg. Tap.* nedùm *in decis. S.C.* 25. ibi adducta, sed *in iur. Regn. to.* 4. *prag.* 2. *de cens. num.* 124. *Ricc. in prax. Eccles. resol.* 93. *Nouar. ad prag.* 2. *de censib. collect.* 3. quasi omnes edocentes, non posse liquidari instrumentum census vitalitij pro capitali.

30 Siquidem hic contractus eatenùs permittitur, & sustinetur, quatenùs sors non potest repeti, aliàs esset vsurarius, & prohibitus, ex traditis per *Baldum vol.* 3. *cons.* 210. *Dec. cons.* 123. *vers. tertiò in prædicto casu, n.* 1. *Molin. de contract. q.* 388. *sub num.* 6. *Felician. de censib. lib.* 1. *cap.* 7. *sub n.* 19. *vers. Quintò vbi debitor*, & conferunt tradita à *Griuell. decis. Dolan.* 83. *num.* 7. & alijs adductis à *Regente Rouit. in pragm.* 2. *de cens. num.* 4. ac plenissimè à *Salgad. in laber. cred. par.* 1. *cap.* 20. *à n.* 7. fit enim huiusmodi contractus per viam emptionis puræ, vt per *Gaill. lib.* 2. *obser.* 8. *et Salgad. d. n.* 7. & emptor census vitalitij dicitur emere vsumfructum, vt tradit *Gratian. discept. forens. cap.* 756. *nu.* 5. *Leotard. de vsur. q.* 49. cumquè in contractu emptionis pretium ita detur, vt venditoris omninò fiat, ad *text. in l.* 1. *ff. de contrah. empt. l.* 11. §. *in primis, & in l. Iulianus*, §. *veniunt*, *ff. de act. empt. Leotard. q.* 61. *in princ.* & in huiusmodi census 31 vitalitij contractu illud, quod soluitur

pro

pro emptione census (quod vulgò capitale appellatur) non retinet nomen capitalis, sed pretij, prout docet in puncto *Baldus vol. 2. conf. 154. sub n. 3.* sequitur, vt attenta natura census vitalitij, nullo vnquàm tempore possit repeti solutum pro emptione ipsius ex parte emptoris.

Neque potest idem pretium restitui à venditore, etiàm volente exercere
32 pactum de retrouendendo, in contractu fortassis appositum; quia, attenta primitiua natura census vitalitij, non remanet in facultate venditoris census, restituere eamdem quantitatem in pretium solutum, vt se eximat à solutione tertiarum, & pactum de retrouendendo non sustinetur.

Si enim concederetur hæc facultas venditori, cõmitteretur vsura ab emptore, quoniam reciperet interea tertias, ad rationem quindecim pro centenario, & rehaberet exindè idem pretium solutum, quod est omninò prohibitum, vsuræ enim non possunt excedere centesimam partem, *per tex. in l. nihil interest, ff. de naut. fan.* & prohibentur non solùm recipienti, sed etiàm danti, ac propterea denegatur venditori facultas restituendi illud idẽ, pro quanto hæc restitutio esset occasio, committendi vsuras, cùm nõ solùm sit euitandum malum, sed etiàm occasio mali, ex *tex. in l. 3. §. fin. ff de ann leg.*

Hæc discussa acerrimè fuere in cau-
33 sa Ill. Comitis Quaranta, cum Gubernatoribus Montis Misericordiarum, & pauperum erubescentium, hæredibus Ill. Ducissæ Grauinæ. Etenim in discussione relationis creditorum q. Ducis Grauinæ, D. Antonij Vrsini, inter quos Ill. Ducissa Grauinæ fuit relata 16. loco creditrix pro summa duc. 8414. vti cessionaria hæredum quon. Augustini Doria, dubitari contingit, an creditum dictorum de Doria, quod pro quantitate prædicta repræsentatur ab Ill. Ducissa, & attento tempore contractus, & assensus, est posterius credito Ambrosij de Nigro senioris, possit iuuari anterioritate crediti Iulij Centurionis, creditoris anterioris dicto Ambrosio, & dimisso pecunia præfati Augustini, cessis Iuribus, ad beneficium Illius.

Cumquè creditum dictorum hæredum de Doria cedentium formaretur ex pluribus summis, nempè ex duc. 4919. debitis ex causa census perpetui venditi ab Ill. Duce D. Antonio de anno 1608. ex duc. 3221. debitis, ex causa census vitalitij venditi ab eodem de mense Septembris 1597. pretio duc. 15. m. & deindè conuersis in capitale dicti census perpetui in dicto anno 1608. ex duc. 11666. in quibus anno prædicto fuit assertum, remansisse duc. 15. m. solutos prò annuis redditibus vitalitijs, stante morte nullorum ad vitam quorum fuerat facta venditio, qui duc. 11666. vnà cum præfatis duc. 3221. fuerunt postmodum conuersi in censum perpetuum, vt supra; & ex quantitatibus debitis ex causa interesse decurso post graduationem creditorum dicti Ill. Ducis sequutam de anno 1629.

Dicebat insignis Aduocatus hęredũ Ambrosij de Nigro, Dom. Franciscus Antonius Andreassus, cessionẽ factam à Iulio Centurione non prodesse dicto Augustino cessionario, quo ad prætensam anterioritatem respectu tertiarum, tàm vitalitiarum, quàm decursarum ab anno 1608. ex causa census perpetui, quia hæ tertiæ dependent ex contractibus initis inter dictum Ducem, dictumque de Doria, nulla præcedente Iurisluendi cessione, quæ neque præcedere poterat, quià Iulius Centurione dimissus erat creditor ex causa mutui, & in Regno absolutum est, emptorem census non alia potiri anterioritate pro tertijs, nisi, quam sibi conce-
34 dit dies contractus, haud refragante, quod capitale soluatur creditori anteriori, cessis Iuribus, nisi fiat emptio census, præuia cessione Iurisluendi, iuxtà decisiones relatas à *R. Capyc. Latr. dec. 16. t. 1. R. Marcian. lib. 2. disp. 75. n. 15.* &

& D. Consil. Staiban. resolut. 8 r. alijquè confirmant à nobis adducti in *Ritu 166. num. 139. & 140.* quibus addimus *Oleam de cession. iur. tit. 5. q. 1. ex num. 10.*

Et quoniam, ex aduerso contendebatur, cessionem factam à Iulio Centurione prodesse saltèm dictis de Doria, ad præstandam anterioritatem prò duc. 11666. in quibus præfatus Dux, & Augustinus asseruerunt, remansisse duc. 15. m. solutos in an. 1597. in pretium census vitalitij, & prò quibus in anno 1608. fuit facta venditio census perpetui, stante reseruatione primorum Iurium, dicebat idem Aduocatus, cessionem prædictam, neque iuuamento esse pro prædictis duc. 11666. quandoquidem supradicti duc. 15. m. quos soluit dictus Augustinus, vinculatos, vt soluerentur Iulio Centurioni, fuerunt soluti in pretium census vitalitij, cuius natura est, vt capitale omninò sit perditum, nô demortuum, nec vllo vnquam tempore eadem quantitas possit rehaberi, ac proindè, dùm Augustinus Doria non remansit creditor eiusdem Ducis in prædictis duc. 15. m. Iurium cessio facta contrà Ducê pro summa prędicta, quæ alioquin esset proficua, non potuit in prædicta facti specie, prodesse abstracto debito, quia à quo abstrahitur prædicamentum, abstrahitur, & prædicatum, ad *text. in l. 1. ff. de dol.*

35 Et facta relatione in S C. à *Dom. Regête Antonio Miroballo*, tùnc Consiliario, sub die 31. Ianuarii 1659. manauit scitum, iunctis classibus S.C. *quod heredes Ducissæ Grauinæ remaneant graduati 16. loco pro rata pretij census vitalitij, liquidanda, absq; tertijs.* Et quibus videtur duo habita fuisse pro veris, alterum quòd contractus census vitalirij poterat resolui, vigore pacti de retrouendendo in eo adiecti, & proindè pro repetitione pretij, prodesse cessionem creditoris dimissi, sed tertias non gaudere anterioritate, vigore cessionis obtentæ. Alterum, quod pactum de retrouendendo pro codem pretio non sustineatur, & illud esse reducendum, tanquam illicitum, ad iustitiam, & deberi ratam pretij liquidandam, habito respectu ad decursum vitæ emptoris dicti census. De quo, propositis nullitatibus à prædicto de Nigris, potissimùm, demonstrando cessionem factam in beneficium Augustini de Doria remansisse prorsùs inutilem, qui in actu emptionis census vitalitij minimè remansit creditor Ducis Grauinæ in aureis 15. mil. solutis Iulio Centurione, neq; purè, neque sub conditione resolutiua, non obstante pacto de retrouendendo in instrumento apposito, facto verbo, iunctis etiàm aulis S.C. *referente doctissimo Consiliario Paulo Staibano*, præuia maxima discussione, fuit prouisum, nullitates obstare, de mense Maij 1662. in Banca de Amico.

36 Quin, conclusionê, firmatâ à *Nouario in cit. collect. 363. nu. 7. de censib. Zach. dec. 28. n. 20. & decis. 48. n. 15. Noguerol. alleg. 32. num. 3.* quòd census vitalitij semèl inesse producti, possint conuerti in emptionem census perpetui inter eundem debitorem, & creditorem, admittimus, cum declaratione, rescripta *à Salgad. à num. 27.* ex *Felino*, & alijs, quos laudat; dummodò scilicèt non fiat venditio census perpetui pro eadem quantitate, numero, quæ fuit soluta, sed tanto minoris, habito respectu ad vitæ decursum à die emptionis census vitalitij, aliàs contractus iniustitia niteretur.

Nec benè deducitur, quod ex quo census vitalitius potest conuerti in perpetuum, ergò vitalitius habet in se capitale, & illius emptor in initio constitutionis ipsius remanet creditor pretij soluti, vt capitalis, dum in emptione cêsus perpetui, in quem potest conuerti vitalitius, necessariò requiritur capitale; etenim quando vitalitius conuertitur in perpetuum contractus non fit per viam reemptionis, quia hæc reemptio in vitalitio omninò prohibetur tàm emptori, quàm venditori, sed fit per viâ nouæ

nouæ conuentionis,& venditionis cenſus vitalitij,quæ fit eidem debitori,ſeù venditori, æque, ac ſi ei venderetur vſusfructus, cui vitalitius cenſus æquiparatur,vt *per Salgad.d.cap.*20.*à num.* 24.*&* 27.cumq;qui priùs erat emptor, & dominus cenſus vitalitij,ſtante venditione,conſequuturus ſit pretium illius, dum quælibet res recipit æſtimationem in genere ſuo, *ad text. in l. pretia rerum,ff.ad l.falcid.*& venditionis contractus pretium requirit, *ad tex.*§.*pretium.inſtit. de empt.* hoc pretium, ſiuè æſtimatio cenſus vitalitij venditi à creditore, conuertitur in cenſum perpetuum,medio actu occultato,*ad tex.in l. ſingularia,ff.ſi cert.pet.*& qui prius erat debitor ex cauſa cenſus vitalitij,fit debitor ex cauſa cenſus perpetui tàm pro tertijs, quam pro capitali,quod eſt pretium ab ipſo debitum, ex cauſa vēditionis cenſus vitalitij: Atq; ideo poterit ex hoc iuſtè inferri, quod cenſus vitalitius in eſſe productus,habeat in ſe pretium, non autem quod habeat capitale, & poterit ex prædicta concluſione deduci, quod ſtante venditione cenſus vitalitij, quæ fit in actu conuerſionis illius in cenſum perpetuum, venditor fiat eo tempore creditor debitoris ſui,non quod remanſit creditor pro pretio vitalitij.

RITVS CCXXXVIII.

Item quod poſt terminum datum ad probandum, non recipiantur aliquæ ſcripturæ, verùm, vbi pars producere vellet,Curia accipiat ipſas,& non ponantur in proceſſu, ſed teneat eas magiſter actorum,& ſcribantur in eis præſentatæ poſt terminum, ſcilicet die tali,&c. poſt terminum, &c. Iudices deindè videant eas ad eorum declarationem, & recipiant dicto modo etiam poſt concluſum.

SVMMA RERVM.

1 *Huius Ritus ſanctioni,quod lapſo termino,non recipiantur ſcripturæ colli mat diſpoſitio Conſtit.Regni,lite legitimè conteſtata, & Rituum* 239. *&* 240.

2 *Pragm.* 11. *de ordin.Iudic.permittit, recipi ſcripturas,etiàm poſt concluſionem in cauſa factam,cum clauſula reſeruatiua in forma, quiduè eiuſmodi clauſula importet.*

3 *Etiàm dicta clauſula non exiſtente,in Regno non ſeruantur in hiſce Ritibus diſpoſita, ſed ius commune, quod ad concluſionem vſquè illarum præſentationem fieri,patitur.*

4 *Ad paria iudicantur eſſe concluſum,& ſententiatum in cauſa.*

5 *Bal. doctrina in cap. cum dilectus, de fide inſtrum.perpenditur.*

6 *Hodiè nedùm illæ recipiuntur, etiàm poſt concluſum,ſed etiàm tempore expeditionis cauſæ, & vſq; ad ſententiæ prolationem incluſiuè, tàm ſi ab actore, quàm ſi à Reo præſententur.*

7 *Quæ noſtrorum Tribunalium praxis recepta quoquè extat in Senatu Catalуniæ.*

8 *Terminus ad concomitandum tales ſcripturas, ſiuè publicas,ſiuè priuatas præſentatas, & ad impugnandum illas conceditur.*

Dummodò priuatæ aliquam fidem faciant.

9 *Cæſaris Vrſilli placitum, terminum eſſe impartiendum, ad comprobandum apocam trino teſte ſignatam, poſt concluſum in cauſa, approbauit S. C. apud Reg. Sanfelic.dec.*146.*in fin. tom.*1.

10 *Publicæ ſcripturæ,etiam illæ dicuntur, quæ aliqua probatione indigent, & deciſio R.C. adducitur.*

11 *Scrip-*

11 *Scripturæ ex archiuio extrahendæ vt probent, quæ concurrere oporteat.*

12 *Terminus datur ad cōcomitandum copiam authoritate Notarij exemplatam post conclusum, productam.*

Decisio S. C. affertur, qua impartitus fuit terminus ad concomitandum copiam Bullæ Papalis.

Materia scripturæ priuatæ, remissiuè, tangitur.

13 *Post conclusum in causa, obstringitur principalis recognoscere literas missiuas.*

14 *De termino ad impugnandum sermocinantur DD. qui recensentur.*

15 *Terminus ad impugnandum, àn concedatur aduersus scripturas forenses, siuè iudiciales, inquiritur, & contraria determinationes recensentur.*

16 *Hic terminus distat à termino ad repulsam.*

17 *Practica circa dationem huiusmodi termini ad impugnandum in scripturis contenta, quod quando contentum in scriptura fuit enunciatum in libello, tùnc ille non concedatur aduersus scripturas præsentatas post cōclusum, Authori non satisfacit, & quarè.*

1 HVius *Ritus* sanctioni prohibenti, lapso termino statuto per Iudicem ad probandum in causa, non recipi scripturas, ab altera ex partibus præsentatas, sed extrà processum teneri, ad instructionem ipsius Iudicis, mandanti, collimant dispositio *Const. Regni Neap.* exordientis, *Lite legitimè contestata*, necnon *Rit. seq.* 239. & 240. sed *prag.*
2 *Cursu dilationum*, quæ est 11. *de ordin. Iudic.* permittit, recipi etiàm post conclusionem, in forma tamèn factam, scilicèt cum reseruatione præsentandi scripturas infrà dies quatuor, ex *decis. Affl.* 271. ideòq; vigere obseruantiam in S. C. faciendi conclusionem cum clausula, salua productione scripturarum, scribit *Vrsill. ad Affl. decis.* 283. *num.* 14. scilicèt publicarum, non autèm priuatarum, quæ de se fidem non faciunt, ex altera eiusdem *Affl. decis* 272.

Videatur insupèr *Cappella Tholos. decis.* 14. de conclusione, cum prædicta clausula, loquente. Quæ reseruatio producendi scripturas ex antiqua praxi, etsi non fuerit specificata, intelligitur in cōclusione simplicitèr facta, iuxtà placitū *Præsid. Vincēt. de Franch. decis.* 631. *vers. àn verò, Gallupp. in prax. S. C. par.* 2. *cap.* 29. *num.* 8. *vers.* 7. &
3 proindè, etiàm tali non existente clausula, obseruari in S. C. & Curijs Regni dispositionem iuris communis, non dictorum Rituum, admonent tùm *Isern.* tùm *Affl. in add. Constit. lite legitimè*, alteraquè, *Iurisperitorum*, tùm *Marāt. in 6. par. actu* 8. *num.* 47. *& seq.* quorum sententia *Muscatello* displicet *p.* 7. *Glos. Scripturæ*, *sub num.* 9. eo fultus supposito, quod ius commune ad conclusionem vsquè illarum præsentationem fieri, patitur, scilicèt exclusiuè, *in cap. cum dilectus, de fide instrum.* vbi *Felin.* plures adnectit ampliationes, & restrictiones, *Ant. de Amat. decis. Marchię* 95. idemq; *Marant.* inibi fatetur, *Episcop. Camp. ad Oliu. in Rit. Curię Archiep. Neap.* 33. *num.* 9. ea ratione, quam *Caran. rit. seq.* perpendit, *num.* 2. quod ad paria iudicantur esse conclu-
4 sum, & sententiam prolatam in causa, *Marc. de Mantua sing.* 25. *n.* 4. *Muta ad Consuetud. Panormi*, *cap.* 5. *n.* 30. *Herculan. de attent. cap.* 22. *num.* 10. *Surd. cons.* 150. *num.* 77. *Reg. Valenz. cons.* 46. *num.* 24. *lib.* 1. *Marc. Anton. Eugen. cons.* 21. *num.* 20. *Præs. Merlin. controu. forens. cent.* 2. *cap.* 23. *nu.* 14. *Dom. Iudex Francisc. Maria Prat. ad Muscat. par.* 6. *Glos. Scripturę*, *vers. Vndè cum ad paria, Masull. ad Capyc. dec.* 82. *num.* 6. *Pręs. de Franch. decis.* 286. *num.* 4. *&* 7. *& Amend. ibidem*, *num.* 6.

5 Ita quòd opinamur doctrinam *Bald. in eodem cap. cum dilectus*, *n.* 4. quam libentèr insequitur *Muta in decis. Sicil.* 19. *sub num.* 8. instrumenta produci posse, vsquè ad sententiam, etiàm si Iu-

Iudex cæpiſſet illam legere, nec dùm peruenisset ad abſoluendum, vel condemnandum, restringendam eſſe in ea cauſa, in qua non eſt concluſum, quo caſu in initio dixerat, illius *text.* virtute, licere instrumenta exhibere vſquè ad ſententiam diffinitiuam. dicit itaq; *Muſcatel.* ex diſpoſitione Iuris Communis, licere vſquè ad concluſionem; vſu autèm Regni etiàm poſtmodùm præſentari poſſe, annuit idem *Muſcatel.* quod tamèn reijcit *Maranta in calce dicti numeri* 47. ſequitur *Iacob. Serra in allegationibus*, per *Reg.* *Rouitum* reſcriptis *in pragm.* 2. *num.* 104. *de iuriſd. inuicem non turb.* ac propterea exoleuiſſe obſeruantiam huius *Ritus*, alteriuſq; 240. ſubdit *eod. in loco Carauit.*

6 Sed nouiſſima inoleuit in noſtris Tribunalibus inconcuſſa praxis, admitti ſcripturas, tàm publicas, quàm priuatas ab Actore, & Reo præſentatas, nedùm poſt concluſum in cauſa, ſed etiàm tempore illius expeditionis, & vſquè ad ſententiæ prolationem excluſiuè, de qua teſtatur *Conſil. Gizzarel. dec.* 41. *n.* 1. inquiens *n.* 2. poſt hunc *Ritum*, memoratoſq; 230. & 240. contrarium ſuadentes, ſuperueniſſe *pragm. Reginę Iſabellę*, regiſtratã infrà in *Ritu* 288. qua prouiſum extitit, procedendum in Regno ſummariè, ſimplicitèr, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, ſublatis ſubtilitatibus iuris ciuilis, quamquè à *Gizzarello* perpēſam rationem, ipſo relato, tradit *Dom. Iudex Franc. Maria Prat. ad Muſcat. add. Gloſ. Scripturæ, & lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 35. *num.* 39. & iterùm *pract. obſeru. lib.* 1. *obſeru.* 42. *num.* 8. *verſ. id quod habet*, & antè *Gizzar.* cogitauit noſter *Carau. pcſt n* 1. *verſ. Ratio iſtius, Gizzar.* quoquè meminit *Reg. Rouit. ſup. prag.* 13. *num.* 6. *de ordin. Iudic.*

7 Quæ quidèm noſtri S. C. praxis recepta quoquè extat in Senatu Cathaluniæ, teſtes ſunt *Io. Petr. Fontanell. deciſ.* 371. *tom.* 2. *num.* 23. extollens *Muſcatell. Pegner. in prax. ciuil. rub.* 21. *de denunc. proceſſ. num.* 11. *Ripoll. variar. reſol. cap.* 6. *de denunc. proceſſ. num.* 57. addimus prætereà videndos *Myſing. obſeru.* 56. *cent.* 6. *& Gratian. deciſ. Marchiæ* 198. multa ſcribentes hùc ſpectantia.

8 Exhibitis igitur ſcripturis, competit edenti terminus ad illas concomitandum, alteri verò parti ad impugnandum, & concomitari poſſunt omnes ſcripturæ publicæ, & priuatæ, *tex.* eſt expreſſus *in c. ſeries, extrà, de teſt. Affl. deciſ.* 115. 216. *n.* 5. *verſ. Itē fuit practicatum, Alex. conſ.* 213. *num.* 18. *vol.* 2. *Roland. conſ.* 88. *in fin. vol.* 3. *Lanfrãch. in cap. quoniam contra, verſ. teſtium, n.* 73. *aliàs* 323. *extr. de probat. Marſil. deciſ.* 40. dummodò tamèn de per ſe priuatæ aliquam fidem faciant, *Franc. Marc. dec.* 478. *n.* 5. *p.* 1. *Affl. cit. deciſ.* 271. *&* 272. tradens S. C. denegaſſe eiuſmodi terminum ſuper ſcriptura, quæ de ſe non probat, monetquè *Praſ. de Franch. dec.* 631. *num.* 1. *Carau.* adducens *Reg. Tapia in pragm.* 14. *incip. poſt concluſionem, tit. de ord. Iud. Thor. p.* 1. *compend. deciſ. Neap. verbo, Terminus ad concomitandum ſcripturas*, & rursùs, *ad concomitandum apodixas, Peregr. dec.* 14. *ex num.* 11. *Cæſar* verò *Vrſill. ad Affl. mòx cit. deciſ.* firmat, impartiendum eſſe terminum ad comprobandum apocam trino teſte ſignatam,

9 poſt concluſum exhibitam, inſequitur *Borrel. p.* 2. *ſumm. deciſ. tit.* 26. *num.* 86. quin, ipſemet *Affl. in cap.* 1. *num.* 44. *ſi de inueſtit. int. dom. & vaſſall. lis oriat.* cuius meminit *And. Gaill. pract. obſeru. lib.* 1. *obſer.* 107. *num.* 15. necnon noſter *Carau. num.* 4. conceſſam in S. C. memorat breuem dilationem, ad examinandum ſuper comprobatione apocæ teſtium ſubſcriptionibus non munitæ, concluſione tamèn minimè reſciſſa, & quod teſtium examen extrà poneretur proceſſum, & haberetur de eo ratio, quæ de iure habenda erit, ſequitur *Thor. p.* 1. *compend. verbo, Concluſione*, & firmat *Carau.* relato, *Reg. Sanfel. in prax.* S. C. *ſect.* 57. *num.* 22.

& de-

& decisum ipsemet tradit *decis. 146. in fin.* in apoca trino teste notata, & admonet *Dom. Iudex Francisc. Maria Prat. add. obseruat. 42. à num. 11.* & ad *Muscatel. p. 7. Glos. præsentatas, versus finem.*

10 Vnum aduerto in hac materia, publicas scripturas illas etiàm dici, quæ aliqua comprobatione indigent, & de his propriè sermocinatur *Affl. in add. dec.* aliàs enim si esset omninò publicę, & in formam publicam reassumptæ, ad quid opus esset testibus pro illarum comprobatione? Certè ad nihilum, intelligendum igitur regularitèr de his scripturis, quæ de per se faciunt aliqualem fidem, sed non sunt in publicam formam redactæ, itaùt defectus formæ suppleatur ex probatione facienda per testes, vt notabilitèr declarat *Dec. in l. certi conditio, §. quoniam, num. 8. vers. & locum habet, ff. si certum petatur,* cuius post *de Franch. d. decis. 631. n. 1.* meminit *Sanfelic. cit. dec. 146. nu. 9. p. 1.* ideoq; Ciuitas Aquilæ fuit in Regia Camera admissa, ad cõcomitandum scripturam, continentem priuilegium Frederici Imperatoris, sumptam ex alia copia, seù registro non authentico, sub die 12. Iunij 1596. facta relatione per Præsed. Valcarzel, in Banca Gallucij.

11 Scripturæ verò ex Archiuio extrahendæ, vt probent, quæ concurrere oporteat enarrat *Rota decis.* apud *Farinac. 549. centur. 5. in Tiraconẽsis Iuris 28. Februarij 1593. coram amplissimo Cardinali Mellino,* & nos diximus *Rit. 26. n. 6. et 7. to. 1. Nouar. dec. 6.* quęq; vt aliquis cogi possit ad illas exhibendas, rescribit altera apud eundem *Farinac. dec. 235. in Esina bonorum 10. Martij 1583. coram Blanchetto, cent. 2.*

Præterea, dari terminum ad concomitandum copiam authoritate Notarij exemplatam post conclusum productã, scribunt *DD.* apud *Mascard. de probat. cõcl. 711. n. 26 vers. hanc limitationem, Prat. add. obser. 42. num. 16.* & collimat

12 determinatio relata ab eodem *Sanfelicio cit.* in causa hæredum Decij Cinque, cuius meminit *Thor. in supplem. compend. decis. verbo, Terminus ad impugnandum,* quin, S.C. iunctis aulis, sub die 19. Nouẽb. 1614. *referẽte D. Cõs. D. Felice Ianuario Marchione S. Maximi,* fuit impartitus terminus, ad concomitandum copiam Bullæ Papalis, in processu præsentatam, in causa Ill. D. Alexandri de Sangro Patriarchæ Hierosolymæ Abb. S. Triphoni, cum Vniuersitate Bauelli, teste *Thoro par. 3. comp. decis. sect. 3. verbo, Terminus ad concomitandum,* cuius meminit *Prat. ad Muscat. in cit. Glos. præsentatas.*

Materiã verò scripturæ priuatæ enucleant *Suarez de Paz in prax. 4. p. t. 1. cap. 1. num. 21. Genua de scriptur. priuat. lib. 1. pag. mihi 65. Gait. de credit. cap. 2. tit. 8. num. 27. cum seq.*

13 Et quod post conclusum in causa obstringatur principalis recognoscere literas missiuas, & scripturas priuatas, scribit *Gizzar.* pluriès *memor. dec. 41. Gallup. in prax. S.C. par. 2. cap. 29. n. 7. Prat. ad Muscat. add. Glos. præsentatas, vers. Est etenim sciendum.*

14 De termino autèm ad impugnandum, sermocinantur *de Franch. decis. 631.* idem *Muscatel. par. 7. Glos. præsentatas, per totam, Horat. Visconti in conclus. iur. verbo, Terminus ad concomitandum, Capyc. decis. 68. Vrsill. ad Afflict. decis. 115. Campanil. ad Olin. add. Rit. 33. nu. 10. Reg. Rouit. in add. prag. 11. num. 43.* subdens, nè quidem dari memoratum terminum, quando scripturæ præsentatæ essent forenses, siuè Iudiciales, & ità frequentissimam praxim obseruare, ex *Affl. decis. 115. Capyc. decis. 98.* & alijs, & decisum refert *Thor. in supplem. compend. verbo. Terminus ad impugnandum,* qui tamèn *Thor.* retulerat contrarium decisum, nempè, fuisse impartitum talem terminum, etiàm aduersus scripturas forenses, *par. 3. compend. decis. verbo, Terminus ad impugnandum,* in causa Virgiliæ Longhæ, cum hæredibus Caroli Longhi, *referente D. Consil. Andrea Pro-*

Prouenzali, de mense Iulij 1631. in
15 banca de Cantone. Hoc propterea Iudicis arbitrio esse relictum, si sibi videbitur, litigatores procedere non maliciosè, notat *Muscatel. in add. Glos. præsentatas, num. 25. Thor. add. in locis*. Et vt seruetur æqualitas, in omnibus illis scripturis, pro quibus datur terminus ad concomitandum, impartitur aduersus eas, ad impugnandum, *arg. L. non debet, ff. de regul. iur. Muscat. loco mox cit. sub num. 19. vers. Sed posset dici*, subdens *num.* 20. in hoc Actorem sustinere partes rei aduersus scripturas præsentatas in fine expeditionis causæ, vt possit se tueri contra illas.

16 Hic verò terminus distat à termino ad repulsam, nàm iste datur contra testes, & eorum dicta, ille ad opponendum contra scripturas productas, & testes deponere non possunt, nisi contra scripturã, nõ extrà, vt de termino ad concomitandum, perpendit *Dom. Reg. de Marin. ad Reuert. decis.* 340. *tom.* 1. proindè licere ei petere terminũ ad impugnandũ scripturas pręsẽtatas, qui habuit aliũ ad repulsam, etiàm pro præsentis antè præfatum terminũ, decisum refert *Capyc. in dec. nupèr adducta* 68.

17 Verùm practica communis est circa dationem huiusmodi termini ad impugnandum scripturas, circa contenta, quod quando contentum in scriptura fuit enunciatum in libello, & Reus potuit se defendere, tùnc scripturis quoquè editis post conclusum in causa, non datur alius terminus, sed quando nõ esset enunciatum, & scriptura adduceret aliquid noui, datur terminus ad defendendum, *Ann. singul.* 502. *&* 503. vbi *eius filius* alios adducit, *Auus meus ad Capyc. decis.* 68. *n.* 3. *Reg. Rouit. add. loco num.* 43. *Visconti in verbo, Terminus ad concomitandum*, & decisum refert *Reg. Sanfelic. in add. decis.* 146. *n.* 5. Verùm non omninò satisfacit, quandoquidem Reus contra quem in libello aliqua enunciantur, eum, sciat, enunciationem simplicem sibi non officere, scripturarum præsentatione minimè munitam; imò malit ipsam non sequi, vt sic Actore non probante, absoluatur, immaturè se defenderet, cùm adhùc re non offendatur, at quando scripturis præsentatis lacessitur, cur sibi defensio deneganda? & scio hoc aliquando obseruatum contra *Anna* dictum.

RITVS CCXXXIX.

Item quod in quacunquè causa ciuili, quæ in dictis Curijs, & altera ipsarum agitatur: Actor, & Reus præsentare debeant instrumenta, & cautelas alias, si quas producere habent ad probandum intentionem eorum infrà terminum eis statutum ad probandum in causa ipsa: ità quidem quòd terminus detur ad producendum omnia iura sua, & non alitèr: nisi essent instrumenta, & cautelæ nouitèr repertæ, quæ secundum iuris dispositionem, produci possunt: etiàm vsquè ad conclusionem, & nisi essent personæ priuilegiatæ in iure.

SVMMA RERVM.

1 *Regula in antecedenti Ritu relata, vt scripturę, ad conclusionem vsquè præsententur, plures patitur restrictiones quarum duo memorat præsens Ritus, vbicumquè, scilicèt de recenti essent inuentæ scripturæ, vel illas præsentans esset persona priuilegiata.*

2 *Sententia quando retractetur per instrumenta nouitèr reperta.*

3 *Secunda assertio huius Ritus de personis priuilegiatis, declaratur.*

4 *Iuramentum suppletorium post conclusionem deferri potest, & decisio S. C. adducitur.*

5 *Interrogationes in qua parte Iudicis possint fieri, & Notariorum sigillorum recognitio.*

6 *Ad aspectum loci, qui omnem superat probationẽ, potest Iudex accedere post conclusum.*

Quid sit cautum Iure Regni.

1 REgula Iuris in antecedenti relata *Ritu*, vt scripturæ ad conclusionem vsquè præsententur, complures, eodem attento iure, patitur restrictiones, quas *Franciscus Curtius* commemorat *in repetit. l. admonendi, num. 69. ff. de iureiurand. & Felin. in c. cum dilectus, de fide instrument.* necnon *Soccin. regul. 10, lit. I, Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. q. 9. Vrsill. decis. 115. sub num. 1. & decis. 282, n. 14. Ricc. collect. 85. Maur. Sen. alleg. 6. num. 16, Vestr. in prax. Roman. lib. 6. cap. 1. n. 3. & lib. 4. cap. 4. num. 6. Iodoc. in prax. ciuil. cap. 191. num. 2. Oliua ad Rit. Cur. Archiep. Neap. 32. num. 6. Ricc. collect. 85. p. 1.*

Eandem verò regulam cum antecedens *Ritus* etiàm constituerit, subsequens iste noster nimirùm restringit alijs duobus in casibus, scilicèt, vbicumq; sunt de recenti adinuentæ scripturæ, & vbicumquè, producens esset persona priuilegiata.

Ad confirmandã verò priorẽ assertionem illam, cum essent de nouo repertæ, eæq; admittendæ vsquè ad conclusionem, subdit rationem, illis conceptam verbis, & consecutiuè supponit scripturas mòx adinuentas, attento iure communi, produci posse vsquè ad conclusionem, quam tamèn iure communi non probari, at improbari citrà dubium apparet, ex veriori sententia, cum ipsum omnes scripturas permittat exhiberi vsq; ad conclusionem, de proximo autèm repertas, etiàm post conclusionem, àc citationem, ad sententiam, ex *Bar. in l. admonendi, n. 2. ff. de iureiur.* ibidemq; *Castrens. n. 25.* necnon *Matthesil. singul. 57.* & inibi fatetur etiàm *Sarayn.* subdens, communi sententia approbatam esse iamdictam *Bar.* opinionem, necnon *Ripa* idipsum attestatur in eadem *l. admonendi, num. 45. & 48.* quam nunc passim recipi testatur *Ceuall. q. 650. num. 2.* præstito tamèn iuramento à producẽte, quod mòx reperirit, & insupèr scripsit *Balb. decis. 23.* ad instar volentis de iure communi recusare Iudicem, post litem contestatam, vt dicit *Couarruu. pract. qq. cap. 261. sub num. 2.*

2 Verùm sententia, quæ in rem iudicatam transierit, per instrumenta de recẽti adinuẽta retractetur, nõnulli inquirũt, potissimũ *Hier. Ceuall. q. cõm. 840. à num. 36.* quìn, transactis decem diebus, & lata sententia, produci possent instrumenta liquida, mòx reperta ad impediendum executionem, defendit in eadem *opin. 650. n. 2.* anteaq; concluserat *Gironda in tract. de gabell. 4. par. §. 2. num. 25.* lateq; pertractant materiam *Sforza Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 73. artic. 2. num. 19. Hyppol. de Marsil. singul. 229. Vrsill. ad Afflict. decis. 356. num. 30. R. de Marin. alleg. 8. to. 3. post resol. quotid.*

3 Secunda verò assertio de personis priuilegiatis, procedit, non quidèm ipso iure, sed per beneficiorum petitionem; sicq; non eo ipso, quod priuilegiatæ sunt, eis scripturas post terminum præsentare liceat, verùm post petita beneficia, *Imbrian. in tract. de primo, & secundo benefic. consider. 1. sub num. 121.* sed ad quem vsq; actum, non explanant huius *Ritus* verba, & credimus tùnc temporis, scilicèt cum vigebant huius, & aliorum de hac re Rituum obseruantiæ, vsq; ad conclusionem licuisse priuilegiatis, cum alijs, non nisi in termino producere permissum esset, cùm verò vsus subsequẽs, vt diximus in præcedenti *Ritu*, indulserit quoquè alijs suas exhibere scripturas post terminum, & deinceps,

dum-

dummodò antè conclusionem, videtur dicendum, posse priuilegiatos, etiàm conclusione facta, producere, alioquin priuilegio in hoc minimè potirentur: sed vacillat animus, quandoquidem, si vsu innitimur, sicuti illo constito, quibunt non priuilegiati sua deducere instrumenta, post conclusum, ita alio non apparente, nequibunt priuilegiati vltrà conclusionem exhibere, sat enim est, iure attento Rituum, posse illùcusq; producere, quousq; haùd alij possent, nisi vsus posterior annueret, de quo diximus in antecedēti *Ritu*; & de beneficijs priuilegiatis competentibus fuit sermo in *Rit.* 71. *&* 152. *t.* 1. & eloquuntur in his terminis *Ventrigl. mem. annot.* 33. §. *vnic. n.* 11. *Minad. decis.* 15. *Ricc. collect.* 85. *par.* 1.

4 Iuramentum quoq; suppletorium post conclusionem, deferri posse, si tamèn antè petitum fuerit, ex *Marant. Carau.* in hoc *Ritu* deducit *n.* 5. confirmant *Masull. ad Capyc. dec.* 85. *in princ.* illius memor, *Thesaur. dec.* 93. *Mysing. singul. obseru. cent.* 3. *obser.* 17. *nu.* 3. *Gaill. pract. obseru. lib.* 1. *obseru.* 108. *num.* 4. *Muscatell. lib.* 1. *par.* 1. *Gl. conclusio, num.* 16. *Ricc. collect. decis.* 380. adducens *Boer. decis.* 95. *Ioseph Cumia in Ritibus Siciliæ, cap.* 39. *num.* 69. *Capyc. decis.* 35. *num.* 2. *Io. Bapt. Costa de fact. scient. & ignor. dist.* 31. *num.* 4. *cent.* 2. *Bertaz. consil. crim.* 291. *n.* 26. *vol.* 2. *Venatorius in Analysi Iuris Pontificij, lib.* 2. *tit.* 24. §. *quæ forma, Visconti ad Capyc. add. decis.* 35. *num.* 2. *Marcell. Calà de modo artic. verbo, Facti veritate inspecta*, & simplicitèr illud admitti; etiàm petitum post conclusum, vsquè ad calculum ferendæ sententiæ, dicit *Foller. in* 1. *addit. ad Marant. p.* 6. 9. *actu, num.* 12. & determinatum in Collaterali Consilio, recenset *R. Sanfelic. in prax. Iudic. sect.* 58. *num* 32. qui de hac probatione per iuramentum eloquitur, *sect.* 55. necnon *Auus meus ad Capyc. cit. decis.* 35. *n.* 1. *Gallupp. in prax. S.C. par.* 2. *cap.* 20. *num.* 9. *Ventrigl. in prax. rer. notab. to.* 1. *annot.*

33. §. *vnic. sub nu.* 20. adducens *Carau. in hoc Ritu n.* 5. & decisum fuit in S. C. in causa propria D. D. Vincentij mei genitoris (cuius benedicta anima requiescat in pace) *referente D. Cōs. Io: Maria Campana*, sub die 24. Nouemb. 1654. cū hæredibus Fabij della Castagna Baronis S. ffani, meis cōsāguineis, in Banca de Licto. Et confirmat *Iacob. Mandell. cons.* 35. *num.* 8. *&* 9. Etiàm ex officio Iudicis, parte non expetente, *Andr. Gaill. lib.* 1. *obseru.* 108. *num.* 6. *Mascard. de probat. conclus.* 954. *num.* 47. *Gratian. decis. March.* 36. *nu.* 12. *Borrell. par.* 1. *summ. decis. tit.* 54. *n.* 56. *& par.* 2. *tit.* 26. *de conclus. n.* 74. *Intrigliol. sing.* 170. & contrà *Capyc.* placito *Vinc. Ann. sing.* 283. se subscribit *Auus meus ad Capyc. sæpiùs cit. dec.* 35. *n.* 3.

5 Et in materia interrogationum, quod possint fieri in qualibet parte Iudicij, sermocinantur *Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *q.* 62. *& de arbitrar. q.* 35. *nn.* 23. *&* 24. *de Franch. dec.* 263. *n.* 10. *Gratiat. ad Vestr. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 25. *Iodoc. in prax. ciuil. cap.* 191. *num.* 6. *Muscat. par.* 7. *Glos. conclusio, n.* 13. *Ricc. collect.* 1034. & posse fieri Notariorum sigillorum recognitionem, etiàm post cōclusum, notāt *Rota in nou. dec.* 6. *Gayll. obseruat.* 105 *num.* 14. *lib.* 1. *Borrell. par.* 2. *summ. decis. tit.* 26. *num.* 88.

6 Et tandèm, cum aspectus locis omne probationis genus superet, Iudex pro veritate indaganda accedere quibit ad faciem loci, post conclusum, vsq; ad sententiam, ad *text. in l. si irruptione in fin. ff. finium regundor.* ex *Carau. hoc in Rit. in fin.* obseruat *Auus meus ad Capyc. decis.* 143. *num.* 2. *in fin. R. Sanfel. add. sect.* 58. *n.* 34. *Aufrer. ad Cappel. Tholos. decis.* 175. *in fin. Masull. ad Capyc. decis.* 82, *num.* 8. *Magon. decis. Florent.* 55. *nu.* 43. *& decis. Lucens.* 48. *n.* 11. *Cæsar. Barz. dec. Bonon.* 57. *num.* 19. *decis.* 156. *num.* 22. *Ludouic. Morot. cons.* 8. *n.* 2. *Hieron. de Monte in tract. fin. regund. cap.* 30. *n.* 2. *Caualcan. decis. Fiuiz.* 44. *n.* 68. *p.* 1. *Borrell. to.* 2. *summ. dec. tit.* 2. *nu.* 40. 107. *&* 108. *& tit.* 26.

num. 81. *Mysinger. obseru.* 17. *cent.* 3.. *Petr. Gregor. syntagmat. iur. vniuers. lib.* 48. *sub num.* 5. *Mascard. de probat. lib.* 1. *q.* 8. *num.* 1. *&* 7. *Schneideuuinus tom.* 3. *consultat. Constit. Saxon. p.* 3 *de Iudicial. num.* 44. *Ventrigl. add. loco, sub num.* 20.

RITVS CCXL.

ITem seruat ipsa Curia, quod post terminum datum ad probandum, non recipit aliquas scripturas: Curia accipit eas: & non ponuntur in processu: sed tenet eas magister actorũ: & scribitur in eis. præsentata post terminum, v. die tali, &c. post terminum, & Iudices possunt deindè videre eas ad eorum declarationem: & recipiuntur dicto modò, etiàm post conclusionem.

SVMMA RERVM;

1 *Conclusio quid importet, & quæ præportet, ostenditur.*

2 *Illa quotiès effectum significat, attendenda est, non tractatus.*

3 *Testificans de tractatu negotij non probat, nisi illum aliquo modo perfectum esse, dicat.*

4 *Ex contractu in scriptis nulla exoritur actio, nisi scriptura completa.*

5 *Scripturæ non producantur post terminum, quando subsistat?*

1 OMnia præsentis *Ritus* verba eadem ferè sunt, quæ in *Ritu* 238. scripta reperiuntur, vt obseruat etiàm *Dom. Iudex Franc. Maria Prato ad Mascatel. in par.* 6. *Glos. Scripturæ, vers. Hæc est altera Glos.* paucis tamèn immutatis, atquè ideò eandem, quam, & ille continet dispositionem, propterea lectorem remittimus ad ea, quæ illic notauimus.

De ista verò conclusione, scilicèt de hoc actu, quem vocant conclusionem, cuius meminit noster *Ritus*, verba fecimus super *Ritu* 40. & quia conclusionis nomen plerumq; insinuat effectuationem alicuius negotij, illam
2 non immeritò attendendam esse, non tractatum, multis authoritatibus probat *Flamin. Carthar. dec. Genuensi* 29. *num.* 20. *&* 21. subcinit *text. in l. si dominus, vers. Sed quæsitum*, ibi: *Conclusum non fuisset, ff. de præscript. verb.* Quem propterea *Bald.* inibi singularem reputar, *Boer.* etiàm comprobat *decis.* 183. *sub num.* 4. *Viu. decis.* 343. *num.* 5. *lib.* 2. & communis suppetit assertio illa, quod multa tractantur, quæ non perficiuntur, relata per *Bal. in l. multum interest, C. si quis alteri, vel si-*
3 *bi*, & proindè de tractatu negotij testificans, minimè probat, nisi illum aliquo modo perfectum esse, dicat, *Alexand. cons.* 18. *volum.* 1. *cons.* 33. *num.* 21. *volum.* 2. *Decius cons.* 105. *Fab. in C. tit de testib. defin.* 30. *nu.* 1. quin, ex ipso contractu in scriptis, nec
4 actio oritur, nisi scriptura completa, *Fab. in C. tit. de fid. instrum. decis.* 14. *Parlador.* latè *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 47. *Reg. Rouit. decis.* 88. *n.* 4. & declarant *Vrsill. ad Affl. dec.* 39. *nu.* 6. *Thesaur. decis.* 197. *num.* 3. *Gizzar. decis.* 72. *num.* 7. *Cancer. var. resol. cap.* 13. *num.* 10. *tit. de empt. & vendit. Grat. cons.* 107. *num.* 6.

5 Regula verò, quod scripturæ non producantur post terminum, subsistit, si adsit clausula, per omne genus probationis, vt aliàs diximus, alioquin talis dilatio haùd includeret instrumenta, quæ cum sint probatio probata, dicendum est, liquidis non videri impositam meram temporis, teste *Bal.* ità concludente *in c. cum dilectus, num.* 5. *de fide instrum.*

RI-

RITVS CCXLI.

ITem seruat ipsa Curia, quod quando aliqua acta in causa ciuili, vel criminali, quæ sunt in actis Curiæ, ipsius inducerentur ad probationem alicuius alterius causæ vertentis in eadem Curia, dicta acta nullam faciunt fidem, nisi sit oblata petitio de producendis actis prædictis, quæ pars producere vult, ità fuit de facto practicatum.

SVMMA RERVM.

1 *Acta in vna causa agitata quando subsistant in alia.*
2 *Facta coram arbitris, probentnè coram Iudice ordinario.*
3 *Facta in Iudicio summario, àn faciāt fidem in plenario.*
4 *Probationes in Iudicio informatorio receptæ, àn probent in alio.*
5 *Testes examinati in vno Iudicio, deindè mortui, àn probent inter diuersas personas.*
6 *Discussio inuentarij facta cum vno ex creditoribus, àn noceat alijs creditoribus, non auditis.*
7 *Sententia in causa status, vel contra particulares aliquam artem exercentes, àn, & quando noceat alijs.*
8 *Agens in aliquo actu, vt Index Notarius, vel testis, àn sibi tanquam priuato præiudicet.*
9 *Acta consignanda Aduocatis Actoris priùs, deindè Rei aduocato sunt, ad informandum Iudicem.*
10 *Aduocatus actoris antè alterum Rei proponere debet, & ratio recensetur.*
11 *Praxis pro actorum percunctatione traditur, & illorum perditio, cui obesse debeat, & iudicandum qualitèr erit, si de nouo iudicium fuerit institutum, & fuerunt reperta posteà acta pristina.*

1 SI acta, quæ facta sunt in vno Iudicio probent in alio, intricata est quæstio, si ius commune attendamus, ad cuius elucidationem percurrantur cumulata per *Felin. in cap. causam, el 1. de testib. Ias. in l. 2. à num. 18. C. de edend. Cappell. Tholos.* atq; *additio* ad eam, *in decis.* 199. & alios, quos congerunt *Tuschus conclus. 91. lit. A. Auus meus ad Capyc. decis. 52. num. 3. decis. 71. & dec. 179. num. 2. Guid. Papa decis.* 136. *Gaill. pract. obseru. lib. 2. obseru. 123. n. 4.* & à nobis ipsis in *Rit. 24. à num. 5. tom. 1.*
2 & facta coram arbitris fidemnè præstent coram Iudice ordinario, *Capyc. decis. 47. Muscat. in prax. S.C. lib. 1. p. 2. Glos. Gradum, num. 38.* & quod facta
3 in Iudicio summario, non faciant fidem in plenario, scribunt *Menoch. de retin. remed. 5. num. 120. Couarr. pract. q. 24. n. 8. Palaez de maiorat. 4. p. q. 14. n. 118. Christoph. de Paz de tenut. 1. par. c. 32. num. 2. Escob. de purit. & nobil. proban. quæst. 13. §. 2. de testib. in alijs Iud. n. 6.* tradens, quod probationes in Iudicio
4 informatorio receptæ nihil omninò in alio probent, etiàm inter easdem personas, insequitur *Dom. Index Francisc. Maria Prat. respons. crimin. 14. n. 33. & 34. & de Marsil. singul. 435.* mirificè notat, testes examinatos intèr alias
5 personas facere semiplenam probationem, si illi amplius examinari non possint, & post *Alex. in l. sæpè, ff. de re ind. Mascard. concl. 1273. n. 4. & 5.* & alios, aduertit *Dom. Reg. de Marin. ad Reuer. dec. 64. num. 5.* & addimus nos *Benint. decis. 67. num. 1. Surd. decis. 103. n. 1. Mastrill. decis. 105. num. 10. lib. 2. Fontanell. decis. 183. tom. 1.* quin, idem *Dom. Reg. de Marin. num. 6.* conclusionem, vt iudicium, & sententia in vna causa facta, alteri non præiudicet, ex *Anton. Fabr. defin. 1. C. res int. alios acta, Reg. de Ponte cons. 71. lib. 1.* restrin-
6 git in discussione inuentarij, quæ facta ab hærede, cum beneficio legis, & inuentarij, cum vno ex creditoribus hæreditarijs, cæteris alijs creditoribus

ad-

adhùc non citatis, nec auditis nocet, & prodest, adeò quod iterata discussio nullatenùs sit faciẽda, & ipsemet *Dom. Reg.* scripserat *lib. 2. quotid. resol. c. 111. num. 9. & 10.* quamq; regulam etiàm
7 limitat in causa status, ex *l. ex causa*, vbi *Bar. ff. de postul. in l. 1. §. fin. ff. de liber. agnosc. l. ingenuum, ff. de stat. homin. Couarr. pract. quæst. cap. 13. num. 5.* & addimus *Tiraquel. de nobilit. cap. 37. Reg. de Ponte cons. 86. num. 7. volum. 1. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 8. Præs. Merlin. contron. forens. cap. 32. à num. 1. to. 2. Reg. Capyc. Latr. consul. 129. vol. 2. Rot. Roman. decis. 24. in nouis, tit. de re indic. Fab. de Ann. cons. 17. num. 2. vol. 1. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. c. 18. R. de Marin. in alleg. 7. t. 3. post quot. resol.* sic lata cõtra particulares aliquam artem exercentes, respectu illius artis, præiudicat alijs dictam exercentibus artem, *Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 17. de sent. & ear. exequut. num. 179. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. Glos. 17. num. 87.* & declarat *Dom. Consil. Hodiern. ad Surd. decis. 256.* Et agens in aliquo actu, vt Iu-
8 dex, Notarius, vel vt testis, an sibi tanquam priuato præiudicet, *Thesaur. qq. forens. lib. 3. q. 31. num. 10. Dom. Reg. Reuert. dec. 235.* & ad eum *Dom. Reg. de Marin.* Et attenta huius *Ritus* dispositione actis originalibus factis in vna causa, quando possit pars vti in alia, vel eorum copia, declarando *Garan. in hoc Ritu* effatum, tangit *Muscat. par. 3. Glos. respondendum, n. 16.*

Acta verò dicuntur omnes scripturę in Iudicio factæ coram Iudice, & scriptæ manu officialis, scilicèt tabellionis, seù scribæ, ad hoc deputati, *Alex. in l. acta, & l. actorum, ff. de re indic.* adde *Mascard. conclus. 32. nu. 2.* & *Marant.* affatim declarantem, *par. 6. actu 10. à num. 1.* Illa verò danda esse aduocatis
9 desiderantibus, ad Iudicem informandum, certum est, priùs tamèn aduocato Actoris, quam Rei, ex *Bal. in l. Nesennius, ff. de negot. gest. & Marant. 4. p. dist. 6. num. 6.* deducit *Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. par. 5. §. 12. sub n. 1.* non secus, àc in proponendo contingit,
10 in quo priùs actoris, postmodùm Rei proponit Aduocatus, teste *Bal. in l. qui prior, ff. de Iudic.* atquè huic sententiæ rationem suggerit *Cicero* ad fauorem Rei, *in orat. pro Publio Quinctio*, ea siquidèm, quæ postremò dicuntur, meliùs memoriæ infringuntur, & *Specul.* quoquè ait, *in tit. de Aduocato, §. iam nunc, ad finem.* Alia verò de ipsis actis coaceruaui super *rit. 24.*
11 Et praxim pro actorum percunctatione, recensent *Thor. par. 1. voto 91. num. 104. Prat. ad Muscat. par. 5. Glos. defendendum, ad num. 49.* & illorum perditio cui obesse debeat, & iudicandum qualitèr erit, si de nouo iudicium fuerit institutum, & posteà reperta acta pristina, *Gayll. lib. 1. obseru. 124. num. 20. Marant. in spec. par. 6. verbo, actorum editio, num. 52. Thor. p. 2. comp. decis. verbo, acta causæ, & par. 1. voto 39. num. 58. & 59.*

RITVS CCXLII.

Item seruat ipsa Curia, quod dato termino ad probandum in quacunquè causa, pendente termino, partes, seù procuratores earum possunt procedere, ad quæ erat datus terminus ad probandum, sinè requisitione ampliùs alterius partis, vel præsentia, & possunt produci, & debent recipi per subactarios, etiã quando Curia non regitur, dummodò non sit illo die tempus feriatum, i. quod si illo die voluisset, Curia, Regi potuisset.

SVM-

SVMMA RERVM.

1 *Scripturarum productio, ſi fiat in termino, necnè citationem partis requirat.*

2 *Illę conſignari Scribis vtrum poſſint, ad eum finem, vt in eis ponatur præſentata.*

3 *Actuarius capiendo fideiuſſorem, qui non ſit ſoluendo, tenebitur de proprio.*

4 *Præſentatio ſcripturarum, àn die feriato fieri poſſit.*

EX verbis huius *Ritus* deducunt
1 noſtrâtes Regnicolæ, limitationem ad regulam illam, quæ
ſe habet, citationem, requiri in
præſentatione ſcripturarum, ad tradita
per *Bald. in l. ſi quando, in fin. Cod. de
teſtib. Roman. conſ.* 176. *Marſil. ſingul.*
81. nàm illam reſtringi, & ceſſare concludunt, cum producuntur, durante termino ad probandum, quam prętèr *Caranitam in hoc Ritu*, & *DD.* quos memorat, admittit *Muſcat. in praxi Sacri
Conſilij, par. 7. Gloſ. præſentatas*, vbi
aliâs quatuor annectit, eidem Regulæ
reſtrictiones, illamquè pręſertim ſi producantur in vltima die termini, eiquè
opitulatur concluſio, quam ſcripſit *Tuſchus concl. 69. lit. T*, vt termino præfixo, multa in illius poſtrema die concedantur, alioqui prohibita.

2 Quod autèm hoc in *Ritu* additur,
vt coram ipſis ſubactarijs, ſcilicèt ſcribis (nàm ipſi ſunt, quos vetuſtas ſubactarios appellabat, vt notamus ſuper
Rit. 13. *tom.* 1.) poſſint inſtrumenta,
& aliæ præſentari ſcripturæ, dubietatem quandam afferebat. Si liceret tantùm illis conſignare, ad finem illas recipiendi, non autem ſcribendi præſentatam, apponendam poſtmodum ab
Actuario cauſæ, vt complures obſeruant, quorum vſus, neq; huius *Ritus*
verbis, neq; alteriùs 91. contradicit,
dicentibus, coram illis produci poſſe,
atq; ab eis recipi debere; Verùm aperta verba *Rit.* 82. omnem ſubmouent
perplexitatem, vtrumq; caput amplexantia, aiunt ſiquidem *ſufficit, ſi aſſignetur magiſtro actorum, vel alicui ex
ſubactarijs, qui ibi ſcribat; Præſentata die, &c.* Neq; pugnànt, quæ ſcripſimus ad *Rit.* 30. in eius initio, nàm de
ſcribis fiſcalibus Magnæ Curię loquûtur, in quibus vidimus paſsìm ita ſeruari. Iſta autèm de alijs ciuilibus huius
Ciuitatis Neapolis, vel criminalibus
quoq; extrà tamèn Ciuitatem, ſed vter
eorum recipiat fideiuſſionem, diximus
in *Rit.* 35. tenetur autèm Actuarius
3 perſoluerę fideiuſſionem inhabilem,
quam recepit, conſideratis tamèn declarationibus relatis *in decis. coram
Litta, in vna Romana pecun. 19. Februarij* 1590. reſcripta per *Marchiſ. in
comm. ff. appell. in cauſ. cameral. oblig.
par. 1. §. 1. deciſ.* 34. & quæ nos notauimus alibi. Præſentatio ſcripturæ,
4 àn dię feriato fieri poſſit, inquirit *Marcell. Calà de modo artic. Gloſ. 4. n. 84.*

RITVS CCXLIII.

ITèm quod cauſæ
ciuiles, non tamèn
feudales impoſterum mouendæ in
dictis Magnæ, &
Vicariæ Curijs, &
qualibet earum, tàm principales,
quàm appellationum, per Iudices
dictarum Curiarum, & cuiuslibet earum decidantur, terminentur, àc decidi, & determinari debeant intrà terminos ſubſcriptos:
videlicet, ſiquidem quando fuerint inter perſonas ciues, ſiuè habitatores, Ciuitate Neap. & eius
diſtrictus: infrà tres menſes continuos à die litis conteſtatæ in
cauſa principali, & in cauſa ap-
pel-

pellationis à tempore præsentati processus: si verò fuerint de loco à dicta Ciuitate Neapol. distante per vnam dietam vulgarem, infrà quatuor menses, si verò per duas dietas, infrà menses sex, & si vltrà duas dietas, infrà octo menses in anteà numerandos, & vltrà metas, & terminos prædictos, causę prędictę prorogari nequeat, nisi ad id accedat expressus consensus, & voluntas ambarum partium, quo casu de voluntate partium prædictarum, prorogatio ipsa fieri possit, vsquè ad alios sex menses, & non vltrà.

SVMMA RERVM.

1 *Sacram Iustiniani Constitutionem in l. properandum, C. de Iudic. necnon Ritus, dispositionem nostri aui malitia millies clusit.*
2 *Ritus obseruantia etiàm tempore Reginæ Ioannæ, ab vsu recessit.*
3 *Instantia ad menses redacta per hunc Ritum, quomodo intelligatur.*
4 *Causa sit nè ciuilis, vel criminalis, quibus cognoscatur.*
5 *Prag. 2. de iurisd. inuic. non turb. distinguit causas, quæ sunt iurisdictionis criminalis, & ciuilis.*
6 *Memor. pragm. à Rege Catholico Ferdinando lata, cum assistentia S. C. non habet locum in M. C. V. cuius Iudices in criminalibus cognoscunt generalitèr de omnibus causis criminalibus.*
7 *Imò etiam de falso commisso coram Iudicibus in ciuilibus.*
M. C. vnum, et idem dicitur Tribunal.
8 *Causa mercatoris decocti, àn sit criminalis.*
9 *An illa liquidationis instrumentorum.*
10 *In generali abolitione, àn censeantur remissæ pœnæ pecuniariæ, prouenientes ex incusatione instrumentorum.*
11 *Sicuti filius non potest liquidare contra patrem instrumentum, sic è contrà, cum in correlatiuis eadem sit dispositio etiàm in pœnalibus, & correctorijs.*
Nec frater contra fratrem.
12 *Ad quem spectet cognitio causarum liquidationis instrumentorum, ad Baronem iurisdictionis criminalis, àn ciuilis.*
13 *Dieta duplex, vulgaris, & legalis.*
Atque in dubio vulgaris intelligitur.
14 *Dietarum computatio, quomodo sit facienda.*
Salarium debitum commissarijs ob dietas vacatas, tàm in accessu, & recessu, quàm in mora, quomodo debeat liquidari.
15 *Dietæ, in quibus officialis non potuit ob impedimentum casus, & fortunæ discedere à loco, veluti ob maris procellam, vel ex impedimento infirmitatis, àn debeant solui?*
16 *Locus, quò eundum est, si duas habeat vias per mare, et per terram, quarum vna longior altera sit, per quam computabuntur dietæ?*
Si alicui via vsus concedatur, per quam partem fundi transire debeat?

1 SApientissimus Imperator Iustinianus, Iurisprudentiæ Religiosissimus, cum varijs legum sanctionibus omnem mouisset lapidem, vt perquam breuem litibus finem imponeret, nè quid suis in codicibus desideraretur, Sacram Constitutionē, *in l. properandum, C. de Iudic.* edidit, qua triennij spatio controuersias omnes definiri, sancitum fuit. Et sanè, priscis temporibus, nō parùm hæc sanctio cunctis profuit; cum nullus esset, qui celeritèr ius suum in iudicio non consequeretur, quin isthæc instantia, iure communi statuta, restricta per hūc *Ritum* fuit ad menses in eo respectiuè memoratos. At vaferrima nostri Æui malitia, quæ nullum facinus inexcogitatum relinquit, technarum præsidio, non vnà, sed millies, Sacrum Iustiniani

ni oraculum, Ritusq; dispositionem elusit: Fraudibus itaquè nunquàm satis obuiam itum esse, experimēto comperimus: Quilibet enim ad sui libitum iudicia protrahit, & Rei (Parthorum instar) ex fuga certam sibi victoriam pollicentur; Imò, quod execrabile sanè est, eorum calliditas, cum prudentiæ personam induat, non modò ignominiæ notam euadit, sed Fabij Maximi laudes vsurpat, qui cunctando restituit rem, Vndè nil mirum si isthæc
2 *Ritus* obseruantia, vel etiàm tempore eiusdem Reginæ Ioannæ ab vsu (litigantium malitia) recesserit ob aliam obseruantiam, de qua *Ritu* 248. remittentem ad terminos iuris, cum triennij, & biennij ipse meminerit.

3 Sed nos (post *Constant. Pap. in hoc Ritu*) dicendum putamus, hunc Ritum non sermocinari de instantia prædicta finienda infrà dictos menses, sed respectu iustitiæ non retardandę in causis vigentibus in reliquis Tribunalibus, ad finem mutandi Iudicem morosum in illarum expeditione, non extinguendi lites, renouandas coram eodem Iudice, nouis productis libellis, atquè hunc citrà dubium veriorem existimamus intellectum.

4 Causarum ciuilium meminerunt alij plures *Ritus*, potissimū 144. criminaliū *Rit.* 105. 106. *&* 141. ambarum verò *Rit.* 89. 94. *&* 241. Vt autèm cognosci possit, àn causa sit ciuilis, vel criminalis, considerandum est ciuilitèr nè, àn criminalitèr intentetur, atq; veniat nè imponenda pœna corporalis, siuè pecuniaria, fisco amplicanda, vel condemnatio ad publicam vindictam, quandoquidèm istis in casibus saperet criminalitatem, teste *Iulio Claro in §. fin. q.* 1. *& Fusco de Visitat. num.* 12. *Salsed. ad Diaz cap.* 3. *vers. Et nota*, insequiturq; *Ceuall. q. commun.* 897. *sub. num.* 718. & alios annecterem Auctores, atq; declarationes, nisi Regni pe-
5 culiare Ius, *in prag.* 2. *de Iurisd. inuic. non turb.* definiret, cum distinguit causas, quæ cognitionis sunt criminalis Iudicis, & quæ ciuilis; quam *pragm.* exornarunt *Campagn. inter Capitul. Regn. post cap. vt delatas* 235. *pag. mihi* 205. *Carau. in prag.* 1. §. 3. *num.* 4. *de Sen. Consul. Maced. Ann. alleg.* 52. *num.* 15. *Reg. Constant. in l.* 1. *num.* 40. *Cod. de pæn. fiscal. cred. prefer. Reg. de Marin. ad Reuert. decis.* 85. *lib.* 1. *& decis.* 568. *lib.* 2. eiusquè dispositionem generalem esse in Regno, & legis vim obtinere, idem scripsit *Campagn. sub num.* 9. *vers. Sed licèt aliqui*, nec dissentit *Io: de Arnon.* generalitèr illam allegans, *soliloq.* 24. confirmat *R. Tap. decis. S.C.* 10. *num.* 31. (quamuis non desint putantes, declarationem illam fuisse localem, & non per viam legis generalis proditam) sed *pragm.* ipsam à Rege Catholico latam anno 1515. cum assistentia S.C. esse intelligendam
6 in casu suo, nempè inter Barones, habentes iurisdictiones distinctas, non autèm respectu M.C.V. quæ vnum, & idem dicitur Tribunal, vtramq; habens iurisdictionem, lepidè firmat *D. Reg. Marcian. disp. forens. lib.* 2. *disp.* 64. ex *Carau. in d. prag.* 1. §. 3. *n.* 4. *Capibl. dę Baro. prag.* 8. *p.* 2. *n.* 267. tradēs, Iudices proptereà M. C. in criminalibus indistinctè cognoscere de omnibus causis criminalibus, imò etiàm de falso, commisso corā Iudicibus in ciuilibus, quia eadem est M.C. *de Franch. decis.* 722. *num.* 19. *Ann. cons.* 107. *num.* 3. *Anus meus ad Capyc. decis.* 7. *n.* 8.

8 Causam verò mercatoris decocti, & criminalem esse, ac cum alijs omnibus ab ea dependentibus agitari debere coram Iudicibus criminalibus, docet *Peguer. decis. crimin.* 38. & videndi *Io. Petr. Fontanell. dec. Cathal.* 241. *et* 242. *t.* 1. *Fulu. Danes. in alleg.* 120. *in* 3. *t. R. de Marin.* hosq; mercatores dolosè, & fraudulentèr decoctos, postquā se concordauerant cum creditoribus, minimè quantitate soluta, laqueo suspendi, vt latrones, publicam fidē fallentes, mandarunt Castrutiùs, Cosmus Medices, & Henricus IV. Galliæ Rex, testibus *Io: Villan. Hēring. Taff. Petr. Tuan. Math.*

Similiq; pœna plectendos Capsarios Banci, siuè tabulæ nũmulariæ, qui Gubernatoribus inscijs, pecuniam in vsus proprios vertũt, scripsimus *in Rit.9.sub n.18. verſ. Videndũ, t.1.* quicquid voluerit *D. Iudex Franc. Mar. Prat. respons. crim.* 20. calamum arripiens in gratiam Fuluij de Falco, nummularij Banci Sanctissimæ Annunciatæ, autumans, causam, & actionem esse merè ciuilem, etenim actione furti illos teneri, insinuant nobis *tex. in l. si quis Vxoris,* 53. §. *Iulianus, ff. de furt. in l. si is, cui,* 7. *C. de furt.* quibus iuribus fretus *Ias.* scripsit *in l. eius., qui in prouincia,* § *quas verò, num.7. ff. si certum petat.* suspensum fuisse iuuenem, qui nomine mercatoris mensam; & bancum exercens, fidem non adimpleuit, in dando centum, sed illos retinuit, in proprios vsus couertendo, aliosquè recenset casus *Clar. in* § *furtum num. 22. verſ. posset etiàm allegare.* Concinunt *tex. in cap.1. de deposit. & in l. tutor,* 33. *ff. de furt.* & quæ scripsere *Reg. Sanfelic. dec.42.* memor *text. in cit.* §. *Iulianus, Farinac. cons. crim.96. antè num.2. & cons.207. nu.48. Caball. cas. 99. Visconti ad Franch. dec.315. & Mastrill.* (cuius meminimus in mòx *cit. Rit.9.*) *in dec.238.* qui *n.59.* lepidè occurrit obiecto à nonnullis excitato, quòd fideiussio ab his personis prestita cessare faciat actionem criminalem.

Et de subtrahentibus publicas pecunias, scripsere etiàm *R. de Põte decis.7. P. Greg. sytagm. lib.33. cap.19. num.4. Decian. lib.8. cap.28. nu.29. & cap.30. num. 6. Menoch. lib.2. de arbitr. cent.6. cas. 586. nu.6. Farinac. de Furt. q.171. num.14. & de delict. & pœn q.19. Reg. Sanfel. dec. 166. num.4. & dec.285. ex num.32 tom.2.* & de Thesaurario lepidè scripsit doctissimus, & quouis summo magistratu dignissimus *Dom. Scipio Martinus, in alleg. 135. in tom.3. post quotid. resol. Dom. Reg. de Marin.*

9 Liquidatio autèm instrumentorum, ciuilis, àn capitalis, causa sit, inquirimus in *Ritu 109. num.7. tom. 1. & in Ritu 166. num.4.* & inibi *DD.* affirmatiuam sustinentes aleam recensuimus, & ad-

10 dimus *decis.* manuscript. *Dom. Reg. Moles 26. in tit. de iur. Dohanæ,* qua determinatum fuit pèr generalem abolitionem, censeri remissas omnes pœnas pecuniarias prouenientes ex incusationibus instrumentorum, & obligationum pènes acta M.C. & meminit *Reg. Constant. in cit. tit. C. de pœn. fiscali credit. præferr. à nu.71.* eosquè insequitur *Reg. de Marin. ad Reuerter. dec.549. n.2.* quem adduximus *in Rit. 56. sub n.10.* Propterea nõ posse filium illud liquidare contrà patrẽ, notauimus *cit. in Rit. 186. n.84.* nũc subnectimus,

11 nec è contrà, id patri licere, vt notat *Reg. Sanfelic. in add. ad dec.130. verſ. sed fuit dubitatum, pag.371.* qui, & illum conuenire non potest insolidum, sed deducto nè egeat, *Carroc. de except. excep.25. n 63.* & cõferunt tradita à *Mancio. in patroc. debit. decad.1. q.7. num. 81. & decad. 3. q.1. num.110. Rodriq. de execut. cap.5. num.59.* cum in correlatiuis eadem sit dispositio, etiàm in pœnalibus, & correctorijs, *l. fin. C. de indic. viduit. l.1. C. de cupress. lib.12. l. in suis, C. de liber. & posthum. Grass. in tract. de except. 15. except. num 1.* & in patre, & filio, tradunt *Surd. de alim. tit.1. q.19. num.4. Barbos. in vol. tract. de loc. commun. argum. iur. loco 29. à correlatiuis, num. 2.*

Nec fratri aduersus fratrem, vt eodem *in Rit. 166. num. 8.* scripsimus, & addimus *Gait. de credit. cap. 3. à nu. 1105. Visconti, & Amend. ad Franch. dec.163. Oleam de cession. iur. tit.6. q.11. num.41. & 42.* firmantem, hanc æquiorem esse sententiam, quamuis contrarium teneat *Baeza,* quem sequitur *Henring. de fideiuss. cap.27. p.4. num.91. Girond. de priuileg. q.88. à nu. 415.* Ad quem verò spectet cognitio

12 causarum liquidationis instrumentorum, ad dominum nè iurisdictionis criminalis, àn ciuilis; & ad illum criminalis, credit *Galter. in prax. p.3 princ. verbo, Audiantur excusatores, sub num. 3.* cuius effato conueniunt tradita à *Reg. de Marin. lib.1. quotid. cap.58.*

num.

n. 14. qui ad *Reuert. dec. add.* 568. *nu.* 2. illud procedere affirmat in locis, in quibus declaratio memorata Regis Catholici forsàn non obseruaretur.

13 Dùm verò dictæ meminit *Ritus*, multiplicem esse illam recordor, alteram legalem, cuius memini in *Ritu* 151. alteram vulgarem, de qua præsens *Ritus* verba facit, eamq; semper venire, cum dietæ simpliciter mentio fit, constat, *ex cap. præsenti vers. loca, de preb. in 6. Boer.* testatur *dec.* 230. *Fuscus de visitat. lib.* 2. *cap.* 3. *vers. ex quo nota, sub num.* 8. *Muscat. in prax. lib.* 1. *p.* 5. *Glos. suspectum, num.* 16. sicuti, & cum de Leucis loquimur, ex *Bar. in tract. testimoniorum,* §. *Vicena, nu.* 55. & alijs, comprobat *Hieronym. Ceuall. q.* 897. *num.* 733. *to.* 4. Dietarum com-

14 putationem diuersimodè faciendam asserunt DD. potissimumquè *Menoch.* tres recenset opiniones in computatione dietæ, *tract. de arbitr. casu* 206. *Escobar. de ratioc. comput.* 12. *& Reg. Rouit. in dec.* 66. duo considerat tempora, vnum scilicèt, quod consumitur in accessu, & recessu, & alterum pro mora, & primo casu, salarium liquidandum ad rationem viginti milliarium pro qualibet dieta, etiàm si vltima consistat in vno tantum milliari, *ex l.* 1. *ff. si quis caut. l.* 3. *ff. de verb. signific.*

Secundò verò casu, numeratione non fieri per milliaria, sed per dietas naturales, quibus commissarius vacauit, diebus etiàm festiuis, in quibus actus forenses prohibentur, computatis, concludit, ipsum insequitur *Franc. Mar. Prat. ad Muscat. in prax. S. C. p.* 7. *Gl. coclusio, vers. octauus actus,* etiã ijs dietis, in quibus ob aliquod impedimen-

15 tum à casu, & fortuna, non posset discedere à loco, & iter prosequi ceptum, etiàm si ad locum destinatum non posset fieri accessus, nisi per mare, & non posset illàc discedere ob maris procellam, vt idem *Rouit.* notat *num.* 5. 7. *&* 8. (quid verò dicendum de impedimento infirmitatis, *Couarr. lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 8. *Escob. de ratioc. cap.* 27. *num.* 19. *Bouad. in politic. lib.* 2. *cap.* 21. *ex num.* 243. *vers. T tambien,* quos laudat *Reg. Rouit. in mem. decis.* 66. *num.* 9.)

16 Quod si locus duplicem habeat viã, vnam terrestrem, & alteram maritimã, longiorem altera, erit habenda ratio viæ magis vsitatæ, & in dubio dicitur magis vsitata illa, quæ fit per terram, *Tiraq. in tract. de Iudic. in reb. exig. feren. num.* 3. & post *Caran. in hoc Ritu num.* 7. indicat *Ventrigl. in prax. notab. rer. annot.* 38. *n.* 31. *in fin. to.* 1. & confert *Gramm. cons. ciuil.* 1. *num.* 4. & videnda, quæ de computatione, & mensuratione dietarum, tàm per terram, quàm per mare, scribunt *Mastrill. de magistrat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 104. *tom.* 1. *Danz. de pugn. DD to.* 1. *tit. de Salar. cap.* 2. *à num.* 48. *Tasson. de antephato, vers.* 3. *obser.* 2. *à n.* 56. *Hermosill. ad Gregor. Lop. Glos.* 4. *leg.* 10. *tit.* 1. *par.* 5. *à num.* 34. *tom.* 1. *& Glos.* 2. *leg.* 24. *tit.* 5. *num.* 44. *tom.* 2. *Vuo Regens in prag. Regn. Sardin. tit.* 17. *c.* 4. *à num.* 2. & adde, quæ dixit *Cepoll. in tract. de seruit. Vrb. præd. cap.* 23. *in princ.* quod si alicui viæ vsus concedatur, non valeat per quamcunquè partem fundi, quò voluerit, vel per totum fundum, ire, sed ciuili modo intelligendum esse, pertransire per viã minus damnosam, & infert ibi *num.* 2. ad homines armorum, vel alios, transeuntes per vnum territorium ad aliud nàm adstringuntur pertransire per partem condecentem, minùs damnosã, & in defensionem Rusticorum à pœnis contrabanni, in quas illos incidisse fiscus prætendebat, ex eo quod capti fuerunt transeuntes cum eorum curribus, seù plaustris oneratis frumento, & bladis de vno territorio ad aliud sine Rectoris Prouinciæ licentia, nouissimè scripsit *Ioseph Vrceoli Forolienfis consult. forens. rer. practic. cap.* 42.

RITVS CCXLIV.

ITem, quod instantia causarum feudalium, tàm principalium, quã appellationũ, & cuiuslibet earum duret per annum vnum integrum ad plus, incip. à die litis contest. super testibus verò producendis, & prorogatione instantiæ seruentur ea, quæ infrà scripto proximo capitulo continentur.

SVMMA RERVM.

1 *Causæ feudales decidendæ sunt attento iure communi, deficientibus constitutionibus, & consuetudinibus feudorum.*

2 *In Regno Siciliæ vltrà Farum triennalis est instãtia in feudalibus causis.*

3 *In hoc verò Regno, vigore huius Ritus, est annalis, tàm in causa principali, quàm appellationis.*

4 *Huius Ritus dispositio, vt anno instantia prima duret, non corrigitur per Rit. 248.*
Carauita contrarium sentiens, refellitur, & ab eius sententia Author recedit.

5 *Lex subsequens generalis contradicens antecedenti in specifico casu loquenti, àn illam abroget.*

6 *In materia horum Rituum, àn detur priùs, & posteriùs.*

7 *Ritus Sanctio hodiernis temporibus recessit ab aula, & in causis feudalibus ob Regij Fisci interesse, non perimit instantia.*

8 *Causæ feudales, quæ dicatur.*

9 *Quæstio de vita militia, & causa de paragio sint nè feudales, & compromitti possint.*

10 *Causa reuocationis feudi virtute pacti de retrouendendo dicatur àn feudalis.*
Quid si actione personali, vel reali, seù hypothecaria feudum petatur.

11 *Actio hypothecaria super feudo Regio assensu vallata pro obseruãtia venditionis annuorum introituum, in burgensaticum constitutorum, feudalis, àn allodialis sit, itaut ad quemlibet extraneum, etiam singularem successorem, absq; alio assensu, transeat, maximè attentis gratijs nostrorum Regum munificentia huic Regno concessis in publicis parlamentis ann. 1516. & 1617.*

12 *Inter plures creditores eiusdem debitoris is præfertur, qui temporè præcedit.*

13 *Pretium rei feudalis ex stylo S. C. liberatur creditoribus cum assensu, etsi posterioribus, exclusis anterioribus, assensu carentibus.*

14 *Sed àn in pretio prædicto præferantur creditores anteriores, absq; assensu ipsius creditoris eum assensu, exclusis posterioribus illo suffultis.*
Affirmatiuè respondet Author, explosis DD. Præs. de Franch. dec. 75. & Reg. Capyc. Latro consul. 56. tom. 1.

15 *Magna est authoritas Dom. Præs. de Franch. maior est illa S. C. quod magnum Decium terruit.*

16 *Actio ad feudum cum assensu, àn sit feudalis, & solemnis distinctio adducitur.*

17 *In dubio non feudalis, sed libera omnis res præsumitur.*

18 *In simplicis hypotheca cessione nullum directi domini concurrit interesse, quod consideratur in feudorum alienationibus.*

19 *Emptor annuorum introituum, creditor hypothecarius, & non dominus feudi, nec possessor dicitur.*

20 *Aleam, vt creditor consensu domini ius hypotheca super feudo habens, ad libitum de ea, sine domini voluntate, disponere queat, sustinent magni nominis Authores.*

21 *Illa nostris hisce temporibus nullam recipit, altercationem, post gratias, quibus actio hypothecaria super feudo*

pro

pro credito consequendo allodialis redditur.

22 *Adducitur* Reg. *Capyc. Latro ad hoc firmandum.*

23 *Clausula pro hæredibus, & successoribus quibuscunq; omnes etiam cessionarios, & singulares successores comprehendit.*

24 *Nostro iure actio super feudo diverso iure, ac ipsum feudum iudicatur.*

25 *Registrum assensus in quinternionibus* R. C. *super translatione feudi, necessariū, non requiritur in præstito actioni hypothecariæ super feudi.*

26 *Proregi etsi vetitum sit assentiri alienationi feudi, feudatario carente legitimo successore, & extractioni feudi ab exteris factæ, non tamen hypotheca super feudis.*

27 *Inhabiles ad feuda non prohibentur credita cum assensu super feudo possidere.*

Balius datur habenti feudum, non actionem ad feudum.

28 *In facti themate ab Authore enunciato, pretium peruentum ex re feudali liberandum est creditori cum assensu, & pro eo eius creditoribus, iuxta eorum anterioritatem, quo casu emptor feudi securus est à molestia.*

29 *Super pecunia peruenta ex feudo præfertur cessionarius absq; assensu creditoris cum assensu cæteris creditoribus cum assensu posterioribus.*

30 *Vendita re instante creditore anteriori, omnes resoluuntur hypothecæ.*

31 *Author occurrit obiecto excitato per Dom.* Reg. *Capyc. Latro consult.* 56. *num.* 15. *non posse fieri cessionem in beneficium emptoris à creditore, are alieno onusto.*

32 *Tria requiruntur, vt quis decoctus dicatur, & quæ.*

33 *Curator decocti, vel ipsius creditores possunt cedere iura.*

34 *Tex. in l. cum onus, C. de bon. author. Iudic. possid. quando locum habeat.*

35 *Supremi Senatus non semper res iudicatas attendere debent.*

36 *Decisioni D. de Franchis* 75. *triplici modo Author satisfacit.*

37 *Non dicitur decisum, quod non fuit discussum.*

38 Reg. *Capyc. Latro mutauit sententiam tom. 2. consul.* 84.

39 *Alleganti decis. plena non est habenda fides, si non interuenit determinationi causarum.*

1 Causas omnes feudales decidendas esse, attentis Constitutionibus, & consuetudinibus feudorum, quibus deficientibus, inspecto iure communi, loquente in allodialibus, ex *text. in cap.* 1. *de feud. cognit.* notant omnes *DD.* ibidem, *Nicol. Euerard. in Topic. Iur. loco à cont. sens. num.* 31. *Ann. in repet. rubr. de vassall. decrep. ætat. n.* 399. Reg. *Rouit. in prag.* 11. *n.* 27. *de feud.* (vbi censet, quod casus feudalis, qui minimè per iura Regni reperitur decisus, sub dispositione remaneat iuris communis feudorum, & non Romanorum, qua de re *Camill. de Curt. in diuer. feud.* §. *nunc de altera, à n.* 101.)

2 Quapropter in Regno Siciliæ vltrà Farum, nimirùm instātiam triennalem esse in primo Iudicio causarum feudalium, admonet *Petr. Gregor.* Siculus *de Iudic. caus. feud. q.* 43. cum lege feudi, aut Regni illius non sit alia constituta.

3 In hoc verò florentissimo Neapolis, quia statuta illa cernitur in hoc *Ritu* illius tenorem attendimus, mandantem instantiam causarum feudalium, tàm principalium, quàm appellationum, & cuiuslibet earum anno integro ad summum durare, exordiendo à die litis contestatæ, vt vigore huius *Rit.* affirmant *Robert. Marant. in suo specul. par.* 6. *ver. Et omnia fiant durante instantia, num.* 42. *Capyc. in inuestit. verbo, Feudorum iudicia, col.* 9. *f.* 256. *vers. Instantia causarum feudalium, Masull. ad Capyc. decis.* 11. *num.* 8. *Donat. de renunc. to.* 1. *cap.* 26. *num.* 68. *Io: Baptista Bilotta concl. feud.* 77. *n.* 7.

Qui qui dem noster *Ritus* restringit

Ius

Ius commune in primo capite, triennium, aut biennium in eo constituens, vt notauimus in antecedenti *Ritu*, al-
4 teroquè 248. In altero verò appellationis, & iuri feudorum conuenit, annum præscribenti, pro decisione causarum feudalium in dicta instantia, ad notata per *Isern. in cap. 1. si de inuest. inter dominum, & vassallum lis oriat. num. 9. & Aluarot. in vers. oppono, sub num. 7.* per illum *tex. in vers. si autèm*, ibidemq; *Bald. vers. Et nota quod iste annus. Ias. in l. præscriptione, vers. Tertio not. C. si contra Ius, vel vtilitatem publ.* tandèmq; *Boer. in Consuet. Bituricensi, Rub. Des coustumes concernans les Iuges, & leur Iurisdiction*, §. 23. *vers. Sed in feudis*, vt propterea demiremur, *Octau. Corset. quæst. forens. super Rit. lib. 2. q. 14. in princ. Nicol. Intrigl. de feud. artic. 97. num. 1.* & alios plures, negantes Iure feudorum constitutum fuisse instantiæ tempus, quos refert, & sequitur *Borrellus in compend. decis. par. 1. tit. 63. num. 94.* Iuri etiàm cõmuni Cęsareo, cõcinit, *in auth. ei qui, C. de temp. appell.* Quamobrẽ opinatus est *Carau.* hanc nostri *Ritus* postremã obseruantiam, vt in causa appellationis anno instantia duret, minimè improbari per Ritum generaliorem, quamuis posteriorem 248. in iudicio appellationis nihil statuentem, vtiquè verò primam, in qua triennio instantiam durare, credit, tùm quia contradicentem Iuri communi, tùm & quia in ea generatim loquens, statuit triennium, atq; ideò in omnibus causis, & consecutiuè etiàm feudalibus, & *Carau.* insequi videtur *Borrell. add. tit. 63. n. 97.* & meminit *Biloct. cit. concl. 77. num. 7.*

A cuius tamèn sentẽtia prorsùs disce-
5 dimus, qui non credimus subsequentem legem generalem abrogare antecedentem, in specifico casu aliquid sancientem, ex *Gl.* in initio, *cap. generi, ibi, Itèmpone, de regal. iur.* maximè si ad emendandam legem antiquam voluntas requiritur condentis posteriorem, quod voluerit antecedentem abrogare, vt credidit, plurimorum auctoritatibus defendens *Borgnin. decis. Finiz. 6. n. 14. p. 1.* cuius voluntatis probatio cũ non existat in eo *Ritu* 248. opinari haùd debemus huius obseruãtiam illius virtute reuocatam, & longè magis, cum semper correctio legum sit vitanda, vbi vtriusquè intellectus benignam patitur interpretationem, ex altera eiusdem *Borgnini decis. 9. num. 7. par. 3.* quod facilè his duobus in Ritibus contingit. Etenim *Rit.* 248. generatim de instantia sanciens, terminum præscripsit in principali causa, qui propterea generatim intelligendus est, prætèr causas feudales, de quibus sermo est in hoc nostro *Ritu*, annum statuente; demumquè ex altero supposito,
6 quod in materia horum Rituum, non possumus dare priorem, & posteriorẽ, vt alibi scripsimus, dum omnes vnico decreto fuerint confirmati, ijq; vnà simùl manauerint, & cum *Carau.* in hanc formam eos reduxerit, in quam à compilatoribus redactam fuisse non apparet, et citiùs contrarium, si antiquos *Ritus* post *Regias Constitutiones* perlegamus, ideòq; iustè credimus, tùm *Affl. in Constit. Regni, hac lege, sub num. 2.* tùm *Marant. in add. num. 42.* & alios nostrates, rectè sentijsse huius *Ritus* vigore generatim, ac simpliciter loquendo, dicentes, instantiam in feudalibus anno tantùm durare, & sic in vtraq; iudicij parte; vt verba sonant nostri *Ritus*.

7 Hæcq; seruabantur, quãdo causę feudales in M. C. V. solùm agebãtur, iuxtà *R.* 150. sanctionem, notatq; *Marcel. Calà de mod. artic. §. 1. Glos. 1. num. 98.* sed quia tales causæ hodiè tractantur in Reg. Cam. Summariæ, vt plurimùm, ob interesse Regij Fisci, idcircò, ad instar causarum fiscalium instantia in similibus causis neq; perit *Marant. in specul. par. 5. num. 20.* allegans *Afflict. in Constit. Accusatorem, col. 4. in princ. Ann. singul.* 243. cuius longior erit sermo *in tit.* 248. & quæ inter partes vertũtur, tractãtur in S. C. vel in M. C. V.

&

& eandem naturam sortiuntur, quam ceteræ causæ ciuiles habent, teste *Borrell. add. tit. 64. n. 98.* necnon *Gallupp. in prax. p. 2. cap. 18. nu. 4.* quorum meminimus *in Ritu 48. num. 7. tom. 1.*

8 Quæ verò sint eiusmodi causæ feudales, inuestigare breuitèr oportet, atquè eas esse censemus, in quibus de feudo tractatur, etiàm non quaternato, teste *Cauensi* hoc *in Ritu num. 1.* scilicèt in quibus agitur conditione ex lege feudi, dicit *Bal. in rub. de inuestit. in maritum facta, vers. Tu dic, sub num. 3.* abundantiùs verò scribens enodauit *in cap. 1. §. si qua controuersia, sub n. 2. de pace constat.* inquiens, eas esse si de inuestitura facta, vèl facienda agatur, vèl de possessione ablata, vèl turbata per dominum vassallo, seù vassallum vassallo, ex *tex. in cap. 1. de Milit. vassall. qui contum. est.* quin, & vbicunquè ad intentionem fundandam, vèl repellendam discutitur: insequiturquè *Petrus Gregor. in tractat. de Iudicijs causar. feudal. q. 1.* & omnium optimè enarrat, collaudatquè *Milanen. in decis. 6. lib. 1. num. 6.* sed *Marius Muta* succintiùs loquens, conclusit, esse, cum tractatur de natura feudi, *decis. Sicil. 56. sub num. 9. & Balzaran. in rub. de feud. cognit. num. 3.* inhians, perquirere Iudicem competentem super causa feudali, explicando dictionem, *De*, in ea *Rub.* positam, dicit, significare inibi causam immediatam, quæ non aliud est, quàm cognitio feudorum, quæquè ad Principem spectat, atquè ideò insinuet causam feudalem, idem esse, quod cognitionem feudorum; tametsi ex eiusdem *Muta* verbis *sub nu. 5.* deduci facilè possit, ità censeri, vbicumquè contenditur de natura feudi, siuè illius successione, seù possessione virtute inuestituræ, ob id nimirū causam spolij censeri causam feudalem, scripsit idem *Petr. Gregor. q. 2. illius tractat.* ac multorum fretus auctoritatibus *Ginrba decis. Siciliæ 68. num. 3. Milanen. indic. decis. 6. num. 3. & Mastrill. decis. 81. & 83.* sed longo themate extricat *Iacob. de beluis. in tract. feudor. versic. & dicti vassalli prò dictis rebus feudalibus, à num. 4.* cuius annotata legere nè dedigneris, nec non *Paris. de Puteo in suo tract. de reintegr. feudi cap. 198. à num. 5. & Strader. de feud. par. 10. sect. 1. n. 68. 74. & 123.*

9 Quæstio verò de vita, & militia, & causa dotis de paragio, àn feudales sint, notauimus in *Ritu 50. sub num. 8.* ibiquè examinauimus, nùm illæ vigore Regiarum sanctionum inter coniunctos compromitti debeāt, & assensus impetrandus nè sit super compromisso, àn sufficiat, vt impetretur postmodùm super laudo. Nùnc addo *Io: Bapt. Mucci* lepidè prædicta examinantem, in *libro*, post à me ibi scripta, typis edito, *var. quæst. forens. dilucid. q. 38. Consil. Staib. lib. 1. resol. forens. 57. n. 40. Dom. Iulium Capone in tract. de pact. tit. de stipul q. 7. num. 53. Gizz. in obseru. ad Reg. Capyc. Latro dec. 33. n. 1. Hieronym. Nicol. in prax. iudiciar. ciuil. sub num. 283. vers. Fallit tamen, Danz. to. 3. de pugn. DD. tit. de arbitr. cap. 7.*

Casus etiàm complures adnectit memoratus *Petrus Gregor. in* multis *subsequent. quæst. Danza loco citato, num. 7.* idemquè *Milanens. eadem decis. 6.* atq; *Cumia in Ritibus Siciliæ cap. 76.* potissimùm, si causa reuo-

10 cationis feudi, virtute pacti de retrouendendo dicatur feudalis, quam vltrà *Petrum Gregor.* iam dictum *in q. 4.* explicat, & perfunctoriè quidèm *Mastrill. super cap. illius Regni 356. q. 6. 16. & 33.* meminimus autèm de eadem quæstione loqui eundem *Mastrill. decis. 14. 117. par. 2.* & duo affirmare, alterum, quod si agatur actione personali ad feudum, dicatur causa feudalis, ad quod inpellitur verbis *Petri Greg. ead. q. 4.* & aliorum: Alterū verò, quod si actione reali, & hypotecharia, similitèr dicatur feudalis, verum restringit postmodùm exemplum prædictum repetendi feudum vigore mentionati pacti. Illud què negat, operari, vt causa repu-

reputetur feudalis, idquè non quia personali actione experitur ad feudum, cuius intuitu probauerat esse feudalem, sed alijs apud ipsum perlegendis rationibus, repetitis in *dec.217. à num. 27. tom. 3.* necnon per *Milanensem decis. Sicil. 6. num.* præsertim *62. & 63. lib. 1.* At quoniam *citatus Petr. Greg. in adducta q.4.* distinctione *Castrens. & Alex.* vtens, respondet, vel feudum peti actione personali, vel reali, & primo casu negandum, annuẽdum verò in secundo affirmat: ideò abnuendum potiùs ei erat, nisi dicamus peculiaribus Regni legibus nimirùm ità sentire, vt etiam idem *Petrus Gregor.* insinuat in postremis verbis, necnon *Milanen. n.61. 62. & 63.* contradicentibus Doctoribus, de Iure cõmuni loquentibus, *in cap. cæterum, de Iudic.* Imò, & quod de lite vertente super hypothecaria ad feudum, illic scripserat *Mastrill.* coarctat *in* altera adducta *decis.217. num.30.* atq; intelligendam esse, quandò ageretur contrà possessorem, qui possiderat feudum ex pacto, & prouidentia Principis; quandoquidem successor tùnc se defenderet aduersus Actorem, quia vocatur ex lege feudi, quod sit ex pacto, & prouidentia, & hypotheca sit extincta per eum, qui imposuit, cuius causa remansit feudum liberum, nec potuit hypothecari: sed vbi agitur contra tertium possessorem habentem Ius, & causam à debitore, vbi nullam poterat obijcere exceptionẽ, fundatam in lege feudi, nec successerat Iure proprio, ex pacto, & prouidentia, non est censenda causa feudalis, quamuis hypothecario Iudicio intentato. Ac propterea decisum refert, causam hypothecariam in petitione Iuris offerendi ad feudum dici allodialem, atq; in ea procedendum esse attento Iure communi, & antea deciderat *Marius Muta* (cuius ipse *Mastril. in ipso 3. vol.* postmodũ excusso, non meminit) *in ead. memor. dec. 56.*

11 Sed àn actio hypothecaria super feudo, Regio assensu vallata, pro obseruantia venditionis annuorum introituum, in burgensaticum constitutorum feudalis sit, àn allodialis, itaùt ad quemlibet extraneum transeat, etiàm singularem successorem absq; alio assensu, potissimùm attentis gratijs, nostrorum Regum munificentia huic Regno concessis in publicis Parlamentis ann. 1586. & 1617.

Scripsi in hoc articulo sub die 4. Septembris 1659. in gratiam Illust. Marchionis Aluignani Octauiani Capycij Equitis Sedilis Nidi, præclaris moribus, eximia virtute, maximaquè religione conspicui, in causa cum Ill. Principe Chiusani, cæterisq; creditoribus Principis Sepini; & quamuis sub Iudice adhuc lis sit, meum tamèn integrum responsum hic typis tradere, non sum grauatus.

Exploratissimum quidèm in Iure est, inter plures Creditores eiusdem

12 debitoris, illius hypothecam esse potiorem, quæ tempore præcedit, cumq; ex his, quæ in facto deduximus, liquidò emergat, Ill. Aluignani Marchionẽ plurium annorum curriculo præuenisse hypothecam, postmodùm à Principe Sepini communi debitore constitutam in beneficium Ill. Principis Chiusani, cæterorumq; creditorum, cur nouissimè in liberatione integri depositi, eiusdem Marchionis partes potiores non fore, in dubium reuocetur, prorsùs non video, dum adeò clarum pro ipso ius est, vt vel ex ipsa nuda, simpliciquè facti narratione ostendatur.

Et sanè cum huius causæ iustitiæ cardo in eo sit, vt videamus, àn in residuo pretij peruenti, ex venditione Terræ Binetti, possessæ per Marchionem Baranelli, quæ fuit Principis Sepini, facta, instante Patriarcha Anthiochensi, creditore potiori, & anteriori dicti Principis, illo dimisso, præferri debeant alij creditores, iuxtà cautelarum, vel assensuum datas, quandò isti hodie concurrentes nullo modo hypothecatum habent feudum longè, ante eorum hypothecam, à debitore

bitore distractum, sed tantùm venditionem annuorum introituum, cum pacto de retrouendendo à Marchione in beneficium Principis Sepini factam, pro residuo pretij prædictæ Terræ, vigore cuius contractus liberationem vendicare intendunt. Operæpretium idcircò erit ex aduerso oppositionum nebulas in medium afferre, vt, his cognitis, clariùs quid in ea sit decernendum, dignoscere concedatur.

13 Curator igitur patrimonij Principis Sepini, Dom. Hieronymus Valdetarius, doctissimus, & primarius Aduocatus audactèr contendit, depositum liberandum fore creditoribus, cum assensu, etiàm ex stylo S. C. qui inoleuit, vt feudi pretium creditoribus cum assensu tempore posterioribus liberetur, ad molestiam emptoris, & circuitum inutilem vitandum, quam obseruantiam

14 vendicare quoq; locum, etiàm quando debitor esset creditor cum assensu super feudo, & ex eo perueniret depositum, illudq; liberandum prædicto debitori, & pro eo creditoribus cum assēsu, tuetur, authoritate *Præs. de Frāch. decis. 75. & Reg. Capyc. Latr. lib. 1. consult. 56.* qui sic decisum testantur, dùm enim creditor cum assensu comparuit, egitquè contra debitorem debitoris, cui est validè illius nomen hypothecatum, obstringitur illi soluere emptor, vt tutus sit, ex *reg. tex. in l. 3. Cod. de nouat.* Præterrìm, cum ille peculiari hoc pacto, vt pretium liberetur creditoribus, cum assensu, emerit, cuius pacti fines iuxtà oblationis, & contractus formam iam perfecti, omninò, & sedulò sunt seruandi, distracto maximè feudo, instante creditore cum assensu anteriori, ex quo est ius quæsitum cæteris communis debitoris concreditoribus cum assensu, *ad reg. tex. in l. cum vnus, ff. de bon. author. Iud. possid.*

15 Magna quidèm est *Dom. Præsid. de Franch.* authoritas, qui sui temporis legum decus, & in omni disciplina habitus fuit oraculum, cuius decisiones in pluribus Europæ Ciuitatibus impressæ, toto orbe commendantur. Maiorq; est illa supremi nostri S. C. Senatus, quæ, sicuti *Decium* peracti sæculi I. C. præstantissimum, vt ipse fatur *cōs. 379.* itā, & me omnium minimum, deterruit, adeò quod calamum arripere, animo anceps diù extiti. At pensitatis, examinatisquè rationibus, iuribus, DD. placitis, & his, quæ in thesi nostra concurrunt, nedùm impauidus hanc scribendi prouinciam suscepi, sed fretus, & rei veritate perspicienda, cuius lux iam nùnc intermicat, & præstantissimorum Iudicum Religione, ac doctrina, in spem ducor, victoriam mihi consequendam fore, quod vt facilè assequar, bifariàm constituo conclusiones, quas sedulò examinari, meq; excusatum haberi, si quod res postulabat, benè, & planè non dixerim, præces effundimus.

* Actiones hypothecariæ super feudalibus bonis, Regio assensu vallatæ, pro euictione, & obseruantia contractus celebrati, veluti in venditione annuorum introituum supèr allodialibus cōstitutorum, feudales haùd sunt, adeò quòd validè per cessionem, absq; alio nouo assensu, in alium transferuntur.

16 Actionem ad feudum cum assensu feudalem esse, ac idem de ea, quod de feudis, iudicari; omnium nostratum testimonio cōprobatur, vt apud *Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 17. Camer. in l. Imperialem, pag. 15. & 16. de Franch.* nedùm *in adduct. dec. 75.* sed, & *in dec. 41. 48. & 593. Ann. alleg. 122. nu. 7. Consil. de Georg. de feud. cap. 43. n. 13. ad 20.* & cæteris posthabitis, *Reg. Capyc. Galeot. lib. 1. controu. illustr. c. 28. num. 19. cum seq.* Hoc tamèn axioma simplicitèr, absq; vllo distinctionis fædere, acceptum, prorsùs est à veritate alienum, vendicat namq; locum in actione, quæ ad ipsius feudi corpus vendicandum tendit, minimè verò in illa hypothecaria, quæ haùd supponit, nec tangit dominium, nec est actio ad rem, & ad feudum, sed supèr re, idest obligatio accessoria ad principalem obli-

obligationem, vt indiuidualitèr aduertit *Horat. Montan. in repetit. feud.* §. *præterea Ducatus,n.*77. notans cauendum esse à *d. Dom. de Franch. decis.* 75. *&* 593. & *tex. à Barthol. de Capua adductum in l. qui actionem, ff. de regul. iur.* loqui de actione reali ad rem vendicandam,quæ e parte agentis supponit dominium, & minùs rectè proindè illum à DD. induci ad actionem hypothecariam, quæ tùnc non præsupponit dominium, quamùis actor posset postmodùm ad dominium peruenire, *Consiliar.Theodor.alleg.*54. *num.*4. *vers. Quamobrèm*, & in illum sensum alloquutus fuit *Andr. à Dom. de Franch.memor. decis.*75. adductus, *in Constit. Regn. Constitutionem Diuæ Memoriæ, verbo, transactionis*, vt eius verba apertiùs demonstrant, ibi: *Et sicuti prohibetur alienatio rerum, ità, & iurium,& seruitum.* Ecce quod *Andr.* sermocinatur de iuribus ipsum feudi corpus, & dominium tangentibus,non de hypothecaria, quæ est accessoria ad personalem actionem, & est supèr feudo, & non ad feudum.

Hanc nitidam veritatem agnoscendo,idem *Reg.Galeot. in d.loco n.*37.videns,minimè illam posse in controuersiam deduci, laudans *Cahnet. in cap. nolentes,*§.*Sed quid si fuerit venditum, num.*19 *fol.*11. admittit, feudalem esse actionem competentem supèr feudo, si illud, eiusquè tangat proprietatem, minimè verò illam, quæ competit pro consequenda pecunia supèr feudo, vel illius pretio, sed illam esse allodialem,quod affirmant etiam *Præs. de Amat. cons.*8.*n.*24. *Reg.de Curte in diuers.cap.*14. *num.* 104. insequiturq; *Marchio Ramontis D. Franc. Merlin. cent.*2.*controu.forens. cap.*81 *num.*61.

17 Quibus arridet regula, in dubio non feudalem, sed liberam, omnem rem, omnemquè obligationem præsumi, *cap.* 1. §. 1. ibidemquè *DD. si de feud. defunct. conten. c.* 1. *de controu. int.masc.& femin. de benef. Alex.cons.* 129. *lib.*1. *Dec. cons.*467. *Paris. cons.* 20. *n.* 1. *lib.* 1.& dùm obligatio personalis, siuè ipsius crediti commodum, & emolumentum, cui pignoris accessit, allodialia sunt, dum feudum nullatenùs tangunt, vt ex *Petr. de Gregor. Milan.* & alijs, tradit *Reg. Galeot. loco cit. num.*19: hæc tanquàm pedissequa, & illius consequutiua, eiusdem iuris censetur, *cap. accessorium, dè reg. iur. in 6. cum concord.* vt post *Bar. in l.solutam,*§.*per liberam, ff. de pignor. Ann. alleg.*41. *nu.*13. obseruat *Reg. Galeot. sæpiùs cit. num.* 13. ordinata tantùm ad pecuniæ, non ad feudi consequutionem, & Rex secundùm naturam obligationis, consensisse dicitur, quæ est, vt queat quolibet titulo, ius suum creditor in aliu*m* transferre, *l.* 1. *&* 2. *C.si pign. det. l.debitor, ff.de pign.act. l.gregè,*§.*cum pignori, ff. de pignor.* & confirmatur *arg. l.plenum,*§.*& si quid, ff.de vsf.& habit.& in l.si pupillorum*, §.*si pupillus, ff de reb. cor. quæ sub tut.* vbi *Bal. Bar.* & cæteri concludunt,res Ecclesiæ sollemnitèr hypothecatas sine decreto distrahi posse.

18 Et quidèm in simplicis hypothecæ cessione nùllum directi domini concurrit interesse, quod consideratur in feudorum alienationibus,consistens in seruitio, fidelitate, deuolutione.& releuijs, nàm feudatarius hypothecando feudũ cum assensu,nihil dominij transfert in creditorem, sed illud penès ipsum retinet. Cessante igitur Regis interesse, & ratione prohibitæ commutationis, & contractationis, frustrà in contrarium adducitur constitutio, *Cõstitutionem Diuæ Memoriæ*, in illis verbis: *Supèr feudis, & rebus fendalibus minuendis, aut commutandis*, quæ tantùm loquitur de feudis, & rebus feudalibus, eorumquè commutatione, & alienatione,minimè verò de pignoris, seù hypothecæ iure,siuè credito supèr feudo, quod non est feudale, sed burgensaticum,& in eo cessat ratio à constitutione adducta. Ideò non habere locum præfatam constitutionem, quãdo non tractatur de ipso corpore feudi,

di, nec penam caducitatis, proptèr alienationē feudi in eo, qui illū hypothecauit, neq; respectu obligationis feudalis, pro securitate crediti reuocationē, vigore const. Constit. Diuæ Mem. cōpetere, tradit R. Capyc. Latr. dec. 43. n. 20.

Certum namq, est ipsam venditionē annuorum introituum factā cum Regio assensu, pro hypotheca bonorum feudalium, allodialem esse, vti accessoriam, & consequutiuam principalis actionis, qua creditum constituitur, vt diximus, dummodò non sit illa facta in feudum, vt cōmunis DD. schola aduertit apud *Luc. de Penn. in l. 2. in fin. C. de omn. agr. desert. lib. 10. Ioan. Camil. Bilott. in alleg. 2. impressa, post tract. de absol. à iuram. num. 4. Ioan. Baptist. Bilott. conclus. feud. 20. nu. 2.* latè *Nouar. lib. 1.*
19 *q. forens. 97. per tot.* vt præterea emptor annuorum introituum creditor hypothecarius, & non dominus, nec feudi possessor dici potest, & ad feudale seruitium, & ad alia, quæ feudatarius debet, non obstringitur, latè *Montan. in d. § præterea Ducatus, n. 37. R. de Ponte add. tit. 7. §. 8. sub n. 3. & Capan.* receptum per R. C. tradit, post *q. 6. & alleg. seq. in tract. de Releu.* actionem pro annuis introitibus venditis super fructibus feudi, cum assensu, siuè ipsos annuos introitus, burgensaticos esse iuxtà ea, quæ annotauit contra *Bambac. Dom. Consiliar. Brancacius*, tùnc Aduocatus, hæcq; ampliant etiam in concessione principalitèr facta à Rege pro hæredibus concessionarij, cum verbo inuestio, & clausula, quod registretur in Regia Camera, ex *Loffred. in paraph. c. 1. vers. in add. dum querit, ex quibus causis feudatarius amit.*
20 Hanc aleam, vt creditor, consensu domini, ius hypothecæ super feudo habens, ad libitum de ea, sine domini voluntate disponere queat, sustinent magni nominis Authores, *Anton. de Alex. ad Andr. in adduct. const. Constitutionem, Paris. de reintegr. feud. cap. incip. An si Rusticus, nu. 12. Capyc. in inuest. verbo, Necessitas, vers. Quæro secundo, pagin. mihi* 81. decisum per S. C. tradens, *& decis. 41. num. 10.* ex *Molin. Frecc.* & cæteris, *Consil. Carleual. de Iudic. to. 2. lib. 1. tit. 33. disp. 35. n. 33. Marescot. variar. resol. lib. 1. cap. 40.* tradens, licere cessionario super feudo iure assistendi agere cum cessione absq; assensu, si in instrumento inter cedentem, & debitorem inhito, adsit hypotheca cum assensu super feudo, cum potestate capiendi, vt communitèr apponitur in instrumentis, & ad partes decertando, firmat *Ludolph. Schrad.* in amplo *eius tract. de feud. par. 7. cap. 2. num. 26. cum seq.* & iterùm *ead. par. 7. cap. 3. num. 10. vers. Quinto*, & insequitur *Henric. Rosental. in synopsi tot. iur. feud. cap. 8. de feud. success. ex testam. concl. 9. num. 2.*
21 Hæc opinio nostris hisce temporibus, nullam recipit altercationem, post gratias, Regum nostrorum munificentia, huic Regno concessas, in Parlamentis, quarum altera fuit anno 1586. quæ est redacta *in pragm. 27. de feud.* & altera anno 1617. de qua memor extat *D. R. de Marin. lib. 1. resol. quotid. cap. 126. num. 92.* vigore quarum actio hypothecaria super feudo, pro credito cōsequēdo, allodialis est, prout est ipsum creditum, ex promissione solutionis, aùt ex pretio rerum burgensaticarum, vel pro consequutione annuorum introituum super eis, pro quibus feudalia hypothecantur, & qui succedit in credito, siuè legitimus sit successor, siuè prorsùs extraneus, succedit etiàm in actione ad feudum, & ad quem transit obligatio personalis, quæ ad quemlibet est transitoria, transit actio prædicta, & obligatio feudalium, dummodò illa penès fiscum non existant, *Reg. de Ponte de potest. Prorreg. tit. de assens. Reg. super dot. tit. 6. n. 47. & de assens. Reg. tit. 7. §. 4. n. 5. Montan. in § præterea Ducatus, sub num. 7. de Marin. cit. cap. 126. num. 92. & 93.* videndus, & per Collaterale Consilium determinatum, attestatur *Franc. Maria Prat. lib. 1. discept. forens. c. 26. num.*

num. 5 & 38. Et noster sit Iudex, idem *Reg. Capyc. Latro*, quem pars ex ad-
22 uerso eius Achillem precon.zat, qui *tom.* 2.*consult.* 84. in causa creditorum Iacobi de Tufo, *num.* 36. hanc tuatur opinionem, & constantèr affirmat, post gratias, de ista actione ad feudum non esse amplius iudicandum, nisi vt de re burgensatica, & merè allodiali, & addit, *num.* 37. validè al enari, & hypothecari posse absquè assensu, tàm in contractu, quàm in vltima voluntate quotiès assensus cantat pro se, hæredibus, & successoribus quibuscunq; auth. *Andr. & Camer.* ibidem adductorum, sub qua forma, & non illa antiqua, pro successoribus ex corpore, assensus expediri, gratiæ mandant, adeò quod si alitèr illorum verba dictent, semper illos præstitos censeri iuxtà illas concludit.

23 Quæ quippè clausula, pro hæredibus, & successoribus quibuscunquè, in assensu adiecta, pro gratiarum exequutione, omnes quoquè comprehendit cessionarios, & singulares successores, *Andr. in cap. præterea. quæ fuit prima caus. benef. amitt.* vbi *Liparul.* addens *lit. F.* ex *tex. in l. etiam si in rem*, vbi *DD. ff. de iur. iur. Camer. in d. cap. Imperialem, pag.* 129. *lit. G.* & illos laudando, insequitur idem *R. Capyc. Latro loco proximè add. num.* 37. cum enim nulla assignari possit diuersitatis ratio in vno, quàm in altero actu, in successore, s. ex testamento, vel ex contractu, non est cur diuersimodè debeant iudicari, sed sub vna, eademquè comprehendi debent dispositione, non extensiuè, sed comprehensiuè, *l. his solis, C. de reuocand. donat. l. si cui, § si promiserit, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. de Ponte consf.* 76. *n.* 7. *vol.* 1. *Staib. Sen consf.* 94. *Gizzar. decis.* 70. *in fin.* & indiuidualiter aduertit *Prat. add. cap.* 26. *num.* 34. *lib* 1. validumq; in gratia prædicta est argumentum ab identitate rationis, tanquam lege vniuersali Regni in *pragm.* redacta, prout sunt cæteræ Regni Constitutiones, & pragmaticæ, vt ex *Andr. RaRouit. decis.* 75. *num.* 5. & alijs in similibus gratiæ terminis, argumentatur *Reg. Marcian. tom.* 2. *disp.* 89. *n.* 30. & proindè, eadem existente ratione, eadem debet esse dispositio.

Eisq; accedit, certum esse de iure, sub assensu concesso pro successoribus quibuscunq; comprehendi, & includi cessionarios, *Alex. in l. quadam, §. nihil, ff. de edend. & in l. si patroni, in princ. ff. ad Trebell. Bal. in l.* 1. *nu.* 48. *ff. de rer diuis. & in cap.* 1. *§. donare qual. olim feud. alien. pot.* & in terminis scripsit *Afft. decis.* 335. *num.* 17. qui, dum conclusionem firmauerat in cessione hypothecæ cum assensu super feudo præstito pro hæredibus, & successoribus, requiri assensum, cum cessionarius non vniuersalis, sed particularis successor dicatur, illam restringit, quando assensus super hypotheca concessus loquitur pro successoribus quibuscunquè, vt hodiè mandant gratiæ, & arrident per *Fusar.* exarata *de subst. q.* 341. *num.* 7.

24 Vt indè euidentèr pateat, nostro euo, actionem super feudo diuerso iure, ac ipsum feudum iudicari. Registrum siquidèm in quinternionibus Regiæ Cameræ exquiritur assensus obtenti super
25 translatione, vel acquisitione feudorum, non tamèn illius præstiti super actione hypothecaria feudi, vt decisum tradit *Reg. Rouit. dec.* 54. Prohibetur Regni Vicario, assentiri aliena-
26 tioni feudi, quando feudatarius caret certo, & legitimo successore, in *prag.* 4. *de feud.* non tamèn in translatione hypothecariæ actionis super feudo, quamuis cedens successores non habeat, *Lanar. consf.* 87. *per tot.* cuius traditionem sequuti sunt *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §.* 4. *n.* 6. *Reg. Rouit. in d. prag.* 4. *n.* 17. *R. de Marin. d. cap* 128. *num.* 93. Non valet Prorex assensum præstare supèr distractione feudorum ab exteris facta, sed hoc S. M. est reseruatum, *in prag.* 17. *de feud.* validè tamèn assentitur alie-

alienationibus, & cessionibus actionis hypothecariæ, exteris super alienis feudis competentis, *Reg. de Ponte add.* §.4.*n.6.R.Rouit. in d. pragm.17. nu.4. Nouar. sup. add. prag.4. collect.11.n.2. de feud.* & lato calamo omnibus motiuis in contrarium occurrit *Consiliar.*

27 *Theod. alleg.*54. Inhabiles ad feudum non prohibentur credita cum assensu super feudo possidere; vt personæ Ecclesiasticæ, Collegia, Vniuersitates, &c. *Montan. in d.* §. *præterea, num.76. & 77. Prat. cit. cap. 26. per tot.* Et tandem, cæteris omissis, Balius in Regno datur habenti feudum formatum, non actionẽ ad feudũ, vt iunctis aulis S. C. fuisse determinatum, testis est *Consil. de Georg. de feud. cap.53. à num.14.*

Igitur si emptio annuorum introituum, siuè creditum Principis Sepini super burgensaticis Marchionis Baranelli illorum venditoris, & hypotheca, ac actio super illius feudis pro crediti euictione, & securitate de iure, & attentis gratijs, omninò sunt libera, & burgensatica, validè sub hypotheca anteriori Marchionis Aluignani comprehenduntur, qui propterea in liberatione est præferendus.

28 Quid quod? & altera fluit conclusio: Hac hypothecaria actione super feudo nusquam experiri fuere Principes Chiusani, & alij creditores, cum assensu, qui contraxerãt post feudi venditionem à Principe factam, nec possunt supèr illo, iam decreto Iudicis distracto, eorum iura exercere, sed tantum ad illius pretium cõcurrere, quod debetur Principi Sepini communi debitori, non ex causa venditionis feudi, sed ex nouo contractu annuorum introituum, celebrato inter Marchionem Baranelli emptorem Terræ Binetti, & Principem Sepini venditorem, nam fictione legis pretium solutum videtur venditori, & pro dicta pecunia facta deinde emptio *ad tex. in l. singularia, ff. si certum petatur. Mascard. de prob. concl. 1507. num.25. Præs. Merlin. lib. 2. controu. forens. cap.36. &* vigore huius contractus, etiam Patriarcha creditor anterior hypothecarius ante feudum distractum iure assistendi obtinuit. Hoc quidem pretium, siuè consideretur, vti debitum Principi Sepini ex cõtractu annuorum introituum, siuè ex vẽditione feudi, semper est burgensaticum, *Isern. in cap.1.§. plaustrorum, quæ sint regalia; Affl. in Const. Baiuli locorum, in 3. not. Franch. dec.64. num. 1. Ann. alleg. 141. nu.11. Hennig. Goden. consi.93. num.12. lib.1.* adeò quod Vassallus de prædicta pecunia, quamuis à feudi emptore non soluta, ad libitum disponere valet, *Schrad. de feud. cit. p.7. cap.2. num.34.* illa propterea liberari debet Creditoribus anterioribus, iuxta cautelarum datas, & quamuis aliter seruetur in S. C. in pretio feudi, venditi sub hasta, super quo præferuntur creditores posteriores cum assensu, anterioribus absque assensu; ratio illius obseruantiæ illa est, nam si aliàs fieret, possessor, siue emptor feudi, creditoribus cùm assensu instantibus molestiam sentiret, qui ageret pro recuperatione pretij, & sic emptor non esset tutus, & inutilis daretur circuitus *Franch. cit. dec.64. Reg. de Curtè in diuers. feud. pag. 20. num.9. Reg. Capyc. Latro dec.43. num.3. & 46. num.1. & 16. Rouit. dec.45. nu.7. Prat. pract. obseru. cent.1. obser.17. num.4. cum sequent.* & passìm nostrates; Quod si deficeret molestia, & inutilis circuitus euitaretur, cessaret, & prædicta obseruantia. Cessant manifestè prædicta in casu nostro, cum enim creditores agãt super pecunia ex contractu Principis Sepini, liberatio de necessitate peruenire debet ad ipsum Principem, in quo residet immediatè prædicta actio; & facta liberatione ad illius beneficium, extincta est hypotecharia super feudo, solutione eius quod debetur *l. grège, §. etiàm, ff. de pignor.* & pecunia deinde existens penès debitorem, tanquam merè burgensatica spectat ad eius creditores, iuxtà anterioritates; hæcq; in terminis perpendit *Præs. de*

Ma-

Marinis lib. 2. quotid. resol. cap. 61.
29 tradens, supèr pecunia peruenta ex feudo, præferri cessionarium, absque assensu creditoris cum assensu cæteris creditoribus, cum assensu pòsterioribus, nec illum posse recipere obicem, ex quo supèr cessione caret assensu, nàm eo non indiget, ad finem, vt possit concurrere super feudi pretio, quod est burgensaticum, indigebit solùm, quando hypothecaria actione cessionarius vellet agere super feudo, & sic decisum in causa Principis S. Seuerini, testatur *Gizz. in obseru. ad add. 43. dec. Reg. Capyc. Latr. num. 9. tom. 1.* & in causa creditorum Verdellæ Galeotæ, concurrentium super pretio terræ Fabalis, iunctis duabus classibus S. C. fuit determinatum, quod Creditores, ex quorum pecunia dimissi erant creditores, assensum habentes, cessis iuribus, obtinerent liberationem pretij prædicti, ex iuribus prædictorum creditorum dimissorum, quamuis in cessione eisdem facta per creditores, non fuisset obtentus Regius assensus, de quo memor extat *Thor. p. 2. Compend. Reg. dec. Verbo, liberatio pretij alicuius terræ*, & priùs in Regia Camera obtinuisse, testatur *Franc. de Amic. in repet. feud. tit. de his, qui feud. dare poss. §. ex hoc etiàm fonte, in fin. & §. seq.*

30 Insupèr, deficit etiàm in nostri facti themate molestia inferenda emptori, & circuitus inutilis. Etenim Terra Binetti fuit vendita, instante antiquiori, & potiore creditore, fuitquè venditio facta iure creditoris anterioris, quæ habet à iure talem efficaciam, vt resoluantur omnes hypothecæ aliorum creditorum posteriorum, & res vendita transeat libera in dominium emptoris, prout erat libera, & sine hypotheca tempore, quo ille primus creditor contraxit cum communi debitore, *tex.* est singularis, & vnicus *in l. 1. C. si antiq. creditor pignus vendider.* in quo *tex.* Imperator alloquens cum secundo creditore, qui agebat actione hypothecaria contra emptorem, qui emerat à primo creditore, inquit Imper. *(Si vendidisset, qui antè pignus accepit, actio sibi hypothecaria superesse non potest.)* Si ergo denegatur secundo creditori actio hypothecaria contra emptorem à primo creditore, actio illa hypothecaria secundi creditoris est extincta, & resoluta per venditionem factam à primo creditore, vel à Iudice, ipso expetente, quod eiusdem est virtutis, *l. si ob causam, C. de euict. Thesaur. dec. 157. num. 11. de Franch. dec. 79. num. 12.* Rationem reddit *Negus. in tract. de pignor. in 3. membr. quintæ partis, num. 4.* nam ex tali venditione transfertur res in emptorem in eodem statu, in quo illa erat penès communem debitorem, tempore, quo primus creditor hypothecam accepit ab illo, quo tempore non aderat hypotheca Principis Sepini, secundi Creditoris, meritò transit libera in emptorem ab hypotheca huius secundi creditoris, eiusque cessionarij, quæ remanet extincta, & proindè molestia non potest inferri, & circuitus euitatur, arridet tradita per *Cons. Carleual. de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 22. Reg. Marcian. tom. 1. disp. 11. Consil. Staib. resol. 5. num. 1.*

31 Ampliùs, in casu exarato per *Reg. Capyc. Latro add. consul. 56. num. 15.* fuit perpensum, cessionem fieri non posse in beneficium emptoris ab hærede Ioan. Aloysij creditoris, alieno ære onusti, nàm erat ille decoctus, cui est interdicta bonorum administratio *l. item si vnus ff. de arbitr.* fueratque datus Curator eius patrimonio. Hoc quippè assumptum claudicat in iure, deficit in facto nostro. In iure siquidèm *tex. in d. l. item si vnus* procedit in debitore, qui bonis cessit, *Gratian. discep. forens. lib. 2. cap. 321.* & longè cessio bonorum distat à creditorum concursu, non ab ipso debitore re formato, vt obseruat *Salgad. in labyr. credit. p. 1. cap. 4. num. 20.* quod si daremus præfatum textum vendicare locum in concursu creditorum perso-

næ

næ nobilis, qui loco cessionis habetur, adhùc debitor bonis cedendo, vel formando cōcursum, retinet omnes actiones actiuas, & passiuas, cui solum est interdicta administratio, quæ nomine debitoris, ad commodum creditorum per curatorem à Iudice deputatum exercetur *Marc. Anton. de Amato dec. 93. per tot.* quem sequitur *Consil. Paschal. de patr. potest. p. 2. cap. 9. n. 57.* & plena manu confirmat, ex communi DD. recepta sententia, *Salgad. adduct. tract. p. 1. cap. 14. num. 20. cum seq.* & adducit *tex. in l. is, qui bonis ff. de cessione bonorum.*

Deficit in facto; quia tempore venditionis Terræ Binetti, Princeps Sepini non erat decoctus, & sic validè poterat cedere, vt enim formetur concursus, & decoctus quis dicatur, tria
32 compulatiue requiruntur, nempè Iudicis decretum, iniungens sequestrum, & venditionem omnium bonorum debitoris, quod fiat Creditorum graduatio, & tandèm, vt Iudicis prouisione detur debitoris patrimonio Curator, vt sermocinatur summus practicus *Scipio Rouitus, in prag. 3. nu. 13. & 22. de cession. bonor. in nouis. edit.* vbi *Laganar. in add. n. 2.* authoritate *de Franch. dec. 55. n. 3. & Gallupp. in nou. impres. prax. S. C. p. 4. c. 1. n. 4. Thor. vot. 15. num. 34. lib. 1. &* laudato *Reg. Rouit.* tradit R. *Capyc. Latro loco proximo cit. num. 15. & 16.* & in terminis adducti *tex. in l. item, si vnus*, meminit obseruantiæ omnium tribunalium *Reg. Valenz. cons. 189. num. 14.* quod decocti bonis deputetur per Iudicem administrator pro Creditorum indemniate, de quibus requisitis meminimus nos in *Rit. 166. n. 91. & 92.* Hæc autèm deficiebāt in patrimonio Principis Sepini, dùm non fuit interpositum decretum generale sequestri, & venditionis omnium bonorum, nèc facta, siuè demandata graduatio, sed tantum Creditorum relatio, & parìtèr fuit datus Curatnr, qui deindè in anno 1655. decreto integerrimi Domini Consil. D. Petri Varaes fuit electus Dom. Io: Baptista Hodierna, & antè sempèr hæredes Principis in iudicio erant.

Nec officit pactum in oblatione ab emptore adiectum, sat enim est, quod ipse sit tutus à molestia inferenda omni tempore, nec curandum, cui pecunia liberetur, quando securus ipse existit, imò in eius oblatione adiecit pactum liberari Creditoribus habentibus hypothecatum feudum, & creditores hodiè concurrentes illud obligatum non habent, dùm iàm erat distractum, tempore eorum hypothecæ, & cessio, quā exquirit, cum retrouenditione, necessariò faciēda in beneficium Marchionis Baranelli debitoris, poterat exerceri per hæredes Principis, tùnc non decocti, & hodiè quamùis decocti, cū
33 sit actus, ad quem de iure tenetur, vt decisum tradit. *D. de Franch. dec. 55.* siuè per illius Curatorem, per quem exerceantur omnia iura patrimonij debitoris, quæ sunt sub Iudice, ad vtilitatem, & commodum Creditorum, vt aduertit *Salgad. indic. cap. 14. n. 29. cum seq.* vel per ipsummet Marchionem Aluignani Creditorem absq; assensu, qui habet hypothecatum nomen debitoris, & actionem hypothecariam, sicuti fieri potest per Cessionarium creditoris assensu carentem, *R. de Marinis add. cap. 61. lib* i. & decisum tradit *Thor. add. p. 2. verbo liberatio pretij.*

34 Et q dicitur de iure quæsito cæteris cōcredi oribus *ad reg. cit. tex. in l. cum vnus*, malè in hoc casu applicatur, nàm ille loquitur in concreditoribus, habentibus coæquale ius, non verò ex diuersis causis, titulis, & capitulis, vt explicabat *ibidèm Gl. vers. Ex creditoribus*, & desumitur expresè *ex l. si postquam 3. Cod. vt in possess. legat. & in l. si decreto, C. qui potior. in pignor. Cost. de port. rata, q. 115. num. 12. Mastrill. decis. 126 nu. 12. Thor. p. 2. compend. Verb. Creditores cessionarij vers. & ità admittuntur.* Non habent cæteri Creditores æquale ius, sed longè diuersum cum illo Patriarchæ, cuius hy-

hypotheca, vti contracta supèr feudo possesso per Principem Sepini debitorem, est anterior, & semper feudum obligatum retinet, alij verò nullam hypothecam habent supèr illo, longè, antè eorum credita à debitore distracto.

Et tandèm, partis ex aduersò iaculis iàm eorum macerie dilutis, ad extremum dixerim, authoritatem excerptam, ex determinationibus relatis à D. D. *Præf. de Franch. & R. Capyc. Latro*, non tanti faciendam, quin in
35 hoc facti themate recedendum sit ab ijs, quæ in facto nostro satis diuerso insinuauimus, nàm supremi Senatus non semper res iudicatas attendere debent, sed illas haùd sequendas, si errore, aùt iniustitia scateant, aduertunt *Guid. Papa decis.* 215. *nu.* 9. *Thesaur. dec.* 32. *num.* 3. quo factum est in multis Rotæ Romanæ iudicaturis dictum fuisse, *Domini recesserint à decisis*, *Cassiador. dec.* 9. *num.* 15. & nedum intèr diuersa Prætoria, sed in eodem Senatu, mutatis temporibus, variatas fuisse sententias, fatentur *Affl. dec.* 174. *nu.* 3. *Io. Bapt. Larrea alleg. fiscal.* 118. *num.* 15. *p.* 2. etiàm, ijsdem Iudicibus dicentibus ius, vt tempore suo euenisse, alludit *Plin.* 2. *l.* 6. *Epist. penul.* & cōqueritur *R. de Ponte dec.* 34. & plures determinationes contra *Affl. & de Franch. decis.* emanatas, miro ordine, àc floridè recenset *Francisc. Maria Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 27. *à nu.* 93. *& cap.* 5. *à num.* 102. *tom.* 2.

Quin, ampliùs, *eadem decis.* 75. *Dom:*
36 *de Franch.* nobis præstat copias auxiliares, dùm in eius prima editione ad fauorem primi Cessionarij, absq; assensu iudicatum traditur, quem insequendo, refert *Dom. Consil. Io: Bapt. Hodier. ad Surd. dec.* 306. *num.* 6. & antè eum, *Thor. p.* 1. *compend. dec. verbo, Creditor anterior*, ea ratione, quia in Creditoribus Creditoris feudi non obseruatur stylus, relatus per eundem *Præsid. dec.* 64. sed primus præfertur, quod cōfirmat *Monter. dec.* 4. *num.* 28. & alijs relatis, tuetur *Manent. dec.* 58. *per tot.* Et quamuis in alijs *dec. Præsid.* denuò typis deprompsis, contrarium legatur, & dicta in prima impressione corrigatur, vt obseruat *Gaitus de eredit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1853. tamèn prima editio est attendenda, vel saltim neutri credendum.

Addimus vlterius, casum à *Præs. d. dec.* 75. discussum longè differre à nostra facti specie, loquitur enim in creditore creditoris habente cessionem nominis debitoris, quo casu, nèc oportet, vt cessionarius compareat, sed sàt est, quod nomen cessum notitiam habeat cessionis, nè cedenti soluat, & procedit *text. in l.* 3. *C. de nouat.* iuxtà sententiam *Negusat. à Præsid. ibidèm, num.* 10. relatam, & liberatio ibi fuit facta, exhibitis iàm penès acta cessionis instrumentis; At in hoc themate, nomen debitoris Marchionis Baranelli non fuit cessum per Principem Sepini eius creditoribus, sèd solùm in generali obligatione venditionis annuorum introituum est comprehēsum, quæ vti æs alienum totum debitoris patrimonium respicit, *l. si fideicommissum, §. tractatum, ff. de Ind. Bar. in l inter tutores*, 57. *col.* 2. *vers. facit etiam, ff. de administ. tutor. de Franch. dec.* 280. *num.* 3. & dicitur obligatio extrà rem, *Isern. in cap.* 1. *num.* 39. *in fin. quæ sit prima caus. benef. amit.* quod procedit quoquè, si certa sit designata, vndè fit præstatio, & pro ea res obligata est, *Couar. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 5. *vers. si contractum*, etiàm si supèr re feudali facta sit venditio, *de Franch. dec.* 159. *num.* 4. & alij laudati per *Anell. de Amat. cons.* 5. *num.* 3. 4. & 5. longum enim est discrimen inter vnum, alterūquè casum, nàm facta cessione, vel delegatione certi nominis, benè cessionarius agit aduersus debitorem eius debitoris cessum, & acquirit dominiū, *Cuiac. ad l.* 3. *C. de oblig. & actio.* àt ex hypotheca nulla creditori contra debitorem debitoris, cum quo non contraxit directè competit actio, *Ant. Fab.*

in

in rationali ad l. si contrauenerit, ff. de pignor. action. nec ex illa dominium transfertur, sed tantùm distrahendi pignoris, non exigēdæ pecuniæ, facultas acquiritur, idē *Fab. de error. decad. 10. error. 10. in princip.* Creditor namq; licèt habeat bona eius debitoris obligata, non tamèn bona debitoris sunt illi debita, *Manen. decis. 58. n. 13.* & alij, quos refert *Thor. par. 3. compend. verbo, Creditor agere an possit*, tradens, requiri, vt emptor possit agere contra debitorem debitoris, quod debitor verè debeat, principalis fuerit cōdemnatus, excussus, & soluendo non sit, & *Cenc. de cens. q. 67. à num. 59.* dixit, licere creditori exigere à debitore debitoris, quando ille fuerit assignatus, vel cessus, quod desumitur *ex 2. par. eiusdē tex. in d. l. nomen*, quæ ad illum casum referenda est, quo specialitèr, & expresè nomē pignoratur, tradito scilicèt instrumento, & chyrographo creditori, & confirmat *D. Alphons. de Olea de cession. iur. tit. 4. q. 4. per tot.* Vndè benè *in decis. Præsid.* poterat fieri liberatio cessionario crediti dotalis Ascanij Storrentis supèr bonis feudalibus, in hoc verò casu omninò est facienda communi debitori, & prò eo, eius creditoribus, iuxtà temporis prioritatem.

Et postremò, vt clauum clauo trudamus, alloquutus *Præsid.* fuit tàm in *d. decis.* quàm in alijs *decis.* supponeris, actionem supèr feudo esse feudalem, & de de ea vti de ipso feudo iudicandum, sed de gratijs, quæ illam burgēsaticam reddunt, & omnem adimunt difficulta-
37 tem, minimè actum, vel discussum fuit, quia, eo tempore, non erant concessæ, & sic decisum dici non potest, *Bal. in l. receptitia, num. 3. Cod. de constit. pecun.* & idem *Franch.* nos docet, *decis. 367. num. 14. Prat. discept. forens. cap. 21. num. 2. to. 2.*

38 Nèc minùs *Reg. Capyc. Latro*, vir alioquin doctissimus, nos conturbat, nam tantus Doctor *in 2. to. consul. 84.* mutauit sententiam, & contra adducta *in consul. 56. lib. 1.* quæ vti Aduocatus, vt clienti morē gereret, exarauit, calamum arripuit, nec de decisionibus indè emanatis plenè habenda fides, dùm ipse
39 causarum determinationi non interuenerit, vt aduersùs *Thor.* inuehit *Dom. Præs. Merlin. controu. forens. cap. 69. sub num. 19. vèrs. Sed nihilominùs*, id quod, insequendo *Merlin.* fuit probè obseruatum ab ipsomet *Dom. Reg. Capyc. Latro decis. 91. nu. 13. lib. 1.* Vndè meritò *Præs. S. C. D. Antonius Orificius*, quandò allegabantur consilia DD. respondebat, se velle videre decisiones, vt testatur *de Franch. decis. 269. n. 6.* habens suspecta consilia, & opiniones mercede redemptas; & quod similes allegationes periculosæ sint, monet idem *de Franch. decis. 441. n. 3. & 4.* de quibus conqueritur *Alciat. Parerg. lib. 2. cap. 12.*

Hæc occurrunt, sub censura tamèn amplissimi Senatus, cui, supplere, & corrigere datum est.

RITVS CCXLV.

Item quod termini dandi, & statuendi ad probandum testes, & instrumenta producendum, & supèr exceptionibus quibuscunquè oppositis, & opponendis sint, & esse debeant competentes, arbitrio Iudicis moderandi, secundùm tempus instātiæ supradictæ: ità quidèm, quod Iudices per hoc non permittant labi tempus in stantiæ supradictæ, & si permitterent, partibus instātibus, vel earum altera, puniatur vice, qualibet pœna quinquaginta florenorum auri, fisco nostro ap-

applicanda, & vltrà hoc etiàm alijs pœnis nostro arbitrio reseruatis, & à breuiatione, & modificatione ipsorum terminorum nullatenùs possit appellari, aùt reclamari; & si appellati contigerit, appellans, siuè fuerit procurator, siuè principalis: incidat in pęnam florenorum auri quinquaginta, applicandam vt suprà: & ipsa appellatio nihilominùs non teneat, & per ipsas Curias, vel alteram ipsarum in causis ipsis procedatur, ac si appellatum non fuisset; & esset friuola, & frustatoria manifestè.

SVMMA RERVM.

1 *Instantia causæ his nostris temporbus est redacta ad terminos iuris communis.*

2 *Præsentis Ritus obseruantia aboleuit, & quarè.*

3 *Pœna statuta contrà Iudicem causam infrà tempus instantiæ non expeditem, intelligitur, expeditione à parte petita.*

4 *Causæ vigore S.C.Tridēt.cap.20.sess. 24. de reform.auocantur, si in biennali tempore non expediantur.*

5 *Protestatio tamèn requiritur, sed multiplicata, àn simplex, latè discutitur.*

6 *Quid in laicalibus Tribunalibus.*

7 *Protestatio àn requiratur, vt fatalia in causa appellationis non currant.*

8 *Nonnulla ad exornatum mem. Concil. Trid. notantur.*

9 *Praxis ex Rit. desumpta, quæ concinit Concilij dispositioni, qua M.C.V.nixa, in dies expedit prouisiones, quod Curię inferiores infrà certum terminum procedant ad expeditionem causarum, mentio fit.*

10 *Causa remissa, sub comminatione, si pars non insteterit pro expeditione, àn, transacto tempore, censeatur auocata.*

Author sustinet Carau.dictum.

1 CVm his nostris temporibus instantia causæ sit redacta ad terminos iuris communis, ob obseruantiam *Rit.* 248. adeò quod non sit ità breuis, proùt statutum erat per *Rit.* 243. vt in illo notauimus:

2 Nimirùm aboleuit etiàm præsentis *Ritus* obseruantia, de coarctandis dilationibus ad tempus congruum, habita consideratione causæ, & instantiæ; Nè autèm reprehendamur, quod ista pugnant cum resolutis à nobis in proximo antecedenti *Ritu*, in quo diximus; non dari quid priùs, aùt quid posteriùs in his *Ritibus*, aduertimus, istud non euenire; quia sit posterior *Ritus* 248. sed quoniam vtrosquè vanè additos, fateri, oportet, ob apertam pugnantiam ad inuicem, & propterea vnius saltèm obseruantiam attendendam, illius nempè, qui iuri communi concinit.

3 Verba insupèr *Ritus* (*partibus instātibus*) ostendunt, quod pœna in eodem *Ritu* statuta contrà Iudicem causam non expedientem, infrà tempus instantiæ, intelligitur, si per partem fuerit causæ expeditio petita, vt notant *Alber. Oliua in Rit.* 36. *Cur. Archiepisc. Neap. sub num.* 8. *in fin. Iodoc. in prax. ciuil. cap.* 192. *num.* 6. *Affl. in constit. hac lege, num.* 7. *& Constit. Iustitiarij per Prouincias n.* 8. *Campagn. in cap. Item Iustitiarij, num.* 89. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 50. *&* 78. *num.* 3. *Vant. de nullit. rub. de nullit. ex defect. iurisd. ord. num.* 117.

4 *Concilium* etiàm *Trident. in cap.* 20. *sess.* 24. *de reform.* statuit, causas intrà biennium terminandas, alioquin post id spatium, liberum esse partibus, vel alteri illarum Iudices superiores adire, & dubitatum fuit, si *Canon* ipse habeat locum, vbi non steterit per Iudicem, quominùs infrà dictum tempus causam diffiniret, sed ob vel qualitatem causæ vel partium cauillationes: & *Congregatio Concilij* censuit, si per Iudicem non

non ſtetit, partes adire alios ſuperiores non poſſe; facit *cap. Venerabilis, de Iudic.* vbi *Abb.* & alij, & *l. properandum, §. ſin autèm, & §. illo, C. de Iudic.* nàm Iudici non eſt, quod imputetur, ſi infrà biennium cauſam non expediuit, ſed actori ſua mora nocere debet, *cap. mora, de regul. iur. in 6. & l. in condemnatione, §. vnicuiq; ff. eod. tit.* alioquin Actor ex ſua mora lucrum conſequeretur, auocando cauſam in prima inſtantia à primo Iudice, contrà regulam *l. Iuris ordinem, C. de Iuriſd. omn. Iudic. cap. cum ſit generale, & cap. 1. de foro compet.* neminem enim ex ſua mora lucrari debere, dicit *Cagnol. in l. non fraudantur, §. nemo, in princip. ff. de reg. iur.* Imò, & cum tempus præterijſſe conſtat, cauſamq; in eo non fuiſſe deciſam, adhùc non eſſet illa auocanda, niſi pars proteſtata pluriès fuerit, ac de prædictis proteſtationibus conſtet in actis, vt poſt *Bal. Alex.* & alios, latè probat *Iaſ. in eadem l. properandum, §. ſin, autèm vtraq; nu. 3. & ſeq.* inibiq; *Sicard. num.* 4. & conferunt ſcribenda à nobis ipſis in *Ritu* 248.

5 Hic tamèn latiùs extendentes ſermonem, quoad numerum proteſtationum, reperimus, eas eſſe oportere, multiplicatas, illaſquè modeſtam importunitatem appellat, *Alex. conſ.* 59. *num.* 6. *vol.* 4. *Iacob. Menoch. conſ.* 380. *num.* 34. & 42. *vol.* 3. quorum relator eſt *Coſta in tract. de remed. ſubſid. remed.* 94. *ſub num.* 7. Diſſentit nihilominus *Creſcent.* cuius *deciſ.* 17. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* auream exiſtimamus, cum ſub *num.* 7. diſtinctione vtens, ait, vnicam ſatis eſſe interpellationem in principali cauſa, vt Iudex moroſus cenſeatur, & inaſtntia perpetuò duret, ex *Bart. in l. Titia, §. vſuras, ff. de legat.* 2. & *Dec. in cap. cum cauſam, in eius calce, de offic. delegat.*

In cauſa verò appellationis cõplures requiri admonet, ex eiuſdẽ *Dec.* & aliorũ auctoritate, & conueniunt mòx relati, in appellationis inſtantiâ id aperitiùs aſſerentes, quin ipſemet *Creſcent. in deciſ.* 5. *ſub num.* 2. *de except.* reſoluit, non neceſſariò præmittendam iam dictam proteſtationem, ſed eam vtilem eſſe, ad cautiùs agendum, atquè ideò ſufficere, ſi aliundè conſtiterit de diligentia, quodquè per eum minimè ſteterit, ſed per Iudicem, quam profectò aſſertionem, nedùm à multis commendari Doctoribus refert, ſed æquiorem, & humaniorem addit, anteaquè dixerat *Iaſ. in l. de Pupillo, §. ſi quis ipſi Pratori, ff. de nou. oper. nunc.* & *cit. l. properandum, §. ſin autem, C. de Iudic. Caputaq.* etiàm teſtatur eam, vti æquiorem collaudaſſe *Rotam in deciſ.* 73. *lib.* 2. & defendit *Vantius tract. de nullit. rub. de nullit. ex defectu Iuris ordin. nu.* 136. Imò, & communem aſſerit *Boer. deciſ.* 40. *num.* 8. *Afſl. deciſ.* 50. *num.* 5. & omnium optimè, *Ripa*, eiuſmodi examinans articulum, *in tract. peſtis, 3. p. 8. p. verſ. Sextò dubitat, ſub num.* 19. Nam ſibi Ius dici, qui in tempore expoſtulat, non videtur ratio, quarè inſtantiæ lapſus illi poſſit imputari, teſte *Balbo deciſ.* 128. exordiente, *petentis Ius.*

Et in laicalibus Regni Tribunalibus, indubium cernitur negotium, propterea quod, virtute *Regiæ Pragmatica, vnica, de inſtant. cauſa non reſtit.* cuius meminit *Oliua in add. rit.* 36. *ſub num.* 8. abſolutiſſimi Iuris eſſe, conſpicimus, vt ſi culpa Iudicis, prætererierit inſtantia, nulla requiratur expreſſa reſtauratio, ſed illa intelligatur conceſſa ipſo Iure, ipſoquè facto, & Iudicis culpa contigiſſe, voluit, tùnc credi, & dici, quando proceſſus concluſus per duos menſes antè lapſum inſtantiæ, fuerit Iudici præſentatus cum petitione, & proteſtatione, vt ad expeditionem cauſæ procedere debeat, & videndi *Maranta p. 5. num. mihi* 34. & *R. de Ponte conſ.* 242. *vol.* 2.

7 Quin, vt fatalia non currant, requiritur, vt antequàm primum fatale labatur, qui à ſententia Præfecti Prætorio reclamauit, ſe proteſtetur, vt cauſa expediatur, quam quidèm proteſtationem ait *Reg. Reuert. dec.* 535. ſatis

loco impetrationis secundi fatalis haberi, & non vnam sàt esse, sed plures requiri protestationes, ex *Guid. Pap. decis.* 91. *Thesaur. decis.* 10. *num.* 14. *&* *Cacheran. decis.* 12. notat *Reg. de Marin. in obseru. num.* 1.

8 Ad illud modò, vt regrediamur *Caput Conciliare*, vndè hùc digressi sumus, àc potissimùm ad exceptionem in eo constitutam, in illis verbis. *Ab his excipiantur*, admonemus illa verba nō complecti *text. in l.* 1. *C. quand. Imper. inter pupill. & viduam*, cuius assertionis testis est, imò, & acerrimus defensor, *Marta voto* 209. Cùm verò in beneficijs reseruatis ratione manus appositionis, àn causa cognosci possit apud Curiam in prima instantia, excitatum esset, *Congregatio* annuit, si *Hieron. Gonzal.* vera testificatur, vt credimus, *in suis comment. ad* 8. *regul. Cancell. Glos.* 52. *num.* 36. Subsequens verò eiusdem *Capitis* decretum, *in* §. *ad hæc*, causas matrimoniales relinquere Episcopi dumtaxàt examini, non Decani, vel Archidiaconi, credidit *Rota, ponente Blanchetto*, & testis est *Seraphin. decis.* 712. *par.* 1. inibiq; *additio*, quibus adiungimus *Guttierez practic. qq. lib.* 3. *q.* 26. *num.* 1. *& Suar. de Paz, in sua praxi Ecclesiast. tom.* 2. *prælud.* 1. *num.* 8. ambos in alijs consimilibus casibus verba facientes.

9 Recessit propterea ab aula, hoc in *Ritu* præscripta pœna, sed inoleuit praxis ex *Ritibus* desumpta, quæ concinit etiàm *Concilij* dispositioni, qua M.C.V. nixa, in dies expedit prouisiones contrà Curias inferiores, præsertìm Baronum, vt procedant infrà breuem terminum ad expeditionem causarum, vt absit locus iustæ querelæ, sub pœna auocationis illarum, de qua testantur *Ann. pater, & filius singul.* 269. *Tasson. de antef. vers.* 3. *obser.* 3. *sub num.* 197. *pag.* 142. & aduertunt *Io: Ant. de Nigr. sup. cap. Regn. grauamina, n.* 59. *in* 17. *grauam.* rescribēs formam decreti auocationis, & *in c. quorumdam, n.* 8. *Gram. vot.* 28. *Viu. decis.* 208. *n.* 5. & in genere de auocationibus, loquitur *Couar. var. pract. cap.* 9 *sub num.* 4. quæ auo-
10 catio locum vendicabit, si fuerit à parte petitum, causam expediri, vt notat *Carau.* in hoc *Ritu num.* 5. cuius dictum comprobatur ex *Affli. in Const. Iustitiary nomen, sub nu.* 26. *in* 21. *not. ver. hinc subijcio quæstionem*, *Parid. de Put. de syndic. verb. Iudices, cap.* 14 *&* 15. *num.* 3. *&* 4. *Consil. de Bottis in add. ad Const. Iustitiary nomen, verbo, Constiteris*, qui asserunt, quod non statim elapso termino comminationis, auocari debeat causa, sed quando constiterit de instantia partis, & stetisse per Iudicem, addit de *Bottis* locum hoc vendicare, nedùm in causa ciuili, sed etiàm in criminali, in qua proceditur per accusationem, & non poterat procedi ex officio, insequitur *Muscat. in prax. p.* 7. *Glos. condemnando in add. lit. B.* quamuis in corpore *num.* 14. contrarium firmauerat contrà *Carau.* & non benè, cùm omninò instantia partis prò expeditione requiratur, qua cessante, omnis à Iudice abest culpa, sed potiùs dolus adscribendus est ipsius partis taciturnitati.

RITVS CCXLVI.

ITèm quod causæ criminales mouendæ in dictis Curijs, & qualibet ipsarum decidantur, & terminentur per Iudices ipsarum Curiarum infrà terminos subscriptos, videlicet si causa fuerint in Ciuitate Neapolis, & eius districtu infrà dies quadraginta numerandos à die oblationis libelli, seù capitulorum, si verò fuerint extra Ciuitatem prædictam, & eius districtum, per vnam dietam vulgarem, tùnc infra mē-

ses

ſes quatuor,& ſi vltrà fuerint,vbicunque per totum Regnum , infrà ſex menſes , & vltrà terminos prædictos cauſæ criminales prædictæ nullatenùs poſſint prorogati : & extendi; excepto, ſi teſtes producendi eſſent extra Regnum: quo caſu prorogatio ipſa fieri poſſit , & debeat per Iudicem,cauſa cognita, attenta diſtãtia locorum dictorum teſtium, & prout ſuperius in cauſis ciuilibus exprimuntur:& non aliter, nec alio modo, & in ipſo caſu pœnas ibi expoſitas locum habere , & à tranſgreſſoribus exigi volumus , & iubemus, exceptis tamen cauſis criminalibus, in quibus pœna pecuniariã venit imponenda , in quibus ſeruatur, prout in ciuilibus eſt expreſſum.

S V M M A R E R V M.

1 *Inſtantia cauſæ in hoc Ritu non reſtringitur,ſed terminus ſtatuitur deuoluendi ad ſuperiorem in caſu retardatæ Iuſtitiæ.*

2 *Cauſæ ciuiles,criminales,et mixtæ,quæ ſint.*

3 *Cauſæ Syndicatus, an dicantur criminales.*

4 *Inſtantiæ prorogatio,quando partibus competat, aut Iudici?*

5 *Nominationis materia, remiſſiuè tangitur.*

1 INſtantiam in cauſis ciuilibus ad certos menſes redactam in *Rit.* 243.obſeruantia iſtius *Ritus* , in cauſis quoquè criminalibus conſtituit; in mentionatis in ea menſibus, quæ non ſecit, ac illa reuocata , apparet in *Ritu* 248. reſtituente inſtantiam ad triennium, & biennium, & conſecutiuè ad terminos Iuris , ſcilicèt , ad triennale tempus in ciuilibus,ad biennale in capitalibus, vulgò, criminalibus dictis , de *Franch. deciſ.* 250. *in principio*,niſi dicamus *Rit.* 243. loquentẽ in cauſis ciuilibus,alterumquè de criminalibus, quarũ meminit noſter *Ritus*, minimè intelligendos eſſe reſpectu inſtantiæ cauſç , cuius eſt tractatio indicato in *Rit.* 248. verũ reſpectu iuſtitiæ non retardandæ,vt ſcripſimus,pedes figendo ſupèr ea aſſertione, in *eodem Ritu* 243. inſequuti *Conſtant. Pap. in add. ad Carau. ibidem* , id quod antè ipſum notauit *Affl. Conſtit. cauſas, in 3. notab.* dicens, quod tale tempus cenſeatur ſtatutum Iudici,non inſtantiæ,quidquid in contrarium ſcripſerit *Io: Anton. de Nigris in cap. Regni quorumdam* , quẽ inſequitur *Carau. in cit. rit.* 243. *in princ.* vt notat *Foller. ſuper eod. cap. pag. mihi* 147. *at.* Ambarũ autèm cauſarum vtrùm, & quando pereat inſtantia, ipſaquè àn reſtauretur , & quomodò, extricamus in eodẽ *Rit.* 248. Quæ verò dicantur cauſæ ciuiles , quæ crimi-
2 nales,diximus ſuper *cit. R.* 243. & addimus *Marcell. Calà de modo articul.* §. 1. *Gloſ.* 2. *n.* 10. Cauſa verò mixta dicitur, quę partim ad publicam,partim ad priuatam vtilitatem dirigitur, *P. Fragoſ. de regim. Reip. p.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 12. §. 2. *num.* 33. *Borrell. de compromiſſ.* §. 2. *Gloſ.* 1. *num.* 63. *& p.* 1. *ſumm. deciſ. tit.* 63. *num.* 61. Cauſæ ſyndicatus, àn dicantur criminales *Seſſe de ſynd. poſt tract. de inhi-*
3 *bit. num.* 42. *Berart. in ſpecul. viſita. cap.* 5. *num.* 49. *& cap.* 6. *num.* 4. *Fontanell. dec.* 499. *n.* 15. *tom.* 2.

4 Notandum inſupèr, quod vigore huius *Ritus*, inſtantia cauſæ criminalis poteſt ex cauſa per Iudicem prorogari. Verùm, ſi prorogatio inſtantiæ eſt de regalibus, ſiquè propterea ad Principẽ ſolùm ſpectat, vt ſcribimus ſupèr *Ritu* 248. & notant *Foller. in prax. crimin. rub. fiat lit. conteſt. n.* 26. *de Franch. cit. dec.* 250. *in fin.* ſequitur obſeruantiam noſtri *Ritus*, concedentem Iudici illam extendere, pugnare cum diſpoſitione

Iuris

Iuris communis, ad tradita à *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 1. q. 21.* At contrà sentimus, tùm quia sumus in terminis coarctatæ instantiæ per statutum, scilicèt, virture nostri *Ritus*, alteriusquè prædicti 243. quo casu, vt peroptimè *Carau.* monet, etiàm partibus facultas datur, prorogandi ad tempus vsquè à Iure statutum, etenim, iuris termino elapso, nec per consensum partium instantia prorogari posset, *Roman. conf. 174. n.6. Masull. ad Capyc. decis. 206. num. 3. Cæsar. Barz. decis. 32.* & nos indicamus *in memor. Rit.* 248. Tùm quia, vt anteà diximus, neuter horum *Rituum*, scilicèt 243. & huius 246. re vera de instantia causæ agit, sed respectu Iudicis de retardata Iustitia, ad finem deuoluendi causam ad superiorem, quæ impediatur ex causis hic relatis, quibus adductus prorogauerit in hoc *Ritu*, statutum terminum ad alium sibi melius visum.

5 Et tandèm monemus, nominationis materiam perlustrasse nos in *Ritu* 140. de quo loquitur præsens *Ritus* illis verbis: *Et prout superius.*

RITUS CCXLVII.

Item quòd teneatur Iudices, postquam fuerit in causa conclusum; ipsas causas expedire, decidere, & per sententiam terminare infrà decem dies, necnon dare breues dilationes secundùm distantiam locorum, & debent, in quantum possunt, lites abbreuiare, & subterfugia Procuratorum, & Aduocatorum amputare; prout superiùs dictum est in decisione causarum ciuilium.

SUMMA RERUM.

1 *Meritò Prosper Carauita dolebat neglectam, ætate sua, huius* Ritus *obseruantiam.*

2 *Author doloris sui sensum vix literis explicare vales, cum totam Europam. Imò terrarum orbem, in litibus esse videt.*

3 *Magis dolendum est, quòd diutissimè causarum expeditiones retineantur, & nullus earum videatur finis.*

4 *Lites, quæ pariant mala, insinuatur.*

5 *Iudices, qui lites componunt, multùm merentur.*

6 *Aduocatis, & Procuratoribus, an liceat causam dubiam, & probabilem, relicta probabiliori, defendere.*

7 *Memoratur axioma illud, quod Aduocati semper negant piper esse nigrum, & persapè album esse, fatentur.*

8 *Causa primitùs conclusa, primitùs expediri debet.*

1 Dolebat meritò quidèm *Dom. Prosper Carauita* neglectam, ætate sua, huius *Ritus* obseruantiam, dùm in hoc Regno, & huius Vrbis nostræ Tribunalibus præcipuè æternari lites, & inter natos natorum, velùt hæreditarias, agitari, vi-

2 debat; Doloris verò mei sensum vix literis explicare valeo, cum totam Europam (nè dixerim terrarum orbem) in litibus esse video, & quod deterius, à litibus solui non posse, dùm leuis aliqualis causa annum, semper in hoc erro, annos volui dicere plurimos tenet; nec vllam *Iustiniani* decreti in sæpiùs memorata *l. properandum, Cod. de Iudic.* & huius, àc aliorum *Rituum* obseruantiæ, rationem habendam esse, censent, quo statuit, lites triennio definiendas, nè fierent penè immortales, & vitæ hominum modum excederent; quin etiàm, quod hoc tempore dolen-

3 dum fit magis, nimirùm, quòd diutissimè causarum expeditiones retineantur, & nullus earum videatur finis, proptereà pauperrimi litigantes, si perdunt de-

depauperantur, si vincunt, perdunt, cau-
4 samquè ementes propè dimidio carius, quam æstimabant, præter lucrum cessans, & temporis iacturam. O nimiùm felices, ò tèrq; quatèrquè beati litibus carentes, (quæ hominum sunt durissima flagella, *Rebuff. in regul. de subrogand. collitig. Glos. 1. & tom. 1. ad leges Gall. in proœm. Glos. 5. num. 154. Montan. de tutel. & cur. cap. 33. num. 259.* & alia damna recensuimus in *Ritu 10. to. 1.*) qui si aliud non agunt, indignum illud aufugiunt inconueniens, dedecusq; vt cũ insignes viri superiores sint, infimis non se submittunt personis, illasq; dulcibus, & humilibus allicièntes verbis.

5 Quarè Iudices qui lites minuunt vtilitati publicæ inseruiunt, peccataquè de medio tollunt, multùmquè merentur apud Deum, teste *Cassan. in Catalog. Glor. Mund. p. 4. consid. 51. & par. 7. consider. 32.* vbi agit de periculosa tàm Iudicum, quàm Aduocatorum salute, qui iniustas litigatorum controuersias sustinent, nec curant componere, àc finire, *Marta de iurisd. par. 4. cent. 2. cas. 122. n. 1. Flamin. de resignat. lib. 3. q. 5. n. 12. et lib. 11. q. 1. n. 29. Fôtanel. dec. 154. n. 18. t. 1. Thor. vot. 36. t. 2.*

6 Et liceatnè aduocatis, atquè procuratoribus, causam dubiam, & probabilem defendere, relicta probabiliori, & alia multa super hac re tractat *Guttierez pract. qq. lib. 1. q. 36. & 37.* necnon *F. Franciscus Ortiz Lucius in suo compend. summarum, cap. 8. num. 1.* & doctissimus, omni æuo laudandus, *P. Anton. Diana, par. 1. tract. 13. de probabil. resol. 4. Megal. promptuar. moral. verbo, Aduocatus, num. 22. Reg. de Marin. lib. 2. quotid. resolut. cap. 12.* & Axioma il-
7 lud, quod Aduocati sempèr negant piper esse nigrum, quin, persæpè album esse, fatentur, post *Bal. in repet. l. 1. ff. de offic. asseß.* memorat *Gramm. decis. 104. num. 1.* quem laudat *Franc. Maria Prat. respõs. crim. 37. n. 41.* & aliqua delibauimus in *Rit. 147. à num. 14. to. 1.*

8 Iudices etiàm iustis ciuium querelis consulere debent, quam citissimè causas expediendo, & si obseruare ipsis non conuenit sancita in hoc *Ritu*, & in *Const. Regni hac lege*, tanquam ab aula recessa, vt causæ post conclusionẽ expedirentur infrà decem dies, quæ tamèn obseruantur in nonnullis Curijs, teste *Iodoc. in prax. ciuil. cap. 192.* obseruent tamèn, quę Moderatores nouis legibus statuere, vt noxijs hisce dilationibus consulerent, primò, nempè, conclusas causas terminando, seruata præcedentia inter plures causas ipsas conclusas, iuxtà *pragm. 15. de ordin. Iudic.* & ibi *Troys.* quam laudat *Batius ad Afflict. in Constit. Iusti Cultores*, necnon alteram *pragm. 10. de offic. S.R.C.* quod confirmatum fuit per Exc. Ducem Ossunæ *in cap. 13. de Gratijs ab eo concessis inter capitula, & priuilegia Neapolis, fol. 174.* & iterùm fuit mandatum in anno 1596. vt *in pragm. 71. de offic. S.C.* exceptis causis, quæ celeriorem exigerent expeditionem, & priuilegiatis, vt Ecclesiarum, fiscalium, pauperum, miserabilium personarum, exterorum, & similium, vt eorum incommodis, atquè egestatibus prouideatur *Io: de Arnon. in prax. Iudic. cap. 57. Madell. cons. 62. n. 1. vol. 1. Couarr. practic. qq. c. 7. n. 3.* expetente tamèn parte expeditionem, *Muscat. in prax. S.C. lib. 1. par. 7. Glos. condemnando, num. 11. & 14. Bonad. lib. 3. cap. 14. num. 89.*

RITVS CCXLVIII.

ITèm seruat ipsa Curia, vt instantia in ciuilibus ipso iure per lapsum triennij perimatur & idem in criminalibus per lapsũ biennij: si verò Domina Regina prorogaret (vt quotidiè fit) licèt in Curia non præsentetur litera pro-

prorogationis infrà triennium, vel biennium: non refert, si posteà præsentetur, si prorogatio facta est infrà terminum, facit cap. super eodem el secondo, extrà de appellat.

SVMMA RERVM.

1 *Instantia quotuplex sit, eiusq; descriptio refertur, remissiuè.*
2 *Causæ criminales, vltrà bienny, eiuiles trienny metas, post litem contestatam, non sunt protrahendæ.*
3 *Sententia prolata post peremptam instantiam est nulla, illiusq; peremptio opponi potest post sententiam.*
4 *Sed àn illa S.C. vel eius decretum?*
5 *Iudex, qui illam proferret, perempta instantia, tenetur in syndicatu.*
6 *Confirmare àn possit sententiã latã, illa perempta, Iudex appellationis, si cognoscat foueri bonũ ius, inquiritur.*
7 *Parte instante decerni super nullitatibus, perperàm agit Iudex, reseruando illa ad merita.*
8 *Iudicium nullitatis primitùs, deindè verò appellationis est decidendum.*
9 *Hoc Ritu indistinctè vtimur in hoc Regno, illeq; in omnibus Tribunalibus est seruandus, vt tùm in ciuilibus, tùm capitalibus in causis perimatur instantia, etiàm iure communi attento.*
10 *Adhùc illa extincta manet, si inquisiti versutia, vel si actore legitimè impedito, & prosequi nequeunte, dilatata fuerit causæ decisio.*
11 *Illamq; extingui, etiam præstito impedimento à parte aduersa, vel à Iudice, traditur, contra multorum DD. placitum.*
12 *Ioannes Griuell. dec. Senat. Dolani 72. & Merlin. decis. 22. perpenduntur.*
13 *Instantia, inspectò iure canonico, àn perimat, quiduè in causis beneficialibus.*
14 *Concil. Trident. cap. 20. sess. 24. de reform. explicatur.*
15 *In causa reconuentionali instantia extinguitur.*
16 *In criminalibus causis adeò extinguitur, vt pereat etiam omne ius, nec ampliùs contra inquisitum procedi possit.*
Quamuis alijs superuenirent testes, aut inquisiti confessio.
17 *Quid si fuerit inquisitus relaxatus, cum clausula, nouis superuenientibus indicijs.*
18 *Quiduè attento Iure Canonico.*
19 *In Tribunalibus Neapolitanis nunquàm perimit instantia in causis criminalibus, etiàm coram Iudicibus delegatis vigore Reg. Pragm.*
20 *Quæ pragm. extensa fuit ad Regias Audientias.*
21 *Instantia causæ intercepti bonorum, àn elapso biennio, perempta dicatur.*
22 *Verumuerò in causis fiscalibus extinguatur instantia.*
23 *An illa currat in causis, in quibus proceditur summariè, & de plano, & in causis summarijs.*
24 *In ipsis summarijs causis, in quibus litis contestatio non est necessaria, primus actus respiciens merita causæ habetur loco litis contestatæ.*
25 *In causis executiuis num pereat instantia.*
26 *Quid in causis vertentibus coram delegatis, & praxis indicatur.*
27 *An in causa dotis.*
28 *Et in causa fractæ pacis.*
29 *Instantia perempta, haùdquaquàm perit ius partis, quæ tantùm absoluitur ab obseruatione Iudicij.*
30 *Quæ sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij, neque diffinitiua, neque interlocutoria censetur, sed mixta dicitur.*
31 *Illa perempta, quit actor intentare nouum iudicium, refectis expensis, coram eodem Iudice.*
32 *In nouo intentando Iudicio, vti multis actis ille potest, quia non omnia pereunt, illa verò quæ sint, & quæ sint, quæ extinguntur, additur.*
33 *Instantia àn pereat in Cõcistorio Principis, & in Collaterali Consilio.*

An

1 INstantiam ad duplicem effectum inductam fuisse, ac duplicem esse, aduertimus: Altera quippè instantia causæ nuncupatur: Altera verò appellationis instantia dicitur, suntquè ad inuicèm dissimiles, teste, *Rol. cons. 45. num. 6. vol. 2. & Capyc. decis. 11. num. 17.* & cùm instantiæ appellationis sermo noster sit multis in *Ritibus*, hicquè sedes sit instantiæ causarum; eius nimirùm sermonem adnectere, oportebit, succinctis quippè verbis, sed nihil eorum prætermittendo, quæ scitu, necessaria iudicentur, quæq; in ea specie perutilia reputentur.

Et quamuìs expediret primũ illius referre diffinitionem, seù potiùs descriptionem, silentio tamèn hoc in *Ritu* inuoluimus, propterèa quod *Ias.* vnicam rescribit in *l. postquam liti, sub num. 10. C. de pact.* alteram verò *Curtius senior* ini-

uersa,num.16.Cod. de transact. nècnon *Borgnin. Canalc.decis. Finizana 7.n.1. p.1.* ad eas itàq; Lectorem relegamus.

2 Pijssimus itaq; Iustinianus Imperator sua *in l.fin. C.vt intrà certum tempus,& l.properandum,Cod.de Iudic.* criminales causas,biennio, concludi; Ciuiles autèm, non vltrà triennij metas,post litem contestatam,esse protrahendas,sanxit, quibus elapsis fatalibus, non ampliùs procedendum esse in causa,carpitur facilè ex earum contextu, ità quod ne-

3 queat sententia proferri, eaquè si proferretur esset ipso Iure nulla, teste *Alexand. cons.136.vol.2. Abb.cons.5. num.7. vol.2. Afflict.in Constit.Regni hac lege, num.2. & decis.70. num.4.& decis.283. num.4. Bertaz. cons.crimin. 275.num. 1. vol 2. Roland.cons. 80. num.3. lib.4. Natta cons. 32. num.13. & cons.209. num.11. Petr. Benintend. decis. Bonon.76. Vant. tract. de nullit. rub.de nullit. ex defectu Iurisd.n.116. Guid. Pap.decis.220. num.30. Cotta in memor. verbo, Instam, Canalc.decis.21. num.11. par.1. Papiens. in forma diffinit. num.7. Iacobus Ranardus var. qq. lib.4.cap.14. Ioseph Cumia in Ritib. Sicil.c.37.n.2.* ità quod post sententiam possit illius peremptio opponi, ex *Ludouic. decis.Lucens.24.& 43.& Carau. in hoc Ritu;* notat *Anus meus ad Grām. decis.91. num. 5.* & laudato *Ludouic.* insequitur *Nouar.in pragm.rub.de inst. caus. non restit. collect. 1. num. 12.* qua in re videndi sunt *Reg.Tap. decis. S.C. 38. Thor.par.3. compend.sect.1. verbo, Instantia,de Franch.decis.643. Maresc. var. resol. lib.2. cap. 134. Reg. Capyc. Latr. decis. 68. tom. 1.* qui tradunt,

4 decretum Sac.Consilij, perempta instantia latum,nullitati esse obnoxium, non verò sententiam, rationemq; reddit idem *Reg.Capyc.Latro num.20.* quę anteà non placuit *Reg.Rouit.in prag.1. sub n.9. de inst.caus. non restit.*

5 Et vsq; adeò id procedit, vt Iudex, qui proferret teneatur in syndicatu, tamètsi iustè pronunciasset, *Petr. de Anch. in cap. vnico, de restit. in integr. Marsil. in pract.crim. §.successiuè,col.2. Gramm.voto crim.31. n 9. & Canalc. dec.17. n.3.p.1. Mastrill.dec.70.n.7.*

Contradicit verò *Merlinus in decis.*

6 *Lucensi 64. num.6.* cum ad istud obiectum in illa causa deductum respondere volens, dixit,Iudicem appellationis posse confirmare sententiā ex tali causa nullam, si foueat bonum Ius circa merita,nititurq; multis auctoribus,potissimùm *dec.Lucensi Cornizz.39.n.11. & decis.194. num. 2.* asserente, licere Iudici appellationis,cui constet de bona Iustitia eius, qui in priori instantia reportauit sententiam fauorabilem,cōfirmare illam, tamètsi nullam,ex citationis, aùt alterius cuiuscunquè capitis defectu, & *Puteus decis.60.lib.3.*

Verùm ex dissimili instantia, in qua loquuntur, dissimilis,ni fallimur, deducitur resolutio: quippè quod præcedentes in prima fantur, posteriores autèm in alia appellationis, imò ex eorummet verbis minimè depromitur, haùd esse nullam priorem sentētiam, àt supposita illius nullitate,posse nihilominùs à maiori Iudice confirmari, dicunt, cuius confirmatio valeat, & priori det robur, eaquè in rem transeat iudicatā, si minimè fuerit appellatum: Isthæc enim facilè colliguntur, ex *Alex.* ea omnia comprobante, *in suo cons. 111. à num.2. vol.5.* quin, & collaudando, antecedentium Doctorum assertionem, necnon subsequentium conclusionem, quàlibet eorum apertioribus verbis admittit, idem *Merlinus*, & verum esse attestatur in *dec.22. num.18.* tanquàm non contradictoria, vt quæ in illa instantia nullitate callet, possit in altera confirmari. Sed nota,quod ipse, & alij quos memorat, dicunt posse,nō autèm, teneri Iudicem confirmare: Imò Iudi-

7 ces, ad merita reseruantes nullitates, cum pars expresè instat, & vult super nullitatibus pronūciari,perperàm,agūt, ex stylo *Rotæ*, & *decisionibus* multis, maximè *Putei decis.72. lib.3.* & fortasse

8 etiàm ex Iuris sanctione,quo Iudicium nullitatis primitùs, deindè verò appel-

latio-

lationis decidendum, credunt *DD.* potiſſimùm *Riccius collect.* 1283. non ſecus, àc quando in literis adeſt clauſula, vt priùs ſuper nullitatibus pronunciaretur, teſte eodem *Puteo adducta deciſ.* 60.

Stat itaq; in ſuo robore conſtituta in ſuperioribus concluſio, vt ſententia prolata poſtquam inſtantia perijt ſit nulla, idquè præſertìm in Regno, virtute præſentis noſtri *Ritus*, qui manifeſtiùs loquitur, cum ait, vt inſtantia in ciuilibus ipſo Iure per lapſum triennij perimatur, & idem in criminalibus per lapſum biennij, quo *Ritu* indiſtinctè
9 vtimur in hoc Regno, teſte *Dom. de Franch. in dec.* 250. *propè fin.* cuius *Rit.* vigore, receſſit ab aula in Regno diſputatio illa, àn per lapſum triennij in ciuilibus, & biennij in cauſis criminalibus, inſtantia perimatur, vel requiratur abſolutoria ſententia ab obſeruatione Iudicij, vt obſeruat *Caran. in hoc Ritu, num.* 10. quem laudat *Anich. de preuent. cap.* 2. *q.* 5. *n.* 31. *in fin.* Atq; ideò in omnibus Tribunalibus, ipſo iure perimit, maximè concurrente generica cōcluſione, quam plurièsin his Ritibus ſtatuimus, quod Ritus iſti Magnę Curiæ vbiquè vigent, & conſecutiuè præſens iſte noſter, vt tùm in ciuilibus, tùm capitalibus in cauſis perimatur inſtantia, & cum memoratus *tex. in l. fin.* vtatur dictione illa, *omnimodò*, (de qua dictione loquitur *Phanucc. in tract. de Inuentar. par.* 7. *num.* 29.) *Tex.* autèm *in d. l. properandum*, verbis illis, *non vltrà, Ritus* verò noſter dictione altera, *ipſo iure*, quæ quidèm omnia verba, vnius, eiuſdemquè ſunt virtutis, vt eadem *deciſ.* 250. *de Franch.* ſatis abundè colligitur, nimirùm inſinuante, adeò ſtrictè eſſe pręſcriptum tempus, vt vltrò progredi nullatenùs queat, eamquè ob cauſam ità deciſum atteſtatur in caſu, qui euenit, in criminalibus loquens pręcitatus *de Franch. eadem deciſ.* 250. idquè adeò, quòd *Marius Muta deciſ. Siciliæ* 97. *num.* 10. aliquorum auctoritates recenſens, commemorat, non poſſe Principem mortuam in criminalibus reſuſcitare inſtantiam, illa tamèn omninò pereat, biennio elapſo, & abſolui prorsùs debeat Reus, ſubijcit, necnon defendit *Roland. conſ.* 94. *à nu.* 6. *cum ſeq. vol.* 3. Adhùc ſi inquiſiti culpa,
10 & dolo protelata fuerit expeditio cauſæ, nè potuerit in tempore definiri, atteſtatur deciſum idē *de Franch. cit. dec.* 250. quem laudat, & inſequitur *Auus meus ad Capyc. deciſ.* 11. *ſub num* 4. *& deciſ.* 206. *ſub num.* 1. vbi citat etiàm *de Ponte conſ.* 70. *&* 78. ratioquè prædicta, qua fulcitur, cum ſit latior dicto, cuius vigore idem erit concludendum in ciuilibus.

Imò cum ſit eadem ratio, qua recenſita Iura, noſterquè *Ritus* dictam conſtituerunt legem, tùm in criminalibus, tùm ciuilibus, ſequela neceſſariò depromitur, vt cum illa ſuffulti *de Franch. & de Ponte* ſcripſerint in cauſa criminali loquentes, illorum Iurium ſanctionem procedere, etiàmſi inquiſiti verſutia dilatata fuerit cauſæ deciſio, debeat quoquè ſibi locum in altera ciuili vendicare, per *tex. in l. illud, ff. ad l. Aquil.* ob quòd nimirùm ſpeciatim legimus, actore legitimè impedito, & proſequi nequeunte, adhùc
11 illa extincta maneat, apud *Capyc.* poſt *Bar. & Bal. in deciſ.* 21. *num.* 15.

His quippè nixi, cauendū eſſe monemus ab illorum aſſertione, qui crediderunt, impedimento præſtito à parte aduerſa, ſiuè à Iudice, non extingui inſtantiam, inter quos ſunt *Gramm. deciſ.* 69. *num.* 3. *Borrell. add. tit.* 84. *nu.* 35. *lib.* 1. *Reg. Valenz. conſ.* 21. *n.* 21. *lib.* 1. *Conſil. Staiban. reſol. forenſ. cent.* 2. *reſol.* 134. *num.* 30. *&* 31. *& reſol.* 140. *n.* 5. *Anton. Sol. in decret. Saband. tit. de Iudic. decret. ad cauſarum, Gloſ.* 3. *num.* 4. Sciant namquè, omnia Iura id ſancientia, in cauſa appellationis verba facere, itidèmq; Doctores non ſaltantes cum ſaltantibus, ſed conſideratè ſcribentes, & quod in appellationis inſtantia loquantur, ex eorundem textuum, & Doctorum contextibus ſatis clarè deduci-

tur, quin, apertè aduertunt alij multi,
12 præsertìm *Ioannes Griuellius* (cuius meminit *Nouar. in prag.1. de instant. cauſ.*)*in deciſ.Senatus Dolani* 72.*ſub nu.* 9. *& Gloſ. in* §. inferiùs *citando*, *ad hac ſancimus*, tametsi idem *Griuellius* eosdem illos *textus* deindè extenderit ad ipsam primam instantiam, nècnon *Merlinus indic. deciſ.* 22.*num.*19.quorum quippè extentionem respuimus facilè, tùm quod nulla suffulti *lege* scripserunt, tùm quod eædem *leges*, nempè *fin. & properandum*, vtūtur verbis præcisis, & prohibentibus extentionem ex omni causa, vt probauimus. Iura verò inferiùs propiori loco connumeranda, & verba facientia in altero Iudicio appellationis, illis, aùt consimilibus non vtuntur, quibus ità strictim ostenderent prohibitionem extendendi tempus illud; tùm demùm, quòd fallitur *Griuellius* inibi existimans verba legis, cuius anteà meminerat, & dixerat, in causa appellationis loqui, eiusquè rationes commodè referri posse ad instantiam primi Iudicij, cum veriùs dicere debuisset, dissimilem in vna, àc in altera vigere rationem; illam præsertìm, quod in priori non perit omne Ius partis, cùm Reus tantùm absoluatur ab obseruatione Iudicij, possitquè iterùm, & rectius agere, vt inferiùs latiùs deducemus. In secunda verò, omni, & quocunquè Iure spolietur, quamobrèm non iniqua censenda sunt priora Iura rigidiùs loquentia, àc duriorem sancientia legem, nèc nimis æqua alia, mitiorem constituentia sanctionem: quinimmò vtriquè potiùs fauendo casui, rectum Iudicium protulisse: sicquè litibus finiendis incubuisse, àc partium commoditati prouidisse. Nec paruipendendam opinamur, aliam in ipsamet *Senatus Dolani deciſione* deliberationē *num.* 8. cùm præmaximè distare arbitratur, cognitionem causarum coràm Iudicibus inferioribus, ab alijs, quæ coràm Iudicibus superioribus, coràm quibus esse frequentius solent in secunda instantia, & duobus illustrat suppositis. Altero scilicèt, quod possunt cogi Iudices inferiores, litem instructam decidere, preces offerendo superiori Senatui aduersùs nimiam illorum procrastinationem, & moram, vel etiàm appellando à denegata ab illis Iustitia: Superiori verò Tribunali nulla vis inferri potest, neq; à supremo illo ordine appellari. Altero autèm, quod caterua negotiorum, ac proprij Principis, multis nonnunquam detinentur impedimentis maiores Magistratus, non verò minores, ac propterea conuenire, vt causa coram illis intacta permaneat, iuxtà Constitutionem Imperatoriam, *in* §. *adhęc ſancimus,in auth de appellat. & intra qua tempora*, quā dissonantem in vtroq; casu resolutionem reperimus, postmodū comprobatum à *Gloſ.* percelebri *in eod.* §. *Adhac, verſ.Si quando lis ſperatur*, quando verò subsistat maior adiectæ rationis propositio, aut in quo Prætorio vigeat, inferiùs latiùs explicatur. Itèm explicitè inuestigatur, si instantia pereat in Iudicio appellationis.

Nùnc verò connectendo materias,
13 inquirimus, nùm illa pereat de Iure canonico, & in causis beneficialibus, & negatiuè respondent *DD. in cap. venerabilis, de Iudic.Palma in diuerſ. iur. commun. & Regni,ad cap. Deteſtantes, Gloſ.*5. *num.* 9. *Monald. conſ.*94. *Ricc. collect.* 1350. *&* 1452. *Scacc. de appellat.q.* 15. *num.* 277. *&* 279. *Marchef.in tract.de commiſſ. p.*1. *de commiſſ. appell. extrà Cur.Rom.cap.* 6.*ſub num.*89.*in* 2.*editione. Tuſc.lit.I. concluſ.*202. *à num.*1. *Reg. Capyc.Latro deciſ.*68. *num.* 35. *Carleual de Iudic.diſp.* 2. *num.*943. quibus contradicunt *Couarr. de pact. in* 6.*in* 2.*par.relect.* §. 1. *num.* 4. *Roman. conſ.*120. *à num.*11. *Iul. Clar. lib.*5. *ſentent.* §.*fin. q.* 51. *verſ.Alia etiam*, quos insequitur *R.Rouit.in prag.*1.*n.*1.*de inſtāt. cauſæ.*

Verùm censemus, non esse obliuioni committendum decretum *Trident.*
14 *Synodus cap.* 20. *ſeſſ.*24. *de reform.* à nobis relatum in *Ritu* 245. eadem illa dictione, *omninò*, vtens, àc sanciēs causas

sas omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram ordinarijs locorum dumtaxàt cognosci, atquè omninò saltèm infrà biennium à die motę litis terminari, alioquin, post id spatium, liberum sit partibus, vel alteri illarum Iudices superiores, aliàs tamèn competentes, adire, qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quamprimùm terminari curent, & tamèn declaratione *Congregationis* illius interpretis declaratum scimus, atq; eodē in *Rit.* 245. meminimus, requiri protestationem eius partis, quæ voluerit ad superiores euocare causam, nec vnicam, vel iteratam satis esse, at multiplicatam requiri: & sic non obstante dictione, *omninò*, & quod versemur in prima instantia, protestationem tamèn adhibendam esse ostenditur, ergo videtur contradicere antecedenti conclusioni, quam nos firmauimus. At re vera non contradicit, quippè quod non secùs, àc diximus in *Ritu* 243. tùm virtute illius *Ritus*, tùm *cap.* exordientis, *quorundam*, non animo restringendi instantiam, illamq; pręscribendi prò minori tempore aliquos in eos memoratos menses statuerunt: sed aduersus retardatam Iustitiam, segnesquè Iudices, illis elapsis mensibus, causas non expeditas ad maiores Iudices auocari, decreuerunt, qui illas in eo, quo reperiuntur statu reassumendo perficiant. Patres Concilij, non causas, sed Iudices afficiendo, ad superiores indecisas infrà biennium causas deferri mandant, *Sacris* proptereà *Canonibus*, non prorsùs contradicentibus, & nullo etiàm longæuo tempore decernentibus, perimi instantiam, ex illorum sententia, quam alios insequentes collaudant, *Mysinger. obseru.* 48. *&* 52. *cent.* 2. *& respons.* 18. *num.* 16. *&* 20. prætèr adductos *anteced. num.* ex *cit. c. venerabilis, de Iudic.* & illibi *Abb. num.* 5. *Imol. num.* 3. *Berous num.* 16. *Felin. n.* 1. necnon *Innoc. in cap. consuluit, de offic. deleg. & Anchar. in cap. Sicut, num.* 2. *de appell. Prosper Pasethus cons.* 66. *num.* 19. *Costa de remed. subsidiar. remed.* 94. *num.* 24. *&* 25. *Schrader. de feudis, par.* 9. *cap.* 7. *sub num* 157. *& Verall. decis.* 362. *num.* 4. *par.* 2. & sic partibus ipsis succurrendo, & non annullando instantiam, sed Iudices dūtaxàt mutando, tantò morbo mederi censuerunt, illum scilicèt, cuius culpa protelatur expeditio, quem esse manifestabunt multiplicatæ partium petitiones, pro expediendis causis, àc protestationes, quod alioqui deuoluantur ad maiores Iudices, quæ, nisi extarent, suspicari posset, litigantium incuria euenisse, nè lis terminata fuisset, qua in re videndi sunt *Prat. ad Muscat. p.* 2. *Glos. Primum, ad n.* 2. *et* 18. *Antonel. de temp. legal. lib.* 2. *c.* 51. *à num.* 7.

15 Perit itaquè vt scripsimus instantia, & nùnc si loquamur in ciuilibus, dilatamus ad reconuentionem, in qua extinguatur etiam, & sinè dubio instantia, idquè tùm si perempta sit in cōuentionali causa, quia tùnc extinctam esse in causa ipsa reconuentionali, ait *Barbat.* & se consuluisse addit, *in* 1. *add. ad Abb. in cap.* 1. *de mut. petit. Giurba* confirmat *decis.* 3. *n.* 5. *Anton. de Virgil. de legitim. cap.* 32. *num.* 88. *Anich. de preuent. cap.* 2. *q.* 5. *num.* 10. tùm si versemur in causa tantùm reconuentionali, in qua perire instantiam de Iure probat *Minadous decis.* 5. & notat *Muscat. in prax. S. C. par.* 3. *Glos. Actorem, num.* 18.

16 Quod si in capitalibus, vulgò criminalibus dictis, loquamur, vsquè adeò vera erit, vt nedùm integer extinguatur processus, vt firmant *Bal. in l. abolitionem, C. ad l. Iuliam, de Adult.* & alij apud *Scacc. citand. num.* 341. sed pereat etiàm omnino ius, nec amplius contrà inquisitum procedi possit, quamuìs alij superuenirent testes, aùt eiusdē inquisiti confessio, proùt eadem *de Franch. decisione* instruimur, necnon altera 653. *&* 654. subcinitquè alia *Capycij* 206. insequiturq; *Constant. Pap. in sua addit. ad Ritum* 246. adhùc si fuerit relaxatus cum clausula, nouis super-

peruenientibus indicijs,quod obtinuisse refert idem *Constant.Pap.* commendatquè *cit. de Franch. ead. decis.* 654. & confirmant *Capibl. de Baron.pragm.* 6. *num.*39. *Thor.par.*1. *compend.decis. verbo,Instantia perempta, Reg.de Marin.ad Reuerter.dec.*130.*n.*2. quemadmodùm,si absolutus fuerit,cum clausu-
17 la, ex deductis , cuius fuit tractatio , *Episcop. Campanil. in diuersor. rub.*11. *cap.*27. *à num.* 88. vbi tametsi dixerit contrà illum procedi rursùs posse , si alia accedant noua indicia, cum quibus antiqua coniungi nequeant ; addimus nos, illa veritate niti, si alia in triennio aduenìant,alioqui perindè àc diximus, absolutū,cū clausula,nouis superuenientibus indicijs, molestari ampliùs non posse;ità,& cū ipsa clausula,ex deductis.

18 Quam restrictionem sublimitamus locum habere , attento Iure ciuili , secùs canonico,cuius vigore nunquam perimitur instantia, neq; ciuilibus,neq; criminalibus in causis,attētis tamèn his, quę coaceruamus *n* 13.Aùt alijs in locis, in quibus idem in more esset,aùt peculiari lege Sancitum , atq; ideò minimè
19 subsisteret in huius Ciuitatis Neapolitanæ Tribunalibus, eo quod in eis virtute *Pragmaticalis legis* promulgatæ à Beneuenti Comite,sub *num.*51.*in rub. de Offic.Magistr.Iustitiar.* omnis cessat instantia in causis criminalibus, eaquè nunquā currit in omnibus Tribunalibus Ciuitatis Neapolis, etiā corā Iudicibus delegatis, ex declaratione facta sub die 24. Octobris 1605. inserta *in ead. prag.*50. *Carleual disp.*2.*sub num.*943. *Lagan. ad Rouit. in prag.*10.*num.*5.*de Offic. Iudic. Thor.ad Salernit. dec.* 28. *num.*3. *Reg.de Marin.lib.*1.*quotid.cap.* 184.*nu.*12.*& ad Reuerter. decis.* 139. *num.*3. *lib.* 1. & seruari Mediolani,refert *Iul.Clar. lib.*5.§. *fin.q.*51. *num.*8. quod non procedere in exteris Tribunalibus Regni,in quibus cautela fuit, vt singulis annis porrigeretur memoriale S.E. testatur *Auus meus ad Grammat. dec.*91. *n.*4.sed memorata *prag.* deindè
20 extensa fuit (opera *Dom. Laurentij de Franch.* cum ageret fisci patronum in M.C.V.teste *Amend. ad Franch.decis.* 250.*num.*20.)etiàm quoad causas criminales vertentes in Regijs Regni Audientijs, vigore alterius sanctionis editæ sub die 31.Maij 1606. registratæ *in prag.* 89.*capitum* quę nùnc est 10.*n.*33. *de offic. Iudic.* de qua meminit *Danz. ad Gramm. decis.*70.*sub n.*4.& proindè hodiè , vigore municipalium sanctionum , Fiscum semper habere ius , nec temporis lapsum ei obstare,certum est, Reumquè habilitatum, nouis superuenientibus indicijs in forma, posse, post lapsum plurium annorum, si vrgentiora superuenerint indicia, iterùm vocari,decisum testantur *R. de Marin.add. cap.*184. *num.*17.*&* 18. *Capiblanc. in add.prag.*6.*n.*40. *in nouiss.edit.Io.Maria Nouar. in decis.* 15. Instantia causæ
21 intercepti bonorum, àn perempta dicatur ob lapsum temporis biennalis, itaùt vti criminalis dijudicetur, *Thor.* post *Salern.decis. alleg.*32.*& p.*3.*comp. sect.*1. *verbo, Instantia* .

22 In causis verò fiscalibus quid dicendum, examinant *Benintend. decis. Bononien.*76.*Marant.in praxi ciuili,p.*5. *rubr. Et omnia fiant,&c. num.*20. atq; *Anna singul.* 243. *Mari ad Gramm. decis.* 69. *num.*5. ex quibus negatiua deducitur conclusio, quam insupèr tutantur *Afflict. decis.* 210. *sub num.* 1. *Martin.Laudens. tract.de Fisco, notab.* 187. *instantiam*, *& Francisc. Lucan. de Parma, tract. de priuil. Fisci,priuil.* 28. & aperta verba præseferunt originalis *tex. in d. l. properandum* : illa nempè, *exceptis tantummodò causis , quæ ad ius pertinent Fiscale, vel quæ ad publicas respiciunt functiones* . Inferiùs autèm alia supèr ea re proferemus.

Verùm contentio non exigua existit,
23 necnè illa currat in causis , in quibus proceditur summariè,& de plano, quādoquidèm negat *Cacheran.dec.* 1.*n.*31. & non dissentiunt *Dom Ricc.collect. decis.* 1350. *in princ.* & alij, quos refert *Sfort. Odd. consil.*11. *num.* 2. & consecutiuè

cutiuè cùm ſint cauſæ omnes in Regno ſummariæ, nuſquam in eo currere inſtantiam, videtur dicendum; At contrario vtimur more, nec quippè ratione carente, quin, & multis ſuffulto. Illa potiſſimùm, quod in ſummarijs quoq; & ſimplicitèr loquendo, datur inſtantia, idq; rectè defendunt *Affl. deciſ. 356. ſub num. 7. Soccin. conſ. 95. vol. 1. Alex. conſ. 50. num. 9. vol. 2. Brunus conſ. 1. n. 19. & conſ. 40. num. 1. vol. 3. Scacc. de appellat. q. 15. à num.* 244. atq; iſthæc magis communis eſt opinio, teſte *Burſato conſ. 2. vol. 3. Tuſc. lit. I. concluſ. 203. à num. 4. & concluſ. 206. num. 9. & Milaneuſ. deciſ. Siciliæ 20. num. 1. lib. 1.* quem inſequuntur *Reg. Rouit. in pragm. 1. de inſt. cauſ. non reſt. n. 2. Anich. de prauent. cap. 2. q. 5. n. 15. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 94. nu. 25. Roland. Cauagnol. in decret. Montiſferrat. decret. 2. §. 10. num. 7. decret. 7. num. 123. & decret. 8. n. 1. Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 30. num. 3. Magon. deciſ. Florent. 89. Put. deciſ. 220. lib. 1. Balb. deciſ. 392. Seſs. deciſ. Aragon. 89. num. 7. Macerat. lib. 1. reſol. var. reſol. 49. n. 3. Aug. Fauſt. ad praxim Pancirol. par. 3. §. 3. exſcripto, verſ. à die capti Iudicij, fol. 191. Thor. vot. 42. to. 1.* & quando alicuius conſiderationis eſſet in contrarium adducta concluſio (quod illic negat *Milaneſis*, maximè reſpectu *Prag.* illius Regni, cuius intentionem dicit, haùd fuiſſe cauſam aliquid mutandi circa inſtantiam cauſarum) nihilominùs pateretur reſtrictionem in ſummarijs, in quibus, nec expreſsè, nec tacitè lis conteſtatur: non in his, in quibus tacitè ſaltèm conteſtatur: cuius auctor videtur *Soccin. in tractatulo de inſtantia*, quem inſeruit *Commentarijs, cap. Venerabilis, de Iudic.* eiuſq; ſectator eſt memoratus *Cacheran. & Afflict. in Conſtit. Regni*, exordiente, *hac lege, num. 9.* Itàquè cauſæ vtcumquè ſummariæ, vt
24 plurimùm, cùm admittant tacitam ad minùs litis conteſtationem, ſitq; in Regno præſertim primus actus, qui olim explebatur immediatè ſubſequens litis conteſtationem, vt aſſerit *Carauit. Rit. 48. ſub num. 3.* & ſuper eo *Ritu* nos quoquè oſtendimus, & *Ludouic. Poſt. de manute. obſeru. 80. num. 4.* pluribus deciſionibus *Rotæ Romanæ* confirmat, in cauſis, in quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, primum actum reſpicientem merita cauſæ haberi loco litis cõteſtationis, necnon tradũt *Aſin. in prax. Iudic. §. 17. cap. 4. Marant. de ordin. Iudic. par. 6. tit. de lit. conteſt. n. 2. Oliba de action. par. 1. lib. 3. cap. 4. num. 22. Cancer. 3 par. var. reſol. cap. 17. nu. 11. Peguer. in prax. ciuil. rub. 11. de litis conteſt. num. 2. Fontanel. deciſ. Cathal. 273. num. 24. to. 1. & deciſ. 500. n. 1. to. 2. Gallup. in prax. S. C. par. 2. cap. 16. n. 2. Giurb. conſ. crim. 53. num. 21.*
25 Verũ quia datur in executiuis inſtãtia, non ſecus, ac in ſummarijs, intrat etiàm, & citrà dubium peremptio, vt peroptimè *Afflict. add. loco* ediſſerit, quod ſi in executiuis, in quibus nulla prorsùs cadit inſtantia, in eis nimirùm peremptio ceſſet, vt idemmet *Affl.* adiungit: quin *num.* 10. inueſtigat, quando veritate fulciri poſſit axioma illud: In executiuis nedùm expreſsè, àt nequè tacitè, conteſtari litem, inſtantiamquè conſecutiuè ceſſare, reſpondet autèm id contingere in obligatione penès acta, quæ eſt ſententia lata à Iudice ex conuentione partium, iuxtà *cap. 1. de mutuis petit. cap. querelam, verbo, Terminatis, de Symon. & cap. cauſam quæ, in verbo, Decidat, de offic. deleg.* quid verò in cauſa inſtrumenti quarentigiati; vide *Roman. conſ. 174. n. 1. & 4.* affirmantem, inſtantiam petitionis exequutionis inſtrumenti lapſu triennij perire, quem laudat *Thor. par. 1. voto 99. num. 11. Afflict. deciſ. 346. ſub num. 6. & 7. Iac. Aemil. conſ. 67. num. 1. Berous conſ. 38. num. 7. & conſ. 40. num. 1. vol. 3. Magon. deciſ. Florent. 89.* & alios mille annuentes generatim loquendo: ſpecatim verò negant in ipſo inſtrumento, & obligatione penès acta (cuius mòx meminimus) *Bar. in l. litibus*, & illic *Io. de Platea, C. de agric. & cenſit. lib.*

peruenientibus indicijs, quod obtinuisse refert idem *Constant. Pap.* commendatquè *cit. de Franch. ead. decis.* 654. & confirmant *Capibl. de Baron. pragm.* 6. *num.* 39. *Thor. par.* 1. *compend. decis. verbo, Instantia perempta, Reg. de Marin. ad Reuerter. dec.* 130. *n.* 2. quemadmodùm, si absolutus fuerit, cum clausu-
17 la, ex deductis, cuius fuit tractatio, *Episcop. Campanil. in diuersor. rub.* 11. *cap.* 27. *à num.* 88. vbi tamètsi dixerit contrà illum procedi rursùs posse, si alia accedant noua indicia, cum quibus antiqua coniungi nequeant; addimus nos, illa veritate niti, si alia in triennio adueniant, alioqui perindè àc diximus, absolutũ, cũ clausula, nouis superuenientibus indicijs, molestari ampliùs non posse; ità, & cũ ipsa clausula, ex deductis.
18 Quam restrictionem sublimitamus locum habere, attento Iure ciuili, secùs canonico, cuius vigore nunquam perimitur instantia, neq; ciuilibus, neq; criminalibus in causis, attẽtis tamèn his, quę coacceruamus *n.* 13. Aùt alijs in locis, in quibus idem in more esset, aùt peculiari lege Sancitum, atq; ideò minimè
19 subsisteret in huius Ciuitatis Neapolitanæ Tribunalibus, eo quod in èis virtute *Pragmaticalis legis* promulgatæ à Beneuenti Comite, sub *num.* 51. *in rub. de Offic. Magistr. Iustitiar.* omnis cessat instantia in causis criminalibus, eaquè nunquã currit in omnibus Tribunalibus Ciuitatis Neapolis, etiã corã Iudicibus delegatis, ex declaratione facta sub die 24. Octobris 1605. inserta *in ead. prag.* 50. *Carleual disp.* 2. *sub num.* 943. *Lagan. ad Rouit. in prag.* 10. *num.* 5. *de Offic. Iudic. Thor. ad Salernit. dec.* 28. *num.* 3. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. cap.* 184. *nu.* 12. *& ad Reuerter. decis.* 139. *num.* 3. *lib.* 1. & seruari Mediolani, refert *Iul. Clar. lib.* 5. §. *fin. q.* 51. *num.* 8. quod non procedere in exteris Tribunalibus Regni, in quibus cautela fuit, vt singulis annis porrigeretur memoriale S.E. testatur *Auus meus ad Grammat. dec.* 91. *n.* 4. sed memorata *prag.* deindè
20 extensa fuit (opera *Dom. Laurentij de Franch.* cum ageret fisci patronum in M.C.V. teste *Amend. ad Franch. decis.* 250. *num.* 20.) etiàm quoad causas criminales vertentes in Regijs Regni Audientijs, vigore alterius sanctionis editæ sub die 31. Maij 1606. registratæ *in prag.* 89. *capitum* quę nùnc est 10. *n.* 33. *de offic. Iudic.* de qua meminit *Danz. ad Gramm. decis.* 70. *sub n.* 4. & proindè hodiè, vigore municipalium sanctionum, Fiscum semper habere ius, nec temporis lapsum ei obstare, certum est, Reumquè habilitatum, nouis superuenientibus indicijs in forma, posse, post lapsum plurium annorum, si vrgentiora superuenerint indicia, iterùm vocari, decisum testantur *R. de Marin. add. cap.* 184. *num.* 17. *&* 18. *Capiblanc. in add. prag.* 6. *n.* 40. *in nouiss. edit. Io. Maria Nouar. in decis.* 15. Instantia causæ
21 intercepti bonorum, àn perempta dicatur ob lapsum temporis biennalis, itaùt vti criminalis dijudicetur, *Thor. post Salern. decis. alleg.* 32. *& p.* 3. *comp. sect.* 1. *verbo, Instantia.*
22 In causis verò fiscalibus quid dicendum, examinant *Benintend. decis. Bononien.* 76. *Marant. in praxi ciuili, p.* 5. *rubr. Et omnia fiant, &c. num.* 20. atq; *Anna singul.* 243. *Mari ad Gramm. decis.* 69. *num.* 5. ex quibus negatiua deducitur conclusio, quam insupèr tutantur *Afflict. decis.* 210. *sub num.* 1. *Martin. Laudens. tract. de Fisco, notab.* 187. *instantiam, & Francisc. Lucan. de Parma, tract. de priuil. Fisci, priuil.* 28. & aperta verba præseferunt originalis *tex. in d. l. properandum:* illa nempè, *exceptis tantummodò causis, quæ ad ius pertinent Fiscale, vel quæ ad publicas respiciunt functiones*. Inferius autèm alia supèr ea re proferemus.
Verùm contentio non exigua existit,
23 necnè illa currat in causis, in quibus proceditur summariè, & de plano, quãdoquidèm negat *Cacheran. dec.* 1. *n.* 31. & non dissentiunt *Dom. Ricc. collect. decis.* 1350. *in princ.* & alij, quos refert *Sfort. Odd. cons.* 11. *num.* 2. & consecutiuè

cutiuè cùm ſint cauſæ omnes in Regno ſummariæ, nuſquam in eo currere inſtantiam, videtur dicendum; At contrario vtimur more, nec quippè ratione carente, quin, & multis ſuffulto. Illa potiſſimùm, quod in ſummarijs quoq; & ſimpliciter loquendo, datur inſtantia, idq; rectè defendunt *Afſl. deciſ. 356. ſub num. 7. Soccin. conſ. 95. vol. 1. Alex. conſ. 50. num. 9. vol. 2. Brunus conſ. 1. n. 19. & conſ. 40. num. 1. vol. 3. Scacc. de appellat. q. 15. à num. 244.* atq; iſthæc magis communis eſt opinio, teſte *Burſato conſ. 2. vol. 3. Tuſc. lit. I. concluſ. 203. à num. 4. & concluſ. 206. num. 9. & Milanenſ. deciſ. Siciliæ 20. num. 1. lib. 1.* quem inſequuntur *Reg. Rouit. in pragm. 1. de inſt. cauſ. non reſt. n. 2. Auich. de prauent. cap. 2. q. 5. n. 15. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 94. nu. 25. Roland. Cauagnol. in decret. Montiſferrat. decret. 2. §. 10. num. 7. decret. 7. num. 123. & decret. 8. n. 1. Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 30. num. 3. Magon. deciſ. Florent. 89. Put. deciſ. 220. lib. 1. Balb. deciſ. 392. Seſs. deciſ. Aragon. 89. num. 7. Macerat. lib. 1. reſol. var. reſol. 49. n. 3. Aug. Fauſt. ad praxim Panciról. par. 3. §. 3. exſcripto, verſ. à die capti Iudicij, fol. 191. Thor. vot. 42. to. 1.* & quando alicuius conſiderationis eſſet in contrarium adducta concluſio (quod illic negat *Milanẽſis*, maximè reſpectù *Prag.* illius Regni, cuius intentionem dicit, haùd fuiſſe cauſam aliquid mutandi circa inſtantiam cauſarum) nihilominùs pateretur reſtrictionem in ſummarijs, in quibus, nec expreſsè, nec tacitè lis conteſtatur: non in his, in quibus tacitè ſaltèm conteſtatur: cuius auctor videtur *Soccin. in tractatulo de inſtantia*, quem inſeruit *Commentarijs, cap. Venerabilis, de Iudic.* eiuſq; ſectator eſt memoratus *Cacheran. & Afflict. in Conſtit. Regni*, exordiente, *hac lege, num. 9.* Itaquè cauſæ vtcumquè ſummariæ, vt
24 plurimùm, cùm admittant tacitam ad minùs litis conteſtationem, ſitq; in Regno præſertìm primus actus, qui olim explebatur immediatè ſubſequens litis conteſtationem, vt aſſerit *Carauit. Rit. 48. ſub num. 3.* & ſuper eo *Ritu* nos quoquè oſtendimus, & *Ludouic. Poſt. de manute. obſeru. 80. num. 4.* pluribus deciſionibus *Rotæ Romanæ* confirmat, in cauſis, in quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, primum actum reſpicientem merita cauſæ haberi loco litis cõteſtationis, necnon tradũt *Aſin. in prax. Iudic. §. 17. cap. 4. Marant. de ordin. Iudic. par. 6. tit. de lit. conteſt. n. 2. Oliba de action. par. 1. lib. 3. cap. 4. num. 22. Cancer. 3 par. var. reſol. cap. 17. nu. 11. Peguer. in prax. ciuil. rub. 11. de litis conteſt. num. 2. Fontanel. deciſ. Cathal. 273. num. 24. to. 1. & deciſ. 500. n. 1. to. 2. Galluп. in prax. S.C. par. 2. cap. 16. n. 2. Giurb. conſ. crim. 53. num. 21.*

25 Verũ quia datur in executiuis inſtãtia, non ſecus, àc in ſummarijs, intrat etiàm, & citrà dubium peremptio, vt peroptimè *Afflict. add. loco* ediſſerit, quod ſi in executiuis, in quibus nulla prorsùs cadit inſtantia, in eis nimirùm peremptio ceſſet, vt idemmet *Afſl.* adiungit: quin *num. 10.* inueſtigat, quando veritate fulciri poſſit axioma illud: In executiuis nedùm expreſsè, àt nequè tacitè, conteſtari litem, inſtantiamquè conſecutiuè ceſſare, reſpondet autèm id contingere in obligatione penès acta, quæ eſt ſententia lata à Iudice ex conuentione partium, iuxtà *cap. 1. de mutuis petit. cap. quarelam, verbo, Terminatis, de Symon. & cap. cauſam quæ, in verbo, Decidat, de offic. deleg.* quid verò in cauſa inſtrumenti quarentigiati; vide *Roman. conſ. 174. n. 1. & 4.* affirmantem, inſtantiam petitionis exequutionis inſtrumenti lapſu triennij perire, quem laudat *Thor. par. 1. voto 99. num. 11. Afflict. deciſ. 346. ſub num. 6. & 7. Iac. Aemil. conſ. 67. num. 1. Berous conſ. 38. num. 7. & conſ. 40. num. 1. vol. 3. Magon. deciſ. Florent. 89.* & alios mille annuentes generatim loquendo: ſpecatim verò negant in ipſo inſtrumento, & obligatione penès acta (cuius mòx meminimus) *Bar. in l. litibus*, & illic *Io. de Platea, C. de agric. & cenſit.*

lib.

lib. 11. idemquè *Affl. in constit. Regni vt post, de denunciatione, num.* 7. & sequitur *Bursat. indic. cons.* 2. *num.* 3. *vol.* 1. & *Iaffred. Lanfranch. decis.* 392. & alij, quos refert *Borrell. in summ. decis. par.* 1. *tit.* 64. *num.* 9. & nos conuenimus cum affirmantibus, quia citata parte super instrumento, illius contumacia videtur quasi quædam negatio, & illius contradictio, & instantia, ex *Romano, Alex. Beroo, & Magon. indicatis in locis*, atquè *Puteo dec.* 221. *lib.* 2.

26 In causis insupèr coràm delegatis vertentibus habere locum instantiam, eamquè perire in præscripto termino, deducitur ex eadem *l. properandum*, §. *censemus*, ibi, *Sed omnes Iudices*: *Marãt. ead. par.* 5. *num.* 9. *Mysing. obseru.* 44. *cent.* 3. *Amend. ad Frauch. decis.* 250. *n.* 1. *Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. adduct. sect.* 35. *sub num.* 21. qui rescribit practicam, obtinendi in huiusmodi causis insufflationem, & iterùm meminit *in ead. prax. tit. de contumac. & comparent. num.* 19.

27 Sed ân in causa dotis illa extinguatur *Afin.* negatiuè respondet, attento iure canonico, non ciuili, *in pract. Iudic. in princ. cap.* 3. *à num.* 69. quem laudat *Paschal. de patr. potest. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 226. sed indistinctè in fauorem dotis, quod non pereat, notat *Vrsill. ad Affl. decis.* 111. *sub num.* 2. quem laudat *Annusmens ad Capyc. dec.* 11. *num.* 4. insequiturq; *Thor. p.* 1. *voto* 42. *n.* 51. ex *Salyc.* doctrina *in l. fin. C. de iur. dot.* quã examinauimus in *Rit.* 167. *à num.* 16. & cuius meminit *Iudex Francisc. Maria Prat. obser.* 70. *num.* 13.

28 Tandèmquè in causa fractæ pacis pereat instantia cum actis probatorijs, quoad partem, mortuo accusatore, testatum reliquit *Rota Spirensis dec.* 3. *lib.* 1. addit verò aliorum sententiam fuisse, respectù vtriusq; tùnc extingui, scilicèt, partis, & Iudicis, atquè ità decisum memorat die 7. Iunij 1540.

Vbi verò datur instantia, citrà du-
29 bium, illa perempta, versatur dumtaxàt officium Iudicis in absoluendo Reum ab obseruatione Iudicij, & condemnãdo Actorem in expensis, si *Glos.* verâ fatur, *in indic. l. properãdũ*, §. *illo procul dubio, de Iudic. Alex. cons.* 136. *sub num.* 1. *vol.* 2. & *Ioan. de Amic. cons.* 32. *num.* 4. *Vrsill. ad Affl. decis.* 346. *nu.* 6. *Vant. de nullit. Rubr. quot, & quib. mod. nullit. Iudic. prapon. num.* 110. *Carrab. de syndic. p.* 1. *in form. pet. synd. nu.* 56. & *p.* 2. *n.* 106. & post *Sessam* scripsimus *in Ritu* 271. & *Carau. in hoc Ritu* insequutus notat *Gallupp. p.* 2. *cap.* 18. *num.* 29. Quæ
30 quidèm sententia, neque diffinitiua, neque interlocutoria censetur, sed mixta, habens vim diffinitiuæ, *Marant. in specul. p.* 6. *in primo actu num.* 3. *Couarr. lib.* 1. *var. resol. num.* 8. *Mising. singul. obseruat. cent.* 3. *obser.* 88. *num.* 3. *Villalob. int. commun. opin. lib.* 7. *tit.* 51. *ex fals. instr. n.* 1. nimirũ ab ea prouocari potest, & censuit *Rota*, teste *Crescent. decis.* 6. *de appell.* & *Cabedo Lusitano par.* 2. *arresto* 32. *in eius calce.*

Ea verò non reuocata, litem rursùs quit intentare Actor, qui non spoliatur eo casu Iure suo, nàm perempta quamuìs sit instantia, perdurat nihilominùs actio ad 40. annos, *l. fin. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, aitquè in hac ipsa specie *Rota Spirensis decis.* 19. àc propterea, refectis expẽsis, nouũ queat intentare Iudicium, ex *Glos. in* §.
31 *fin. vers. vigorem*, eiusdem *l. properandum*, & *Marant. adducto loco, num.* 47. etiàm coràm eodem Iudice, quin, & omnes exceptiones rursùs opponere, testesquè producere super eisdem articulis, vt omnium optimè scripsit *Mastrill.* multorum auctoritatibus suffultus *in decis.* 70. *lib.* 1. & nouus est dandus terminus *Mysinger. obseru.* 30. *cent.* 3. *Afin. in prax.* §. 2. *cap.* 6. *num.* 13. *Borrell. add. tit. de iust. num.* 65. Caueant verò Aduocati à verbo, *condemnari*, quando insufflationem spiritus petunt, dicendo, petentes condemnari, sed dicant, petiit vitæ spiritum insufflari, nàm, primo casu, nouum non euitabunt terminum, vt decisum fuit per S. C. me-

patrocinante in causa Ducissæ Ielzi, cum hæredibus Principissæ Castiglionis; Visa enim supplicatione facta ab Aduocato sene, qua prædicti hæredes petebant, condemnari Ducissam, quamuis in fine supplicationis fuisset petita instantiæ restauratio, de mense Nouemb. 1658. per S.C. *referente* nobilissimo, integerrimo, & nunquam satis laudato Viro, tùnc Consiliario, nùnc dignissimo Fisci Aduocato in Supremo Italiæ Areopago, *Dom. D. Andrea de la Torre*, morũ probitate insigni, dexteritate, àc prudentia suprà ętatem mirabili, decisum fuit, quod infrà quatnor dies audiantur partes. In banca de Amico.

32 Ignorare tamèn pudet, si in nouo intentando Iudicio vti valeat aliquibus actis, in antecedenti Iudicio agitatis, vel potiùs integer corruat processus: nimirùm, dicimus, non omnia acta extingui, & prodesse in altero intentando Iudicio, quę minimè perierunt; proùt *Alex. Angel. Tusch.* & alij mòx citandi asseuerant; quapropter inquirẽdum, refert, quæ illa sint, quæ perimant, & quidèm ciuilibus in causis pereunt ordinatoria, scilicèt, libellus, litis contestatio, iuramentum calumniæ, & consimilia acta: Verùm illa, quæ merita causæ respiciunt, haùdquaquam extinguntur, nempè, probationes, confessiones, cæteraquè similia, quod ex *Alex. cons.* 58. *lib.* 2. *Angel. cons.* 155. *& Panorm. cons. vltimo, lib.* 2. depromit *Tusch. conclus.* 92. *lit. A. Muta in cap.* 27. *Regn. Sicil. num.* 39. *tom.* 1. *R. de Ponte cons.* 142. *num.* 1. *vol.* 2. *Scacc. add. q.* 15. *à nu.* 348. *Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *de annis, cap.* 51. *nu.* 25. sed præcitatus *Mastrill. dec.* 70. *n* 3. insinuat, restringẽdum id esse ad attestationes publicatas, & acceptatas, adductus *Caualc.* doctrina *decis.* 13. *num.* 42. *par.* 1. Specia-tìm verò, quod pereant citationes, & fideiussiones, dicũt *Guid. Pap. decis.* 136. *Affl. decis.* 148. *Scacc. loco cit. nu.* 358. & post alios, *Afinius in prax. Iudiciali*, §. 2. *cap.* 11. *sub num.* 1. *Bal. cons.* 106. *lib.* 2. *Thesaur. decis.* 202. *n.* 12. *R. de Marin. resol.* 184. *num.* 9. *tom.* 1. Vnum nota, quòd licèt probatoria, perempta instantia, non pereant, tamèn ficta probatio, per quàm quis habetur pro confesso, iuxtà *Rit.* M.C.V. omninò perit quia regula procedit in vera probatione, *Balb. decis.* 282. & obseruat *Amend. ad Franch. decis.* 250. *num.* 17. *&* 18. Acta probatoria etiàm pereunt, si perempta instantia, fuisset Reus absolutus ab obseruatione Iudicij, *Marant. in verbo, Et omnia fiant durante instantia, num.* 62. *Cancer. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 16. *de lit. contest. num.* 57. *Ant. de Virgil. de legitimat. person. cap.* 32. *sub num.* 39. *Gallupp. in prax. S.C. par.* 2. *cap.* 18. *sub num.* 35. & proindè aduertant practici, cùm conuenti sint, vt, perempta instantia, faciant se absolui ab obseruatione Iudicij.

33 Sed àn pereat in Concistorio Principis, negant *Bald. cons.* 217. *volum.* 3. *Roland. Cauagnol. in decret. Montisfer. decr.* 7. §. 2. *num.* 88. *Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 3. & in Imperiali Camera loquutus fuit *Mysinger. obseru.* 48. *cent.* 2. & de Senatus Parisiensi sermocinatur *Ioannes Imbert. Rupellan. lib.* 2. *for. instit. cap.* 2. de quo meminit *Thes. dec.* 10. *n.* 16. & in Gallia quoquè seruari, notat *Rebuff. ad Constit. Franc. tom.* 1. *in proœm. Glos.* 5. *num.* 31. *Papon. arrest. Franch. lib.* 12. *tit.* 3. *arrest.* 18. *Natta cons.* 283. *Sfort. Odd. cons.* 11. *num.* 1. *Tusc. lit.* I, *conclus.* 203. *num.* 12. *Reg. Tap. decis.* 1. *Supremi Senat. num.* 27. *Amend. ad Franch. decis.* 250. *num.* 21. *Bursat. cons.* 2. *n.* 4. & in Collaterali Consilio ob præsentiam Proregis, qui personam Regis, repræsentat, nunquam illam perimere, obseruatum, refert *Reg. Sansel. in prax. S.C. sect.* 35. *num.* 21.

34 At pereat nè illa in Regio Consilio, non exigua cõtentio videtur inter Regnicolas, discutitquè adamussim *Molf. cons.* 47. *in* 2. *par. suorum commentariorum ad Consuet. Neapolit.* inibiquè multos ad vtramquè partem comprobandam coaceruat Doctores, ipse verò in

in negatiuam propendet, necnon *Rota Spirensis indic. decis. 19. lib.*1. qui generatim loquendo in Cōcistorio Principis, ità resoluit, & speciatim in S. C. scripserat *Marant. in prax. par. 5. verba, & omnia fiant durante instantia, num.* 15. & hanc audactèr insequitur aleam *Consil. Carleual de Iudic. tom.*1. *disp.* 2. *q.* 7. *num.* 943. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 68. *num.* 3. *lib.* 1. *& decis.* 123. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. *Consil. Staiban. resol. forens. cent.* 2. *resol.* 134. *num.* 8.

Isthæc tamèn assertio potissimùm respectù Sacri Consilij, si veritate fulciretur, vt quid perditio esset in casu *Reg. de Pont. cons.* 142. *vol.* 2. scribere, & tàm longo sermone ex causis multis in eo memoratis ostendere, haùd interijsse instantiam, & apud *Afflict. decis.* 283. *n.* 4. *de Franch. decis.* 643. *Tap. decis.* S.C. 38. *nu.* 5. & alios inquirere, nùm sententia S. C. lata post peremptam instantiām sit nulla, quin, incassum perplures alij ex relatis auctoribus recensuissent multas in eodem consilio super ea re ventilatas quæstiones, & vanè excitatæ, & decisæ illæ fuissent inferiùs recensendæ, præsertìm quoad insufflationem spiritus, necnon vsus cōtradiceret, & insufflari spiritum vitæ, haùd consuesceret in causis, in eo agitatis, neq; fieri oporteret, cùm tamèn experimento comprobetur, passim in eo fieri, & si ratio, qua suffultus *Iustinianus Imperator*, & verba quibus vtitur, vt excluderet instantiam à Prætorio Principis, *in* §. *At hæc, in auth. de appell. & intrà qua tempor.* conueniant Regio Consilio dubitamus. Illius nāq; verba sunt: *Ad hæc sancimus, si quādo lis speratur in nostrum inferri Concistorium, si fortè contigerit, Imperatoriam Maiestatem occupatam publicis causis; ex mundanis prouisionibus, non posse conuocare Patres, quatenùs causa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium est litigantium, si culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ est auctoritatis, vt nolentem Principem possit ad conuocandos Patres, cæterosquè Proceres contrectare?* Hactenus verba illius *Constitutionis Imperatoriæ*, quæ si nèc conueniant Regio Consilio Neapolitano, omnes etiàm talpa cœciores, perspiciunt: cum eius Senatores asciscere, nō spectet ad Principem, vt, eo impedito, & conuocare nequeunte, haùd illi valeant consuetum adire Tribunal, in eoquè congregari, ad decidendas causas: Nec vnquā accidat, vt nolit illos congregari posse, aùt debere, quòd vtiquè præmaximè in eo *textu* perpenditur, quin, potiùs conueniunt semper Consiliarij omnes, operam quotidiè nauantes expediendis litibus. Imò, & Iura Regni non aliud proclamant, non aliud statuunt, necnon pijssimorum Regum, eorumq; Proregum, hæc vna sempèr præcipua cura fuit, vt propterea non Iudicum negligentiæ ascribendum, àt vitium sit litigantium, si in eo minimè terminentur iurgia, àc propterea ratio cōtraria, qua inibi *Iustinianus* innititur, procùl quippè erit, & prorsùs aliena à Tribunali Sacri Consilij; & consecutiuè ad illud non erit arguendum ex altero, cuius ille meminit *in* illo §. *Ad hæc sancimus*.

35 Nouissimè verò illud ipsum repetēndo, quòd pertranseundo, & occasione ducti, tetigimus de instātia, si currat, siq; pereat in Iudicio appellationis, persūctoriè nùnc explicaturi, aduertimus nō secùs, ac in prima, ità in secūda instātia habere locum instantiā, & extingui, post præscriptum tempus, ad decidendas causas in eo iudicio agitatas, nempè infrà annū, & ex causa infrà biennium, *Auth. ei qui, C. de tēp. et repar. appell. c. cū sit Romana, de appel. & clē. sicut appellationē, de appell.* vbi *Gl.* percelebris, quibus cū nulla perlegatur, quę aduersetur, Regni lex, profectò vbiq; attendendas esse, ac cūctis in Tribunalibus Regni nō dubitamus, tùnc præsertim cum speciatim aliquas extare conspiciamus illis conuenientes leges Regni, scilicèt *Ritum* hunc nostrum respectu Magnæ Curiæ. Ac respectu Sacri Consilij, siuè

de

de causis loquamur ad illud deuolutis vigere appellationis, ab inferioribus, si-
36 uè de reclamationibus à sententijs eiusdem Tribunalis (cum de ventilari cœptis in eo dixerimus suprà) extare, scimus decretum emenatum de anno 1539. consulto tùnc Excellẽtiss. Regni Prorege Don Petro Toleto, apud *Grammat. decis.* 13. & registratum inter *pragm. Regni, sub tit. de offic. S. C. cap.* 54. *& in prag.* 1. *de appellat. in antiq.* & pluriès decisum in arduis causis, testatur de *Franch. decis.* 646. *num.* 6. & non dissentiunt *Mastrill. dec.* 66. *num.* 8. *Marcell. Maur. alleg.* 100. *num.* 1. *Borrell. p.* 2. *summ. decis. tit.* 32. *num.* 137. *Vrsill. ad Affl. decis.* 78. *num.* 1. *Nouar. p.* 1. *qq. forens. q.* 6. *Reg. Rou. in prag.* 1. *num.* 3. *de appellat. & add. prag.* 54. *num.* 1. *de offic. S. C. Muscat. in prax. appellat. lib.* 2. *p.* 2. *Glos. finiendum, num.* 2. *Reg. Galeot. ad consil. Camil. de Medic.* 103. *lit. A.* & mirabilitèr defendunt *Consil. Staiban. resol. forens. lib.* 1. *resol.* 94. *Iudex Franc. Mar. Prat. ad Muscat. add. Glos. finitẽdũ, et lib.* 2. *discep. forens. cap.* 17. *Regens de Marinis lib.* 2. *quotid. resol. c.* 79. *Reg. Sanfel. dec.* 144. *n.* 16. *lib.* 1. cõtradicunt R. *Capyc. Galeot. lib.* 1. *controu.* 19. *&* 20. *& Consil. Carleual lib.* 2. *de Iudic. in addit. ad* 1. *tom.* §. 11. *per totum*, latè fundans in S. C. non currere fatalia, *et in vers. & si quid valet meum*, se à tresdecim retrò annis in S. C. astitisse, & interfuisse in innumerabilibus causis appellationum à Tribunalibus inferioribus, & in causis reclamationum eiusdem S. C. & nunquam vidisse ad fatalium exceptionem attendi, non obstante, quod à tempore priorum sententiarum, non biennium, aut triẽnium solùm, sed decèm, viginti, & triginta nonnunquam, aùt quinquaginta anni præterijssent, sed sine vllo scrupulo, aut impedimento, causas introductas in S. C. reuideri, & tractari de iustitia sentantiarum, à quibus appellatum, vel reclamatum esset, easquè, quasi nulla essent fatalia, confirmari, vel reuocari, *& ibidem inferius col.* 2. *fol.* 19. ait, in Regno nostro, tantam excreuisse litigantium malignitatem, atq; tantum Aduocatorum calumniæ, vt pro constanti habeatur, non ex appellãtium negligentia lites protrahi, sed potiùs ex illorum, qui timent de sua iustitia, calumnijs, atquè itèm ex nimia Iudicum occupatione tantæ litium multitudini intentorum; *& satis inferiùs fol.* 20. ait, vt cumquè sit, fatalia ista non seruari, quasi nulla esset *Pragm.* de illis statuens ex *Muscat. & Vrsill.*

37 Verùm quid obseruandum sit in Regia Camera, nulla Regni sanctione reperitur constitutum, quin cum reclamatio in ipsa Regia Camera ab altera in Sacro Consilio distare credatur, per notata à *Reg. Rouito super prag.* 38. §. *similitèr, num.* 16. *de offic. procur. Cæsar.* ex illa ad alteram prædictam faciendam in ipsa Regia Camera videtur non posse argumentari, & consecutiuè non quia in Sacro Consilio labitur illius instantia, vt diximus, inferendum sit ad Regiam Camerã, in qua similitèr prolabatur, & fatalia currant. Attamèn certo certiùs est, in ea quoq; non secùs àc R. Cõsilio de iure perimi, quin, & elapsis fatalibus, sententiam deseri, atquè desertam reputari, quod, ni fallimur, nemo prudentum inficiabit, cum satis sit peculiari aliqua Regni lege contrarium non definiti, nimirùm iuri communi, & Imperialibus legibus, sicùt in cœteris, parere, non dedignamur, ità in hoc quoquè stare debemus.

Insupèrquè adducitur testimonium *de Franch in dec.* 653. *propè n.* 3. *vol.* 4. qui *Carau. in hoc Ritu* meminit, nequè dissimilitudo ab eximio viro *R. Rouito* considerata *in pragm. memorata* 38. aliquatenùs aduersatur, imò potiùs opitulatur, propterea quod probare nititur, longè magis appellationi conformari reclamationem factam in Regia Camera, quam alteram in Sacro Consilio, cuius minoris virtutis, ac priuilegij esse propositum in Regia Camera, & consecutiuè multò magis in ea vigere debent Iura omnia de appel-

lationibus loquentia.

Vndè accidit acerrimè trutinandus articulus hic in Regia Camera inter Ducem Andriæ, & Principem Sancti Seuerij, àc Ducem Turris Maioris, & in gratiam Ducis calamum arripuit, *Dom. Reg. Capyc. Galeot. lib. 1. controu. illustr. controu.* 19. *lib.* 1. quem laudat *Dom. Reg. Capyc. Latr. decis.* 123. *nu.* 5. *lib.* 1. & acritèr sustinuit, in causis reclamationum interpositarum à sententijs S. C. & Tribunalibus Reg. Cameræ fatalia non currere, & *cap.* 20. *seq.* omnibus exemplis relatis per *Dom. de Franch.* satisfacere conatus fuit.

Pro Principe verò scripsit *Dom. R. Io. Francisc. de Fonte cons.* 62. *& cons.* 63. *tom.* 2. qui palmam reportauit, decisumquè fuit in gradu reclamationis, obstare desertionem sub die 15 Ianuarij 1618. vt ipsemet *Reg. Galeot.* testatur *in fin. controu.* 19. & notat *Dom. Reg. de Marin. ad Reuerter. decis.* 178.

38 Ipse verò tantùm recordor, *Affl. in Constit. Accusatorem, la 2. sub n.* 4. *vers. vtrùm in* Regia Camera, nècnon *Marant. par.* 5. *Specul. nu.* 20. *fol.* 41. quos refert *Anna singul.* 243. *Reg. Tap. in l. fin. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 34. *ff. de Constitut. Princip. Consil. Paschal. de patr. potest. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 22. *Thor. par.* 1. *compend. decis. verbo, Instantia in causis fiscalibus, Nouar. super prag. in rubr. de instant. causæ, collect.* 1. *num.* 6. *Gallup. in prax. par.* 2. *cap.* 17. *num.* 24. *Ricc. collect.* 90. *Reg. de Marin. ad Reuert. decis.* 139. *num.* 3. *lib.* 1. omnes concludentes, in Regia Camera Summariæ instantiam nunquam currere, neq; extingui, & qui innixus verbis *Marantæ* respondeat, verum esse in causis fiscalibus, ipsum errore lapsum opinaremur, cum referendo auctoritatem *Afflicti*, ità sentiat, quem *Affl.* insequitur *Palma in diuers. iur. sup. cap. detestantes, Glos.* 5. *num.* 6. *Afflicti* autèm verba ad solum causam fiscalem non videntur restringi, ea nàmq; sunt: *Vtrùm in Regia Camera Summaria currat instantia, talitèr vt possit allegari peremptio instantiæ, ego dixi, quod in* Regia *Camera nunquam perit instantia, sicùt est de Iure Canonico, in cap. pen. de Iudic.* simplicitèr itaquè, & absolutè loquendo proponit quæstionem, & absolutè paritèr respondet, adijciens duas rationes his verbis: *Primam quia in causis fiscalibus non est dare instantiam triennalem, vt dicit tex. in l. properandum, Cod. de Iudic. Secundam, quia consuetudo potest facere, quod in causa non pereat instantia, vt est Glos. fin. in l. præscriptione, & ibi Bal. in* 7. *col. C. si contrà Ius, vel vtil. public. & in dicta* Regia *Camera est consuetum, quod non perit instantia, igitur. &c.* Quamobrèm supèr illis commentando, dicimus eundem *Afflictum* non vti priori ratione tanquàm finali, quia alteram non adiunxisset, quin, & altera, nisi in alijs militaret non fiscalibus causis, vanè addita fuisset, propterea quod non opus erat consuetudine, in fiscalibus, in quibus expresso Iure sancitum fuerat, nè laberetur, quotquot enim sunt *Afflicti* verba omnia certè præseferunt, in omni causa vertente in eo Tribunali instantiam cessare, præsertim verò cum non alia agitetur causa in eo Tribunali, nisi, quæ aliquo saltèm ex capite intersit fisco, iuxtà *prag.* 37. *de Offic. Sac. Regij Consilij*, atquè ideò iustè in hęsitationem reuocari potest decisio in dicta causa fauorabilis Principi Sancti Seuerii, quia tamèn nostrum non erit tantorum Patrum rescindere vota, libentèr doctiorum quiescimus consiliis.

39 *Carau. in hoc* Ritu *num.* 4. existimat in nostro Regno prorogari instantiam vno tantùm in casu, scilicèt, citatione ad dicendum, ad aliud triennium, & *Capyc.* etiàm *decis.* 109. *sub num.* 15. tenet, citatione ad dicendum perpetuari instantiam, & consecutiuè ipso Iure, nullo præcedente facto Principis, aìt alterius superioris: & tamèn huius *Ritus* verba loquuntur de prorogatione facta per Serenissimam Reginam, & sic non de altera prædicta, intermedia citatione ad dicendum, atq; ideò non vnico

vnico tantùm modo in Regno prorogari inſtantiam, vt *Carau.* opinabatur; ſed multis, nempè quatuor, quos recenſet *Marant. par. 5. num. 46.* Aduertimus tamèn diſtinguenda eſſe tempora; vt diſtinguamus ſcripturas, àc propterea penſatè *Carauitam* dixiſſe hodiè, eò quod noſtris temporibus, non ſolet Princeps prorogare terminum, & ſic ante illius finem dilatare illum ad alios menſes, vel annos, ſed tantùm illo tranſacto, reſtaurare, vt etiàm monuit *Paris de Puteo loco inferius citando*, & conſecutiuè ex capite prorogationis non procedi alio modo, quam citatione ad dicendum decreta ad partis petitionem, & ſic quatenùs prorogatio generatim ſumatur, ea contingit vnô ex quatuor modis: quatenùs verò ſpeciatim, ſcilicèt in caſu, quo nondum prolapſo termino, ampliatur, non niſi per citationem ad dicendum: cum itaquè generatim loquimur inſtantia prorogatur, aùt renouatur, vt diximus, vno ex quatuor modis. Primò nempè, per inſufflationem ſpiritus, cuius ſermo erit *n. ſeq.* Secundò, vigore reſtitutionis in integrum, cuius idem *Maranta* ſermonem fecerat, *nu.* 35. & milleni tradunt *DD.* quos *Oddo Sfortia* commemorat *in tract. de reſtit. in integr. par. 2. q. 67. art. 2.* inſequiturquè *Marius Muta deciſ. 98.* Tertiò, per repilogationem actorum de conſenſu partium, & latè probat idem *Marant. num.* 45. Poſtremo autèm modo, per actionem de nouo intentandam, iuxtà tradita à nobis in ſuperioribus.

Quibus ſic conſtitutis, non erit vanum longiorem ſubiicere ſermonem in his ſummatìm tantùm nùnc recenſitis modis, prò illorum declaratione: atq; à priori exordiendo, dicimus, controuerſum quandoquè fuiſſe, ſi citatione
40 ad dicendum prorsùs, & in totum perpetuetur, àn citiùs ad certum tempus, quandoquidèm *Muſcatell. par. 7. Gloſ. Sententiam, ſub nu.* 55. concludit in vniuerſum protendi, & ad ſempèr, & confirmāt *Ricc. collect. dec.* 1245. *Thor. par. 1. compend. verbo, Inſtantia, Piſanell. ad Affl. deciſ.* 283. *Reg. Capyc. Latr. deciſ. 68. num. 13. lib. 1. & deciſ. 223. num. 6. lib. 2. Conſil. Staiban. reſol. forenſ. lib. 1. reſol. 15. Paſchal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 8. num. 30. Maſull. ad Capyc. deciſ.* 109.

Verùm *de Franch. deciſ. 643. nu. 5.* ad aliud tantùm triennium, (exordiendum à die, quo primum finiit) extendi, affirmat, & notat *Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 134. num. 2.* necnon aſſentitur *Carau. adduct. num. 4.* quem laudat, & inſequitur *Gallupp. in prax. S. C. par. 2. cap. 18. num. 21.* Itaquè verba *Ritus* haùd reſtringenda venirent ad hunc caſum, in quo Iure ipſo dilatatur, ſed ad omnes, in quibus Princeps prorogaret; ità quod eiuſmodi prorogatio ſuffragetur tamètſi poſt triennium, vel bienniū, reſpectiuè ad naturā, & qualitatem cauſæ, ciuilis, aùt criminalis producatur, dum tamèn anteà fuerit conceſſa, vt in *Ritu* aſſeritur, quamùis enim poſſit, àc ſoleat, adhùc tempore elapſo, concedi tùnc nihilominùs non prorogatio, ſed reſeruatio, ſiuè reſtitutio citiùs diceretur, ob quod nimirùm verba *Rub. & tex. de inſtant. cauſæ non reſtituend.* perleguntur, & Cauſidici inſufflationem ſpiritus propriori vocabulo appellitant, quin, & tria prædicta nomina ſynonima eſſe, iuſtè admonuit *Rouit. indic. Rub. de inſtant. cauſæ non reſtituend. num.* 20. quippè magiſtrali-
41 tèr de more addit, terminum inſufflationis iàm dictæ, quo ipſi vtuntur practici, & Tribunalium non expertes, eſſe terminum legalem, depromptum ex *Gloſa* magna *propè medium, in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimplicitèr*, ibi, *niſi Prætor inſufflet in ea ſpiritum vitæ, ff. ex quib. cauſis maiores*, & nos addimus aliam eiuſdem vtentem verbis, *in §. rursùs; verſ. Reſciſſa, propè fin. inſtit. de action.* & mille poſſemus adnectere *DD.* quos breuitati ſtudendo præterimus, non tamèn omittimus prætèr noſtrates, & noſtra Tribunalia, admittere eundem terminum, dictaquè inſufflatione

tione vti etiàm externa, potissimùm Cameram Imperialem, teste *Gaspare Guilelmo decis. Rotæ Spirens. 19. lib. 2* eamq; esse de regalibus, & consecutiuè solius Principis, vt scripsit *Marius Muta decis. Sicil. 97. sub num.* 8. subnectens, id illi competere, adhùc in terris Ba-
42 ronum, non autè Baronibus ipsis, quod longo quoq; themate probat *Rol. à Valle cons.* 4. potissimùm à *num.* 11. *vol.* 3. & opitulantur, quæ in materia auocationis causarum congessimus supèr *Rit.* 233. Supradictis igitur existentibus terminis, vera fatur *Paris in suo tract. de syndic. verbo, Sententia*, cum ait, nostris his temporibus non amplius prorogari instantiam, sed peremptam resuscitari, intermedia spiritus insufflatione, & in Regno isthæc restauratio conceditur à Domino Rege cui hoc competit, *Hieron. de Leo decis. Valent.* 107. *num.* 6. *Giurb. decis.* 116. *num.* 21. *Mastrill. decis.* 70. *num.* 8. *Afflict. in cap.* 1. *num.* 36. *tit. Quæ sint regal. Tusc. lit. I. conclus.* 215. & seruari in Gallia, testatur, ex *Boer. in Consuetud. Bituricens. tit. des coustumes concernans les inges, & leurs iurisdicion*, §. 23. *Carau. in hoc Ritu num.* 2. cuius meminit *Borrell. add. tit.* 64. *num.* 20. & in Statu Mediolani, *Costa de remed. subsid. remed.* 94. *in princip.* & in hoc Regno
43 Regis vice à Spectabile Præside S.C. conceditur, *Tasson. de antefat. vers.* 3. *obseru.* 4. *num.* 212. tradens, id permissum, etiàm Dom. Proregi *in vers.* 2. *obseru.* 2. *num.* 45. & dixerat *de Franch. decis.* 250. *sub num.* 5. Sed praxis hanc potestatem priuatiuè tribuit Domino Præsidi, talitèr. interpretando *prag.* 3. *num.* 2 *de offic. S.R.C.* illi porrecta supplicatione, sub titulo, *Sacræ Regiæ Maiestati*, nedùm in hac Ciuitate, sed in toto Regno, Regijs Audientijs, & Curijs Regijs, & Baronalibus, *Mafull. ad Capyc. decis.* 306. *Muscatel. Glos. sententiam, num.* 69. *Auus meus ad Gramm. decis.* 69. *num.* 1. Exceptis Audientijs Hydrunti, & Barij, quarum Præsides spiritum vitæ insufflant, *Reg. Rou. in rub. prag. de inst. caus. num.* 19. *Nicol. Ant. de Palma in diuers. iur. comm. & Regn. ad prag.* 2. *de ordin. Iudic. Glos.* 1. *n.* 27. *Tasson. de antefat. vers.* 3. *obser.* 3. *in* 17. *author. Præsid.* S.C. quibus Audientijs dari titulum Sacræ Regiæ Maiestatis, inquit idem *Tasson. sub nu.* 62. huiusce tituli rationem ibidèm reddens, quam examinat *Anich. de præuent. cap.* 2. *dub. vnic. num.* 61. *fol.* 107. Non intelligitur restaurata, si Princeps mandet, quòd Iudex, seù Commissarius iustitiam faciat, *Ludou. decis. Lucens.* 24. & 43. *Mari ad Gramm. decis.* 69. *n.* 1. *de Laurent. decis. Auenion.* 61. quos insequitur *Mich. Angel. Gizz. ad Capyc. Latr. decis.* 68. *num.* 7. rescribens post *Anich. add. dub. vnic. num.* 71. *circa med.* solitam decretationem, *Quòd procedatur in terminis, in quibus causa reperitur, lapsu temporis non obstante, habita ratione expensarum, quæ de iure habenda erit, seruata forma Regia pragmaticæ*.
44 Quo existente supposito, ex eo facilè corrolariũ illud enascitur, quod quia restauratur, & spiritus insufflatur, non eadem durat, aût est instantia, sed alia, & noua, testibus *Reg. Rouito, & Anna in mox citandis locis*, insupèrq; *Angel. in l.* 3. *n.* 1. *C. de tempor. appell. Gramm. decis.* 103. *nu.* 117. & 119. *Costa in suo tract. de retrotraction. cap.* 9. *cas.* 17 *n.* 1. & 2. *Reg. Sanfel. decis.* 144. *num.* 14. *tom.* 1.
45 Ex quo illud deducitur, vt instantia perempta, si aduersarius, contra quem instauratur, aliquod adipiscatur priuilegium, quo nequeat coràm priori conueniri Iudice, sed altero, vtiquè in eius præiudicium restaurari instantia non possit, & instaurata eius non sit virtutis, vt propptereà continuanda veniat lis in eodem Tribunali, cùm remitti ad competentem Iudicem ratione adepti priuilegij omninò debeat, *Reg. Rouit. in rub. de instant. caus. non rest. num.* 14. decisum fuisse in S. C. ipsomet proponente subnectens, *Caualc. dec.* 10. *n.* 33. *Mart. de iurisd. par.* 4. *cas.* 141. *n.* 48. *Ceuall. de cogn. per violen. par.* 2. *q.* 37.
Ca-

Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 1. *num.* 1241. *Vrsill. ad Afflict. dec.* 331. *num.* 2. *Gramm. dec.* 103. *ex num.* 114. *Paschal. de patr. potest. par.* 1. *c.* 8. *num.* 218. *Trentacinq. lib.* 2. *resol.* 4. *nu.* 40. *de Iudic. Gallup. in prax. par.* 2. *c.* 16. *num.* 38. *Carleual de Iudic. par.* 1. *disp.* 2. *q.* 5. *num.* 311. & *q.* 7. *sect.* 3. *num.* 942.

46 Quin, respectù clericatus intereà assumpti, vt sit remittendus Clericus, non obstante insufflatione spiritus, prætèr supradictos Auctores, admonuit *Ann. singul.* 129. ex rationibus, quas metitur idem *Gramm. add. loco*, illa præsertìm, quòd insufflatio spiritus nequaquam retrotrahitur, & alij citati admittunt Auctores, nècnon *Consil. Rocc. respons.* 36. *num.* 12. *to.* 2. *Reg. Sanfelic. dec.* 144. *num.* 3. *tom.* 1. tradens, quid dicendum in Clerico, cui fuit liberata pecunia à Iudice laico, cum cautione de restituendo cui, quibus, & quando, ad omnem ordinem, àn perempta instantia causę particularis, sit locus declinatoriæ fori si agatur de auocatione pecuniæ, & tetigit *in dec.* 2. *num.* 17. *vers. Quid verò dicendum*, & videndi ad materiam *Consil. Carleual add. sect.* 3. *à num.* 946. idem *Sanfelic. decis.* 210. *Reg. Rouit. decis.* 44. *Francisc. Maria Prat. discept. forens. cap.* 42. & 48. *lib.* 1.

Suppetitquè ratio altera, atq; simile de fideiussore ad repræsentandum, qui solutus ab obligatione censeatur, eo ipso, quod principalis ordine clericali initiatus fuerit, teste *Bossio in tit. de carcerat. fideiuss. committen. n.* 42. *Baiard. ad Clar. q.* 46. *num.* 105. *Guazzin. in tract. de defensam, cap.* 4. *num.* 47. *defens.* 6. Sic licèt priuilegium lite pendente impetratum non valeat, vt latè declarat *Gabriel. commun. opin. lib.* 2. *tit. de Iudic. conclus.* 5. tamèn, instantia perempta, reuiuiscit *Ann. singul.* 402. *Anus meus ad Gramm. dec.* 65. *num.* 6.

Illud autèm, quod insufflatio non retrotrahitur, cessat, vbicunq; de consensu partium, restauretur, eo quippè casu retrotrahitur citrà dubium, *Bar. & Alex. in cit. l. properandum, Soccin. cons.* 31. *vol.* 1. *Carocc. decis.* 44. *n.* 3. *Cost. de retro. cap.* 9. *cas.* 17. *num.* 9.

Veluti etiã si restauretur virtute restitutionis in integrũ, siquidèm tùnc quoquè retrotraheretur, vt optimè tutãtur *Soccin. cons.* 299. *vol.* 2. *Barbat. cons.* 84. *vol.* 3. *Boer. decis.* 247. *Franc. Marc. decis.* 532. *Mysing. obseru.* 32. *cent.* 1. *Hieronym. de Laurent. decis. Auen.* 133. *nu.* 12. *Odda de rest. in integr. q.* 67. idemq; *Costa dicto casu* 17. *in calce num.* 10. *Mari ad Gramm. decis.* 103. *num.* 56.

Sed non esse concedendam minori in integrum restitutionem, si peteretur aduersùs peremptionem instantiæ, iudicatum refert in Regia Camera *Dom. Consil. Marcian. cons.* 45. *sub nu.* 16. cum de modico præiudicio agatur, id quod non satisfacit *Anichin. de prauent. instrum. q.* 5. *cap.* 2. *sub nu.* 46. dùm rationem à *Marciano* enunciatam possit temporis ratio, & expensarum reddere falsam, & proindè cogitandum monet in huiusce articuli noua decisione facienda, aùt veteri tuenda.

47 Quot autèm vicibus insufflari possit, contentio existit apud *DD.* quorum aliqui semèl tantùm posse crediderunt, eosquè recenset *Roland. eodem cons.* 4. *num.* 61. *vol.* 3. ipse verò subdit *n.* 62. iteratò etiàm cõcedi licere, quod etiàm *Gramm. decis.* 69. atq; *Capyc. decis.* 165. quos laudat *Ricc. collect.* 89. & meminit confusè *Donad. de renunc. cap.* 26. *n.* 65. *tom.* 1. admittunt, vel tribus ad summùm, consulit ex eadem *decis. Gramm.* illiusquè *cons.* 28. *n.* 7. desumens *Marius Muta decis.* 97. *num.* 15. sed *Anna in Consilit. Diuæ Memoria, num.* 191. existimat, adhùc pluriès licere, & tradunt *Afin. in prax. Iudic.* §. 2. *cap.* 16. *num.* 14. *Mari ad Gram. dec.* 69. *Muscat. in prax. S. C. lib.* 1. *Glos. sententia, par.* 7. *num.* 51. & videndi *Mastrill. de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 370. *Capiblanc. in prag.* 8. *num.* 139. *de Baron. lib.* 1.

Imò, & quinta quoquè vice restauratam fuisse in Sacro Consilio, spreta partis post insufflationem contradictione

ne atteſtatur, quin, & millies plus esse, credit *Vrsill. ad Afflict. decis. 356. n. 5.* cuius dictum libentèr abhorremus, & periniquum censemus, itidèmq; alterum *Anna* priùs relatum; tot enim Iura peremptionem iustè decernentia, & eludunt, & prosternunt; nec Principis indulgentia tanta esse debet, vt alios grauet nimis, ác lites immortalitati ascribat, quòd profectò, vt extirparent, legislatores tot emanarunt leges, instantiam omninò perimentes, quarum meminimus suprà, & nisi opus fuisset, aùt expediuisset, ità decerni, non perdurassent ad hæc vsq; tempora, nèc tādiù viguissent, vt probauimus supèr *Ritu* 184. hoc *to.* 2. profuerunt itaq; àc propterea ab illis non erit prosiliendum, quamùis *Vrsilli*, & sequacium sententia à multis, expetentibus iurgia, admittatur.

48 Nihilominùs indubitati Iuris esse dicimus, insufflationem haudquaquàm concedi posse, aìt debere, postquam aduersarius exceptionē opposuerit instantiæ peremptæ, iuxtà *decis. 5. Minad.* aitq; præterea *Reg. Rouit. adduct. prag. 1. de instant. caus. non restit. num. 7. Caualc.* auctoritate suffultus, necnon aliorum ab eodem *Caualc.* recensitorum, *in tract. de tutor. & curat. num.* 21. atque etiàm *Alex. cons. 237. n. 13. vol. 6.* cum Principis gratia operari haùd possit contrà ius tertij, *Gramm. decis. 105. num. 116. Pasch. par. 1. cap. 8. à n. 205. Reg. Sanfel.* memor *Reg. Rouiti, in dec. 145. num. 9. to. 1.* adeò quod aduersùs Principis rescriptum ius alteri quęsitum tollens, debet ab inferiori rescribi, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de abund. Ciuit. §. 3. à num.* 14. & ibi *Thor.*

Additq; idem *Rouit.* ad hanc sustinendam aleam, vt, facta oppositione, de desertione causæ, neq; possit appellatio reuideri ex eisdem actis, ex *Pulner. in add. ad decis. Afflict.* 175. & in simili ex *Saray ad Matthesil. sing.* 155. *num.* 14. *Consil. Hodiern ad Surd. dec. 70. num. 6.* nosq; addimus *Mar. Cutel. de donat. contempl. matrim. tract. 1. discurs. 2. par. 6. sub n. 144. Tell. Fernand. in 2. par. l. 3. Tauri 9. in fin. Azeued. lib. 4. tit. 14. l. 2. num. 19. Thesaur. decis. 7. Cost. de re integra, dist. 27. num. 3.* qui loquitur de gestis à falso procuratore quæ à domino nequeunt ratificari, post oppositionem nullitatum illorum, *Biloch. alleg. 4. num.* 8. necnon *Anum meum ad Gramm. decis. 67. n. 2.* vbi affirmat, quod licet ex officio testes non possint repeti vsq; ad sententiam, *Carau. Ritu 69. Afflict. in const. terminum vitæ, Gabr. comm. conclus. de testib. concl. 21. num. 25. Thesaur. decis. 262.* idem *Auus meus ad Gramm. decis. 28. num. 4.* tamèn quando allegauit in limine expeditionis fieri non posse, ex *Pinel. de resc. vend. 1. par. num.* 13.

Verùm demirari debemus, quod idem oculatissimus *Reg. Rouit.* prætericrit *adductam 5. decis. Minad.* apertis verbis id decidentem, eò maximè, quod illam perlegerat, dùm aliò tendens, eius meminerat, *in dicta Rubrica pragmaticarum, de instant. non restauranda, sub num.* 14. vbi preterea adiungit, esse decisionem auream, aureisq; literis scribendam, Ex quibus haùd inhærendum esse, aduertimus *decis. de Franch. 643. sub num. 5.* & verbis *Marchionis de Ponte* illum commendantis, *in cons. 142. sub num. 3. vol. 2.* Neuter siquidèm eorum viderat *memor. decis. Minad.* & consecutiuè intellexerat, contrarium decisum fuisse per S. C. si nāq; illius habuissent notionē, in contrariam non vtiq; propendissent sentētiā, vèl auctoritatibus saltem, ac rationibus propriam defendere, conati essent, si potuissent. Aùt tandèm, non tam siccis pedibus, pertransissent; Ità quod dùm *Minadous* perfunctoriè illius quæstionis veritatem inuestigare nixus est, & rationes validas pensitantes, Consiliarij, qui decisioni interfuerunt, in eam propenderunt resolutionem, quam, & consideratè etiàm amplexus est idē *Rouitus*, alijs quoq; impulsus auctoritatibus, non erit ab ea recedendum, & verbis incidentèr prolatis

à *Pre-*

à *Præside de Franch.* accedere, alijsq; *Regentis de Ponte* illum insequentis, vt clienti satisfaceret, acquiescendum non erit, tùm præsertìm, quod viua voce *Præses* ille *R. Rouit.* alloquens, suam decisionem, restrinxit, attento voto Consiliariorum votantium in ea causa, ad oppositionem à parte oretenùs factam, non in scriptis, eodem *Rouito* teste *n.* 8. cuius meminit *Auus meus in nou. annot. ad Capyc. decis.* 11. *num.* 4. *in fin.* ipsumq; *Rouitum* insequitur *D. Petrus Quesada differt. quotid. iur. differt.* 13. *num.* 81. At contra decisionem S. C.
49 apud *Minad.* & distinctionem *Reg. Rouit.* pluriès legimus, fuisse concessam instantiæ restaurationem, non obstante oppositione priùs facta, tàm in voce, quàm in scriptis: Sic decisum in S. C. in causa Nicolai Cocci, Baronis Terræ Quatrorum, cum Barone Maluezzi, & iterùm in causa Io. Pauli Ragusci, cum Io. Andrea Bonauoglia, recenset *Anichin. de præuent. instrum. c.* 2. *dub. vnic. num.* 60. & in causa Io. Pauli Cirilli, cum Luca Antonio Riuera, tradit *Thor. p.* 3. *compend. decis. sect.* 1. *verbo, Insufflatio spiritus, fol.* 579. & aliàs determinatum memorat *Reg. Capyc. Latr. decis.* 68. *lib.* i. & centiès obtinuisse appellationis reuisionem ex eisdem actis, haùd obstante partis oppositione de causæ peremptione, testatur *Dom. Reg. de Marin. ad Reuerter. decis.* 534. *num.* 3. *in fin.* Tu cogita; habent sua sydera causæ.
50 Citationem verò non requiri in concedenda insufflatione, omnium est consensus, & præ cæteris, *Capyc. dec.* 165. *num.* 6. eaquè concessa vno petente ex correis etiàm alijs eiusdem litis cōsortibus prosit, tamètsi eius non sit facta mentio, decisum memorat *Thomas de Thanis decis.* 22. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 11. *num.* 13. *Chartar. decis. Genuens.* 65. *num.* 4. *Rota diuers. decis.* 22. *Staiban. add. resol.* 15.
51 *num.* 32. quin, moto Iudicio exequutionis contra debitorem, & tertium possessorem, nominato dumtaxàt ipso tertio possessore, impetrata, tacito debitore, faueat eidem quoq; debitori, ait, àc decisum testatur *Flamin. Chart. cit. dec. Genuens.* 65. rationibus multis comprobans; Sed àn possit restaurari ad instan-
52 tiam creditoris vnius ex litigantibus, affirmatiuè *R. Rou. dec.* 29. *Thor. par.* 3. *comp. sect.* 1. *verbo, Instantia perempta, Cons. Hodier. ad Surd. dec.* 110. *n.* 24.
53 Sed modus, quo illa concedatur, varius quippè est, attenta varietate petentium, si Reus, àn Actor ille sit. Quippè quod priori in casu, quia nulla considератur mora, non additur clausula, refe-
54 ctis expensis, teste *Gramm. decis.* 91. *n.* 5. & obseruant *Muscat. in prax. S. C. lib.* i. *par.* 7. *Glos. sententiam, in add. sub num.* 53. *lit. E. Ricc. collect. decis.* 89. 116. & 2049. *Reg. Rouit. in prag.* 2. *nu.* 15. *de inst. caus. Tepat. lib.* 1. *var. sentent. tit. de instant. verbo, Omnia, Sola in cōmentar. supèr decr. ad caus. tit. de Iudic. Glos.* 3. vtiquè verò in altero casu, quo non alitèr auditur Actor, nisi persolutis expensis per Reum erogatis in illa instantia, *And. in constit. spontè volentibus, Afflict. in constit sæpè contingit, num.* 4. *Boer. decis.* 247. *num.* 11. *Molfes. ad consuet. Neapol. tit. de renunciat. q.* 1. *num.* 53. *Afinius indicata praxi cap.* 16. *num.* 10. *Thor. par.* 2. *compend. decis. verbo, procedi àn possit, Reg. Capyc. Latro decis.* 68. *num.* 15. *tom.* 1. *Rouit. in pragm.* 1. *de instant. caus.* quidquid contrarium testetur *Constant. Pap. ad Carau. in hoc Rit. lit. A.* quem improbat, & benè, *Viscont. ad Franch. decis.* 331. cuius meminit *Thor. p.* 2. *cōp. verb. procedi, & p.* 3. *sect.* 1. *verb. Actor perēpta*, à quarum persolutione neq; mulier,
55 neq; minor excusētur, testatur *Bar. in l. edita*, & inibi *Bolognettus, num.* 149. *C. de edend.* de muliere loquētes, & *Sfortia Oddus tract. de rest. in integr. q.* 10. *art.* 3. *in fin. Mastrill. decis. Sicil.* 70. *n.* 25. *Paschal. de patr. potest. cap.* 8. *à nu.* 203. de minore autèm loquens id ipsum scribit *Salyc. in ead. l. properandum, sub num.* 53. *Cod. de Iudic.* cum de ambobus verba faciens, ità concluserit *Mastril. dec. mem. Sicil.* 70. *n.* 15. tamètsi

Fff

mètsi in minore videatur dubitandum, ex *decis. Lanfranch. 336. si culpa Molfes. cons. 47. num. 5. Reg. Capyc. Latr. add. decis. 68. num.* 12. & àn excuset paupertas, *Cremens. singul.* 112. *Mastrill. de Magistrat. tom. 1. lib. 1. cap. 22. à n. 19. Gabr. Aluar. Velazq. de priu. pauper. p. 1. q. 28. num. 41. Ioseph Mele, & Mari ad Gizzar. decis.* 74. est itàq; adeò verum,
56 vt restituantur expensæ; quòd si, illis minimè refectis, procederetur, nullus omninò esset processus, non obstante insufflatione obtenta, *Afflict. decis.* 70. *Caualc. decis. 22. n 56. par. 3. Chartar. decis. Gen. 24. Mastrill.* multis auctoritatibus suffultus, *in cit. decis. 70. n. 12.* & quid si refectio illarum non fuerit petita, *Auus meus ad mox cit. decis. 165. Capyc. in fin.* & quid si posteà reficiantur expensæ anteà petitæ, àn Iudicium reconualidetur, resolue ex exaratis à *Guid. Pap. decis.* 50. quæ dùm perso-
57 lutæ fuerunt, haùd veniunt restituendę actori, si in causa obtineret, *de Franch. decis.* 231. *Boer. decis. 324. num. 5. Surd. decis. 274. num. 1. & cons. 64. num. 1. Rebuff. in constit. Galliæ, tit. de sent. prouis. artic. 3. Glos. 1. num. 22. to. 1. Auus meus ad Capyc. mem. decis. 165. n. 1. & ad Gramm. decis. 91. num. 6. Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 8. n. 213. de Laurent. de Iud. suspect. c. 14. n. 108. Borrel. in summ. decis. tit. 39. num. 232. par. 2.*
58 Veiùmtamèn in secunda instantia, necnè locus sit prædictæ insufflationi fuit non semèl dubitatum, scilicèt, si tùnc liceat instaurare instantiam, tùm in priori, tùm in posteriori peremptam, siuè potiùs desertam, & vtroq; casu annuit *Boer. decis. 247. num. 12.* tamètsi in posteriori à Principe dumtaxàt concedi posse, adiungat: addimus *Asinium* explicantem, *in prax. Iudiciar. §. 2. cap. 16. num.* 11. & nos credimus, denegandam penitùs esse in causa, appellationis, nèc vnquam concessam vidimus, sed fatalia currere, & restitutionem in Tribunalibus Ecclesiasticis minimè impartiri, nisi cum clausula, proùt de Iure; qua passim vtitur signatura, & sine qua nunquam signaturam solere impartiri restitutionem, scripsit *Episcop. Campanil. in diuersorio Iuris Canonici, rub. 11. cap. 13. num. 297.* vbi deinceps materiam ipsam prosequitur.

Et illud prò Tironibus notandum, multa obire acta, nè prosint in nouo intentando Iudicio, quæ tamèn proficua omninò sunt, cum instantia restauratur per spiritus insufflationē, alioquin vana illa esset, si perirent, quæ etiàm, nulla concurrente restauratione, iterùm agendo, extinguerentur, idquè præsertim deducimus ex verbis *Maranta p. 5. sub num. 32.* ibi: *Et sic Rex insufflat, & facit instantiam reuiuiscere, perindè, ac si perempta non esset*; cuius verba non sempèr, & ad sempèr intelligēda erunt, cum multis quoquè in casibus perduret, àc si non reuixisset; nempè in casu quē retulimus *n. 45.* de mutatione pri-
59 uilegij, necnon in iuramento de calumnia, si denuò præstandum sit post renouatam instantiam, cum affirmatiuè respondendum esse, dixerit *Alberic. in dic. l. properandum, vers. Sed nunquid renouata instantia, sub num. 13. C. de Iudic.* quem insequitur *Reg. Sanfelic. decis. 114. num. 14. lib. 1.*
60 Fideiussiones insupèr si reuiuiscant, tamètsi non exilis sit quæstio, quam periucundo methodo, accurataq; serie, tractat doctissimus *Consil. Philipp. Paschalis in tract. de virib. patr. potest. p. 1. cap. 8. à n. 203.* quem conlaudat *Gallup. in prax. S. C. par. 2. cap. 18. num. 40.* nihilominùs non renasci, mordicè defendit, nosq; omnino assentimur; etenim
61 in reliquis actis, de interesse eiusdem conuenti tantùm agitur, cui restitutione expensarum subuenitur, verùm in fideiussionibus agitur de interesse tertii fideiubentis, cui nullatenùs succurritur, & Principis indulgentia quæuis intelligitur, dummodò, alteri præiudicium non inferat, *l. nec Auus, Cod. de emancip. liber. l. 2. §. nè quid à Principe, ff. nè quid in loco publico, l. 2. de natal. restituend. Felin. in cap. cum olim, de sentent. & re iudic. num.* 8. *Honded. cons.*

*cons.61. num.31. cons.64. num. 19.vol. 1. & cons.31. num.63. consil.39. n.45. & cons.88. num.41. tom.2. Mut. to.3. cap.Sicil. cap.22. num.*40. & 44.& diximus supra, vt propterea minimè intelligatur tertio præiudicatum, nisi addita speciali clausula derogatoria, teste *Rubeo decis.*22. suppetitque ratio illa, proficiscens ex defectu voluntatis ipsius fideiubentis, quæ nusquam atten-
62 ditur ad tempus prorogatum, ex regula *tex.in l.cum Hermes,C.locati*, adiunctis alijs per ipsummet *Paschal.*mentionatis, *eod. cap.* 8. *num.* 18. & *Riccium collect.*337.præmaximè referente *Mysing. obseru.*53.*cent.*6.& *Cappell.Tholos.decis.*181. quorum sententiæ haudquaquam contradicunt congesta per *Marium Mutam decis.Sicil.*33.*nu.*25. & 31. nàm sunt in ea re opiniones ad inuicèm contrariæ, vt est videre apud *Anton. Gabriel.conclus.3.de fideiussor.* & vniusquisq; abundat in suo sensu, & hoc præsertim in casu, in quo iam extincta erat instantia, & reuiuiscerat intermedia instauratione, ità quod si nouatione tantùm intercedente, & alterata obligatione, cessare fideiussionem, scripsit idem *Muta decis.* 11. *n.*4. longè magis vbicunq; extincta fuerit, quod idem *Muta* admittit *decis.*100. *num.*8. àc speciatim in casu nostro restauratæ instantiæ, scribunt prætcalendati auctores, & consecutiuè non dilatatur ad tempus extinctæ instantiæ per lapsum triennij, & restauratione intercedente, renouatæ, cui plurimùm confert assertio altera de fideiussione, quæ sit stricti iuris, ideòq; non extendibilis, *Muta decis.*45. *num.*6.repetitq; *in ead. decis.*100. *n.* 10. subnectens, ob id non extendi de re ad rem, de loco ad locũ, de casu, ad casum, de tempore, ad tempus, de persona, ad personas, de facto, ad factum, neq; de certo genere negotiationis ad alterum; qui omnes assertas conclusiones distinctè comprobat, longoq; sed perutili sermone perfunctoriè extricat, vt censuerimus illius *decis.* verba omninò perlegenda in contingentibus casibus, ad cognoscendum, quando fideiussores dicantur à præstita fideiussione immunes, vel potiùs illius virtute adhùc obnoxij.

63 Tandèmq; vt finem huic Ritui imponamus, inquirimus, si consensu partium prorogetur instantia, cuius vtilitatem prætèr *Carau. hoc in Ritu num.*7. inuestigăt *Mysing. obseru.*48. *centur.*3. *Thesaur. decis.*10. *Boer. decis.* 283. *Ricc. collect. decis.* 1350. *par.*4. *Osasc. decis.*1. *nu.*3.*Roman.cons.*173.*sub n.*6. *Alex.cons.*137. *in causa, & lite, vol.*2. *Anchar. cons.*284. *Genua obseru.* 155. & 167. *Ioseph Ludouic. decis.*36. *Soccin.cons.*31. *vol.*1. *Roland.cons.*21.*n.*9. *vol.*3. *Cauagnol. in decreto Montisferrati* 2. §.13. *num.* 3. *Lanfranch. decis.* 426. *tempus instantia, & Glos.in l.*2.§. *Sed si Iudex, vers. inhibita, ff.de Iudic.* quorum sententia negat, & vera censetur, nisi fuerit instantia Iuris coarctata à statuto, quia prorogabilis tùnc esset consensu partium ad tempus vsq; instantiæ legalis, sic enim testati sunt *Salyc. Alex.& Iason indic.l.properandum, Felyn. in cap.venerabilis, vers.Secunda declaratio, de Iudic. & Maranta ead.*
64 *p.*5.*sub n.*17. alijq; plures, & maximè Iure *Concilij Trid. in cap.*20.*sess.*24. *de reform.* in illis verbis. *alioquin post id spatium liberum sit partibus, &c.* vt defendit *Soarez de Paz in sua praxi Ecclesiastic. to.*2. *prælud. vlt. num.*18.

65 Sed cõpromisso prorogetur, deducitur manifestè, ex *Cassad.decis.*9.*de appell. Guid.Papæ decis.*115.& 240.*Gratian. decis.* 172. *Balb. decis.*479. *Matthesil. singul.*24. *Lanfranch.decis.*479. *Campanile add. cap.*4.*n.*11. & *ex Carauita in hoc Ritu*, confirmat *Auus meus ad Gramm.decis.*12. *num.*11.

66 Postremò, legentium memoriæ reducimus, omnem interpretationem in dubio faciendam esse pro non peremptione instantiæ, teste *Decio in cap. vt debitus, not.* 1. *de appell. Beroo cons.*1. *n.*7. *cons.*36. *in eius calce, & cons* 181. *num.*22. *vol.*3. *Barzio decis.Bononiensi* 32. *num.* 12. quia sic pronunciando con-

consulitur vtriquè parti, ex sententia Giurba decis. 20. num. 18. prout in dubio iudicandum, nō esse appellationem desertam, scribunt *Dec. cons. 83. cons. 356. & cons. 690. Sfort. Odd. cons. 11. num. 8. Tusch. lit. I, concl. 212. num. 1. lit. L, conclus. 384. in fin. & lit. V, conclus. 181. Scacc. de appellat q. 7. n. 18. limit. 1. Giurb. decis. 34. num. 7. Lancell. de attent. app. pend. limit. 1. n. 22. Bursat. cons. 145. num. 9. lib. 2. Reginell. de appellat. §. 6. Glos. 2. cap. 5. n. 22. Menoch. lib. 2. præsumpt. cap. fin. n. 88. de Franch. decis. 351. nu. 2. Ann. sing. 625. Carau. in Rit. 264. num. 14. Reg. Reuert. decis. 535. & ibid. Dom. R. de Marin. n. 3.* qui idem notat, *in obser. ad decis. 578. num. 3.*

RITVS CCXLIX.

Itèm, quod omnes interloquutoriæ, quæ tangunt partes: assignantur vni ex fiscalibus, vt ipsas legi faciat à Iudicibus.

SVMMA RERVM.

1 *Ritus iste àn dissentiat à Ritu* 110.
2 *Sententiarum lectura cui competat.*
3 *Ritus obseruantia, & altera* Rit. 110. *àn hodiè vigeant.*
4 *Fiscus iure priuati passim fungitur, nisi in casibus, in quibus nominatim priuilegiatus apparet, & in dubio non habet priuilegium.*
5 *Satisdare verò, & iuramentum præstare de calumnia non tenetur.*
6 *Est semper soluendo, & assimilatur stomacho, qui omnia digerit, & sempèr præsens præsumitur.*
7 *Hypothecam àn habeat in bonis debitoris, cum prælatione.*
Sed àn prò Iuregabella præferatur domino domus conducta prò facienda taberna supèr vegetibus, vino plenis.
An doti, & habentibus personalem actionem, & creditoribus prò medelis, & funeralibus.
Quid, in bonis posteà quæsitis, cum alijs ad materiam.
8 *Præferaturnè pro pœna creditoribus delinquentis:*
9 *Bannito succedit.*
10 *An hæres dicatur, quando delinquenti succedit, & nùm teneatur facere inuentarium.*
11 *In legitima, & trebellianica àn succedat.*
12 *An apprehendat hæreditatem delatam, & non agnitam per condemnatum.*
13 *Bona fideicommisso subiecta confiscare àn valeat.*
An succedat in summa reseruata in donatione.
14 *Ratione partis, quam habet supèr re cum alio socio, potest rē ipsam totam, inuito socio, vendere, ipso requisito, qui est præferendus.*
15 *Pretium tamèn cuicunq; à quo rem aliquam accipit, vtiq; soluere tenetur.*
Sed àn iuxtà æstimationem ab expertis faciendam, vel potiùs aliud maius, quod ab altero inuenitur.
16 *Victualia quis cogitur vendere, tempore carestiæ, pecunia præsenti, & ad ea vendenda, cogendi sunt omnes.*
17 *Quilibet tenetur vendere fisco tantum terreni, quod sufficit ad erigendum furcas, & dare boues prò exequenda iustitia.*
18 *An sit obnoxius soluere cōdēnati debita, cuius bona confiscauit, alere filios, & vxorem, filiasq; dotare.*
19 *An sit legitimus successor in bonis illius qui ab intestato decedit, nullo relicto successore.*
20 *Quando succedit in hæreditatibus vacantibus àn teneatur soluere creditoribus cum assensu, & qua cautela.*
Et erogare eleemosynas pauperibus prò anima defuncti.
21 *Restitutio, necnè fisco denegetur, subijcitur.*
22 *Possitnè vassallos constringere ad emēdum res confiscatas, breui quippè, sed perutili sermone, subijcitur.*

Fi-

23 *Fisco tenetur quis edere scripturas.*
24 *Causas tandèm in alijs Curijs pendentes ad suam trahere quando valeat.*
25 *Fisci priuilegia recensentur, remissiuè.*
26 *Fisci Aduocati eas lites prosequi debēt, in quibus bonum ius fiscum habere, constiterit.*
Verba Therdorici Regis rescribuntur.

Ritus iste dissētiret à *Ritu* 110.
1 nisi declaratiuè adderet fiscalem, dùm namq; *Ritus* ille dicit, *vel alteri deputando per Curiam*, ille sit, & intelligatur fiscalis deputatus per hunc *Ritum*. Isthæc quoad assignationem procedunt, quo
2 verò ad lecturam, dixerat *Ritus* 168. eamq; fieri debere à fiscali monuerat, sed nostri *Ritus* verba fieri à Iudice contendunt, quin, continuo vsu Magnæ Curiæ probari, asserit *Ritus* 268. ibiq; nos delibamus.

Hodiè tamèn neutra prædictorum
3 Rituum obseruantia viget, cum in omnibus relatis conclusionibus præualeat dispositio *Prag.* 17. §. 9. *de Offic. Magist. Iust.* & videndus est *Muscatel. in prax. S.C. Glos. condemnando, num.* 24.

Alia verò huic Ritui conferentia, quia minus vtilia, silentio inuoluimus, atq; occasionem nacti verborum in *Ritu* adiectorum, *vni ex fiscalibus*, ad vtiliora pergimus. Fiscum itaquè, iure priuati fungi in casibus omnibus, in quibus aliquo exprefsè concesso fauo-
4 re non fruitur, ac nominatim priuilegiatus non apparet, scripsit *Surd. decis.* 13. *num.* 1. *& cons.* 199. *num.* 6. *&* 7. *Muta in decis. Sicil.* 97. *sub num.* 18. quin, in dubio non habere priuilegium ipsemet *Surd.* concludit, *decis.* 18. *n.* 1.
5 Verùm nè teneatur satisdare, idem *Surd.* addit, *decis.* 184. *num.* 8. nèc iuramentum præstare de calumnia, idem *Muta decis.* 45. *num.* 4. est sempèr sol-
6 uendo, ex illiusmet *Surdi* verbis, *in decis.* 183. *num.* 7. assimilatur stomacho, qui omnia digerit *Auus meus ad Gram. decis.* 14. *num.* 8. sempèr præsens præsumitur, *Cappell. Tholos. decis.* 228.

7 Hypothecam habet in bonis debitoris, *Grat. decis. March.* 17. *num.* 2. pro publicis tamèn pensionibus, tributis collectis, & functionibus fiscalibus, declarat *Surd. decis.* 311. *num.* 2. & ibi *Dom. Consil. Hodiern.* & ostendit *Gait. de credit. cap.* 4. *q.* 11. *num.* 2056. *& in appendic. num.* 116. *Reg. Sanfelic. decis.* 239. *num.* 48. *Pras. Merlin. controu. forens. lib.* 1. *cap.* 2. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. to.* 1. *lib.* 11. *tit.* 25. *n.* 1. *&* 2. *Parlador. differ.* 48. §. 2. *num.* 4. *Rodriq. de concurs. credit. par.* 1. *art.* 2. *num.* 1. *Tasson. de antefat. vers.* 5. *obseru.* 1. *n.* 30. & pro iure Gabellæ ipsum præferri domino domus conductę proficienda taberna, supèr vegetibus vino plenis, post *Dom. Reg. Reuerter. decis.* 378. *num.* 2. probat *Andr. Capan. in tract. de iur. adoha, quaes.* 47. *num.* 56. quem laudat *Thor. in compend. decis. par.* 3. *sect.* 1. *verbo, Fiscus, vel dominus taberna.*

Nùm doti præferatur, *Ant. Nigr. de subhastat. cap.* 11. §. 3. *num.* 4. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 72. *& ad Reuerter. decis.* 378. & quid pro primipilaria administratione, & in corporibus dotalibus, *Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 3. *q.* 94. *num.* 24. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 91. *Merend. lib.* 6. *controu. cap.* 39. *n.* 8. *&* 9. *Ramon. cons.* 86. *D. R. Marcian. disp.* 47. *nu.* 49. *Hieronym. de Palma cons.* 19. *num.* 32. *Fontanel. de pact. nuptial. claus.* 3. *Gl.* 2. *par.* 3. *à num.* 13. *Dom. Scipio de Martino in alleg.* 125. *num.* 88. *in to.* 3. *post resol. quotid. Dom. Reg. de Marin.* qui etiàm inquirunt, àn præferatur creditoribus, tenentibus expressam hypothecam, & quid de habentibus personalem actionem, *Reg. Salern. decis.* 60. *num.* 8. *Reg. Rouit. decis.* 83. *num.* 32. quorum meminit *Thor. par.* 3. *compend. sect.* 1. *verbo, Fiscus, Reg. de Marin.* latè *ad Reg. Reuerter. dec.* 367. dicens, ipsam *decis. Reuert.* 367. de verbo ad verbum fuisse impressam inter *decis. Reg. Salern.* & esse memoratam *decis.* 60. quid in bonis post obligationem quæsitis, idem

Reg.

Reg. de Marin.lib.1. quotid. cap.47. & ad Reuert. decis.389.

Et àn creditoribus pro medelis, & funeralibus, extricat *Thor. ead. sect. 1. 3. par. verbo, Fiscus àn præferatur creditori*, quos certum est præferri habentibus expressam, ad tradita per *R. Capyc.Latr.decis.47.tom.1. Carleual de Iudic. to.2. lib. 1. tit.3. disp. 29. nu.7. Ludon.decis.67. Mier.de maior.q.28.n. 32. Merlin.de legitim.lib.2.q.15. n.13. Ripoll. variar.resol. cap. vlt.num.406. Gait. de credit. cap. 4. quæs. 11. num. 1910. Perez Sigler cons. 14. de Petris cons.49. Consil.Staiban.resol. 64. à n.1. lib.1.* quidquid decisum in contrarium dixerit *de Franch. decis. 51.* pro quibus medelis mulier se obligans in viri beneficium, Velleiano non iuuatur, vt decisum tradit *Dom. Gizz. ad memor. decis.47. Reg. Capyc.Latr. num.7.*

8 Sed àn præferatur prò pœna creditoribus delinquentis, *Thor. par.1.compend. verbo, Fisco*, affirmatiuam resolutionem M. C. V. recenset, aduersùs quem inuehit *Dom. Reg. de Marin.lib. 1. quotid.resolut.cap.148. num.13.* sed ipsemet *Thor.* se defendit *p.3. comp.dec. sect.1. verbo, Fiscus prò pæna*, pluresq; distinguit casus *Helisæus Danz.* videndus ad *Gramm. decis. 67. à num.126. cum seq.* & videndi *Io: Gallus q.130. per arrestum, pag.166. & in arrest. 125. fol.201. Caball. resol.crimin. casu 201. à num.47. tom.3. Gothofred. à Bauo in tract. reatuum, q.26. num. 28. Anton. Fab. in C. lib.9. tit.27. defin.3. n.1. & Reg. Constant. in l. 1. C. de pæn. fiscal. lib.10. Prat. obseru. 15. num.40.* quid prò expensis erogatis pro captura delinquentis, àe incorporatione bonorum confiscatorum, *Consil. Carleual de Iudic.to.2. disp.1. num.29. & disp.12. num.*

9 Bannito succedit, idem *Muta dec.49. num.3. Ripol.variar.resol.cap.vlt.n.44. de execut. censual.* semperq; quod de-
linquenti succedit; id, tanquam hæres
10 extraneus facit, non per repræsentatio-
nem, sed per annihilationem, illemet
ait, *num.4. & n.37.* & notant *Menoch. cons. 1253. num. 8. Quesada dissert. 18. nu. 53. & 54.* dici propterea quasi heredem, certum est, idq; nõ propriè, sed anomalum, & successorem vindictæ in exigendo, ob quod deuinciri inuentarium conficere, & nihilominùs conueniri à damnati creditoribus haùd posse, vltra ratam bonorum, in eumquè, nec instantiam transire, annuit idem *Muta decis.49. n.41.* & tradunt *Leoncillus de priuileg. pauper. par.2.priuil. 194. num.4. Afflict. decis.385. n.6.* & ibi *Add. Abb.de Maur. in add. ad Patrem alleg. 84. Peregrin. de Iure fisc. lib. 5. tit. 1. num. 53. Garron. de Iur. & priuileg. fisc. auct. 36. decad. 1. cap. 176. Francisc. de Clapper. in centur. cas. fisc. caus. 2.q.1.n.6. Reg.Constant. in cit. l.1. à n.112. C.pæn. fisc. credit. prefer. lib.10. Consil. Rocc. respons.97. num.17. to.2. Gizz. ad Capyc.Latr.decis.15. nu.5.* & videnda exarata à *Reg. Salernit.dec.50. Reg.de Marin.quotid. resol. cap.130. R. Capyc.Latr. cons.131. num.36. lib.2.* qui *Muta* in legitima, & trebellianica fiscum succedere, docet, *in decis.46. nu. 19.* quod adeò verum existimat, vt quamuis à testatore posse prohiberi confiscationem suorum bonorum, ibi concluserit, cessare tamèn
respectù legitimæ, & trebellianicæ ca-
11 put illud, excludens fiscum, adnectit;
imò, & illum acquirere dominium in confiscatis rebus absq; traditione, & possessione, scripsit *decis. 29. num.28.* in qua reuidẽdi sunt *Laderch.cons.101. Cost. de port.rata q.233. in fin. Merlin. de legit.lib.3. tit. 1.q.32.*

Ad hæreditates verò, & successiones futuras, quamùis rebellium, non admitti, docent *Ruin.cons.123. volum.4. Gomes.var. resol.tit.de confiscat. bonor. à num.1. Mangil. de imput. & detract. legitim. q.4. à num.34. Consil. Hodier. ad Surd. decis. 167.* & videndi *Præs. Merlin.controu.forens.cap. 20. & cap. 21.* & àn possit fisci debitor delatam
12 sibi hæreditatem non agnoscere, &
illam expressis verbis repudiare in præiu-

iudicium fisci, *Episcop. Carol. Maraut. respons.* 23. *num.* 95. *to.* 1. *Marcabrun. cons.* 83. *num.* 1. *Mastrill. decis.* 277. *num.* 54. *Iudex Prat. obseru.* 15. *à n.* 13. *Quesada add. differ.* 18. *à num.* 57.

13 Quin, & bona fideicommisso supposita, confiscationis ex causa, apprehendere, nequeat, adeò verũ existimamus, vt, neque constitutione quauis, valeat Princeps, illa sibi ascribere, vt est videre apud *const. 6.* §. 8. *Sixti V.* qui illo in casu prædicta bona fisco applicari, mandauit, durante vita naturali domini, ergo, quia, illo defuncto, applicare in præiudicium fideicommissariorum nequiuit; verùm in Regno grauatus si sine liberis decesserit, si commiserit crimen Lœsæ Maiestatis, eo cum filijs defuncto, cui sint bona deferenda fisco, filijs, vel fideicommissario, & quando, rebellione ab hærede patrata, sit locus fideicommisso, pertractant *Reg. de Marinis lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 148. *à n.* 11. *& cap.* 166. *n.* 10. *& lib.* 2. *c.* 18. *n.* 3. *Viscont. in concl. verbo, fiscus,* alijq; quos recensuimus *in Rit.* 220. *sub n.* 32.

Sed nè fiscus ipse apprehendat hæreditatem delatam, & non agnitam per condemnatum, idem *Surd. decis.* 140. asseuerat, & post alios pretèr adductos, aduertit *Muta decis.* 20. *num.* 5. *& 6.*

Nèc fiscus succedit in summa reseruata in donatione, quamuis donantis condemnati successor existat, tradunt *Muta dec.* 49. *del Castil. dec.* 142. *to.* 2. *D. Petr. Quesada differt.* 18. *num.* 83. *Matthesil. singul.* 71. *Mastrill. dec.* 277. *P. de Afflict. controu. iur. resol. cap.* 10. *num.* 30. in quo *cap.* nouitèr, & iucundè disserit, quando, donante, inopinato casu, ab intestato defuncto, quantitas in donatione omniumbonorum ad disponendum reseruata, donatario potiùs, quàm illius successoribus ab intestato, sit applicanda, ad intellectum *tex. in l. conficiuntur, ff. de iur. codicill.* & limitationem *decis.* 600. *Pres. de Franch.* & videndi *Cancer. variar. resol. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 112. *Caualcan. decis.* 12. *par.* 4. *Seff. decis.* 48. *num.* 7. *Theasur. decis.* 97. *Gratian. discept. forens. c.* 50. *Surd. decis.* 272. *Amat. variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 76.

14 Sed ratione partis, quam habet supèr re cum alijs socijs, possit ipsam rem totam, & inuitis dictis socijs, vendere, *Grat.* admonuit, *decis. Marchia* 169. *n.* 7. *Reg. Constant. super trib. libr. Cod. pag.* 15. *num.* 3. Dato quod commodam pateretur diuisionem, *de Ponte tract. de potest. Proreg. tit.* 4. §. 2. *num.* 43. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 28. *num.* 14. *de Petr. cons.* 3. *num.* 10. requisito tamèn socio, qui est præferendus in emptione, si velit, *Franc. Marc. decis.* 368. *num.* 1. *p.* 1. *Marsil. sing.* 441. *Fusc. sing.* 81. *Gratian. add. decis.* 169. *num.* 8. *& tom.* 5. *discept. forens. cap.* 874. *num.* 4. *R. Sanfelic. decis.* 326. *num.* 11. *par.* 3. non tamèn fiscus potest rem communem locare, *Andr. de Barul. in l.* 1. *C. de vendit. rer. fisc. com. cum priu. lib.* 10. ex *tex. in l. fin. C. de vectigal.* rationem discriminis tradens, sed contrarium vidisse seruatum, dixit *Reg. Lanar.* teste *Gizz. ad Capyc. Latr. decis.* 28. *n.* 30.

15 Pretium tamèn soluere cuicunquè subdito, à quo ipse, vel eius Princeps abstulit rem aliquam, citrà controuersiam tenetur, ex *Bal. in l.* 2. *C. prò quibus causis seru. liber. accip. Andr. in cap.* 1. §. *similitèr, de capit. qui cur. vendid. & in cap.* 1. *verbo, Plaustrorum, quæ sint regal. Gabriel. commun. conclus. tit. de Iure quæsit. non tollen. conclus.* 2. *n.* 16. *Rolan. à Valle cons.* 69. *num.* 44. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 133. *num.* 19. *Gozzad. cons.* 5. *num.* 12. *Vincent. de Anna alleg.* 69. *num.* 49. *Suar. alleg.* 10. *Reg. Capyc. Galeot. controu. lib.* 1. *contr.* 52. *num.* 21. *Reg. de Marin. ad Reuerter. decis.* 445. *num.* 1. *& Hieronym. Laurent.* videndus *dec. Auen.* 127. concludit, domino molendini deuastati, ordine Ducis exercitus, ne ab hostibus occuparetur, & eis prò pugnaculo esset, reficiendum fore pretium, non ab administratoribus Ciuitatis, prò cuius defensione damnum illatum fuit, sed à domino exercitus.

Et

Et quod pretium soluere obstringatur, illud nè, iuxtà æstimationem expertorum, vel potiùs aliud maius, quod alter offert, *Reg. Reuert. dec.* 436. & ibi *Reg. de Marin.*

16 Idquè pecunia præsenti, ad instar illius, qui etsi cogatur vendere victualia tempore penuriæ, ad tradita *in l.* 1. §. *cura carnis, ff. de offic. Pref. Vrb.* non tamèn habita fide de pretio, sed pecunia numerata, *Glos. in l.* 1. *verbo, Necessitatem, C. de commun. seru. manumiss.* commendat eam ibi *Bal. Anan. in cap. præsenti, de Iudæis, Gregor. Lop. l.* 46. *tit.* 28. *in Glos. fin. in fin. par.* 3. *Auiles in cap. siuè legibus Prætorum, cap.* 17. *n.* 9. *vers. Nota vnum*, qui haùd vendere tenetur, etiā iusto pretio oblato, si nō habeat vltrà propriam necessitatē, *Castr. in l.* 1. *Cod. de Episcop. Audient. Bertach. verbo, Victualia, Auiles add. loco, n.* 10. Ad ea verò vendēda omnes Ciues cogendi sunt per generale statutum, non vnus tantùm specialitèr, *Bal. in l. nemo, C. vnde vi, Auil. mòx cit. n.* 16.

17 *Iacobinus* insupèr *in l. Reipublica, num.* 13. *ff. de iure dotium*, scribit, teneri quemlibet vendere fisco tantum terreni, quod sufficiat ad erigendum furcas, & fulcitur doctrina *Io. Andreæ ad Speculatorem, in rubric. de exequut. sententia*. Sic licebit Officiali pro exequenda Iustitia, capere boues, vel asinos, domino inuito, soluto Logherio, ex *Alberic. de Ros. in l. fin.* §. *Titius, de pignor. action.* notat *Affl. in Constitut. Regn. omnes officiales*, subnectens, teneri, resarcire damnum, eo quod boues, in quibus Reus ducitur ad supplicium, non sunt ad arandum ampliùs apti, id quod aduertit *Paris de syndicatu, verbo, captura, vers. An si officialis*, quē laudat *Auus meus ad Grammat. decis.* 75. *num.* 2. & nonnulla tradit *Danz. tom.* 1. *de pugn. DD. tit. de official. in gener. cap.* 11. *à num.* 50.

18 Est prætereà obnoxius, idem fiscus vniuersa debita condemnati persoluere, cuius bona confiscauit, *Clar. q.* 78. *num.* 28. *Fuscus singul.* 136. exordiente, *Fiscus, Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius, vers. Et vxorem nomine, Adelesiam, n.* 850. *de testam. Mutain cit. decis.* 49. *n.* 41. *Andr. Facch. controu. illust. lib.* 6. *cap.* 21. & *Lanar. cons.* 14. atq; ideò teneatur alere delinquētis filios, necnon filias dotare, vxoremquè alere, compensetquè creditum cum illius debito, non immeritò *Surd. Corn. Cassan.* & alios complures testatos esse, scripserit *Guazzin. in tract. de confiscat. bonor. conclus.* 20. *à nu.* 13. quem insequitur *cit. Muta, sub eod. num.* 41. imò creditoribus illius satisfacere deuincitur, etiàm prò bonis ex causa delicti deuastatis, idem *Clar. q.* 82. *statuto* 8. *sub num.* 4.

19 Et fiscum esse legitimum successorem in bonis illius, qui ab intestato decedit, nullo ex descendentibus, & collateralibus relictis intra decimum gradum, docent *tex. in l.* 1. *in l. vacantia, C. de bonis vacantibus, lib.* 10. *in l. si bona, Cod. de bon. author. Iudic. possid. Reg. de Marin. ad Reuerter. decis.* 347. post *Alfar. de offic. Fiscal. Glos.* 20. §. 9. *tit. de bon. vacan. num.* 140. inquirens, àn hæc conclusio locum vendicet in bonis defuncti Clerici.

20 Et àn fiscus, qui ob lineam finitam in feudalibus obnoxius est satisfacere de ipsis bonis feudalibus creditoribus cum assensu, valeat ab illis obtinere cessiones ab ipsis creditoribus, & vigore, illarum agere contrà tertios possessores bonorum allodialium prò soluti recuperatione, lepidè, & nouitèr inquirit *Dom. Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 132. & notandum, fiscum, qui succedit in hæreditatibus vacantibus, teneri erogare eleemosynas pauperibus prò anima defuncti, *Affl. in Constit. Dohana, num.* 5. *Thor. vot.* 3. *num.* 36. *par.* 1.

Quin, fiscus creditori agenti cum assensu in casu deuolutionis, non possit opponere, vt agat contra burgensatica tradit post alios *Gallupp. in method., feudal. par.* 4. *cap.* 50. *de deuolut. feudor. num.* 52. *vers. Secundum dubium*, ex vul-

vulg. *tex. in l. Creditoris arbitrio, ff. de distract. pignor.* iam abrogata *Regia Pragmatica* edita in anno 1531. vt decisum Iunctis Aulis, testatur *Paul. Staiban. senior cons.* 88. *a num.* 18.

21 Restitutionem insupèr denegari eidem fisco defendimus, generatìm loquentes super *Ritu* 161. speciatìm verò, vt in criminalibus, & pœnalibus illa non gaudeat, scripsere *Gremens. singul.* 23. *Alfar. de offic. fiscal.* Gl. 17. *num.* 45 *& 46. Gabr. commun. conclus. lib.* 7. *tit. de criminal. conclus.* 13. *Sfort. Odd. de rest. in integrum, par.* 1. *q.* 3. *art.* 13. *à num.* 85. *Imbrian. de primo, & secundo benef. consider.* 8. *à num.* 162. *Reg. de Marin.* ad *Renert. decis.* 341. *num.* 1. *& decis.* 431. *num.* 1. & aduersùs lapsum instantię in capitalibus, seù criminalibus causis, loquitur *Gramm. voto crim.* 31. quem sequitur *Muta indicata decis.* 97. *sub num.* 18. proùt nequè altera aduersùs sententiam post quatriennium, adhùc virtute scripturarum de recenti repertarum, *R. de Ponte suo tract. de potest. Proreg. tit.* 4. §. 2. *num.* 37. *Marius Giurb. decis. Sicil.* 106. *num.* 3. latèq; *Hector Caracciolus alleg.* 8. *tom.* 3. *post resol. quotid. Reg. de Marin.* sicuti neq; ad augumentum pretij bonorum venditorum iure hastæ fiscalis in assignato termino ad faciendam addictionem, quo prolapso, bānimentum rursùs fieri interdicitur, alteramq; licitationem fiscalium bonorum vt optimè declarat *Francisc. de Clapperijs, par.* 1. *caus.* 5. *q.* 2. *Præs. de Ganauer. cons.* 2. *R. Donat. Anton. de Marin. lib.* 2. *quotid. cap.* 147. & ân possit infringere locationem, ex iustâ belli causa, ad maiorem etiàm pretij auctionem *Consil. Dom. Ioan. Dexart dec.* 33.

22 Illud prætereà non omittimus, cuius contrarium seruari vidimus à Commissarijs quibusdam latrunculatoribus, & partibus clamantibus, non erat auditus, nè fiscus cogere priuatos valeat, ad emendas res confiscatas, *Natta consil.* 500. *num.* 7. *Gratian. discept.* 149. *n.* 3. & memoratus *Giurba decis.* 86. *nu.* 2. quod tamèn certis in casibus restringitur, coaceruatis per eundem *Giurba in suo tract. de Princip. potest. in actus humanos, lib.* 2. *cap.* 6. quorum præcipuum censemus, ad emendum iusto pretio frumentum ipsius fisci, nè pereat, aùt vinum, aùt aliud quodpiam simile, per *Bar. in l. vnica, sub num.* 4. *C. vt nemini liceat in emption. spec. ier. se excusare, lib.* 10. sequiturq; *Affl. super cap. post natale, vers. & scias, sub num.* 11 in codice meo, *de Pace tenend. in vsibus feud.* quorum quippè verba præseferūt apertè id licere, quando communitas, aùt fiscus abundaret frumento, & corrumpi posset, si illud seruare vellet, atquè prætereà *Ant. Burgos in cap.* 1. *de empt. & vendit. num.* 19. secùs si corruptum iam esset, aùt marcescere cepisset, vt malè ex eorundem *Bar. & Affl.* auctoritate, carpere elaborauit, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 2. *in princ. num.* 12. *cum seqq.* quod multò minus licere Baronibus, innotescit omnibus, cum fiscum non habeant, etiàmsi merum, mixumquè retineant Imperium, cum publicatione bonorum, teste *de Ponte eod. tract. tit.* 1. §. 5. *num.* 63. vt proptereà reprehendimus non semèl nonnullos, siuè frumentum, siuè vinū diuidentes intèr vassallos, & eorū antè ianuas vtrumq; corruptum, & marcidum proijcientes, qui coacti postmodùm fuerunt valorem persoluere, quo frumentum, aùt vinum venundebatur.

23 Fisco insupèr teneri, quemquā edere scripturas, aduertimus, in causa ciuili, ex veriori, & communiori sententia, cuius, post alios complures, testantur *Giurba decis.* 94. *num.* 4. *Gramm. cons. crim.* 9. *Pacian. de probat. cap.* 63. *n.* 46. *Matthias Berlich practic. conclus. concl.* 45. *num.* 1. *C. de testib. Gabriel de Parcia in prax. edend. rubr. de vniuers. instrum. edit. tit.* 5. *resol.* 3. *nu.* 42. *lib.* 1. *Episcop. Barbos. in collect. ad text. in l.* 2. *num.* 4. *C. de edend. Iudex Francisc. Mar. Prat. obseru.* 95. *num.* 34. atquè ideò in more videmus, fisci ad instantiam demandari passim Baronibus, vt co-

eorum baronagij titulum ostendant.

24 Trahendi insupèr ex priuilegio Ius habeat ad suum Iudicem omnes causas in alijs Curijs pendentes, si dependant à causa fiscali, probat omnium assensus *in l. 3. in 2. intellectu*, C. *de Iure fisci*, *Bar.* potissimùm *num.* 4. *& Ioann. de Plat. num.*5. atq; *Castrens. in l. venditor, num. 3. ff. de Iudic.* quod si de pecunia stipendiaria à fisco soluenda ageretur, cessaret quippè Ius euocandi, ex pulchra *decis. Francisci de Clapperijs, par.2. caus.* 53.

Sed *de Curte in suo diuersor. p.2.c.3. num.* 57. scripsit, vbicunquè fiscus est Actor, vel Reus, siuè Auctor laudatus, agitandam esse causam coram suis Iudicibus, adhùc quando superueniret pro suo interesse, tùnc enim ad suos Iudices trahere causam credidit, adductus *l. si minori, Cod. de iure fisci, lib.* 10. vno tamèn considerato intellectu illius *textus* fulcitur etiàm doctrina *Anchar. in cap. ea quæ*, 17. *q. de reg. iur. in 6. Pauli, Castrens. & Cagnoli*, *in l. venditor, de Iudic. Decij cons. vlt. in fin. & Capycij dec.* 197. quæ tamèn si omnia nitantur veritate, vàcillant animus; præsertìm ob *Capyc. decis.* ex cuius verbis propè *num.* 8. deducitur, plures fuisse in re illa opiniones, & quæ sit earum verior non exprexit; & in *num.* 10. adnectat complures *Regni Const.* negantes Procuratori Cœsaris in Regno cognitionem etiàm causarum, in quibus adhùc directè conueniretur fiscus, sed Magnæ Curiæ competere; insinuat non modo ex tribus anteà relatis opinionibus illam haùd sequutam esse, quæ fauet fisco, vt ad suos Iudices trahat, etiàm in casu, quo pro suo interesse comparuit, sed potiùs ab illa recedere videtur, & quando subsisteret eiusdem *de Curte* sententia, non generatim intelligenda esset, vt illius verba præseferunt, sed ipsius restringenda ad eum tantùm casum, in quo idem *Capyc.* verba facit, scilicet ad fiscum venditorē venientē ad defensionē sui emptoris conuenti, & Iudiciū in se assumeret; vt est videre in illa *decis.* post *n.* 3.

25 Hodie in Regno est expeditum, ex *cap. 26. instruc. Caroli V.* immortalis memoriæ, quod est situatum *in prag.* 13. *de offic. Procur. Cesar.* vbi fiscus Actor, Reus, vel Auctor laudatus causarum remissionem ad Regiam Cameram obtinet, *de Franch. decis.* 117. *& dec.* 133. *Reg. Tap. decis. S.C.* 18. *Reg. Rouit. in prag.*63. *num.*2. *cit. tit. de offic. procur. Cesar. Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. c.* 146. & àn debitorem debitoris trahere valeat ad suum Tribunal, *Cald. Pereyr. de empt. & vēdit. cap.* 12. *num.* 18. *Carleual de Iudic. to.* 1. *n.* 706. *D. Petr. Quesada dissert.* 18 *à n.* 17. & videnda à nobis scripta *in Ritu* 50. *n.* 3. *to.* 1.

Pro his tamèn omnibus alijsq; multis ad ipsum fiscum spectantibus. Vide *Peregrin. in suo tract. de iure fisci, Affl. in cap.* 1. *de duob. fratrib. num.*44. nonaginta fisci priuilegia congerens, & de nonnullis meminimus in *Ritu* 18. *to.* 1. & quamùis fisci patroni satagere debeant, nè eorum desidia detrimentum aliquod illa patiantur, *l. fin. C. de bon. vacant. lib.* 10. diligentiam tamèn, quæ iuri consonat, facere debent, *l. instos*, C. *de iure fisci*, *lib.* 10. & solùm eas prosequi causas, in quibus ius fi-
26 scum fouere, constiterit, *l. quotiès*, §. *sicut*, *ff. de administr. tutor. Sal. de iur. Indiar. to.*2. *lib.*4. *cap.*6. *num.*5. *Larrea alleg.* 1. *num.* 10. *vers. Sed multò veriùs*, nullumquè sub fisci priuilegij colore indebitè pulsandum esse, monet *Alciat. lib.* 8. *parerg. cap.* 6. *Valenz. cons.* 151. *n.*2. *Amaya in l. vnic. nu.* 12. *C. pœn. fisc. cred. prafer. lib.* 10. qua ratione fuit fiscus appellatus Saccus malè ablatorum, vt ex *Paul. Rub. pract. conclus. cap.* 4. *n.* 348. monet *D. Petr. Quesada dissert* 22. *sub num.* 13. legant quæso ipsi, & fiscales Iudices à nobis exarata in *Ritu* 57. *tom.* 1. contrà quem in dubio esse pronunciandum, notauimus, addimùsquè *Fontanell. decis. Cathal.* 465. *num.* 13. perlegant etiàm verba à Theodorico Rege, scripta cuidam procuratori fiscali, quorum summatim

matim meminimus *in cit. Rit.* 57. *n.* 25. eaq; *Cassador.* rescribit *lib.* 1. *ep.* 22. *var. Summè*, inquit, *fisci nostri tuẽda negotia in vtendis officij tui priuilegijs decessorũ exempla sequuturus, ità ergò per medium iustitiæ tramitem moderatus incede, vt nèc calumnia innocentes graues, nèc iustis petitionibus retentatores exoneres, illa enim vera lucra indicamus, quæ, integritate suffragante, percipimus, non ergò quotiès superes, sed quemadmodùm vincas, inquiramus æquitatem nobis placiturus nobis intende; non quæras de potestate nostra, sed de Iure victorias; quando laudabilius à parte fisci perditur cum Iustitia non habetur, nàm si dominus vincat oppressionis inuidia est; æquitas verò creditur, si supplicem sperare contingat, non ergò paruo periculo causas dicimus, quando tunc fama nostra proficit cum se commoditas iniusta subducit: quapropter fit interdùm causa mala fisci, vt bonus Princeps esse videatur, maiori quippè compendio perdimus, quam si nobis indebitè victoria suffragetur.*

RITVS CCL.

ITèm, quòd relatio ipsarum causarum commissarum dictis Iudicibus hebdomadarijs fiat per ambos, vel vnum de consilio alterius, & quod pars, quæ senserit se fore grauatam, potest reclamare ad consocios Iudices, quæ reclamatio debet fieri in scriptis, & cum causa grauaminis infrà quatuor dies, à die datæ sententiæ in anteà numerandos, secundum reclamationem præfatam, & decisio reclamationis debet fieri infrà decem dies, à die reclamationis factæ in anteà numerandos, & ex eisdem actis, nihilo de nouo addito, vel diminuto &c. sed in sententijs oportet magistrum actorum esse præsentem: & sic dicitur in fine sententiæ, sed si non est præsens 1
in banca, dùm fertur sententia, Curia eligit vnum notarium, qui sit publicus, vel duos scriptores, de quo, vel de quibus fit mentio in sententia, iuxtà practicam Innocent. extrà de probatio. cap. quoniam contrà falsam: sed vt plurimum eligitur notarius publicus: & ponitur alia causa, proptèr quã non est præsens dictus magister actorum: putà infirmitatis: hoc modò præsente notario. N publico notario &c. in absentia magistri actorum notarij dictæ Curiæ infirmi, vel aliter, aliàs dicitur solum in absentia magistri, sine ponere aliud, & sine ponere infirmitatem,

SVMMA RERVM.

1 *Appellatio de pari ad parem non permittitur, sed gradatim ab inferioribus ad superiores.*

2 *Reclamatio interponitur inter pares ad idem Tribunal, & eamdem Aulam.*

3 *Antonius Thesaurus reprehenditur, quod Hispanis improperet, aularum nomen vsurpasse prò Classibus Senatus.*

4 *Reclamatio à sententia S.C. ad idem interponitur.*

5 *Etiàm si tanquam arbiter iudicasset, et incidentèr de aliqua causa cognouerit.*

6 *Illa quotiès interponi possit, ostēditur.*
7 *A sententia Regia Camera ad eamdem recurritur*
8 *Tribunal Regiæ Cameræ ornatur titulo Sacri.*
9 *Quid dicendum in sententiâ lata à Iudicibus supremis, uti delegatis.*
10 *Ritus sanctio ab vsu recessit.*
11 *A Iudicibus Pedaneis appellatur ad Regiam Curiam Siclæ, & ad M.C.V.*
12 *Romæ, à Iudice Curiæ Sabellorũ, appellatur ad Auditorem Cameræ, & à Iudice Turris Nonæ ad Curiam Gubernatoris.*
13 *Appellari àn possit ad Capitaneum Baronis à sententijs Baiulorum.*
14 *Baiuli sunt de infimis magistratibus, & cognoscunt de causis ciuilibus vsq; ad summam carolenorum triginta, summariè.*
15 *Actuarij Curiarum debent esse præsentes prolationi sententiæ.*
16 *Actuario impedito, non licere alterum, absq; licentia sibi substituere, demonstratur.*
17 *Actuario absente à Curia, alius Actuarius præsens, àn possit supplere agenda in causa.*
Quem in illius absentia Iudex eligere possit.
18 *Iudex officium Actuarij exercere non potest, quod restringitur in paruis terris.*
19 *Iudex àn Actuarium liceat constituere in concernentibus eius iurisdictionem.*
20 *Magistri Actorum debent actitare omnia coram suis Capitaneis.*

1 APpellatio de pari ad parem, de Iure nõ permittitur, *Muscatell. in prax. S.C. lib.2. p.1. Glos. tenebitur, num.26.* cum par in parem nõ habeat imperium, *Ricc. collect. dec.* 1904. sed gradatim ab inferioribus ad superiores, *Iodoc. in prax. ciuil. c.231. n.1.* Sed reclamatio dumtaxàt inter pares admittitur, ad idē tamē
2 Tribunal, & eandem aulam (hoc Aulę nomen Hispanos vsurpasse pro classi-
3 bus Senatus, malè improperat *Thesaur. in præfat. suar. decis. num.36. in fin.* cum sit valdè proprium, vt notat *Fontanell. decis. Catal.486. n.25. to.2.*)

4 Est exemplum de reclamatione à sententia S.C. iuxtà *Pragm. 5. de offic. S.C. Affl. decis. 231. de Franch. decis. 646. num.1. & decis. 528. num.4. Marant. in specul. par.6. in 2. actu print. num. 11.* etiàm si tanquam arbiter iu-
5 dicasset, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.1. in princip. num.10. Thor. par.1. compend. decis. verbo, Reclamatio, §.7.* atquè etiàm si incidentèr de aliqua causa cognouerit, proùt euenisse in causa vertente inter Ioannem Baptistam Cataneum, & Philippum Spinolam, latiùs est videre *in consil. Camil. de Laratha* 89. Illa tamèn non nisi semèl interponi potest, *de Franch. decis.* 193. *n.1.* scilicèt ab altera partium.
6 Quamobrèm respectù vtriusq; bis reclamare liceat in eadem causa, quia respectù eius, qui secũdo loco reclamauit, erit prima reclamatio, cum non anteà reclamauerit; idem *de Franch. dec.* 135. & declarat *Muscatell. in prax. appellat. par.3. Glos. appellari, num. 11.* respectù verò eiusdem personæ vsquè adeò subsistit antedicta conclusio, vt etiàm si obtinuerit intermediam sententiam, nequeat posteà à secunda sententia contraria reclamare, ex eadem *decis.* 135. *de Franch.* cui concinit altera *decis.* eiusdem 288. & anteà dixerat *Anna alleg.26. à num.5. Vin. dec.236. Castil. dec.42.*

7 Addimus, & alterum, de sententijs Regiæ Cameræ, exemplum, in quibus ad eandem Regiam Cameram recurritur, iuxtà *pragm.38. §.9. de offic. Proc. Cæsar.* super qua de more per plura congerit, reclamationem ipsam tangentia; *D. Reg. Rouit in suis vtillimis commentar.* & notant *Reg. Reuerter. dec.7. & decis.178.* & ibi *R. de Marinis, Reg. Galeot. in differt. vnica, in calce primi responsi fiscalis,* Reg. Sanfelic. *dec.4. to.1. Iudex Francisc. Maria Prat. obser. 50. num. 11. pract. obser.* & nos ipsi scripsimus

ſimus *in Ritu* 57. *n.* 8. *tom.* 1. & eruditè *Prat.* obſeruat, ex Regni legibus, Principum reſcriptis, & *DD.* teſtimo-
8 nijs Tribunal Reg. Cam. ornari titulo Sacri, Supremi, & eminentiſſimi, de quo meminimus nos *in eod. Rit.* 57. *n.* 9.

Quid dicendum ſit in ſententia lata
9 à Iudicibus ſupremis, vti delegatis, reſoluas, ex traditis per eundem *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. reſol. cap.* 150. & *ad Reuert. deciſ.* 48. *n.* 2. *tom.* 1. & praxim in his reclamationibus recenſet *Reg. Sanfel. dec.* 381. *par.* 3. qui nõnulla tradidit *dec.* 291. *num.* 53. & *deciſ.* 368.
10 Quòd cœteris Curijs, & Officialibus inhibitum eſt, cum ſit contra ius, & quamuis ſit in præſenti *Ritu* Iudicibus hebdomadarijs permiſſum, hoc eſt Pedaneis, in deſuetudinem abijt, nàm ab
11 eis appellatur ad Regiam Curiam Siclę, vel ad M. C. V. ſicuti etiàm Romæ ab eis appellatur, hoc eſt à Iudice Curiæ Sabellorum, ad Auditorem Camerę, &
12 à Iudice Turris Nonæ, ad Curiam Gubernatoris, teſte *Veſt. in prax. Rom.*
13 *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 1. A ſententia verò Baiulorum (qui in Regno ſunt de infimis magiſtratibus, *Carau. in pragm.* 1. §. 12. *num.* 36. *de S. C. Maced.* & cognoſcunt de omnibus cauſis ciuilibus, vſquè ad ſummam carolenorum triginta, *Io: Baptiſta Palomba de regimin. offic. regul.* 11. *num.* 37.) appellari nè
14 poſſit ad Baronis Capitaneum, inquirunt *Campagn. in cap. Regni ad quietem*, *n.* 15. *in add. Borrell. in tract. de magiſtrat. edict. lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 30. & affirmatiuè ex *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *in* 16. *auctoritate*, concludunt *Thor. vot.* 87. *n.* 3. *p.* 1. *R. de Marin. lib.* 1. *quotid. reſol. cap.* 213. *n.* 23. *et lib.* 2. *c.* 39. *Flamin. Claps alleg.* 74. *n.* 11. *to.* 3. *poſt quotid. reſol. eiuſdem D. Reg. de Marinis.*

15 Prolationi verò ſententiarum, àn Actuarij Curiarum debeant eſſe præſentes, inquirit *Carau.* ex verbis *Ritus*, ibi, *Sed in ſententijs*, & tangit *Marant. par.* 6. *in primo act. num.* 48. & S. C. àc M. C. & Regiarum Audientiarum obſeruantiam, & practicam circa ſententiarum lecturam, & datam, notat *Muſcatell. in prax. S. C. lib.* 1. *par.* 7. *Gloſ. condemnando, num.* 24.

16 Et verbis inſupèr *Ritus (Curia eligit alium Notarium*, deducitur apertè, Actuario impedito, non licere alium ſubſtituere, ſed Curiæ munus eſſe, quod paſſim his quoquè temporibus ſeruari in Magna Curia vidi, ſcilicèt nè alium ſubrogare queat; licentiam tamèn impetrat à Regio Collaterali Cõſilio, quod ad aliquod breue tempus concedere ſolet, & cauſa tantùm concurrente, ſicuti cum à Ciuitate, eiuſquè diſtrictu diſcedere intendit, eodem die non reuerſurus, nàm tùnc quoq; indi-
17 get prædicta licentia, quin, Actuario abſente à Curia, alius Actuarius præſens ſinè Iudicis mandato non poteſt ſupplere agenda in cauſa, *Carau. in Ritu* 26. *num.* 3. *Auus meus ad Gramm. deciſ.* 27. *num.* 9. & quem in illius abſentia Iudex eligere poſſit, *Campagn. in cap. Itèm quòd prædicti officiales Iuſtitiarij, num.* 8. *Carrab. de Syndic. par.* 1. *in form. petit. num.* 51. & àn Iudex of-
18 ficium Actuarij exercere poſſit, & acta ſcribere, negatiuè *Pand. in pragm.* 1. *n.* 104. *de ordin. Iudic. Camp. in cit. cap. Itèm prædicti Iuſtitiarij, ſub rub de non cap. aſq; ordin. Iudic. Carau. in Rit.* 3. & *in rit.* 8. & 159. *Matthæſ. not.* 1. *Vin. deciſ.* 48. id quod reſtringitur in paruis terris, *Auus meus ad Gramm. deciſ.* 34. *n.* 30. quo ſuffultus *Nouar. in prag.* 10. *num.* 117. *de offic. Iudic.* ſcripſit, Ciues poſſe eſſe Actuarios, & Officiales in eorũ patria, quę eſſet parua terra, *Thor. p.* 1. *comp. verbo, Actuarius, R. de Marin. tom.* 2. *quot. reſol. cap.* 149. *Iudex Prat. tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 46. & dixi-
19 mus nos *in Rit.* 63. *nu.* 16. *tom.* 1. et àn poſſit Iudex Actuarium conſtituere in concernentibus eius iuriſdictionem, *Gramm. conſ. ciuil.* 66. *num.* 5. & quod actorum magiſtri Curiarum debeant
20 actitare omnia coram ſuis Capitaneis, etiàm quando iſti cognoſcerent, vti cõmiſſarij S. C. vel alterius Curiæ, notauit

uit *Ann. singul.* 4. decisumquè tradit *Thor. tom.* 2. *compend. decis. verbo, Actuarius ordinarius,* & notarunt *Bal. in l.*1. *circa finem,* C.*de Sportul. Gram. cons.ciuil.* 66. *num.*7.*Purpur.cons.*593. *num.*4.*Cancer. var. resol.tom.* 2. *cap.*2. *n.*54. concinunt *pragm.* 10. §. 35. *incip. Quando anderà, de offic.S.C.*& quę scribunt ibidem *Nouar. & Danz. de pugn. DD. tom.*2. *tit. de offic. Secret.*

RITVS CCLI.

Item si appellans fuerit negligens, & facta præsentatione copiæ processus, & appellatorum immediatè per mensem non prosequendo causam suæ appellationis, quod eo casu si appellatus voluerit appellationem ipsam statim prosequi. possit, & prosequente, vel non prosequente ipso appellante, non teneatur expectare tempus à quocunq; Iure Canonico, Ciuili, seù municipali, scripto, vel non scripto, speciali, vel communi, stabilitum in præmissis.

SVMMA RERVM.

1 *Appellationum tempora tripliciter cōsiderantur.*

2 *Primum est decem dierum ad appellandum, quo termino pendente, nihil est innouandum, praxisquè indicatur.*

3 *Quod àn currat à die simplicis scientiæ, vel per intimationem.*

4 *Illud currit de momento ad momentum, & computantur dies feriati in honorem Dei.*

5 *Cursus temporis statuti ad opponendas nullitates, àn incipiat etiàm in die feriata.*

Decisiones ad inuicèm, cōtrariæ adducuntur.

6 *Habet locū terminus decē dierum, tàm in diffinitiuis, quā interloquutorijs.*

7 *Prorogari non potest, nèc de partium consensu.*

8 *Secundum tempus est triginta dierum ad petendum, & recipiendum Apostolos.*

9 *Tertium est tempus prosequendæ appellationis.*

10 *In Regno nostro petitio Apostolorum non est necessaria, sed quinquaginta dies à Constit. eiusdem Regni, incip. Appellationum tempora, sunt statuti ad transportanda acta.*

11 *Tempus in hoc Ritu elargitum vnius mēsis, àn sit diuersum ab altero statuto à dicta Constit.*

12 *Infrà illud liceat nè appellato prosequi causam, inuito appellante.*

13 *Auctor recedit ab intellectu Carau. in hoc ritu, sub num.*2. *& traditur intellectus textui in Auth.ei qui,*§.*Appellatore,* C.*de tempor. appell.*

14 *Edictum si fuerit affixum, ad instantiam præsentati ab vno ex patronis, & defixum, ab institutionem procedi poterit, etiàm nondùm elapso tempore à iure concesso, ad præsentandum.*

15 *Meritò rituum Compilatores approbarunt in hoc ritu obseruantiam illam, vt producta copia processus ab ipso appellante, si deindè vltrò non instet, valeat post mensem appellatus procedere in causa ipsa, & inuito appellante.*

16 *Hodiernis temporibus sancita in hoc ritu ab Aula recesserunt, praxisquè, quæ inoleuit, indicatur.*

17 Index *ad quem àn possit restringere terminum quinquaginta dierum.*

18 Reclamatione *interposita à sententia Sacri Consilij, àn liceat victori prosequi reclamationem, contradicente appellante.*

19 *Appellanti liceatnè, inuito appellato, recedere ab appellatione, & quid ab in*

interloquutoria, & redire ad Iudicem à quo.

20 *Altera pars àn, & quando vti poſſit appellatione ab altera interpoſita, & reformari ſentẽtia, etiàm in beneficium non appellantis, ad exornatum tex. in l. ampliorem, C. de appellat. remiſſiuè tangitur.*

21 *Appellans in primo, vel ſecundo die, ex decem diebus, ad appellandum conceſſis, non expectato lapſu totius dilationis decem dierum, àn intrà quinquaginta dies à die appellationis, illam proſequi, obſtringatur.*

22 *Fatale ſecundum non currit niſi à die finiti primi, quamùis ſit petitum, antequam finiretur.*

23 *Prorogatio guidatici incipit à die finiti primi, quamùis non dicatur.*

24 *Adducitur notabilis doctrina celebris I.C. Pauli de Caſtro, quam inſequuntur nedùm noſtrates, ſed & Io. Petrus Fontanell. qui in deciſ. 411. to. 2. receſſit à dictis in tract. de pact. lib. 1. clauſ. 1. num. 45.*

1 APpellationis tempora tripliciter conſideranda prò Tyronimus, aduertimus. Primũ quidèm tempus ad appellãdum, ſiuè ad appellationem interpo-
2 nendum, quæ non niſi infrà decendium, interponi poteſt, per *Auth. hodiè, C. de appellat. cap. ſignificauerunt, de teſtib. cap. concertationi, de appellat. in 6. cap. anteriorum, 2. q. 6. Alex. Raudenſ. reſp. 23. num. 518. vol. 1. Myſinger. obſeru. 11. cent. 3. Surd. conſ. 5. n. 38. & conſ. 278. num. 10. Maſcard. de prob. concl. 114. num. 6. Grauet ad Gayl. lib. 1. obſeru. 119. num. 59. Pappon. lib. 19. tit. 1. arreſt. 19. Honded. conſ. 83. num. 83. Ioſeph Ludou. concl. 14. num. 116. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. cap. 300. n. 3. Reg. Ronit. in prag. 1. num. 1. de appell.* adeò quod pendente appellatione, imò antè ipſam interpoſitam infrà talem terminum, aliquid innouari non poteſt, *Campagn. in cap. Regni ſubditorum, num. 99. Seraph. deciſ. 530. Marant. par. 6. verbo, Appellatio, nu. 173. Viu. opin. 77. num. 1. par. 1. Muſcat. de appellat. Gloſ. Sententia, num. 12. Viſconti in concluſ. iur. verbo, Appellatione pendente,* & ſat eſt, quod infrà dierum decem interſtitium, victus dicat, appellat, potiſſimùm in M.C.V. nèc eſt neceſſe, obtinere inhibitoriam in forma à Conſiliario, cui eſt cauſa commiſſa, vt in dies, & milliès obſeruaui, quicquid contrarium teſtetur *Gallupp. in prax. S.C. par. 3. cap. 4. n. 287.* cum appellatio formitèr facta dicatur in replicatione in libello, *Marant. p. 6. verb. Et quandoq; appellatur, num. 138. Iodoc. in prax. ciuil. cap. 236. Muſcatel. lib. 2. par. 1. Gloſ. demandatur, num. 42. Thor. vot. 12. num. 2. & 3. tom. 1.* Illudquè cur-
3 rere à die notificationis, nèc ſufficere quamlibet ſcientiã, aduertit idem *Reg. Rouit. ex Intrigl. ſing. 34. lib. 1.* nècnon *Cacheran. deciſ. 142. num. 35. Scacc. de appellat. q. 12. à num. 7. Paul. Bellon. de poteſt. eorum quæ fiunt in contin. lib. 1. cap. 94. & lib. 2. cap. 34. num. 1.* & alij, quos refert *Dom. Prat. ad Muſcat. par. 2. Gloſ. declarabitur, ad num. 1. verſ. Et licet iſti*, id quod notamus *in Rit. 123. num. 10. & 11. tom. 1.* præterquam in ſententijs S.C. vt ibidem ſcripſimus *num. 14. & in Ritu ſeq.* hocq; decen-
4 dium currere de momento ad momentum, ſcripſere *Alex. conſ. 87. num. 1. Vrſill. ad Affl. in deciſ. 344. nu. 2. Viu. deciſ. 260. num. 1. Menoch. de præſump. lib. 2. præſumpt. 95. n. 6. Honded. conſ. 83. num. 86. vol. 1. Gayll. obſeru. 139. num. 5. vol. 1. Franciſc. Viu. deciſ. 266. lib. 2. Muſcat. in prax. de appellat. Gl. poteſt, num. 23. Ricc. deciſ. 76. par. 2.* Adeòut etiàm dies feriati in honorem Dei computentur, ex *l. 1. C. de ferijs, Gratian. deciſ. March. 1. Gayll. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 39. num. 5. Cæſar Barz. deciſ. Bononienſ. 12. Barthol. Brunat. in Agon. 41. cap. 40. tit. de prouocat.* quem laudat *Borrell. in ſumm. deciſ. par. 2. tit. 33. de appellat. n. 883. Trentacinq. variar. reſol. lib. 2. reſol. 6. num. 2. Aluar. Velaſq. de priuil. pauper. q. 31.*

q.31. num.8. Reg. Rouit. in pragm.1. num.19. de appellat.

5 Sicuti dies sex præfixos, vigore *prag.* 4. §.16. *de dilation.* ad dicendum de nullitate aduersus decreta Tribunalium currere de momento ad momentum, etiàm diebus feriatis, notauit, decisumquè retulit *Dom. Consil. Roccus to.2. respons. 2. sub num.* 12. cuius meminimus *in Rit.6. num.7. to.* 1. quin, in causa Illustris Ducissæ Laurentianæ, cum Illustri Duce Adriæ, de qua memores fuimus *in Ritu 50. num.10. to.* 1. decreto S.C. lato sub die 20 Decemb. 1660. (quo fuit prouisum, *quod procedatur in S.C. petito compromisso non obstante*) notificato procuratori Ducis die 25. Iunij 1661. oppositis nullitatibus, & præsentatis die 4. Iulij, decreto eiusdem S.C. *referente* nobilissimo, doctissimo, integerrimo, & nunquam satis laudato viro *Dom. Consiliario D. Blasio de Boliaga*, prouisum fuit, *Nè recipiantur nullitates*. In Banca de Licto. Et sic tantus Senatus arbitratus est, cursum temporis statuti, ad opponendas nullitates incipere etiàm in die feriata; Contrarium tamèn decisum fuisse testatur *Dom. Consil. Hodierna lib.1. controu. for. cap.*48. quem adduximus eodem *in Ritu 6. sub num.* 7. quod scitum in terminis approbauit Regia Camera, *referente Dom. D. Carolo Calà Duce Diani, Reg. Cam. Præsidente*, sub die 17. Martij 1661. in causa Vniuersitatis Terræ Cermignani, cum Eustachio Stetlich eius Barone, teste *Dom. Reg. de Marinis in arrest.* 709. quod est vltimum, *in 2. tom. decis. Reg. Reuert.*

6 Tàm in diffinitiuis, quàm in interloquutorijs decendiũ currat, idem *Rou.* subdit *n.7.* confirmatq; illo non adducto, *Dom. Staib. resol.76.n.9.t.1. Danz. ad Gram. dec.35.n.17.* adeò quod de partium cõ-

7 sensu expresso, vel tacito prorogari nequeat, *Gamm. dec. Lusitan.* 389. *Cacher. dec.7.n.6. Lancellott. de attent. 2. par. cap.12. limit.50.n.* 85. *Syria quæst. forens.39. Borrell. add. loco, num.* 885.

8 Secundum verò tempus est triginta dierum ad petendum, & recipiendum Apostolos, *cap. ab eo, de appellat. in 6.* vbi *Glos. verbo, Triginta dies, Marant. in specul. 6. par. vers. Et quandoq; appellatur, num.*219. *Gaid. Pap. decis.*436. *num.*34. *& singul.*605. *Harthm. cap.9. tit. de appell. Granei ad Pappon. lib.* 19. *tit.1. arrest.9. Mysinger. in obseru.* 36. *centur. 2. Vestr. in prax. Cur. Romanæ lib. 7. cap.3. sub num.* 65. *Borrell. tit.* 33. *de appellat. num.*944. *Petr. Gregor. syntagm. iur. lib.5. cap. 2. num.*30. *Ludouic. decis.* 573. *num.* 1. & ibi *Beltram. à num.* 12. *Trentler. disp. 33. thes.*8. *par.2. Hermann. Vulteus iurisprud. Roman. lib.2. cap.30. Scacc. de appell. lib.2. q.13. num.*74. *Rota decis.* 178. *par.1. diuers. & decis.*144. *num.1. par.2. diuers. & decis.*420. *num.2. par. 2. in recent.*

9 Tertium verò est tempus prosequendæ appellationis, ad quod duo hodiè anni dantur, ad prosequendum, & terminandum illius causam, vocaturquè primus annus, primum fatale, secũdus verò, secundum, quod conceditur, si causa impellat, *Marc. Ant. Bard. in tract. de tempor. vtil. cap.6. num.1. Fachin. lib.1. controu. cap.79. Osasc. decis.* 28. *Marant. par.6. verbo, Et quandoquè appellatur, sub num.*228. *Reg. Capyc. Latr. consul.*159. *num.*31. *tom.*2. *Muscat. in prax. par. 2. Glos. Fatale, num.*22. qui *in Glos. seq. secundum fatale, num.*17. tradit, quodlibet leue impedimentum esse iustam causam indulgentiæ secundi anni, & ibidèm multa cumulat *Dom. Franc. Maria Prat. & ad num.23. & in Glos. seq. incip. Secundi*, satis elegantèr inquirit, àn ijs duobus elapsis annis fato cedat appellatio, vel tertium concedatur fatale, idest tertius annus ad prosequendam appellationem, id quod enucleant *Hieronym. Caual. commun. contr. commun. q.*873. *Vrsill. ad Afflict. decis.*50. *n.*3. *Scacc. de appell q.*15. *num.*27. *declar.*3. *Borrell. in sũm. dec. add. tit.*33. *n.* 1055.

10 In Regno verò nostro Neapolitano petitio Apostolorum necessaria minimè est, *Marant. add. loco num.*418. *Carau.*

in

in ritu 260. num. 11. Scacc. de appellat. q. 12. num. 27. Sed in eo viget eiuſdem *Regni Conſtitutio, incip. Appellationum tempora*, quinquaginta ſtatuens dies ad præſentandum proceſſum Iudici ad quem, in quo termino includuntur etiã triginta dies, ad petẽdum Apoſtolos à lege ſtatuti, *Affl. in eadem conſtit. in* 8. *notab. Carau. in hoc Ritu, ſub n.* 4. *Epiſc. Campanil. in Rit. Cur. Archiepiſc.* 35. *num.* 10.

11 Verùm aliud videtur eſſe tempus in hoc *Ritu* elargitum vnius menſis, aliud verò *Conſt. Regni, Appellationum tempora*, quinquaginta dierum, vltrà decem, ad appellandum; niſi dicamus tẽpus menſis in hoc *Ritu* ſtatutum, minimè diei adiectum ad eum finem, vt cẽſeatur conſtitutum tempus ad producẽdum copiam actorum, quo elapſo, intelligatur deſerta appellatio, vt eueniret, ſi infrà dies, quorum adducta meminit *conſtit.* non præſentaretur, ſed vt appellato faueat in eo tantùm caſu, vt poſſit, adhùc appellante non proſequẽte appellationem, ipſe proſequi, cuius quippè obſeruantiæ verum ſenſum, veramq; perquirere declarationem non erit vanum.

Quandoquidèm inſinuauimus in hoc *Ritu num.* 8. omnibuſq; patet, anno finiendas eſſe cauſas appellationis, aùt biennio, concurrente iuſta cauſa, itaq; appellanti videtur cõceſſum eiuſmodi tempus, & conſecutiuè non proſequente appellante, nequeat appella-
12 tus, in prædictarum induciarum curriculo, appellationem proſequi; potiſſimùm, quod *text.* inſinuat, *in Auth. ei qui, §. Appellatore, C. de tempor. appell.* ſi *Carau. in hoc Ritu, ſub num.* 2. vera
13 ſatur; à cuius tamèn intellectu recedimus libentèr, ſi quidem *text.* ille aſſerit, debere ſaltèm appellatum infrà menmenſem antè lapſum induciarum comparere, & petere inualiditatem ſententiæ, non autèm, quod ſi priùs venerit audiendus non ſit, *Gloſa* tamèn *in verſ. Vnus mẽſis affirmare videtur nõ obſtãte, l. fin. §. nulli, illiuſmet tituli, & libri*, cui reſpondere nititur, in introducenda cauſa, non exercenda procedere.

Verùm obſtat *text. in cap. oblatæ, de appellat.* ſanciens, non niſi inſtante appellante, decernendum eſſe, poſſe appellatum commiſſionis litteras impetrare, dummodò nimiùm non præcurrerit, & ſic infrà menſem, vt Romæ in more eſt. Aliud itidèm, vrget ſimile de quatrimeſtri, aùt ſemeſtri tempore reſpectiuè conceſſo patrono laico, ſiuè
14 Eccleſiaſtico, ad præſentandum; quia multis eiuſdem beneficij exiſtentibus patronis, eorumq; vno ſtatim præſentante, eiuſquè præſentationis virtute affixum fuerit edictum, & tempore in eo ſtatuto elapſo, defixum, poſſe ſuperiorem ad inſtitutionem procedere, quamuìs tempus enarratum ad præſentandum nondum præterierit, nec valeant compatroni annullare actum, ſeque ſpretos fuiſſe allegare; vt optimè probat *Epiſcop. Campanil. in diuerſ. Iur. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 464.

15 Hæc nimirùm non contemnenda argumenta, & alia, plura ſi fortaſsè rimati ſunt horum Rituum compilatores, non immeritò approbarũt in hoc præſenti *Ritu* obſeruantiam illam, vt producta copia proceſſus ab ipſo appellante, ſi deindè vltrò non inſtet, valeat poſt menſem appellatus procedere in cauſa ipſa, & inuito appellante, cuius obſeruãtiæ, & *Ritus*, memores ſunt *Muſtatel. in prax. S.C. p.* 2. *Gloſ. Finiendam, num.* 15. *Reg. Capyc. Latr. lib.* 2. *conſult.* 159. *num.* 35. Verùm tranſcripta acta ſi ille nõ exhibuerit, non addit, quid faciendum ſit, ſiquè appellatus poſſit inſtare, & expeditionem procurare, ſed noſtro Iudicio non opus erat ob memoratam *Regni Conſtit. Appellationum tempora*, ſtatuẽtem quinquaginta dies, ad illa producenda, alioquin deſerta ſit appellatio: quod quippè tẽpus, niſi appareret ſtatutum, Iudex ſuppleret competentem terminum, præſcribendo appellanti ad illa tranſportanda, vt optimè docent complures *DD. n.* 3. adducti per *Carau.*

16 Hodiernis verò temporibus ſancita, in hoc *Ritu* ab aula receſſerunt, ſed pra-

xis inoleuit, quod si pars citata ad videndum processus aperturam, & ad omnes alios, & singulos actus, vigore prouisionum inhibitorialium in forma, vt docet *Muscat. par.* 1. *Glos. In forma, & Glos. intimare*, facta apertura processus, illicò appellatus coràm Iudice ad quem comparuerit, instans pro sententiæ confirmatione, non aliter mense expectato, audietur, præuia consimili citatione appellanti ad omnes, & singulos actus, & ad constituendum procuratorem, ipsoquè appellante non comparente, debitis contumacijs incusatis, procedetur ad confirmationem, vel reuocationem sententiæ, vt notabilitèr obseruat *Muscat. in add. Glos. Finiendam, par.* 2. *num.* 21. & iterùm *par.* 3. *Glos. Proceditur, num.* 47. *&* 48. quiq; *num.* 18. eiusdem *Glos.* notat, terminum quinquaginta dierum restringi
17 posse per Iudicem, ad quem, dummodò sit de maioribus, vt post *Carau. in hoc Ritu, num.* 5. notat *Reg. Capyc. Latro add. consul.* 15). *n.* 33. *in fin. to.* 2. inter quos includitur M.C. teste *Carau.* post *Afflin hoc Ritu n.* 6. *in fin.* adeò quod, restricto termino effluxo, processuquè non deducto, appellatio deserta redditur, àc si infrà quinquaginta dies editus ille non esset, cuius processus integram copiam appellans suis sumptibus producere obstringitur, *Reg. Valenz. cons.* 84. *num.* 68. *Mantic. dec.* 7. *n.* 1. *Rebuff. ad Constit. Gall. to.* 1. *tit. de euocat. art.* 1. *num.* 81. *Carau. in Rit.* 96. *Hieron. Gigas cons.* 83. *Giurb. decis.* 29. *sub n.* 1. & dicimus *in Rit.* 260.

18 Id, quod in sententijs quoq; S.C. extendit *de Franch. decis.* 661. cuius meminit *Thor. p.* 1. *compend. dec. verb. confirmatio sententiæ*, à quibus quamùis infrà biennium valeat victus reclamare, tamèn si non reclamauerit, poterit, qui sententiam ad sui fauorem reportauit, petere, quod committeretur causa reclamationis, ad finem obtinendi sententiæ confirmationem, cum impositione perpetui silentij, vt decisum refert *R. Capyc. Latr. cit. consul.* 161. & notat *Prat. ad Muscat. par.* 3. *Glos. proceditur, in fine, & par.* 2. *discept. forens. cap.* 30. & conferunt tradita à *Mastrill. decis.* 45. *num.* 17. *Aluar. Velasc. consult.* 51. *n.* 22. *Peguer. decis.* 196. *nu.* 11. *Peregr. cons.* 19. *num.* 19. *vol.* 3. *Giurb. decis.* 30. *Franc. Nig. Cyriac. controu. for. c.* 183. *nu.* 5. *to.* 1. *Nouar. dec.* 207.

19 An verò, sicuti appellatus, inuito appellante, seù in ipsius contumacia prosequi potest appellationis causam, ità, & appellanti, liceat, inuito appellato, recedere ab illa. Negatiuè respondent *Bal. in l. per hanc, in fin. num.* 20. *C. de temp. appell.* ex *tex. in l. si post mortem*, *§. fin. ff. de contratab. Muscat. in prax. par.* 1. *Glos. tenebitur, num.* 43. *&* 45. *& par.* 3. *Glos. Finiendam, num.* 24. & decisum testatur *Fontanell. decis.* 412. *&* 413. *tom.* 2. *de Franch. decis.* 467. *& decis.* 658. *Nouar. in rub. de appell. super prag. num.* 41. *Surd. decis. Mant.* 143. *num.* 3. *Borrell. add. tit.* 33. *n.* 1200. *in* 5. *declarat. Trentacinq. add. resol.* 6. *Reg. Valenz. cons.* 49. *num.* 19. *lib.* 1. *Io. de Amic. cons.* 92. *Visconti in concl. iur. verbo, Appellans non potest, Gratian. dec.* 23. *Azeued. lib.* 3. *tit.* 8. *lib.* 4. *recopil. n.* 47. *Reg. de Marin. ad Reuerter. decis.* 504. *n.* 2. *R. Marcian. disp.* 16. *n.* 2. *lib.* 1. lepidè inquirens, àn, & quando
20 altera pars possit vti appellatione ab altera interposita, & reformari sententia, etiàm in beneficium non appellantis ad intellectum *text. in l. ampliorem, C. de appellat.* quem *text.* in terminis excitatæ quæstionis à *Dom. Marciano* exornant *Mar. Giurb. decis.* 30. *Ant. de Amat. resol.* 9. *Peguer. decis.* 196. *Reg. de Ponte cons.* 61. *num.* 58. *&* 59. *Castill. decis. Sicil.* 64. *t.* 1. *Fab. in C. lib.* 7. *tit.* 26. *de appell. defin.* 20. & alij, quos recensuimus *in Ritu* 6. *n.* 18. *to.* 1. quin, & appellanti ab interloquutoria non licere renunciare appellationi, & inuito appellato, redire ad Iudicem à quo, scripsit *Christin. decis. Belgicæ* 118. *n.* 6. *vol.* 4.

21 Sed non insulsè, pro coronide, quæritur, nùm quinquaginta dies ex nostra *Constit. appellationum tempora*, impartiti appellanti ad prosequendam appel-

lationem, ſi victus appellauerit in primo, vel ſecũdo die, ex illis decẽ diebus, conceſſis ad appellandum, currant ſtatim à die appellationis, vel debeat expectari lapſus totius termini decem dierum.

Io: Petr. Fontanell. de pact. nuptial. lib. 1. clauſ. 1. num. 43. concludere videtur in ſimili, decem illos dies parti illæſos ſemper ſeruandos eſſe, cui non diſſentit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 499. n. 20. to. 3.* tradens, ex *deciſ. Rota*
21 *Rom.* apud *Puteum 395. lib. 1.* fatale ſecundum haũd currere, niſi à die finiti primi, quamùis ſit petitum, antequam illud excurreret, proùt prorogationem guidatici incipere à die completi primi,
23 deciſum tradit *Io: Mar. Nouar. qq. forenſ. lib. 2. q. 54. in fine*, iterùmq; *in deciſ. 222.* & conferunt, quæ exarauit *Tor. par. 2. compend. verbo, Tempus vnius anni.*

24 Contrarium tamèn in themate propoſito reſpondi, fretus punctuali doctrina *Pauli de Caſtro in l. ſi quis hæres, 71. de acquir. hæred.* inſequitur *Poma. in add. ad Bart. ibid.* eamq; pluribus comprobant *Marant. par. 6. verſ. Et quandoquè appellatur, num. 145. & num. 152. Muſcatell. in prax. appellat. par. 1. Gloſ. Proſequendum, num. 17. & 18.* qua celebris Doctoris, nempè *Pauli de Caſtro*, auctoritate territus, idem *Fontanell. in deciſ. Senat. Cathal. 411.* potiſſimùm, *num. 26. & 27. tom. 2.* recedit ab obſeruantia illius Senatus, de qua teſtatus fuerat *in mem. clauſ. 1. n. 43.* & occurrit obiectis in contrarium, ad illum Lectorem relegamus; & àn poſſit variare, & vti tota dilatione, *Reg. Rouit. in pragm. 25. de feud. à num. 20. Gallupp. in prax. par. 3. cap. 4. ſub num. 32.*

RITVS CCLII.

ITèm ſi contingat cauſas per ſupplicationem deuolui, quod tùnc debet fieri exequutio in cauſa principali, data cautione, ſecundum formam Authen. quæ ſupplicatio, tamèn in expenſis exequutio non fit, quouſq; cauſa ipſa ſupplicationis fuerit per ſẽtentiam, ſeù ſententias debitè terminata.

SVMMA RERVM.

1 *Supplicatio, ſententiæ exequutionem nõ impedit.*
2 *Ritus iſte de obſeruantia ſententiarum S.C. verba facit, à quibus non appellatur, ſed reclamatur.*
3 *Exequutio ſententiæ fieri debet, præſtita cautione à Victore de reſtituendo exequutum, ſi intrà decem dies fuerit ab illa reclamatum, quod ſi poſt decem dies, exequutioni demandatur abſq; cautione.*
4 *Ritus eſt conformis diſpoſitioni Iuris Communis, & Pragmaticæ Regni 5. de offic. S.C.*
5 *Decẽdium in S.C. currit à die latæ ſententiæ.*
6 *Sententiæ in ſupremo Tribunali S.C. non intimantur.*
7 *Terminus decem dierum àn currat de momento ad momentum, & ſic à die prolationis ſententiæ, tàm in appellatione, quàm in ſupplicatione, inquiritur, & ſtylus noſtrorum Tribunalium, ac aliorum Senatuum indicatur.*
8 *Cautio eſt præſtanda de forma, adhùc non petita.*
A qua neq; pauper eſt immunis.
9 *Sed quomodò illi proſpiciatur, ſi fideiuſſorem inuenire nequeat, etiàm vſufructuario, latè oſtenditur.*
10 *Admittatur nè ille ad iuratoriam cautionem.*

11 *Qui simpliciter satisdare obstringitur, an satisfaciat, si pignora dederit.*
12 *Cautio an sit prestanda in possessorijs, ità quod si sit dictum, manuteneatur quis in possessione bonorum, teneatur ipse victor prestare cautionem.*
13 *Affirmatiuam aleam sustinet Author.*
14 *Iudicialis concessio retinendi rem, quã iam quis detinebat, vim obtinet immissionis.*
15 *Militat eadem ratio, & ideò eadem iuris dispositio.*
16 *Dictio quicquid in prag. 5. de offic. S.C. vti vniuersalis omnes casus comprehendit.*
Decisio S.C. indicatur.
17 *Adeò procedi non potest in causa reclamationis, nisi facta reali executione rei principalis, vt nec ipse S.C. Praeses reclamationem concedere valeat, non exequuta sententia, & Principis rescriptũ, aliter mandans, est nullũ.*
18 *Sententia S. C. qua fuerunt exequuta quo ad solutionem tertiarum decursarum (licet ex hoc sit ceptum exequi in causa reclamationis) adhuc pro tertijs futuris sunt exequutioni demandanda, remorato interim causa reclamationis progressu.*
19 *Creditor an iustè petat contractus rescissionem pro annatis decursis lite pendente ex primo libello, & actis si conuentus soluat omnes annatas in die litis mota debitas.*
20 *Absque tamen reali exequutione proceditur, si in causa reclamationis ceptum sit examinari, vel instructus fuerit processus.*
21 *Idq; restringitur in minore.*
22 *Si possessio rei exequende esset penes Victorem, committi potest causa reclamationis.*
23 *Actor proponens nullitates aduersus decretum absolutorium Rei (decretum enim absoluebat Reum, à quibusdam partitis, & ad alias eum condemnabat) an facere debeat depositum, seruata forma Reg. Pragm.*
24 *Decisio S.C. adducitur.*
25 *Executum decretum dicitur, quando victor reperitur retinere penès se, quod continet decretum.*
26 *Reus conuentus, qui obtinuit absolutionem vigore sententiæ, dicitur habere penès se id, quod continet sententia.*
27 *Sententia, vel decreto exequuto, nullitates possunt proponi absq; deposito.*
28 *Sed an cum termino, vel non, tangitur.*
29 *Reclamatio nõ retardat exequutionem, quoad principale, secùs quoad expẽsas, vigore huius Ritus, sed an, attento iure communi.*
30 *Et quid quoad fructus, vbi quis condemnatus esset ad restituendum rem cum fructibus.*
31 *Reclamatio vbi fuerit à sententia S.C. qua quis condemnatus extitit ad quãtitatem liquidandam, num vt procedi possit in causa reclamationis expectanda sit priùs liquidatio, vel poterit ad vlteriora procedi, liquidationis cursu non impedito.*
32 *Iudex à quo pendente appellatione valeat nè taxare expensas, ad quas victus fuit condemnatus, latè inquiritur, & declaratur.*
33 *Nonnulla de supplicatione traduntur.*
34 *Quomodò illa distet ab ipsa appellatione.*
35 *Quomodò à reuisione.*
36 *Illa dicatur nè interdicta, cum appellatio vetita est.*
37 *Recursus etiàm dicatur nè prohibitus, si appellatio sit prohibita.*

1 SVpplicatione interposita à sententia, non remorari ipsius exequutionem, statuit præsens *Ritus*, quem sermocinari de stylo, & 2 obseruantia sententiarum S.C. meritò notat *Carau. in hoc Ritu num. 6.* à quibus non appellatur, sed reclamatur ex mera Principis benignitate, & gratia, *Abb. in c. ex literis, de in integr. rest. Affl. dec. 341. Franch. dec. 603. R. Rou. in prag. 5. sub tit. de offic. S.C. & 38. de offic. Procur. Cæsar. Reg. Tap. in ead. prag. 5. num. 3. Borrel. in summ. decis. tit. 32. num. 6. Muscat. in prax. S.C. lib. 2. p. 1. Glos. Sententia, num. 106. Gallupp. in prax.*

prax. S.C. *par.* 3. *cap.* 3. *num.* 1. *Consil. Staiban. resol.* 154. *num.* 19. *tom.* 2. *Carlenal de Iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 8. *nu.* 18. *tom.* 2. *Lancellot. de attent. pendente recursu, num.* 35. *par.* 2. *Fab. in suo Cod. desin.* 5. *lib.* 2. *tit.* 4. *Io. Bapt. Asin. in prax.* §. 31. *ampliat.* 9. *cap.* 2. *Guid. Pap. decis.* 50. *Giurb. decis.* 4. *Fab. de Ann. cons.* 62. *num.* 18. *&* 19. *Marott. discept. forens. cap.* 13. *num.* 35. quæ quidem
3 executio fieri debet, illa adhibita distinctione, vt si intrà decem dies post sententiam reclametur, præstari debeat à Victore cautio penès acta de restituendo executum, at si post decem dies reclametur, illa sine satisdatione exequutioni demandatur.

4 Est conformis *Ritus*, cum *prag.* 5. *de offic.* S.R.C. *&* 38. *de offic. Procur. Cæsar.* & iuris communis sanctione in *Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imp. offer. Glos. in cit. c. ex literis, de in integr. restit. Carocc. de exception. except.* 106. *num.* 1. *de Franch. decis.* 603. *& decis.* 646. *num.* 2. *Mari ad Gram. decis.* 9. *num.* 7. *Marant. in tit. de appell. num.* 11. *vers.* Reclamatio, *& vers. Supplicatio, Muscat. in prax. par.* 2. *in Gl. potest. n.* 44. *Reg. Ronit. in cit. prag.* 5. *de offic.* S. C. *à n.* 1. *& in dec.* 21. *à n.* 17.

5 Quod decendium in S. C. currit à die latæ sententiæ, *Afflict. decis.* 344. *sub num.* 4. cum ipsæ sententiæ in hoc
6 supremo Tribunali, ex inueterato stylo minimè notificentur, cum publicè legantur; *Lanar. cons.* 97. *num.* 6. *Marcel. Maur. alleg.* 100. *num.* 2. *in fin. Muscat.* post *Carau. in prax. Glos. demandatur, num.* 16. *Reg. Capyc. Latr. consult.* 159. *num.* 3. *to.* 2. *Reg. Io. Francisc. Marcian. disp.* 18 *num.* 40. *&* 41. *lib.* 1. *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. cap.* 178. *num.* 2.

7 Et quamuis illud, attentâ iuris dispositione, currat de momento ad momentum, & sic à die prolationis sententiæ, argumento ducto, ab appellatione ad supplicationem, in qua appellatione tempus currere ab instanti prolationis, notarunt *Glos. in l.* 1. § *dies, vers. subtraxisse*, & ibi *Bar. num.* 3. *ff. quand. appellan. sit*, alia *Glos. in clem. sicut, verb. à die, de appellat. Alex. cons.* 87. *vol.* 7. *Lancell. de attentat.* 2. *par. c.* 12. *limit.* 50. *num.* 4. *Mysing. singul. obser. centur.* 3. *obseru.* 11. *num.* 11. *& centur.* 6. *obseru.* 12. *num.* 1. *Gayll pract. obseru. lib.* 1. *obser.* 139. *num.* 4. *&* 5. *Gratian. discept. forens. lib.* 1. *cap.* 161. *n.* 4. *Cum. in Rit. Sicil.* 70. *num.* 4. *Scacc. de appell. q.* 12. *num.* 48. *Ranchin. ad Guid. Pap. decis.* 270. *Ventrigl. in prax. rer. notab. lib.* 1. *ann.* 8. §. 2. *num.* 44. *Ricc. decis. Cur. Archiepiscop.* 76. *num.* 3. *p.* 2. *Garzia à Tholeto dec.* 124. & alij, quos recensuimus in *ritu anteced. n.* 4.

Contrarius tamèn stylus inualuit in omnibus ferè Europæ Tribunalibus, vt illud currat à die primo sequenti post prolatam, vel notificatam sententiam, (in locis in quibus notificatio exquiritur) in Senatu Delphinali, *Guid. Pap. decis.* 270. in toto Statu Ecclesiastico, *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 95. *sub num.* 6. *Scacc. de appellat. q.* 12. *n.* 54. in Palatijs, tradūt multi adducti à *Rota Romana, coram Lancell. in nouiss. siuè diuers. par.* 4. *decis.* 333. *num.* 2. in Senatu Cathaloniæ, *Fontanell. decis.* 409. *num.* 3. *lib.* 2. & in nostro Regno Neapolitano, fatetur *Carau. in Ritu M.C.* 119. & refert *Alex. Trentacinq. lib.* 2. *tit. de dilatio. resol.* 5. *n.* 3. *vers. Ego non discederem.*

Hancq; cautionem esse præstandam
8 adhùc nō petitam, concludunt, *Roland. cons.* 43. *num.* 8. *&* 10. post *Carauit. Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *resol.* 1. *de appellat. nu.* 8. *Salgad. in labyrint. credit. par.* 1. *cap. fin. num.* 23. *&* 24. *Rebuff. to.* 1. *ad constit. Franciæ, in tract. de supplicat. in præfat. num.* 38. *& to.* 1. *tract. de sentent. exequut. artic.* 1. *Glos.* 15. *num.* 1. 2. *&* 3. concinunt què tradita à *Carau.* nedùm in hoc *ritu*, sed in altero 189 *n.* 6. *Reg. de Marinis lib.* 1. *quotid. cap.* 123. *à num.* 14. *Alex. Trentacinq. lib.* 2. *var. resol. tit. de appellat. resol.* 1. *à num.* 8. *Herrig. de fideiuss. cap.* 6. *n.* 30. *& cap.* 10. *à n.* 456

Con-

Consil. Hodiern. ad Surd. decis. 57. &
à nobis ipsis in *tit.*168. *sub num.*11.*&*
in ritu 189. *num.* 12.*to.*2.

Nec ab illa est immunis etiàm pau-
per, qui si fideiussorem inuenire ne-
9 queat, res ipsa sequestranda esset. ad-
notata per *Goffred. in summ. de seque-*
strat. possess. & fructuum, §. generaliter,
vers. 3. *quod, & vers. nota*, & ex *Ca-*
rau. in hoc ritu, num. 11. aduertit *Reg.*
Sanfel. in prax. Iudic. sect. 60. *n.* 20. vel
10 pecuniæ, quæ procedēt ex exequutio-
ne, deponendæ essent in publico ban-
co, iuxtà stylum Senatus Cathaloniæ,
quem improbat *Fontanell. de pact. nupt.*
claus. 4. *Glos.* 18. *par.* 4. *ex num.* 71. qui
non alitèr illum reprobauit, quasi ta-
bula, seù bancum non posset nomina-
ri, & seruire loco cautionis, cum indu-
bitati sit eum, qui simplicitèr satisdare
11 obstringitur, satisfacere, si pignora de-
derit, *l. penult. ff. quibus mod. pignor.*
Hering. de fideiussor. cap. 15. *num.* 46.
Carthar. decis. 98. *n.* 7. *Sotom. de vsu-*
fruc. cap. 18. *num.* 8. *Gayll. obser.* 47. *n.*
4. *lib.* 2. *Cenall. comm. contr. commun.*
q. 66. *num.* 10. *Gratian. discept. forens.*
lib. 2. *cap.* 229. *à num.* 32. Sed quia ta-
bula nummularia assecurare potest tan-
tùm pecuniam, quæ deponitur in ea,
non vsuras, & interesse, damna, & ex-
pensas, quorum tamèn omnium solutio,
in casu reuocationis sententiæ, cauta
redditur ex cautione, vt aduertit idem-
met *Fontanell. decis. eiusdem Senat. Ca-*
thal. 402. *lib.* 2.

Nostrum verò S.C. seruat, fieri de li-
berata pecunia emptionem bonorum
stabilium, vel annuorum introituum,
quod si sententia fuerit lata supèr sta-
bilibus, quod loco fideiussionis, bona
executa remaneant hypothecata, cum
vinculo de non illa alienando, *Ann.*
singul. 46. *Paschal. de patr. potest. par.*
cap. 8. *num.* 145. *Gallupp. in prax. S.C.*
par. 3. *cap.* 4. *num.* 41. sicuti prospicitur
vsufructuario, non valenti cauere, & sa-
tisdare pro vsufructu, *Barbos. in l. di-*
uortio interdum, num. 28. *vers. Non ob-*
stant, ff. solut. matrim. Canalc. de vsufr.
mulier. relict. num. 150. *vers. multi te-*
nuerunt, Surd. decis. 141. *nu.* 4. *&* 14.
Sotomayor de vsufruct. par. 18. *n.* 19. *in*
fin. & videas cautelam in hoc traditam
à *Præsid. de Franch. decis.* 492. quam
memorat *Reg. de Marin. ad Reuert. de-*
cis. 208. *num.* 3. poterit tamèn quando-
cunquè, durante causa supplicationis,
pauper victor præstare cautionem, rēq;
liberam habere, *Fontanel. add. decis.*
402. *num.* 23. *lib.* 2. quamùis indistin-
ctè pauperem admitti ad iniuriatoriam
cautionem, scripserint *Guid. Pap. decis.*
50. *n.* 3. *& decis.* 189. *Roland. à Valle*
cons. 43. *lib.* 2. *à num.* 34. *Vrsill. ad Af-*
flict. decis. 231. *num.* 3. *Andr. Claud. de*
sequestr. cap. 10. *à num.* 18. *Anton. He-*
ring. de fideius. cap. 18. *num.* 101. *Vinc.*
Carocc. in tract. de except. contr. præ-
iudic. sentent. except. 106. *nu.* 2. *Giurb.*
decis. 4. *num.* 14. *Trentacinq. add. loco*
num. 9. *Gayll. pract. obseru. lib.* 1. *ob-*
seru. 155. *num.* 4. *& lib.* 2. *obseru.* 47.
num. 9. *Valasc. de priuil. pauper. par.* 1.
q. 53. *num.* 26. *Rebuff.* 1. *tom. Constit.*
Franc. tit. de supplicat. art. 5. *Gl. vnic.*
vers. Quaro pone, Azeued. in l. 2. *tit.* 20.
lib. 2. *recopilat. num.* 11. *Monteross. in*
sua pract. tract. 5. *cap.* 8. *num.* 8. *Gundi-*
zal de Paz in prax. to. 1. *par.* 7. *cap. vni-*
co, num. 95. *pag.* 198. *Villadiego in po-*
litic. cap. 4. *n.* 240. *pag.* 95. & alij, quos
recensent *Salgad. add. loco à n.* 4. *&* R. *de*
Marinis ad Reuert. *add. dec.* 208.
12 Controuersia tamèn non exilis fuit
in S C. nùm memorata *pragm.* 5. *de of-*
fic. S.C. aliaq; iura procedant in posses-
sorijs: ità quod, si sit dictum manute-
neatur quis in possessione nonnullorum
bonorum, præstare teneatur victor
cautionem de restituendo in casu re-
tractationis sententiæ, quidquid ex bo-
nis possessis perceperit, victo infrà de-
cem dies pro reuisione sententiæ recla-
mante. Et affirmatiuè respondi, fretus
authoritate *Rebuffi tom.* 1. *ad Constitut.*
Franciæ tract. de sentent. exequut. art. 1.
Glos. 15. *num.* 5. vbi etiàm cum. atten-
tis Gallorum iuribus decretum in pos-
sessorio exequatur pręstita fideiussione,

haùd

haùd obſtante appellatione, inquit *Re-*
13 *buff.* fore cautionem præſtandam, etiàm ſi is, qui obtinuit in poſſeſſorio, antè erat in poſſeſſione. Concedens enim Iudex manutentionem, & bonorum retentionem, perindè eſt, àc ſi in poſſeſſionem immiſiſſet, ad *text. in l. obuenire*, 130. *ff. de verbor. ſignif. Bart. in l. ſi finita*, 15. §. *Iulianus, num.* 22. *ff de damn. infect.* vbi quærens, quomodò interponi debeat primum decretum ad poſſidentis fauorem, decidit, quod tùnc primum decretum interponitur, non per modum immiſſionis, ſed per modum manutentionis, & retentionis,
14 & ideò dicit *Bart.* innixus *text. in l. ſi proprietarius*, §. *eod. tit. eſt caſus, quod retinetur, & immittitur in poſſeſſionē*, & ſic habetur, quod iudicialis conceſſio retinendi rem, quam quis iam detinebat, vim obtinet immiſſionis.

Concinitq; *Baldi* dictum *in l. vnic. C. vti poſſidetis, num.* 2. *verſ. caſus ponetur*, & propriè, *verſ. quaritur, quid agendum*, eſſe, nempè, fideiuſſionem dandã de iudicatum ſoluendo ab obtinente in Iudicio vti poſſidetis.

15 Militat prætereà eadem ratio vtroquè in caſu, indemnitas, nempè, victi, reuocato decreto, à quo reclamat, *Giurb. add. deciſ.* 4. *num.* 39. eadem proptereà iuris diſpoſitio locum vendicabit, *Harthman. Piſtor. obſeru.* 191. *num.* 19. *Caſtill. deciſ.* 157. *nu.* 28. *Barboſ. in tract. locor. commun. verb. eſt eadem, pag.* 290.

16 Maximè ex dictione (*quicquid*) in eadem *pragm.* adiecta, quæ vti vniuerſalis, omnes caſus comprehendit, *Rebuff. in l. creditorum, verſ. idem in dictione, quicquid, ff. de verbor. ſignific. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.* 1. *q.* 8. *nu.* 13. etiàm priuilegiatos, idem *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 145. *num.* 15. nemine penitùs excluſo, *Barboſ. in tract. de diction. & clauſul. diction.* 268. *n.* 1. & 2. *Alex. Monet. in tract. de commutat. vltim. volunt. cap.* 11. *nu.* 72. *Muſcat. in prax. fideiuſſor. par.* 1. *modo* 12. *num.* 3. & iuxtà meum reſponſum audiui à doctiſſimo Aduocato, fuiſſe deciſum in cauſa Ill. Pauli Iordani Vrſini Bracciani Ducis, cum Ill. D. Maria Felice de Perectis, Duciſſa Ariciæ; cum enim Duciſſa filia D. Michaelis, Principis Venafri ab inteſtato defuncti inſtetiſſet prò manutentione, & retentione bonorum, & potiſſimùm Principatus Venafri, & Comitatus Celani, excluſo Bracciani Duce, eiuſdem Principis ex ſorore præmortua nepote, emanato decreto è S.C. *referēte Dom. Conſil. Andrea Prouenzali*, eſſe illam manutenendam, & reclamante Duce infrà legitima tempora, petente cautionem, iuxtà *prag. ſanctionem*, fuit prouiſum, eſſe illam præſtandam.

17 Non poteſt itàq; procedi in cauſa reclamationis, niſi facta reali executione rei principalis contentæ in ſententia, neç ipſe S. C. Præſes concedere reclamationem valet, non exequuto decreto, vel ſententia S.C. ex *prag.* 79. *de offic. S.C. in* 9. *cap. Conſil. Staiban. centur.* 1. *reſol. forenſ.* 50. *num.* 24. & *cent.* 2. *cap.* 154. *num.* 1. etiàm habito colloquio cum dominis de Aula, notabilitèr extendit *P. de Affl. controu. iur. reſol. cap.* 1. *num.* 16. idquè adeò, quod Principis reſcriptum (concedens impedire exequutionē ſententiæ illius Prætorij, à quo non appellare, ſed ſupplicare tantùm licet) nullitati ſit obnoxiū, ſcripſerit *Guid. Papa deciſ.* 420. cui aduerſatur deciſio, quam obtinuiſse refert alter *Papa*, nempè, *Conſtant. in ſua annot. ad Rit.* 250.

18 Vndè etiàm ſi ſententiæ S.C. fuerint exequutę, quoad ſolutionem tertiarum decurſarum (licèt ex hoc ſit inceptum exequi in cauſa reclamationis) adhùc prò tertijs futuris ſunt exequutioni demandandæ, remorato interim progreſſu in cauſa reclamationis, de *Franch. deciſ.* 603. *in fin. verſ. Et proptereà, p.* 4. *Conſil. Staib. add. reſol.* 154. *n.* 37. adducens optimum *tex. in l. inter Caſtellianum*, 49. *ff. de recept. arbitr.*

19 Hinc incidentèr quæro, àn creditor reſciſſionem contractus iuſtè petat prò an-

annatis decursis, lite pendente, ex primo libello, & actis, si antè latam sententiam conuentus soluat omnes illas annatas in die litis motæ debitas, & affirmatiuè concludit, decisumq; tradit *Reg. Rouit. in pragm.* 1. *à num.* 40. *de censib.* in causa multiplici Nicolai Pauesij, in qua idem *Rouitus* scripsit, *conf.* 27. *lib.* 2. & compilauit *Gizzar. dec.* 68. & intellectum *Reg. Rouit. in d. prag.* 1. tradit *Mucc. var. qq. forens. cap.* 8. qui de illius *conf.* 37. non meminit.

20 Absq; tamèn reali executione proceditur, si dato termino, àd non posita ponendum, & non probata probandum in causa reclamationis, ceptum sit examinari, parte non contradicente, *Surd. decis.* 24. *num.* 9. potissimùm instructo, & compilato termino, *Gallup. cit. loco num.* 38. *Dom. Consil. Marcian. conf.* 9. *num.* 11. *lib.* 1. *& conf.* 46. *n.* 2.

21 *lib.* 2. nisi per viam restitutionis in integrum minor victor peteret priùs exequi, *Præs. de Franch. decis.* 290. quem insequitur *P. de Afflict. add. cap.* 1. *n.* 35.

22 Quod si possessio rei exequendæ esset penès Victorem, tùnc committi poterit causa reclamationis, & in ea procedi, vt declarat *Vincent. de Anna alleg.* 63. quem insequitur *Gallupp. add. cap.* 4. *num.* 47.

23 Hinc cum petijsset in M.C.V. Ioseph Antonini condemnari Iosephum Sparnum, ad soluendum ducatos centum, & quatuor, prò pensione trium annorum cuiusdam domus, ad rationem ducatorum triginta octo quolibet anno, instructo processu, condemnatus extitit Sparnus ad pensiones liquidandas, quæ liquidatæ fuerunt decreto M.C.V. in ducatis viginti, absolutusq; propreteà fuit à solutione maioris petitæ summæ. A quo decreto Antoninus Actor nullitates proposuit absq; deposito, quas M.C. renuit recipere, sed eius decreto mandauit, quod executo decreto liquidationis ducatorum viginti soluendorum ipsi Iosepho Antonino, prouidebitur supèr receptione nullitatum.

Ab huiusmodi scito prouocauit ad supremum Tribunal S. C. Antoninus, instās prò receptione nullitatum, absquè deposito, maximè quod non petebat solutionem ducatorum viginti, & facta

24 relatione in S. C. *referente Dom. tùnc Iudice, nùnc dignissimo Consiliario Fabio Apicella*, in Aula Dom. Consiliarij Marci Antonij Cioffi Marchionis Olicueti, sub die 3. Nouemb. 1661. manauit determinatio: *Remissa est causa eidem M.C.V. quæ prouideat, quod nullitates recipiantur absq; deposito.*

25 Etenim executum decretum, vel sententia dicitur, quando Victor reperitur habere, vel retinere penès se, & in suum posse id, quod continet sententia, vel decretum, & sempèr decretum executum dicitur, quando parti succumbenti nil potest imputari, quin illud exequutioni demandetur, vt benè obseruat *Anna mem. alleg.* 63. *nu.* 2.

26 Quando autèm Reus conuentus, qui obtinuit absolutionem vigore sententiæ, dicatur habere penès se id, quod continet sententia, probat mihi *tex.* egregius *in l.* 1. *§ si debitori, ff. vt in possess. legat. & fideicōm. seru. causa esse liceat*, quē *text.* ad hoc elegantèr applicat *Zasius in l. miles*, 6. *§. qui iudicati, n.* 7. *ff. de re iudicat.* vbi quod absolutus Reus ab impetitione Actoris, iàm habet, & possidet, quod voluit, & decretum absolutorium trahit secum exequutionem, nèc vlla facti exequutione opus est, *Bar. in d. l. miles, num.* 2. *Andr. Gayll. pract. obseru. lib.* 1. *obseru.* 113. *num.* 18. *Garzia de nobilit. Glos.* 8. *§.* 1. *num.* 6. Illud enim actu extrinseco exequi minimè potest, cùm nitatur tantùm actu negatiuo, non soluendi, & videndus in terminis *Reg. Reuerter. decis.* 49. nècnon *Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis.* 299. *num.* 2.

27 Certumq; est in Regno, sententia, vel decreto, exequuto, nullitates posse proponi absquè deposito, vt testatur de praxi *Reg. Capyc. Latro decis.* 91. *in fin. to.* 1. *& consult.* 6. *vol.* 1.

28 Nèc refragatur esse impartiendum terminum, præuio nouo libello, quotiès pro-

proponũtur nullitates poſt exequutionem ſententiæ, ex *Ann. alleg.* 22.*nu.* 1. quem inſequitur *Laganar. ad Rouit.in pragm.*5. *de offic.S.C. verſ.Et inſupra-dictorũ, De Anna* meminit quoq; *Muſcat. in prax.S.C.p.*7.*Gloſ.cõdemnando, n.*122.nàm aduerſùs *Annam* plures *deciſ.*ſubnectũt *R.Sanfel.dec.*96 *n.*3.*&* 4. *& in prax.Iud.ſect.*60.*n.*41.*Reg.Capyc. Latr.dec.*173.*n.*46.*lib.*2. ea freti ratione,nã quotiès nullitates colligi poſſunt ex actis, ſempèr illæ propoſitæ intelliguntur incidentèr, inſequitur *Iudex Franciſc. Mar.Prat. ad Muſcat.par.* 1. *Gloſ. nullitatis, verſ. At non otioſa,* & videndi ad materiam *Ioſeph Seſſe de inhib. cap.* 5. §. 5.*Carleual de Iudic.to.*2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.*5. *à num.*20.

29 Deducitur inſupèr ex verbis huius *Ritus*, ibi, *Tamèn in expenſis*, quod reclamatio quamuìs nõ ſuſpendat executionem ſententiæ, quoad rem principalem in ea contentam, optimè tamèn illam retardat quoad expenſas,ad quas victus fuit condemnatus, *Afflict. deciſ.* 231. cuius meminit *Carauit. in hoc Ritu, num.*5. idemq; *Afflict. deciſ.* 358.*n.*8.*Reg. Rouit. in pragm.*1. *n.*11. *de expenſis,Iudex de Angel.in eius prato,ſupèr add. Auth.quæ ſupplicatio, ſub num.*1. *Marotta mem.cap.*13.*ſub n.*33. *P.de Affl. controu.iur. reſol. cap.*1.*n* 3. R.*Capyc.Latr.deciſ.*100. *num.*36. *lib.*1. *Dom.*Reg.*Marcian.diſp.*18.*n.*29.*lib.*1.

Hàcq; declarationẽ prodijſſe tantùm ex diſpoſitione huius *Ritus*, non iuris communis,optimè,enucleato *Carauita*, probat *Muſcatell. in prax. de appellat. par.*1.*Gloſ.Poterit,ſub num.*20.addens, *Bart.Rebuff.*reliquoſq;citatos, per eundem *Carauitam*, *ſub cit. num.* 5. *& in Ritu* 257. itidèm *ſub num.* 5.non loqui de expenſis, ſed de acceſſionibus ad

30 ſententiam quoad fructus,& intereſſe, reſpectu quorum nihil poterit Iudex innouare,quamuìs poſſit in cauſa principali, ſcilicèt ſententiam ipſam exequendo, & videndi *Oſaſch. deciſ.* 129. *num.*1. *in fin. Lancellot.de attent.par.*2. *cap.*9. *num.*35.*Giurb.deciſ.*81.*& Maſtrill.deciſ.*99. *&* 223. dicentes,quòd ſuperſederi debeat in reclamatione, donèc liquidatio,& reſtitutio fructuum facta fuerit, quamuìs contrarium deciſum annuat peritiſſimus, & integerrimus *Conſil. Dom. Io: Bapt. Hodier. ad Surd. deciſ.*276. *num.*6. *in fin.* ſub die 8. Aprilis 1634. *referente Dom. Conſ. Andrea Prouenzali*, procedendum ſcilicèt fore ad expeditionem cauſæ reclamationis,haùd obſtante partis obiecto, ſuperſedendum eſſe, donèc facta fuerit fructuum liquidatio,& reſtitutio.

31 Dubitari etiàm contigit in S. C. in cauſa D. Ioan.Baptiſtæ Benincaſa, cum D. Franciſco Caracciolo, de qua memores fuimus in *Ritu* 166. *n.* 205.nam,ſententiam S.C.qua fuit condemnatus Caracciolus ad faciendam remiſſionem mercedis, iuxtà liquidationem faciẽdam per S.C. eſſe exequẽdã priùs,quoad liquidationem, remorato reclamationis curſu, dicebamus.

Et quamuìs doctiſſimus *Franciſcus Andrea* reclamantis Aduocatus cõtendiſſet, poſſe procedi in cauſa reclamationis, quæ ſententiæ exequutioni in nihilo officeret,tamèn, me patrocinante prò Benincaſa, fuit prouiſum per *Dom. Reg. & Præſid. S.C. D.Bernardum Zufia, Marchionem Matonti*,quod exequuta ſententia S. C. quoad liquidationẽ, procedatur in cauſa reclamationis,iterùmq; confirmatũ fuit in Aula S. C. habito colloquio cum Dominis illius,de menſe Maij 1662. in bãca Lauiani,& in terminis deciſum tradit *R.de Marin.lib.*2.*quot.reſol.c.*178.*n.*4.*&* 5.

32 Sed valeat nè Iudex à quo,pendente appellatione, taxare expenſas, ad quas victus fuit condemnatus. *Lapus alleg.*82. affirmatiuè reſpondet, illum inſequuntur *Marant. de Iudic. par.* 6. *verbo, Appellatio, num.*174. *Duen.regul.*42. *limit.*18. *Coppin. deciſ.* 38. *Carau. in Ritu* 298. *num.*24. *Anton. Gabriel.in tit.de reg.iur. concluſ.*3. *n.*54. *Ann.ſingul.*31. ſic obſeruatum de anno 1551. ſubnectens,*Caualc. deciſ.*15. *num.*25. *par.*1. *Muſcat. in prax. Gloſ. fin.*

fin. num. 92. *Episcop. Campan. ad Oliuam super Rit. Cur. Archiepisc. Neap.* 4. *n.* 17. *Visconti in conclus. iur. verbo, Appellatione pendente.* Sed *Lapi* sententia nō placuit diuersis Europæ Senatibus, potissimū *Rota dec.* 43 *aliàs* 625. *de sēt. & re iudic. in antiq. dec.* 25. *aliàs* 90. *de re iudic. in antiq. & in dec. diuers.* 722. *lib.* 3. *Bellam. dec.* 382. qui restringit in expensis registri, *Fiuizz. dec.* 15. *n.* 25. *Cappell. Tholos. in dec.* 465. quæ illā admisit, quādo taxatio fieret in continēti, adeò quod *R. Rouit.* de illa dubitans, *in prag.* 1. *nu.* 5. *de expens.* subdit, quod qu atenùs posset procedi ad taxationē, illa non exequitur, etiàm si esset sentētia S. C. à qua penderet reclamatio, insequuntur *Anus meus ad Gram. dec.* 14. *sub n.* 2. *Anichin. de prauēt. instrum. c.* 1. *dub.* 3. *n.* 138. *R. Capyc. Latr. consul.* 159. *n.* 20. *tom.* 2. *Gratian. to.* 1. *c.* 33. *nu.* 24. *to.* 2. *cap.* 349. *& tom.* 4. *cap.* 698. *n.* 13.

33 Cæterùm, multa de supplicatione cōgerit hoc in *Ritu Carau.* qui pręterea illius probat definitionē, *n.* 2. quam ex *Abb.* verbis deducit, quāq; *Affl.* etiàm collauda (sed ab ipso *Carau.* preteritus) *in dec.* 341. necnō *Gratian. in dec. Mar-*
34 *chia* 92. *sub n.* 8. vbi tamèn differentiam constituit inter supplicationē ipsam, &
35 & appellationē. Verumtamèn appellationē, supplicationē, & reuisionem eiusdem effectus esse, *Seraphin.* apertè docet, *in dec. Rota Romana* 495. *n.* 2. 4. *et* 6. *Capyc.* de appellatione, & supplicatione loquens, *in dec.* 137. *&* 144. *Grām. dec.* 15. & *Giurba* de appellatione, & reuisione scribens, *dec. Sicil.* 30. *n.* 7. *cum subsequentib.* nècnon *Leo dec. Valen.* 28. *n.* 3. *dec.* 42. *nu.* 1. *& dec.* 103. *nu.* 2. *&* 5. *Fontanel. decis. Cathal.* 271. *&* 286. *to.* 1. *& dec.* 404. *n.* 11. *& dec.* 412. *to.* 2. memor *Carau in hoc Rit. Sola in Const. Sabaud. tit. de mod. & for. suppli. Gl.* 1. *n.* 8. *& Gl.* 2. *ex n.* 18. *Rebuff. in* 1. *so. Const. Frāc. in praef ad tit. de suppl. q.* 9. *ex n.* 84

Ac præsertìm dicatur proptèr supplicationē lis pēdere, quemadmodum, & proptèr appellationē, non obstante contradicente doctrina *Bal. in auth. quæ supplicatio, n.* 2. *C. de precib. imper. offerend.* defendit *R. Rouit. in prag.* 38. *§. similitèr, à n.* 8. *de offic. Procur. Cæsar. Guid. Papa singul.* 397. & in illa causa, in qua scripsit R. *Rouit.* edidit R. *Tap. decis. S. C.* 18. nosquè nonnulla tangimus *in rit.* 259. dùm extricamus articulum, àn interesse rei iudicatæ debeatur, pendente reclamatione.

Effectu itaq; securo, arbitramur aliqualem inter eos terminos consideravi dissimilitudinem; siquidem appellatio diffinitur, vt sit prouocatio ad maiorem Iudicem, ratione grauaminis illati, vel inferēdi, quam post, *Marant.* collaudauimus *in ritu* 6. *n.* 2. *to.* 1. aùt etiàm ad Principem, *l.* 1. *§. idest, ff. de appell.* cum supplicatio, & recursus nonnisi ad Principē interponatur, quod ex eadē *Seraph. decis.* 495. *n.* 3. facilè desumitur, alteraquè 972. *nu* 15. ob quod nimirùm *in ead. decis.* 495. *n* 5. dici existimamus, recursum non aliud esse, quam superioris benignitatem quandā ad remouendū ea, quæ perperàm acta fuisse, quis suspicatur, prædictaq; differentia illustriùs sine dubio, patet ex alijs multis in eisdem *decis. Seraph.* cumulatis assertionibus, similitèr vigebit antenotata differentia respectù appellationis, àc reuisionis, si reuisio à Principe concedatur, vt fieri Lusitaniæ, *Valas.* docet *decis.* 51. nō autē si remediū sit extraordinariū, nullo cōcurrente Principis decreto, cuius testis est *Giurba adducta dec.* 30. *n.* 8. *et* 9.

36 Illam verò assertionem, si prohibita appellatione, sit etiā, & supplicatio interdicta: àn omnes admittāt, ipsaq; vērū sit vera, nè omittas perlegere, quę *cit. Rou.* aduertit *in* illo *§ n.* 12. *Surd. cons.* 277. *& dec.* 36. *n.* 22. *Minad. dec.* 27. nècnon *in Constit. aliquibus,* 1. *notab. n.* 54. asserens, Ritum Magnæ Curiæ auferentem appellationem in causa domicilij, non
37 reijcere recursum, àc defensionem, sequiturq; *Masull. ad Capyc. dec.* 144. *n.* 2. & appellationem denegatā per Magnā Curiam, reiecta allegatione absentiæ, & petita dilatione non operari, vt recursus etiàm dicatur prohibitus, cum

cum amici, aùt consanguinei valeant adire Principem; recursusquè virtute admitti, & audiri debeant; teste *R. Carolo Tappia in annot. ad Regni Constitutionem*, exordientem, *Contumacem ciuili, supèr verbo, Appellationis remedio, num. 3. & 4. & decis. S.C. 17. Danz. ad Gram. dec. 13. à num. 11.*

RITVS CCLIII.

Tèm in eisdem Curijs: & qualibet ipsarum in omni causa appellationis pcedi possit sine libello, & litis contestatione: & causa appellationis inchoet per aperturam processus.

SVMMA RERVM.

1 *In appellationis Iudicio, tres recensētur obseruationes in M.C.V. probatæ.*

2 *Carauita, & Muscatelli dicta notantur.*

3 *Legis verba nunquam frustrà posita creduntur.*

4 *Apertura processus, quomodò sit facienda, qua præcedente instantia, & qua cum partis citatione, remissiuè tangitur.*

1 Tria obseruanda esse, & obseruari cōsueuisse in Magnę, & Vicariæ Curijs, in appellationis Iudicio, supponunt nostri *Ritus* verba. Primum, nempè, vt sine libello procedatur: Alterum, vt sine litis contestatione, vtquè tandèm causa ipsa inchoet per aperturam processus, cuius *Ritus* dispositionem duplicari in *Ritu 6.* credit *Prosper Carau.* quia, & illic, *sub num.* 8. existimat, verba illa, in eo *Ritu* posita, scilicèt, *causam inchoari per aperturam processus*, idèm præseferre, quod in causa appellationis sine libello, & litis contestatione procedatur. Attamèn verò, nō benè dicere

2 credimus, cum *Muscatello in praxi de appellat. par. 2. glos. 1. à num. 13.* & affirmamus, eandem particulam de processus exordio, vt illud sit in appellationis Iudicio, cum processus panditur & obsignata acta ad appellationis Iudicem delata, reseruantur, quam ille constituit *Ritus*, repetijt iste noster, alias verò particulas, quarum meminit præsens *Ritus* minimè pertetigit *Ritus* ille 6. verùm alij duo mòx sequentes eisdem ferè vtentes verbis, cum sequēs 254. illis vtatur, nempè, *In Curia ipsa in omni causa appellationis procedatur sine libello, & litis contestatione. Ritus* autèm 255. alijs illis, puta: *In causis appellationum, quæ agitantur in dicta Curia, non datur libellus, nèc lis contestatur*, vt propterea demirari debeamus, quomodò *Muscatell. ead. Glos. 1. sub num.* 13. existimauerit, tot *Rituum* verba, idem insinuantia, non videri superflua, sed aliquid dissimile significare, & quid amplius operari, etenim regula quamuis sit, verba legis, aùt statuti admittere sempèr interpretationem aliquam, nè frustrà addita dicantur, aùt

3 supersluè posita, isthæc tamèn generica conclusio, quomodò nostris *Ritibus* adaptari possit, non videmus, cum eadem sint omnium formalia verba, idemquè sensus, & intellectus, vt proptereà fateri oporteat, verum esse, quod millies his in *Ritibus* asseruimus contra illorum compilatores.

4 Cœterùm, tres memoratas obseruantias, siuè potiùs obseruationes, tribus istis in *Ritibus* declarare, curabimus, hìc tantùm scrutaturi aliquid pertingens aperturam processus, scilicèt, quomodò sit facienda, qua præcedente instantia, & qua cùm partis citatione, ad quarum veram notitiam relegamus Lectorem, ad notata per eundem *Muscatellum indicata Glosa 1. à num. 1.* praxim præsertìm in ea re passim receptam edocentem, & nos pertingimus super *Ritu* 263. quin, dictam con-

consueuisse in Regno esse primũ actũ, qui fiat in causa appellationis, docet, horum *Rituum*, fultus auctoritate, *Alberic. Olina sup. Ritu* 36. *Cur. Archiep. Neap. num.* 19. cuius insupèr *ritus* verba id insinuant, eum *in* §. *sed, si appellatus*, dicunt: *& habita copia processus sit apertura, & datur terminus*.

RITVS CCLIV.

Itèm in Curia ipsa in omni causa appellationis proceditur sine libello, & litis contestatione.

SVMMA RERVM.

1 *Dictio, Itèm, cuius sit virtutis, ostenditur.*

2 *Redarguitur Rituum compilator, quod præfata dictione, Itèm, vsus fuerit in huius rit. exordio.*

3 *Huius ritus verbis quamuis contradicere videantur alia verba ritus* 244. *datur tamèn conciliatio.*

4 *Litis contestatio, nècnè in Regno requiratur in causa appellationis.*

1 Isthæc dictio, *Item*, cuius *ritus* meminit, continuatiua præcedẽtium respectù intentionis disponentis existimatur, quia sic loquendo intendit vltrò progredi, & disponere, non tamèn est continuatiua respectù dispositi, imò sequentem dispositionem prorsùs differre ab antecedenti, insinuat, quin, & diuersitatem capitulorum, inter quæ ponitur, teste *Gemin. consf.* 67. *sub num.* 3. itàq; cum huius *Ritus* verba, & conclusio, vt in præcedenti diximus, sit eadem, quæ in illo, cer-
2 tè redarguendus videtur compilator, quòd illa vsus fuerit in huius *Ritus* exordio; Vos autèm videtote *Tuscũ*, de hac dictione latè edifferentem, dequè eius natura, *in conclus.* 303. *lit. D.* nècnon *Cenedum, post practicas questiones sing.* 31. illud præsertim aientem, quòd imperfectam orationem si sequatur, aùt antecedat, præfata dictio repetat qualitates antecedentis orationis. Quod si perfectam sequatur, nèc defectiuam verbi, tùnc non repetat, sed eandem continuet materiam, ex *Bar. in l. in repetendis num.* 1. *ff. de legat.* 3.

3 Verbis insuper *Ritus, & litis contestatione*, apertè contradicunt alia verba *Ritus* 244. dùm asserunt, instantiam in feudalibus anno durare in causa appellationis, illamque exordiri à die litis contestationis, itaquè supponunt contestari litem in ipso Iudicio appellationis in Regno, nèc vllus, quem viderim, Regnicola horum Rituum contradictionem perpendit, quamùis facilis sit eorum conciliatio, quæquè ex Doctoribus ipsis Regnicolis quoquè depromatur, volentibus his nostris *Ritibus* veros tradere intellectus, maximè eodem *Muscatell. ead. Glos.* 1. *nu.* 29. insuperquè, in *par.* 3. *Glos.* 1. *nu.* 38. subnectente, *num.* 42. praxim consuetam in Regijs Tribunalibus, cum initiatur causa appellationis, vtrobiquè
4 aut èm affirmat horum *Rituum* virtute non requiri contestationem litis, declarat verò deincèps procedere in forma de iure communi requisita, vtiquè verò alteram sic æquipollentèr dictam, nempè, dando, & assignando terminum, ad non posita ponendum, & non probata probandum, quam requiri hoc in Regno admonet, iuxtà dispositinnem *l. per hanc, C. de tempor. appellat.* aliarumquè legum, quas recenset *Olina ad Rit.* 22. *Cur. Archiep. Neap. n.* 12. *&* 13. Ex quibus talpa cæciores nùnc cõspicere poterunt, quæ sit nostrorum contradicentium *Rituum* concordia, & conciliatio, non secus, àc in prima etiàm instantia diximus in more esse per leges Regni, *super Ritu* 48. & consecutiuè subsistere quoquè debeat in appellationis causa, dùm vtriusquè instantiæ eandem esse naturam ad hoc ipsum probandum, docet *Alber. Olina in Ritu Curiæ. Archiep.* 36. *sub num.* 10. & nos alibi insinuauimus.

RI-

RITVS CCLV.

Itèm in caufis appellationum quę agitantur in dicta Curia: non datur libellus, nec lis conteftatur.

SVMMA RERVM.

1 *Libellus in Regno requiratur nè in caufa appellationis, explicatur.*
2 *Nùm verò in prima inftantia.*
3 *Libellus, & litis conteftatio qualitèr practicentur in omnibus Regni Tribunalibus, remiffiuè.*
4 *Iudex appellationis, qui pronunciauit malè appellatum, & non dixit, benè iudicatum, àn confirmaffe dicatur primam fententiam, latè inquiritur.*
5 *Sententia, quæ abfoluit creditorem ab impetitis per debitorem, qui ad debitum, aliqua ex caufa perfoluendum, non teneri, poftulauerat, àn debitor ad foluendum fuerit condemnatus.*
6 *Vigore decreti, quo declaratum fuit capitale alicuius quantitatis extitiffe, rifico, & periculo debitoris, àn cogi poffit debitor ad tertias foluendum.*
7 *Decif. 60. Reg. Rouiti, qui expungant, traduntur.*
Sententia, àn ex caufa non deducta, & fupèr non petitis proferri poffit, præfertim à fenatu Præfecti Prætorio vicem fuftinente.

1 IN caufis appellationum libello haùd vtendum effe in hoc Regno; concluditur præfenti in *Ritu*, aliijq; antecedentibus, quorum tamèn affertio, nedùm iuri communi refiftit, *in l. 1. §. libelli, ff. de appellat.* àt nequè noftro in Regno,ità paffim intelligenda venit, quemadmodùm eorundem *Rituum* verba fonare videntur, & *Carau.* opinatur *in Ritu 6.* cum re vera adhibendum effe libellum in ipfa fecunda inftantia, verius fit, & *Mufcatel.* defendit *in praxi de appellat. par. 2. gl. debet*, quæ eft 1. *num.* 28. àt dumtaxàt de libello iuris follemnitaribus, & requifitis referto, quorum meminimus in *Ritu* 289. non autèm de libello, fic per æquipollens dicto, quem concurrere oportere, non obftante horum *Rituum* verbis, afferuimus, & inibi *Mufcatell.* ait, qui prætereà ità intelligendos effe præfatos *Ritus* adiungit, atq; ideò requiri inftantiam appellantis, attenta forma *Conftit. Regni appellationum, & Conftit. Iurifperitorum*, afferit, & quippè aliquo concurrente modo per ipfumet enarrato in illius *Glofa* initio, quorum aliquam fubingredi vim libelli, conftat ex prædictis, atq; *Gl. in cap fi autèm, §. fi quis in quacũq; verf. fic litis cõteftatio, 2. q. 6* quã nimirũ interpretationẽ praxi ipfa comprobari adnectit, quod verum effe nemo, noftra fententia oppugnabit,
2 cum nequè in prima inftantia his noftris temporibus adhibẽdus omninò fit requifita de iure communi continens, fed qualis, qualis petitio, atquè inftantia dumtaxàt declaratiua voluntatis, comparẽtis, fatis fit, quòd latè extricamus fupèr *cit. Ritu* 289. vbi libelli materiam complectimur, quin, & Regni quoquè Siciliæ vltrà pharum mos probat, cuius nobis fidiffimus eft teftis *Marius Muta* adiungens, in eo Regno vocari, & dici per modum poftæ, in *decif. 56. nu. 7.* & præferre illud, quod *DD.* nominant, & dicunt qualẽ, qualem petitionem, cuius fermonem contexuit *Surd. conf. 204. n. 6. lib. 2.* In Curia verò Archiepifcopali Neap. libellus nõ videtur requiri, cum appellatur ab interlocutoria, vt ex *Ritu* illius Curiæ 36. § *fi verò appellatur*; Rationemquè fubijcit *Oliua nu. 13.* Itaquè fupponit, requiri in appellatione à deffinitiua, cuius contrarium inibi in more effe confpicimus, fi de libello loquatur cum requifitis de iure communi, etenim illo in Tribunali, aùt alibi, Iuris forma non attenditur in libellis, nequè etiàm in principali caufa, fimilitèr, nequè in fecunda, cum vtraquè fit eiufdem naturæ, per *Dec. in cap.*
3 *per tuas, de appellat.* qualitèr autèm practi-

ſticetur libellus, & litis conteſtatio in omnibus Regni Tribunalibus, miro ordine, enarrat *Iudex Franciſc. Maria Prat. ad Muſcat. add. Gloſ. Debet, ad num. 23. & 26.*

4 Nudiùs tertiùs non iniucunda orta fuit controuerſia, nùm Iudex appellationis, qui pronunciauit, malè appellatum, & haùd dixit, benè iudicatum, confirmaſſe dicatur primam ſententiã, & negatiuè nonnulli affirmabant, quia ex proprietate ſermonis, aliud eſt, fuiſſe malè appellatum, aliud benè iudicatũ, verba verò ſententiæ ſtrictè, vt ad literam iacent, accipi debent, *Bar. in l. ſi expreſſim, col. 2. verſ. quandoquè ſententia, ff. de appell. & in l. Aemilius, num. 3. ff. de minorib.* & *Bart.* verba ſunt: *Vltimo nota, quod in cauſa appellationis, ſi ſententia prima eſt abſolutoria, Iudex appellationis non ſolùm debet pronunciare, malè iudicatum, ſed debet, condemnare, vel pronunciare reſtituendum, vel quid ſimile*, & facit *l. cum apud, infrà iudic. ſolu. & in l. Offidius 1. de legat. 3.* adde *Cardin. conſ. 71. col. 2. verſ. Quarto, Panor. conſ. 3. q. 12. vol. 2.* poſt eos, *Menoch. conſ. 110. nu. 14. vol. 2.* qui obſeruandum id eſſe, monet, cum duo hæc, malè appellatum, & benè iudicatum connexa inuicèm videantur, quorum vnum, alterum inferre videatur; Ex qua propoſita ratione, quia alterum venit in neceſſariam conſequentiam, contrarium, vt ſatis ſit Iudicem pronunciaſſe, malè appellatum, quia cenſebitur, iudicaſſe, benè iudicatum, reſpondi, ex *Accurſio in l. eos, verbo, vel iniuſtam, C. de appellat.* vbi *Bal. n. 5. Salyc. n. 4. Caſtrenſ. 1. coll. Philipp. Frãc.* copiosè *in cap. dilecto, q. 34. de appellation. & Peregr. conſ. 73. num. 11. vol. 1.*

5 His concinit ſollemnis *Reg. Scipionis Rouiti deciſ. 60.* quod ſententia, quæ abſoluit creditorem ab impetitis per debitorem, qui, aliqua oppoſita exceptione, ad debitum non teneri, declarandum eſſe, poſtulauerat, debitorem ipſum ad ſoluendum condemnaſſe, cenſeatur, quia ſententia nedùm expreſſa, ſed quicquid venit in conſequentiam expreſſorum, continet *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 833. num. 28. & 29. Pater de Afflict. controuerſ. iur. reſol cap. 3. à num. 12.* idem *Reg. Rouit. add. loco à num. 3.* ex *tex. in l. Pomponius, §. ſed etſi, 15. ff. de procurat. in l. ſi inter me, & te, ff. de exc. rei iudic. in l. ſi quis rem, 24. ff. eodem, Salyc. in l. 4. num. 1. verſ. ea tamen, C. vbi cauſ. fiſcal.* & conferunt tradita à *Salgad. in labyrinth. cred. p. 3. cap. 1. à num. 89. & in tract. de Reg. protect. 4. p. cap. 9. ex n. 31. Caſtill. controu. tom. 5. c. 194. n. 34. Noguerol. alleg. 18. ex num 34.*

6 Decretum propterea S. C. quo declaratum extitit, capitale alicuius quantitatis, debere ſtare riſico, & periculo debitoris (licèt non iniungat debitori ſolutionem) eſſe nihilominus exequendum, ſaltèm quoad ſolutionem tertiarum decurſarum, abſq; nouo proceſſu, & ſententia, ſcripſit *Conſil. Staiban. reſol. forenſ cent. 2. reſol. 154.*

7 *Deciſ.* verò *memoratam 60.* apud *Reg. Rouit.* expungit *Io. Iacobus Anichin. in tract. de præuent. inſtrum. c. 2. q. 2. à num. 59.* tradens, eam nullatenùs poſſe admitti, niſi creditor antè litem conteſtatam, vel expreſſim, vel tacitè prò cõdemnatione debitoris inſteterit. illa fretus ratione, quod ſententia non niſi ſuper petitis, & ſuper quibus lis fuit conteſtata, proferri poſſit, ex *Boer. dec. 42. à num. 13. Gramm. deciſ. 15. & Muſcat. in prax. par. 1. Gloſ. petitur, nu. 55. & 56.* cum libellus, vel qualis qualis petitio, ſol ſit, ad quem ſententia, tanquàm heliotropium, ſempèr reſpicere debeat, *clem. ſæpè, de verb. ſignific. l. vt fundus, ff. comm. diuid. Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. num. 18. Anichin.* aduerſùs *Rouit.* inſequitur latè *P. de Affl. controu. iur. reſol. cap. 50. fol. 449. & in addit. ad idem caput, pag. 521.* quibus contradicunt tradita à *Gram. cit. deciſ. 15. & 19. deciſ. 61. num. 29 & dec. 103. num. 142. Gamm. deciſ. 330. n. 2. Magon. deciſ. 53. num. 7. & 16. Guid. Pap. deciſ. 29.* quod Senatus, qui Iudicem

Præ-

Pręfecti Prętorio ſuſtinet poſſit proferre ſententiam ex cauſa non deducta, & decif. Gramm. tretus *Io. Bapt. Aſin. in prax. q. §. 3. num. 5.* tradit S. C. ſecundùm conſcientiam iudicare, & ſi aliter iudicaret, peccaret, iuxtà omnes Theologos, & notant *Reg. Rouit in prag. diſpendia litium, nu. 31. de arbitr. & Reg. Capyc. Latr. conſul. 9. num. 75. lib. 1.*

RITVS CCLVI.

Tèm ſeruat ipſa Curia, quod appellatio in infraſcriptis caſibus remittitur: videlicèt quando ſit mandatum per ipſam Curiam condemnatorium, vel abſolutorium.

SVMMA RERVM.

1 *Licitum eſt à quolibet grauamine appellare, tùm in ciuilibus, tùm in criminalibus.*

2 *Appellatio eſt æmula ſententiæ à primo Iudice prolata, & theriaca contra illius venenum.*

3 *In dubio qualibet appellatio eſt admittenda.*

4 *Sunt tamèn multi caſus, in quibus de iure interdicitur appellatio.*

5 *Soccinus errore lapſus eſt, dum credidit omnes illos numerari per Speculatorem, nàm alij multi reperiuntur reſcripti per alios.*

6 *Quotquot tamèn ſint caſus, eos ex duplici fonte manare, aduertit* Reg. *Ronitus.*

7 *Quod ſcilicèt quãdoq; appellatio prohibeatur ratione cauſæ iàm cognitæ, & iudicatæ ab ipſo Principe, vel delegato cum clauſula, appellatione remota, quandoquè verò ratione excellentiæ Iudicis, ſeù Tribunalis.*

8 *Supplicationis, ſeù reclamationis conceſſio, àn ſemper ſit gratia.*

9 *Cauſa ſui natura appellabilis ſi Iudici committatur, à quo non appelletur, ſit inappellabilis.*

10 *Appellabilis ſempèr effecta cauſa, ità ſempèr, & perpetuò erit.*

11 *Appellatio eiuſdem eſt naturæ, cuius eſt cauſa principalis, adeò quod ſi in prima inſtantia proceditur per horas ità in cauſa appellationis, cum alijs ad materiam.*

12 *Cauſa in prima inſtantia ſi fuerit expedita, iunctis duabus Audientijs Iudicum M. C. V. expedirinè debeat in gradu appellationis, iunctis duabus claſſibus* S. C. *inquiritur, & deciſ. adducuntur.*

13 *An cauſa appellationis, & cauſa primæ inſtãtia ſint eadem, quoad omnia.*

44 *A præceptis condemnatorijs, vel abſolutorijs M. C. & à precepto facto debitori confeſſo denegatur appellatio, ad effectum exequutionis impediendæ.*

15 *In cauſis modicis proceditur ſine ſcriptis, & ſtatur Iudicis dicto de confeſſione partis, quamuis illa in ſcriptis redacta non ſit.*

16 *Carauitæ effatum, quod prædicta procedant, quotieſcunquè præcepta fiant non dato libello, nèc lite conteſtata, non admittit Muſcatell. ſi confeſſio eſſet formitèr facta.*

17 *An de iure vi confeſſionis factæ coràm Iudice poſſit proferri decretum condemnationis, remiſſiuè.*

18 *Et àn ſi facta fuerit coràm Iudice incompetente, remiſſiuè.*

19 *Quando hoc Iudicis præceptum habeat vim diffinitiui, vel interloquutorij, & admittat appellationẽ, inquiritur. Quæ mandata poſſint fieri inconfeſſis, remiſſiuè.*

20 *In condemnatione pœnæ pro contrauentione mandati, quo ordine procedatur, & prò contrauentione contrà Neapolitanos, àn exequatur pœna pecuniaria, remiſſiuè.*

21 *Multa de confeſſione iudiciali traduntur, remiſſiuè.*

22 *Sunt, & alia decreta appellationem ſuſpen-*

spensiuam, non admittentia.

23 *Potissimùm illud expulsionis, & extractionis à domo, & condemnans ad pensionis domus solutionem.*

24 *Nèc sententia prò alimentis, quod àn sempèr sit verum, tangitur.*

25 *Id quod ampliatur ad causam dotis, ipsiusq; fructuum, & ad sententiam assecurationis dotis, latam ob vergentiam viri ad inopiam.*

26 *Adeò alimentorum causa est priuilegio munita, vt in ipsorum legato debitori facto, nullum ius ipsius creditoribus quaratur.*

27 *Nèc admittitur à datione tutoris, & à sētētia supèr mercede famuli, cū alijs.*

28 *Nèc à sententia lata ad pias causas, & à solutione decimarum.*

29 *Contrà administratorem loci pij, condemnatum ad reddenda computa, poterit Iudex à quo suam exequi sententiam, haùd obstante appellatione.*

30 *Quid verò dicendum in quolibet alio administratore, remissiuè.*

31 *In Regno, administratores rerum Vniuersitatis à rationalibus condemnati exequuntur, non obstante appellatione, præstita cautione in casu retractationis.*

Nùm hoc procedat in Aerarijs Baronū.

32 *Appellatio non admittitur à determinatione illius, cuius conscientiæ aliquid committitur.*

33 *Nèc à decreto, quod hæres soluat expēsas funerales, vel erogatas prò ægroto.*

34 *In causa syndicatus, àn admittatur.*

35 *Et àn decreto quod expediatur citatio super tenore instrumenti.*

1 Licitum esse à quolibet grauamine appellare, iura exclamāt, *in cap. vt debitus, de appellat. cum concordan.* tàm in maioribus, quā in minoribus causis, ciuilibus, & criminalibus, *c. de appellationib. eodem tit. Gloss. fin. in l. qui restituere, ff. de rei vend. Borrell. p. 2. summ. decis. tit. 33. num. 57. Menoch. de recuper. possess. remed. 6. num.* 88. *Consil. Staib. resol. 50. num.* 18. *lib.* 1. *Muscatell. in prax. S.C. lib. 2. par. 1. Glos. Sententia, num. 40. Visconti ad Franch. decis.* 141. *Battand. in sua praxi causar. crim. resol. 163. in princ.* est. n. ipsa appellatio æmula sētētiæ à primo Iudice prolatæ, & theriaca

2 contra illius venenum, *Bal in l. vnic. C. si de moment. possess. Rebuff de appellat. in præfat. num.* 78. *to.* 3. *Reg. Valenz. cons. 76. num. 6 lib. 1. Granat. ad Vestr. in prax. Rom. lib. 3. cap. 5. num. 11. de Franch. dec. 120. num. 5. & dec. 637. num. 5. Duen. in regul. 43. vers. secundo probatur, & regul. 45. Surd. decis. 36. num. 5. Anichin. de præuent. instrumen. cap. 2. dub. 2. nu. 129. Nouar. in pragm. in rubr. de appellat. num. 1. collect. 1. Iud. Prat. lib. 1. discept. forens. c. 1. n. 60. & 79.* nècnon *respons. crim. 6. num. 4. & respons. 9. num. 1. & 2.* & nos ipsi *in ritu 6. num. 3. to. 1.* vbi meminimus de *Scialoya in prax. foriudicator. c. 14. num.* 1. memore de *Carau. in hoc Ritu n. 3. Donad. de renunc. lib. 1. cap. 45. n. 3.*

3 adeò quod in dubio quælibet appellatio sit admittenda, *De Franch. dec. 351. num. 3. decis. 367. nu. 8. decis. 556. n. 10. Marsil. cons. 84. n. 4. Bertaz. ol. cons criminal. 507. n. 1. vol. 2. Thor. p. 3. compēd. decis. sect. 1. verbo, Appellatio interposita Larrea alleg. fiscal. to. 1. alleg. 109. nu. 3 in fin.*

4 Sunt tamē multi casus, in quibus de iure interdicitur appellatio, eosq; omnes numerari per *Speculatorē in tit. de appell. §. in quibus autem casibus,* credidit *Soccin. cons. 195. vers. Sub præmissis, lib.* 2. At errore lapsus est *Soccin.* cum

5 *Specul. cit. in loco*, triginta septem tantùm cumulauerit, præter quos, & alij multi reperiantur, *Corrad.* enim *in suo Breuiario fol.* 200. *à num.* 9. octuaginta complexus est, non admittentes appellationē, aliosq; recēsent. etiàm *Rugiinell. ad Cōstit. Mediol. cap. vnico, §. vnico, Glos. 2. Benint. decis. Bonon. 17. R. Tap. in iur. Regn. tit. de appell.* & propriè supèr hoc *Ritu, Ricc. collect.* 245.

6 Verùm quotquot sunt casus, eos ex duplici fonte manare, aduertit R. *Ronit.* quam ex antiquis Practicis Regni habuisse,

buisse, refert, *in* §. 38. §. *similitèr, n.* 13. *de offic. Procur. Cæsar.* Quod scilicèt
7 appellatio quandoq; prohibeatur ratione causæ iàm cognitæ, & iudicatæ ab ipsomet Principe, siuè ab eius delegato, cùm clausula, appellatione remota, quandoquè verò ratione excellentiæ Iudicis, seù Tribunalis, in quo interposita fuerit; nempè, si à Præfecto Prætorio, & eius officiali. Primo casu, quia prohibita appellatione, non est prohibita supplicatio, nimirùm, si admittere supplicationem, pendeat ex mera Principis gratia. Secundo verò casu, non ex gratia, sed Iure communi prodeat, quod nemini suum denegat auxilium, quod *Regentis Scipionis Rouiti* distinctionis caput, supplicationis, nempè, seù
8 reclamationis concessionem esse gratiam, insequuntur *Reg. Sanfelic. dec. 6. num. 20. lib. 1. Io. Bapt. Larrea decis. 77. num. 3. in fine, Reg. Marcian. disp. forens. lib. 1. disp. 18. num. 6.* quod improbat nouissimè *Marotta discept. for. cap. 13. num. 35.* sed si benè, vel malè, meum non est iudicium.

9 Illud tamèn te latere, nolumus, Iure quippè defendi alteram, & secundam adductæ distinctionis partem, vt causa sui natura appellabilis alicui Iudici à principio commissa, à quo suæ dignitatis ratione appellari minimè possit, inappellabilis fiat, quam post alios admittit *Giurba decis. Sicil. 83. n. 9.* non secùs, àc causa semèl facta appellabilis
10 sempèr, àc perpetuò appellabilis dicatur, censuit *Rota* coràm *Buratto*, inter congestas à *Farinac.* est *decis.* 537. *p.* 1. *to.* 1. *num.* 15. quin, & respectû naturæ causæ, idipsum dicimus, & consecutiuè, cum appellatio sit eiusdem naturæ,
11 cuius, & causa principalis, *l.* 1. *ff. àn per alium causa appellat. et Bar. in summar.* nimirùm, si cum breuissimo temporis interuallo in illa proceditur, per horas scilicèt, vt vulgares Regnicolæ dicunt, ità in causa appellationis procedêdum esse, dicendum est, & decidit *Franch. decis.* 520. *Musciatell. in praxi, par.* 3. *Glos. Instantia, num.* 12. *& Riccius collectan.* 620. & longior terminus in criminalibus non impartitur, quã sit datus in causa principali, ex *prag.* 44. *de offic. S. C.* edita die 19. Augusti 1542. & prima causa cum termino ordinario terminata, cum eodem termino ordinario procedi debet in secunda instantia, *Consil. Staib. resol. forens. cent.* 2. *c.* 154. *num.* 15. *Muta in cap.* 146. *n.* 9. *tom.* 4. *Thor. par.* 3. *compend. sect.* 1. *verbo, Appellatio*, cum alijs adductis per *Mariũ Burg. de modo proceden. ex abrupto cap.* 35. *num.* 5. *& q.* 5. *num.* 313.

12 Hinc causa in prima instantia si fuerit expedita in Magna Curia de ordine illius Regentis, iunctis duabus Audientijs Iudicum, si appellari contingerit ad Sacrum Consilium, eodem modo expediri debeat, hoc est iunctis duabus Aulis ipsius S.C. vt decisum fuit per Collaterale Consilium de anno 1633. in causa illorũ de Palma, liquet ex actis. In Banca Strinæ. Proùt in incidentibus causarũ seruari cernimus, quæ vti eiusdem naturę, cuius est causa principalis, illius naturã assumunt; teste *de Franch. decis.* 513. *n.* 1. & tractãtur etiàm iunctis Aulis, sicuti causæ principales, *de Frãch. decis.* 252. *R. Rouit. in prag.* 42. *n.* 3. *de offic. S.C. & in prag.* 1. *de caus. decid.* Vide *prag.* 20. *to.* 2. *de suspect. Official.*

Id tamèn indistinctè non seruatur, sed remittitur arbitrio Præsidentis S.C. vel Collateralis Consilij, qui, attenta causarum, & articulorum qualitate, illarum vnionem denegant, & cõcedunt, proùt fuit denegata per Spectabilem Præsidentem in causa, iunctis Iudicibus duarum Audientiarum Ciuilium M.C. expedita, Marij de Bononia, vti cessionarij Io: Iacobi Lagomacini, & Procuratoris D. Camilli de Montibus, sub die 20. Nouembris 1621. & confirmatũ extitit memoratũ decretũ per Collaterale Consilium, *referente Dom. Reg. Io. Baptista Valenzuela*, die 17. Februarij 1622. penès Ascionem, à mandatis Scribam, vt cõstat ex actis in Bãca Actorum Magistri Izzi, pro Amico, de qua meminit *Thor.* rationem sub-

ſubdens, *par. 3. compend. deciſ. ſect. 1. verbo, Cauſa in prima inſtantia.*

13 *Georg.* verò *Obrectus in tract. de iuram. calumn. cap. 8. num. 11.* ſcribit, quod cauſa primæ inſtantiæ, & cauſa appellationis ſit quidèm eadem quoad merita cauſæ, & reſpectu rei, de qua agitur; vt addunt *Xamar. de offic. Iudic. & Aduoc. par. 2. q. 9. ſub num. 59. Cancer. var. lib. 3. cap. 16. num. 61. de lit. conteſt. Sayr. ad Matthesil. ſingul. 63. Caldas in l. ſi Curatorem habens, verb. per quod priſtin. ius recuperat, n. 42.* Sed tamèn diuerſa quoad alia, & ſeparata ea eſſe iudicia, inſequitur *Anichin. de præuent. inſtrum. cap. 2. dub. unic. num. 53. pag. 194.* & ad materiam videndi *Dom. Reg. Galeot. contrau. 34. lib. 2. & Dom. Conſil. Marcian. conſ. 4. lib. 1.*

14 Sed redeamus ad nos, *Ritus* itaq; noſter tradit, non appellari à mandatis M. C. V. ſeù præceptis condemnatorijs, vel abſolutorijs, cuius attẽta ſanctione, à præcepto facto debitori confeſſo, iuxtà terminos *l. ſi debitori, ff. de Iudic.* non licet appellare, ad effectum exequutionis impediendæ, vt notat *Carau. in hoc Ritu*, & dixerat *in Ritu 187. n. 5.* vbi & nos ipſi ſcripſimus, *num. 4. Gallup. in prax. S. C. par. 3. cap. 4. num. 33. Muſcatell. in prax. S. C. par. 7. Gloſ. condemnando, num. 121.* tradens, huiuſmo-

15 di confeſſiones fieri in cauſis modicis, non excedentibus duas vncias (de quibus noſter erit ſermo *in Ritu 257.*) & in quibus proceditur ſinè ſcriptis, iuxtà *cit. Auth. niſi breuiores, C. de ſent. ex breu. reci.* vbi *Bart.* dicit, habendam eſſe fidem in his cauſis Iudici aſſerenti de confeſſione partis, quamùis illa in ſcriptis redacta non ſit (& videndus *Afflict. deciſ. 21. num. 5.*) in quibus reſtringitur *tex. in cap. quoniam, de appell,* teſte *Gabr. Saray. ad Matth. ſingul. 1. num. 10.*

16 Hæc *Carau.* non admittit, ſi in cauſa, porrecto libello, liteq; conteſtata, in ſcriptis ordinariè fuiſſet proceſſum, ipſumq; inſequitur *Reg. Sanfel. in prax. Iud. ſect. 60. n. 26.* cui non inhæret *Muſcat. in add. Gloſ. condemnando, nu. 121. verſ. Et licet Carau.* ſi cõfeſſio eſſet for-

17 miter facta. Et àn vi eiuſmodi confeſſionis oretenus coram Iudice factæ, poſſit proferri de Iure decretum condemnationis, inquirit *Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 1. verſ. Quinto*, quiduè in criminalibus, *Bero. in cap. de his, de accuſat. Paſchal. de patr. poteſt. par. 3. c. 2. num. 70.* quiduè ſi facta illa ſit coram

18 Iudice incompetente, *Valaſc. conſult. Luſitan. 65. num. 5. Afflict. deciſ. 175. Ceuall. comm. contr. commun. quæſt. 18.*

19 Quando verò hoc præceptum habeat vim diffinitiui, vel interlocutorij, àc poſſit impediri per appellationem, ſeù reuocari, extricant *Marant. in prax. par. 6. tit. Demùm fertur ſententia, num. 6. & 28. Muſcatellus in prax. par. 6. Gloſ. petitur, ſub num. 32.* praxim obſeruantiæ huius Ritus tradens, *Grauat. ad Veſtr. lib. 7. cap. 1. nu. 21. Ann. alleg. 82. num. 4.* & huiuſmodi præcepta, non niſi interlocutoria eſſe *Carauit.* probat *num. 4.* à quibus decretis interlocutorijs, niſi vim retineant definitiuæ, haudquaquã appellari, defẽdimus ſupèr *Rit. 127. t. 1.* nèc dici poteſt iſthæc mandata vim diffinitiuæ habere, cum alia ſententia non ſubſequatur, nàm ex *cap. 20. Conc. Trident. ſeſſ. 24. de reform.* apertè conſtat, vt diuerſa poni, decretum habens vim diffinitiui, & alterum, complectens grauamen irreparabile per diffinitiuam, *Chriſtin.* poſt alios, *dec. Belgic. 18. nu. 5. lib. 2.* & ſi replicetur, vnum illorum ſatis eſſe, vt appellare liceat, reſpondemus, id ſubſiſtere Iure *Concilij* prædicti, non huius *Ritus*, in quo tùnc denegare appellationem, placuit Reginæ Ioannæ; & quæ mandata poſſint fieri in confeſſis. Videas *Gloſ. in l. debitoribus, ff. de re iudic.* & in con-

20 demnatione pœnæ pro contrauentione mandati, quo ordine procedatur, me docet *Reg. Sanfelic. dec. 142. num. 3.* & pro contrauentione contra Neapolitanos, àn exequatur pœna pecuniaria, idem *Reg.* tradidit, *deciſ. 35. num. 34.* & mul-

multa de confeſſione iudiciali, exarant
21 *Gallupp.* videndus *in prax. S. C. p.* 2. integro *cap.* 21. *Auus meus ad Capyc. dec.* 71. *à num.* 1. *& dec.* 179 *à num.* 1.
22 Sunt, & alia decreta appellationem ſuſpenſiuam non admittentia, quorum aliqua hoc in *Ritu* meminiſſe, contenti
23 erimus, potiſſimùm, illud expulſionis, & exfractationis à domo, *Bar. in l.* 1. *C. de ſtud. lib.* 11. *Bal in l. vnica, C. ſi de moment. poſſ. ff. Gramm. conſ. ciuil.* 111. *in fin. dec.* 18. *num.* 15. *Barz. dec. Bonon.* 115. *num.* 10. *Caroc. dec.* 19. *num.* 34. *Caſtill. dec.* 42. *Muta ad Conſuet. Panorm. cap.* 70. *num.* 27. *Reg. Sanfelic. dec.* 127. *num.* 3. *in fin. & dec.* 132. *num.* 3. *p.* 1. *& in prax. Iudiciar. ſect.* 60. *num.* 30. *Ricc. dec.* 272. *par.* 2. *Nouar. in Rubr. prag. de appellat. num.* 61. & diximus nos ipſi in *Rit.* 101. *ſub num.* 13. *tom.* 1. quin, nullo modo licere fabro taliter damnato ad inſtantiam Doctoris cui impedit ſtudium, appellare, ſcripſit *Salgad. de proteſt. Reg. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 66. quem inſequitur *Fontanell. dec. Cathalon.* 503. *nu.* 5. *lib.* 2. nec retardatur decretum, condemnans ad domus penſionem, *Thor. voto dec.* 64. *to.* 1.
24 A ſententia quoquè pro alimentis, appellationem non dari, neq; in integrum reſtitutionem, colligitur ex *l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, ff. de liber. agnoſcend. & l. ſi neget, ff. eodem, tit. Affl. dec.* 152. *Fontanel. dec.* 296. *num.* 6. *tom.* 1. *Carocc. except.* 44. *num.* 8. *Philip. Knip ſch. in tract. de fideicom. familiar. nobil. cap.* 11. *de alien. fideicom. familiar. num.* 316. *Caren. reſol.* 21. *num.* 1. *Calnin. de aquit. lib.* 1. *cap.* 72. *nu.* 22. *Cuiac. l. b.* 6. *obſeru. cap.* 29. *Surd. de aliment. p.* 8. *priu.* 60. *&* 96. *Leoncill. de priuil. pauper. priuil.* 22. *num.* 31. *Reg. Sanfel. dec.* 152. *lib.* 1 *& in addit. Reg. Marcian. diſput. forenſ. lib.* 1. *diſp.* 18. *nu.* 27. *Viu. dec.* 73. *num.* 4. *Chriſtin. dec. Belg.* 160. *num.* 11. *lib.* 3. *Io: Guttier pract. q.* 9. *lib.* 106. *Reuſner. dec. German.* 9. *num.* 7. *lib.* 2. *Donad. de renunciat. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 72. *Gizz. ad Capyc. Latro dec.* 119. *num.* 24. *lib.* 1. à quibus diſſentiunt *Barz. dec.* 69. *num.* 18. & alij, quorum opiniones conciliant *Verall dec.* 14. 38. *&* 98. *lib.* 1. *Milan. dec.* 5. *à num.* 32. *lib.* 1. *Auus meus ad Gramm. dec.* 58 *nu.* 15. *Borrel. p.* 2. *ſum. m. deciſ. tit.* 33. *à num.* 374. *Rota dec.* 537. *ſub num.* 8. *p.* 1. *tom.* 2. *in recentior.* notans, illam paſſim concedi à decreto illorum denegationis, *Cacheran. deciſ.* 25. *num.* 20. amplians ad cau-
25 ſam dotis, id, quod inſequitur *Gratian. dec. March.* 72. declarans, procedere in ſententia lata pro dote mulieris viduæ, aùt pauperis, vt exindè poſſit nubere, vel ſe alere, & iterùm tradit *dec.* 214. *num.* 18. & confirmant *Viu. opin.* 57. *à num.* 3. *p.* 1. *Affl. dec.* 216. *num.* 1. & ibi *Vrſill. num.* 3. *Ruginell. de appellat. cap.* 2. *verbo, Exequutio ſententia, num.* 23. *Bald. Nouell. in tract. de dote, par.* 9. *priuil.* 7. *num.* 3. *tom.* 9. *Barboſ. in l.* 1. *par.* 2. *num.* 57. *ff. ſolut. matrim. Epiſc. Genuenſ. in pract. Eccleſ. q.* 319. *Menoch. de acquir. poſſeſs. remed.* 4. *n.* 829. *Sigiſmund. Scacc. de appell. q.* 17. *limit.* 18. *num.* 3. *& lib.* 1. *de Iudic. cauſ. ciuil. cap.* 97. *num.* 42. *Borrell. add. tit.* 33. *num.* 763. *Palat. Rub. in cap. per veſtras, §.* 15. *col. fin. de donat. int. vir. & vxor. num.* 3. & non impediri ex appellatione exequutionem ſententiæ aſſecurationis dotis, ob vergentiam viri ad inopiam, ſcripſit *Reg. Sanfelic. cit. deciſ.* 132. *tom.* 1. & inſequitur *Papar. in prax. tit.* 3. *de aſſecur. dot. ſub num.* 15. nec per appellationem impediri fructuum dotis ſolutionem, notauit *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 24. *à num.* 2. poſt *Affl. deciſ.* 93.
26 Adeòq; alimentorum cauſa eſt priuilegio munita, vt in ipſorum legato debitori facto, nullum ius illius creditoribus quæratur, notabilitèr monet *Bal. in l legatum in annos, in* 2. *lectur. ſiuè in addit. verſ. quidam tenent, ff. de capit. diminut.* Reg. *Sanfel. add. ſect.* 60. *num.* 32. *verſ. Corollarium:* Vtrùm, & quando cauſa alimentorum dicatur pia, extricat *Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.* 160. *volum.* 1. Et notandum, maiora nobilibus conſtituenda, & taxanda eſ-

le alimenta. *l. 1. §. mulier, l. habitatio 4. §. seruis, ff. de vent. in possess. l. sed etsi quid is, § mancipiorum, ff. de vsufruct. l. cum plures, 12. §. in primis, l. tutor, in princip. ff. de administr. tutor. Tiraq. de de nobilit. c. 20. n. 143. Coler. de process. exec. par. 2. cap. 3. num. 120. Munoz de Escobar. de ratiocin. administr. cap. 22. nu. 52. Petr. Fritz. de nobilit. concl. 23. lit. K, Nolden. de statu nobil. c. 13. n. 93.* qui non tenentur comedere allium, cepas, panem atrum, fabaceum, caseum putridum, & alia cibaria, propria rusticorũ, *Surd. de alimẽt. tit. 4. q. 18. n. 1. Tiraq. add. loco, n. 143. Philip. Knifsfch in tract. de fideicõm. familiar. nobil. c. 7. de fine fideicommiss. familiar. n. 42. & 43. Auus meus ad Capyc. decis. 90. n. 5.*

27 Nèc admittitur appellatio à datione tutoris, *Leo decis. Valent. 151. lib. 2.* & à sententia supèr mercede famuli, *Ann. sing. 42. Marant. de ordin. Iudic. par. 4. dist. 9. num. 197. Gratian. dec. 53. nu. 2. & 78. num. 21. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap 5. num. 173. Milan. decis. 16. nu. 53. lib. 1. Reg. Sanfel. decis. 132. num. 4. in fin.* quod in paupere operario carente, vndè viuat, admittit *Bonac. de famul. q. 222.* sed non placuit *Gratiano add. dec. 53. Rodoan. in tract. de symon. par. 2. cap. 25.* cùm paupertas in famulis præsumatur, *Mascard. de prob. concl. 1154. n. 1. lib. 3.* dummodò intrà triennium salarium petatur, restringunt *Duen. reg. 206. & Rebuff. ad leges Galliæ, tit. de sentent. prouis. art. 3. Glos. 7.* nàm, elapso triennio, illius petitio non admittitur, *Flor. de Men. variar. lib. 1. q. 8. §. 2. num. 41. P. Rebell. de oblig. instit. par. 2. lib. 4. q. 13. Martin. à Costa in add. ad tract. libellorum, annot. 79. num. 3.* & per annum tantùm, notat *Auus meus ad Capyc. decis. 163.* & Romæ, biennio præscribi, sanxit *Bulla Pij V. 33. in Bullar. fol. 973.* cuius meminit *Gratian. add. decis. 53.* in foro tamèn fori, declarant *Cald. Pereyr. de empt. cap. 24. num. 63 Flor. Men. add. q. 8. §. 2. nu. 22. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 37. nu. 17. Ceuall. in tract. de cognit. per viam violentiæ, par. 2. q. 113. & 114.*

28 Nèc à sententia lata ad pias causas, quoad remorandam exequutionem, *Rebuff. ad Constit. Regn. Franc. tract. de sentent. prouis. num. 38. to. 1. Gratian. decis. 100. num. 6. Danz. de pugna DD. tom. 1. tit. de legat. pijs, c. 4. num. 17. Tiraquell. de priuil. pia caus. priu. 153. Consil. Staiban. cent. 2. resol. 108. num. 12.* in qua lepidè inquirit, nùm illa concedatur à sententia, qua laicus fuit condemnatus ad soluendum decimas alicui Ecclesiæ, quod declarant *Viu. decis. 73. Auus meus ad Gram. decis. 58. num. 15. Camill. Borrell. & DD.* ab ipso adducti, *par. 2. summ. decis. tit. 32. à num. 216.*

29 Hinc contrà administratorem loci pij, condemnatum, ad reddendas rationes suæ administrationis, poterit Iudex à quo suam exequi sententiam, haùd obstante prouocatione, & appellatione, *Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 56. Scacc. eodem tract. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit. 29. Nouar. decis. 48. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 19. Manfred. lib. 2. pract. conclus. supèr attent. concl. 112. Dom. Reg. de Marin. ad Reuerter. decis. 518.*

30 *num. 1.* quid verò dicendum in quouis alio administratore, inquirunt *Caualc. de tutor. & curat. num. 222. Lancell. d. cap. 12. limit. 19. Scacc. q. 17. limit. 29. num. 1. Escob. de ratiocin. cap. 4. num. 5.*

31 Quod nos scimus seruari inuiolabilitèr in Regno, est, quod si Administrator rerum Vniuersitatis à Rationalibus electis, ad eius computa videnda, fuerit significatus, seù condemnatus ad soluendum aliquam summam, exequitur realitèr, & personalitèr, iuxtà *prag. 21. de administr. vniuersit.* non obstante appellatione, præstita cautione in casu retractationis, *De Franch. decis. 347. Capiblanc. de Baron. par. 1. prag. 16. à num. 81. & par. 2. cap. 92. à num. 1.* cuius meminit *Thor. par. 3. compend. decis. sect. 1. verbo, Appellatio, Nouar. in pragm. 37. de offic. Procur. Cæsar. & decis. 52. Reg. de Marin. ad* Re-

*Reuert.dec.*518.*n.*2.inquirẽtes, nũ hoc vendicet quoq; locum in Ærarijs Baronum; & memorata municipalis ſanctio iuri communi concinit, *Iul.Ferret. in tract.de gabell.publican.& vectigal. num.*381. *Bal.conſ.*434.*vol.*3.*Aymon. Crauett.conſ.*3.*nu.*1.

32 Sed àn admittatur à determinatione illius,cuius cõſcientiæ aliquid committitur, negatiuè ſimplicitèr reſpondet *Corn.conſ.*349. *ſub num.*6. *Angel. de Petrut.in repet. l.*1.*poſt num.* 366. *ff.de iure iur. Scacc. de appellat. q.*17. *limit.*15.*ſub num.*3. *Paul. Rub. reſol. practicab. cap.*21. *num.* 58. *Aldrete de Religioſa diſciplina tuenda, lib.* 2. *cap.* 28. *num.*23. *Salgad.in labyrinth. creditor.par.*3, *cap.*13. *à num.* 36. *Franc. Maria Prat. lib.*3.*diſcept.forenſ.c.*11. *num.* 16. & *Thor.* latè *par.*3. *compend. deciſ.ſect.* 1. *verb. appellari àn poſſit.* Et quid in cauſa alicuius conſcientiæ, commiſſa,inquirit *Seſſedeciſ.Belgic.*32. *vol.*1.

33 Nèc à decreto quod hæres ſoluat expenſas funerales, vel erogatas pro ægroto, *Ruginell. in tract. de appellat. cap* 2.*num.*20. *&* 21. *Rebuff. in tract. de ſent.prouiſio.in præfat. num.*39. *caſu* 2. *col.*1. *pag.* 229. *Borrell.to.*2.*ſumm. deciſ tit.*33. *de appellat. num.*377.*Sigiſmund. de appellat. q.* 17. *limit* 45. *num.*1, *P. Fragoſ. tom.* 1.*de Regimin. Reip.par.*1. *lib.*8.*diſp* 24. §.9.*à n.*161. ſicuti, nèc à decreto dc aperiendo teſtamentum, *Bar & Caſt.in l.quiſquis*, *Cod. quor. appell. non recip. Rebuff. de appell. art.*9.*Gloſ.vnic. num.* 10. *to.* 3. *Menoch.de adipiſcend. poſſeſſ. remed.*4. *num.*7. *Marant. par.* 6. *act.*2. *princip. verbo, Et quandoq; appellatur, limit.*9. *num.*322.

34 In cauſa Syndicatus nequè appellationem admitti, ex *l.nulli*, vbi *Gloſ. & DD. C. quorum appell.pragm.*1. *de Syndic. offic.* docent *Marant. in ſpec. rub.cit.quãdoq; appellatur,n.*204. *Muſcat.in prax.S.C. lib.*2. *par.* 1. *Gl.Sententia,à num.*166. *Balb.deciſ.*468.*Ruginell.de appellat.*§.2.*cap.* 3. *num.*882. *Carpan.ad Conſtit.Mediolan.to.*2.*c.*35. *Maſtrill.de magiſtr.lib.*6.*cap.*12.*n.*12. *Reg.Rouit.in pragm.*1. *num.*25.*de appell.* & declarat *Thor.par.*3. *compend. deciſ.ſect.*1.*verbo, Appellatio àn debeat admitti, & verbo, Appellatio interpoſita à ſententia*, ad finem retardandi exequutionem ſententiæ, ex *Carrab. ſing.*16. deducit *Muta in cap.*7. *Regis Martini,n.* 154. *to.*3. *P. Fragoſ.de regim. Reipub.to.* 1. *par.*1. *lib.*7. *diſput.* 23. §.1. *à num.* 20. *& diſput.* 24. §9. *num.*154.

35 Et tandèm inquirimus, àn illa detur ad interlocutoria, interpoſita per M.C. vt expediatur citatio ſupèr tenore inſtrumenti, negatiuè deciſum tradit *Thor.voto* 84. *num.* 295. *par.*1. & videnda ſcripta à *Præſ. Merlino lib.* 1. *controu.forenſ. cap.* 74. & à nobis ipſis *in Ritu* 166. Benè tamèn interponitur ab indebita citatione, *Thor. par.*2. *compend.deciſ.verbo, Appellatio, de Angelis in Prato. C. in l.ſi Clericus, C.de Epiſcop. Aud. nu. fin. Danz. ad Gram. deciſ.*35. *n.* 36. & qualis hoc caſu fiat decretatio à Domino Præſide S.C. & quomodo, & quando impleri illi debeat, indicat *Anichin.de præuent. inſtr. cap.* 2. *dub.*4. *num.*126. *P. Afflict.contron. cap.*48.*num.*63.

RITVS CCLVII.

Itèm in cauſis duarum vnciarum ciuilitèr petitarum, non appellatur.

SVMMA RERVM.

1 *Vetat Ritus prò modica ſumma ad Iudicem ſuperiorem prouocari,& ratio redditur.*

2 *Vſu iſte Ritus comprobeturnè,contentio videtur inter Marant. & Caran.*

3 *Praxis inoleuit, vt ſententia M.C.V. infrà duas vncias hodiè exequatur abſq;*

absquè cautione, & sententia admittitur, non remorata exequutione sententia, vel decreti.

4 *Quæ verò sint causæ breuiores, & minimæ, indicatur, remissiuè.*

5 *Vncia cuius sit valoris.*

6 *Non conceditur appellatio suspensiua à sententijs M. C. V. continĕtibus summam ducatorum centum quinquaginta infrà, vigore pragm. 3. §. 4. de offic. S. R. C.*

7 *Quid in sententijs Regiarum Audientiarum.*

8 *Errant nonnulli credentes ex mem. pragm. 3. §. 4. corrigi huiusce Ritus sanctionem.*

9 *Sententia non specificans quătitatem, sed solùm speciem, seù factum æstimabile, comprehenditur sub tit. pragm. 3. §. 4. dispositione.*

Quid si lite pendente recipiat maiorem æstimationem.

10 *Si quantitas cum interesse excederet summam ducatorum centum quinquaginta, sententia non exequitur.*

11 *Non verò, si cum expensis, quantitas condemnatoria excederet metam appellabilem.*

12 *Quod si sententia contineat duas, vel viginti quinque vncias, nèc plùs, nèc minùs, àn exequatur.*

13 *Antefatum, attenta Regia Pragmatica, quomodò liquidari debeat in dote ducatorum quatuormille.*

14 *Quid si sententia excedat in modica quantitate.*

15 *Actor valeatnè in præiudicium appellationis interpositæ renunciare quantitati excedenti metam appellabilem.*

16 *Causa ducatorum mille, si cum interesse ascendere possit ad ducatos bismille, ex Regia Pragm. debet expediri, iunctis duabus classibus S. C.*

17 *Actor, si in ipsomet libello, antè sententiam, petierit condemnari Reum infrà summam, remittens plus debito, sententia, non obstante appellatione, exequitur.*

18 *Si diuersæ summæ fuerint cumulatæ in eodem libello, ex diuersis actionibus profluentes, si qualibet in se vigintiquinque vncias non excedat, àn appellationem admittant.*

19 *Si cum minimare, in qua non datur appellatio, sit mixta aliqua res magna, àn executio cŏcedatur, quoad partem inappellabilem.*

20 *Vt possit à sententia appellari, vel non, attendi debet quantitas in sententia contenta, non in libello petita.*

21 *Cognitio incidentis vtrùm sententia appellationis suspensiuæ capax sit, spectet nè ad Iudicem à quo?*

22 *Exequutio sĕtĕtiæ, seù decreti M. C. V. infrà summam, quæ, non obstante appellatione, conceditur, àn admittatur, si de nullitate fuerit dictum.*

23 *In Curijs Ecclesiasticis plures sunt casus, in quibus per appellationem non retardatur exequutio.*

24 *Præsertim, nè detur, nisi deuolutiua, à collatione Parrochialis.*

25 *Nèc ab excommunicatione, cum alijs ad materiam.*

26 *Sed àn recipiatur à decreto visitationis, & correctionis morum.*

1 VEtat *Ritus* pro modica summa, ad Iudicem superiorem prouocari, & proindè negat appellationem in causis duarum vnciarum; finis, ni fallor, est, nè lites in longum protrahi videantur, ad tradita per *Rebuff. in Comm. ad Constit. Franc. in tract. de sentent. exequu. artic. 12. Glos. 1. num. 5. vol. 1. Ruginell. in tract. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 604. in verbo, Modicum*, & quæ mutuis conuentionibus finiri possunt, in controuersiam sæpiùs reducantur, & plùs expendatur, quàm valeat tota causa, *l. mediterranea, Cod. de anno. & tribu. lib. 10. Auth. nisi breuiores, C. de sentent. ex breu. recit. Nouar. in prag. 6. collect. 7. num. 5. de appellat.* quæ fori facies esset, Magistratus in nullius momenti re deditos, intueri, & grauissima quæquè negligere? Nolo tamèn ego, vt minima despiciantur, & ius suum, quantumlibet exiguum alicui prætereatur; Oculi .n. Principis, eiusq; Iudi-

Iudicum cuncta perluſtrant, ſed prudentiæ leges ſeruandæ ſunt,& vt, par eſt, iudicia proferenda.

Verùmnè grauiorem efficere videar hanc rem, cuius tenuitas per ſe patet, quæ ſit huius *Ritus* obſeruantia, ex-
2 plicamus; Etenim ſi vſu iſte *Ritus* comprobetur, contentio videtur intèr *Marant. in pract. p. 6. verſ. Appellatio, verbo, 21. limit. nu. 356. & Carau.* qui *Marant.* facilè redarguit in hoc *Ritu ſub n. 1.* quamuis modeſtis vtens verbis, reuerenterq; loquens, & *Carau.* cõtra *Marant.* inhæret *Borrel. p. 2. ſumm. dec. tit. 32. de ſent. execut. à n. 31.* quin, & veram *Carau.* perquirens in hac re ſententiam, intricatè fatur, diſtinctionemquè admittit illam, qua potiùs defenditur aſſertio, *Marant.* quàm impugnetur, ait enim, praxi obtentum eſſe, nè appellatio ſuſpenſiua admittatur in cauſis duarum vnciarum, virtute huius *Ritus*, vtiquè verò deuolutiua, cuius quippè diſtinctio diuinatiua citiùs, quàm vera cenſenda eſt, præſertìm quia verbis *Ritus* refragatur ſimpliciter, abſolutèq; negantibus appellationem in eo caſu. Attamèn, ſi illa concedatur, vtiq; vera ſcripſit *Marant.* vſu non vidiſſe probari, inquiens, vt illis in cauſis appellatio detur, quandoquidèm, ſemota, & non impedita ſententiæ exequutione, corporeo ſenſu vidit denegatam appellationem, nihil curans, & perquirens, ſi, illa non obſtãte, agitetur cauſa in ſecunda inſtãtia.

3 Vera tamèn praxis inoleuit, vt ſententia M. C. infrà duas vncias hodiè exequatur abſq; cautione, & appellatio licèt admittatur, illius non remoratur exequutionem, vt teſtantur *Reg. Sanfelic. in nouiſs. add. ad deciſ. 94. to. 1. Auus meus ad Capyc. deciſ. 29. num. 1. Epiſcop. Ricc. collect. 183. par. 1. Muſcatel. in prax. S. C. lib. 1. par. 7. Gloſ. condemnando, num. 116.* omnes huius *Ritus* memores, cùm .n. in minimis iniuſtitia reperiri poſſit, ſicuti, & in maioribus, meritò, & in illis cadit appellatio, *Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 40. n. 17. ad fin. Girard. ſingular. 19. num. 3.*

4 Quæ verò cauſæ breuiores, & minimę dicantur, indicant *Scacc. de Iudic. cauſ. ciuil. lib. 1. cap. 53. ſub num. 15. Marcheſan. in tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 2. auocat. cauſa, cap. 1. num 9. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 72. n. 10. 11. Marãt. cõſ. 34. Auus meus ad Grãm: dec. 34. à n. 24.* & diximus *in rit. 115. t. 1.*

5 Vncia verò cuius ſit valoris? ſcias *Io: de Anan. in c. ſtatuimus, propè n. 17.* affirmare, vnciam continere ſex ſolidos, libram verò duodecim vncias, niſi de libra auri loqueretur, nàm illa ſeptuaginta duobus conſtat aureis. Addo *Oliuam ad Ritum Curiæ Archiepiſcopalis Neapol. 25. num. 2.* noſq; admittimus, libram Romanam duodecim vncias habuiſſe, ſcilicèt dragmas 96. poſt *Georgium Agricolam, in lib. 4. & 5. de menſuris, & ponder.* atq; *Couarr. in tract. collationis veterum numiſmatum, cap. 2. ſub num. 4.* & ſic vetus vncia Romanorum octo dragmarum erat, eandemquè cum illa eſſe, qua nùnc vtimur, auctorantibus *Leonardo Portio, Alciato, & Budeo*, exarat *Couar. eodem in cap. 3. num. 1.*

6 Neque conceditur appellatio ſuſpẽſiua ab alia, quauis ſentẽtia M. C. V. à ducatis centum quinquaginta infrà, quarum exequutio non retardatur, præſtita tamẽ cautione, vt *in prag. 3. §. 4. de offic. S. C.* cuius conditor fuit Don Petrus Alfanus de Ribera, Dux de Al-
7 calà, proùt ſentẽtiæ Regiarũ Audiẽtiarum, Calabriæ, Hydrunti, Bari, Aprutij, & Baſilicatæ à centum ducatis infrà, aliarum verò Audientiarum à ducatis quinquaginta, vigore *prag. 7. 8. & 9. eod. tit. de offic. S. C.* quarum meminit *Auus meus ad memor. Capyc. deciſ. 29. ſub n. 1.* Vndè malè ſentiunt nonnulli,
8 credẽtes, ex *mem. prag. 3. §. 4.* huius *Rit.* corrigi diſpoſitionẽ, qui ſuũ robur retinet in caſu, de quo loquitur, teſte *Ricc. in add. collec. 133.* modo, quo diximus.

9 Hæcquè locum vendicare, etiãmſi ſententia contineret rem, quæ non eſſet maioris æſtimationis, aduertit

De

De Franch. decis. 308. & ibi *Visconti* quem insequuntur *Reg. Sanfel. in add. nouiss. ad decis.* 94. *vers. Et à sententia, tom.* 1. *Ricc. in memor. collect.* 183. quamuis illa reciperet, lite pendente, maiorem æstimationem, *Borrell. in summ. decis. tit.* 41. *nu.* 8. *to.* 1. *Gallupp. in prax. S. C. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 47.

10 Verùm si quantitatis principalis interesse, vel fructus liquidandi, lite pendente, decursi excederent metam appellabilem, cum principali sorte, appellatio concedenda esset, notāt *Marchess. de commiss. to.* 1. *tit. de commiss. appell. in Rom. Curia, par.* 1. *cap.* 5. *n.* 56. *Gratian. decis.* 226. *num.* 4. post alios, *Quesada differt. quotid. iur. differ.* 11. *num.* 56. *Ricc. cit. collect.* 183. *Gallupp. add. loco, num.* 48.

11 Sed expensas litis non accumulari cum quātitate condemnatoria, ad cōstitutionem metæ appellabilis, determinauit Senatus Sabaudiæ, teste *Ant. Fabr. in Cod. lib.* 7. *tit.* 15. *diffin.* 16. confirmant *Tondut. de præuent. par.* 2. *cap.* 61. *num.* 16. *Marchesan. in tract. de commiss. appell. super diuers. cap.* 28. *num.* 30. *pag.* 300. *in* 2. *edit. P. Fragos. to.* 1. *de regim. Reipub. p.* 1. *lib.* 8. *disp.* 24. §. 1. *num.* 62.

12 Quod si sententia M. C. V. contineat duas, vel vigintiquinque vncias, nèc plùs, nèc minùs, etiàm sub nostri Ritus, vel *memor. pragm.* 3. §. 4. sanctione respectiuè comprehenditur, *De Franch. decis.* 703. *Reg. Rouit. sup. ead. pragm.* 3. *num.* 11. *Franc. de Petr. cons.* 33. *num.* 10. *Auus meus ad Capyc. decis.* 29. concinitq; *Reg. Hectoris Capyc. Latro decis.* 49. *lib.* 1. ad intelle-

13 ctum *pragm.* 1. *sub tit. de donat. propt. nupt.* disponentis, quod pro dotibus ducatorum quatuormille infrà, antefatum sit tertia pars dotis in virgine, & medietas tertiæ partis in vidua, & pro dotibus à ducatis quatuormille, ad decem mille, sit quarta pars in virgine, & medietas quartæ partis in vidua, quod si dos fuerit ducatorum quatuor mille, nèc plùs, nèc minùs, esse antefatum tertiam partem in virgine, & quartā in vidua, decisum *Reg. Capyc. Latro* testatur in S.C. de anno 1636. in Banca Solatij, de qua decisione meminit, eāq; scribit *Ther. in compend. dec. p.* 3. *sect.* 2. *verbo, Quarta, seù antefatum.* Idem adduci potest in furto commisso in augustali, vel in vncia, quod iudicatur, vt infrà, ad pœnam irrogandam, *Campagn. in cap. ad hoc, nu.* 7. *de furt.* quem refert *Auus meus add. loco*, & de subscriptione testium, loquitur *Frezz. de præsent. instrum. par.* 4.

14 Quid verò si excedat sententia summam in modico, exequi nè debeat negatiuè ex *Rebuff.* tradit *Carauit. in hoc ritu, num.* 7. quem insequitur, & refert *Bursat. cons.* 167. *num.* 41. *vol.* 2.

15 Sed apud eundem *de Franch. decis.* 141. controuersum fuit, ân valeat Actor in præiudicium interpositæ appellationis, interesse sibi restringi, exposcere, & renunciatio quantitatis, excedentis metam appellabilem, iure subsistat, & negatiuè resolutum fuit, id, quod insectantur *Ann. singul.* 468. & 469. *Reg. Rouit. in cit. pragm.* 3. *n.* 8. *de offic. S.C. Masull. ad Capyc. dec.* 17. *num.* 2. & *sub num.* 9. *Muscat. in prax. ciuil. Glos. condemnando, n.* 109. & 117. *Reg. Tap. lib.* 3. *Iur. Regn. super Const. Instrumentorum robur, pag.* 158. *Reg. de Marin. ad Reuerter. decis.* 49. *in fin. Consil. Hodiern. ad Surd. decis.* 143. *num.* 6. *Reg. Marcian. tom.* 1. *disp.* 16. *num.* 22. & decisum tradit *Gutterius de actibus iurat. tract. to.* 3. *par.* 1. *c.* 5. *num.* 24. *Horat. Carpan. super Stat. Mediolan. cap.* 25. *pag.* 221. *Auus meus cit. loco, sub num.* 1. inquirens, si causa sit

16 ducatorum mille, sed vnà cum interesse, ascendere possit ad duos, ân fiat, iunctis duabus aulis, quasi duorum mille, ex *Reg. pragm.* & *Aui mei* meminit *Visconti ad Franch. cit. decis.* 141. & affirmatiuè in hoc respondet, cum *Anna singul.* 456.

17 Memoratam tamèn *de Franch.* assëclarumquè doctrinam restringimus, si in ipsomet libello, antè sententiam actor

Actor petierit, condemnationem faciẽdam esse infrà talem summam, nempè, ducatorum centum quinquaginta, remittens, seù renuncians plus debito, tùnc namquè sententia, haùd obstante appellatione, exequeretur, ex *R. Ronit. cit. loco, n.* 317. *Maldonat. in sua sylu. resp.* 15. *q.* 7. *n.* 7. *Mocc. in sylu. c.* 17. *n.* 28.

18 Quin, diuersæ summæ cumulatæ in eodem libello, ex diuersis actionibus profluentes, si quælibet in se viginti-quinque vncias non excedat, appellationem non admittunt, *Tondut. de prauent. par.* 2. *cap.* 61. *num.* 8. *&* 12. *Scacc. de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *membr.* 9. *num.* 17. *Salgad. de Reg. protect. par.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 68. *Bouadill. in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 222. *Reg. Ronit. add. loco, num.* 12. *in fin. D. Petr. Quesada differ.* 11. *nu.* 68. *Præs. D. Gregor. de Ganauerr. dec.* 28. *num.* 7. & videnda tradita ab *Alex. conf.* 97. *lib.* 7. *Tiraquell. de retract. to.* 2. §. 2. *num.* 22. *Cabed. par.* 1. *decis.* 31. *à num.* 1. *Reg. Marciano add. disp.* 16. *num.* 8. vndè

19 si cum minimis, in quibus non datur appellatio, sit mista aliqua res magna, adhùc denegatur appellatio, quo ad illam, dummodò vtraquè summa sit separatim petita, vt propterea possit dari executio, quoad partẽ inappellabilem sicuti accidere potest in sententia condemnante ad possessionem, & ad fructus, nam conceditur appellatio, quoad fructus, & negatur, quoad possessionẽ, *R. Capyc. Latr. consult.* 88. *n.* 8. *to* 2. *Reg. Saufel. dec.* 94. *par.* 1. antè ipsos, *Ripa in cap. sæpè, sub num.* 102. *de restit. spoliat. Roland. conf.* 77. *num.* 13. *lib.* 2. *Conarr. pract. quæst. cap.* 23. *num.* 28. *Menoch. de adipiscend. possess. remed.* 4. *q.* 100. *declar.* 7. *num.* 869. *Marant. p.* 6. *act.* 2. *princip. verbo, Et quandoque appellatur, num.* 309. *Vrsill. decis.* 77. *sub num.* 8. *& decis.* 269. *Auus meus ad Capyc. decis.* 34. *num.* 1.

Hinc *Carauita*, in hoc *Ritu n.* 21. quẽ, post alios, citat *P. Fragos. t.* 1. *de regim. Reip. p.* 1. *lib.* 8. *disp.* 24. §. 9. *n.* 62. specificè loquens de sententia condemnatoria vnica sententia pro vna causa ad decem, & prò alia ad octo, ex *Rebuffo ibid. cit.* dicit, esse exequendam, nèc fieri coacervationẽ, illum insequitur, & laudat *Thor. vot.* 64. *n.* 63. *p.* 1. & idẽ *Carau. n.* 10. formauerat quæstionem, si erat, exequutioni demandanda sententia, prouocatione non obstante, si prò locatione trium annorum debeantur sex vnciæ, & concludit, quod, si actor distinxerit annos, exequi possit, quia tot sunt sententiæ, quot sunt anni, & conferunt tradita à *Caroce. de locat. & conduct. p.* 4. *tit. de necess. vsus, q.* 13. *num.* 17. *Io. Ferret. in tract. de appellat. num.* 153. *Luc. Pet. in praxi Cap. Fori, lib* 4. *cap.* 6. *num.* 4. *Merlin. decis. Lucens.* 24. *num.* 6. *Angel. Aretin. conf.* 27. *num.* 7. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 4. *n.* 24.

Roman. propterea notat *in singul.* 41. quod sententia lata in duobus quinquaginta diuersis à Iudice, qui de quinquaginta solùm cognoscere valet, Iudicis sit electio, in quibus quinquaginta sententia subsistere debeat; Vide *Frãch. decis.* 710. *sub n.* 12. *Reg. Lanar. conf.* 33. *ex nu.* 18. *Papon. lib.* 19. *tit.* 1. *arrest.* 29. *Sol. ad Constit. Sabaud. tit. de forma proc. in caus. appell. Glos.* 54. *num.* 3.

20 Vt autèm possit à sententia appellari, vel non, attendi omninò debet quãtitas in sententia contenta, non in libello petita, *Bart.* ex illo *tex. in l. in offerendis,* 35. *C. de appell. num.* 1. & ibidem *Paul. de Castro n.* 2. *Afflict. decis.* 293. *num.* 3. *Amat. decis.* 5. *num.* 2. *Fontanell. decis. Cathal.* 259. *tom.* 1. reprehendens, *decis. seq. num.* 13. *&* 14. *Bouadill.* contrarium sentientem, *Mysing. cent.* 5. *obser.* 83. *num.* 3. *Quesad. add. loco, sub num.* 55.

21 Cognitionem autèm incidentis, vtrũ sententia appellationis suspensiuæ capax sit, ad iudicem à quo spectare, deducitur manifestè ex finalibus verbis *decis. de Franch.* 141. & expresè tradunt *Cancer. variar. p.* 3. *cap.* 18. *n.* 38. *Scacc. de appell. q.* 1. *artic.* 1. *Castill. de-*

cis. 42. coi c runt tradita à *Cesar. Barz. decis. Bonon.* 45. *num.* 7. id quod non procedere, credimus, si dubium sit, àn causa excedat, vel non, summam, ex *Mich. Ferrer. in* 1. *par. obseru. cap.* 5. *Asin. in prax. Iudic.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 2. *num.* 8. *in fin. Lancell. de attent. appell. pendent cap.* 12. *limit.* 6. *num.* 48. & videndi *August. Bero.* integra *quaest. famil.* 99. *Io. Guttier. de iuram. confirmato. par.* 7. *cap.* 5. *à num.* 15. *Fontanell. in memoratis decis.* 259. *&* 260.

22 An verò exequutio sententiæ, seù decreti M.C.V. infrà sūmā, sicuti cōceditur, non obstāte appellatione, ita admitti debeat, si de ea fuerit de nullitate dictum, controuersum vidi, ex quo nullitas species est appellationis, *Reg. Ronit. in prag.* 5. *n.* 24. *de offic. S.C. Girrba decis.* 70. *num.* 13. & in terminis tradit *Sesse in tract. de inhibit. cap.* 5. §. 5. *num.* 8. Contrarium tamèn respondi, ex quo casus iste est omissus *in prag.* 3. §. 4. *de Offic. S.C.* cuius sanctio loquitur de appellatione, & propterea, prohibita appellatione in exequutiuis, non censeatur vetita nullitatum propositio, tradunt *Guid. Papa decis.* 38. *Ripol. variar. resol. cap. vltim. num.* 427. *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 18. *in quib. caus. non lice. suppli. nec appell. num.* 21. *Reg. de Ponte decis.* 30. *num.* 12. *Ricc. collect.* 770 *circ. fin. Fontanell. dec. Cathal.* 26. *num.* 22. *& decis.* 288. *num.* 7. *lib.* 1. *Anus meus ad Gramm. decis.* 58. *n.* 15. & firmat *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 1. *verbo, Exequutio sententia lata, & vot.* 12. *to.* 1.

23 Iure insupèr Canonico, atq; in Curijs Ecclesiasticis, alij complures sunt casus, in quibus exequutio non retardatur, non obstante prouocatione facta ad maiorem Iudicem, quorum aliquos tetigisse, recordamur, alijs in locis,

24 potissimùm, nè detur, nisi deuolutiua, à collatione Parrochialis, iuxtà *cap.* 18. *Concilij, sess.* 24. *de reform. & Bullam Pij V.* scilicèt, quando habito concursu, & vno tanquam idoniore electo prouocatum fuit; secùs autèm si à sententia de instituendo vnum ex præsentatis contendentibus ad inuicèm de Iure patronorum, siuè de maiori numero vocum, aut alia quauis ex causa, prætèr antedictā electionem de maiori idoneitate concurrentium, vt Patribus illis prudentissimis Rotę visum est, respondere, *coram Sanctiss. Io: Baptista Pamphilio* illius Tribunalis tùnc Auditore, deindè Summo Pontifice Innocentio X. *in Placentina Archipresbyteratus* 4. *Iulij* 1614. *num.* 2. quæ intèr cōgestas à *Farinac.* est *dec.* 656. *p.* 1. *t.* 2.

25 Item; ab excommunicatione interposita, nequè suspendit, idq; probatur *Episcop. Campanil. in diuers. rub.* 11. *cap.* 15. *num.* 41. *&* 54. & ad *Olinam super Rit.* 3. *Cur. Archiepiscop.* ità quòd, appellatione paruipensa, consolare liceat ad affixionem cedulonum, vt inibi *Capan.* probauit *n.* 42. Videatur omninò *Farinac. in* 3. *to. q.* 101. *à nu.* 67. *Ricc. decis.* 28. *decis.* 215. *par.* 2. *& p.* 1. *prax. Ecclesiast. res.* 1437. *Maceratens. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 710. *nu.* 12. *P. Auiles in tract. de censur. par.* 2. *cap.* 5. *disp.* 5. *dub.* 11. *vers. Prima conclusio, August. Berous cons.* 45. *n.* 25. *lib.* 2. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. cap.* 113. plures distinguens casus, necnon ad *Reuerter. decis.* 49. *num.* 1. *& Ventriglia in prax. rer. notabil. annot.* 8. §. 1. *à num.* 12. *lib.* 1. Vnum nota in hac materia, quod terminus decem dierum ad appellandum à sententia excommunicationis, lata sub conditione, non dicitur, currere à die latæ sententiæ, sed à die purificatæ conditionis, *Bal.* singulare præconizans, *in cap. pastoralis*, §. *praterea, num.* 10. *de offic. deleg. Osasch. decis.* 146. *num.* 7. *Lancellot. de attent.* 2. *par cap* 12. *limit. princ.* 21. *n.* 40.

26 A decretis verò in visitatione prolatis, similitèr effectus non suspenditur, & executio, sed iurisdictio tantùm in alium dilatatur, nisi de grauamine per diffinitiuam irreparabili agatur, vel cum visitator, citata parte, & adhibita causæ cognitione iudicialitèr procedit, tùnc enim appellationi locus erit, etiam

ad

ad finem retardandi, ex decreto Pontificio, reſcripto per *Genuenſ. in prax. Archiepiſcop. cap.* 88. *verſ. In cauſis, ſub num.*41. Cuius inſupèr decreti virtute, nequè à decreto correctionis morum, quoad effectum eundem ſuſpenſiuum, ſed deuolutiuum dumtaxàt, admitti poterit appellatio, cuius verba cùm generica ſint, nulla præmiſſa diſtinctione Regularium, & Secularium Clericorum, in ambobus vendicare ſibi locum exiſtimamus, quamuis crediderimus à correctione morum, & ſententia corrigente Regulares, àc pœnitentiam inferente, ad quemcunq; effectum vetitam eſſe appellationem, vt optimè dixit *Rota coram Orano in deciſione* 15. *num.*6. inter relatas per *Farinac. to.*1. *par.*1. Et videndi ad hanc materiam ſunt *Alciat. conſ.*68. *num.*9. *lib.*6. *to.*2. *Thom Vas alleg.*70. *num.*5. *tom.*1. *Barboſa in remiſſion. ad Concil. Trident.* tàm *in ſeſſ.*13. *cap.* 1. quàm *in ſeſſ.*24 *cap.*10. *Curia Philippica p.*1. §. 7. *num.* 10. *Fragoſ. de regim. Reipub. par.* 1. *lib.* 8. *diſp.* 24. §. 9. *num.* 152. & 153.

RITVS CCLVIII.

ITem non appellatur ab omnibus ſententijs abſolutorijs latis per ipſam Curiam ex mero officio, vel ex denunciatione criminalitèr procedẽdo.

SVMMA RERVM.

1 *Vigore Rituum Fiſcus non valet appellare à ſententia abſolutoria.*

2 *Quod ſeruatur in tota Italia, & in Gallia.*

3 *De iure communi illi àn denegetur appellatio.*

4 *Fiſcus in criminalibus non habet repulſam, nèc terminum ad magis impugnandum, & ad examinari faciendum.*

5 *Fiſcus in Regno etſi non appellet, poterit tamen dicere de nullitate ſententiæ, & etiam habet recurſum.*

6 *Recurſus ſpecies eſt appellationis.*

7 *Tantæ virtutis in Regno ille indicatur, vt ipſo pendente, ſuperſedendum ſit in cauſa.*

8 *Sed àn poſſit Reus interim fideiuſſoribus relaxari?*

9 *Praxis concedendi recurſum recenſetur.*

10 *Fiſcus, dummodò ſit notoriè grauatus, recurſum obtinet.*

11 *Recurſus, quoad tempus terminationis, & exercitij regulatur ad inſtar appellationis.*

12 *Multa de voce, Recurſus, remiſſiuè traduntur.*

13 *Et àn illa ſit noua, vel cognita de Iure ciuili, & canonico.*

14 *Fiſcus inſupèr etſi non appellet, tamèn, inquiſito appellante, intelligitur, adhæſiſſe appellationi.*

15 *Quod reſtringitur, exiſtente parte, quæ querelam expoſuit, & non appellauit.*

16 *Quotteſcunque in cauſa criminali proceditur non ex officio, ſed ad inſtantiam partis querulantis, partem in Iudicio facientis, fiſci iura ſilent.*

17 *In Tribunalibus huius Regni inoleuit praxis, quod, exiſtente accuſatore, nõ liceat fiſco nouas producere probationes in criminalibus.*

18 *Prohibita appellatione parti, cenſetur prohibita, & fiſco.*

19 *Fiſcus àn poſſit proſequi appellationem, ſi Reus appellans appellationi renunciauerit.*

20 *Appellationem à ſocio interpoſitam ſocius proſequi, àn valeat, ſi appellans cum Aduerſario ſe componat.*

21 *Fiſco liceat nè extrà tempus appellationis ab inquiſito interpoſitæ illam proſequi.*

21 *Adhæſio appellationi eſt facienda infrà decem dies.*

22 *Tempus decem dierum currit ad bene-*

neficium fisci statim lata sententia, & quarè.

23 *In Curijs Baronum, an Fiscus, seu Curia coadiutor in criminalibus, per viam adhæsionis, possit petere in secunda instantia, quod augeatur pena.*

24 *Curia coadiutor an valeat de nullitate dicere, remissiuè.*

25 *Fiscus an appellet ab interloquutorijs.*

26 *Mentio fit decreti Regiæ Audientiæ prolati, referente Domino Auditore Mario Pepi, in causa subditorum Comitis Comptiæ, à Carauita in hoc Ritu num. 2. relati.*

27 *Marius Pepi est vnus ex maioribus familiæ Dom. D. Cęciliæ Pepi, Authoris vxoris, filiæ Dom. Consil. Hortēsii.*

28 *Marius fuit filius eximij Viri, Ioannis Antonij Pepi, vulgò dicti, Piperone, qui libellum edidit. De omni vero officio, ad benè, beatèq; viuendum.*

29 *Fratrem habuit Sertorium, virum eruditione excellentem, Latina, Græca, Hebræa lingua altè imbutum, quem non erubuit, ingeniorum illud lumen, Marinus, suum indigitare Praeceptorem.*

30 *Author refcribit factum causæ, de qua meminit Carauita, remissionis petitæ vassallorum Comitis Comptiæ, et quæ Marius mirabilitèr egit. ex quibus dignoscitur fortitudo, virtus, integritas, àc illius constantia.*

31 *Quin, his virtutibus à Regni Prorege perspectis, illum laudibus affecit, maximaquè pecunia donauit.*

32 *Ex his discant Principes, magni facere Iudices talibus virtutibus praditos, & ministri, obsistere superiorum ordinibus, cum iniusti videntur.*

33 *Prorex ille Marium statim Iudicem M. C. V. in criminalibus constituit, atq; ad Catholicam Maiestatem literas misit, vt illius virtus apud illam benè prospecta esset.*

34 *Missus fuit Marius, vix Ephebus, ab Exc. Domino Petro de Toleto Prorege, ad tuendam capitalem causam Garziæ de Toleto filij, apud inuictissimum Carolum V.*

35 *Ob cuius insignis patrocinij mercedem, retulit, vt alueolum Excellentissimæ Toletanæ familiæ stemma suis adderet insignibus.*

36 *Creatus etiam fuit totius exercitus Generalis Auditor in latio.*

37 *Deniq; multis post honoribus, creatus Aduocatus fisci, renunciauit honori, mundum reliquit, vt Diuinæ Maiestati vacaret.*

38 *Dies ætatis, & mortis, àc illius sepultura, indicantur.*

39 *Huius vitam refert, potissimùm P. Io: Baptista de Vrso, qui refcribit inscriptiones factas nomine Dom. Consiliarij Hortensii Pepi, in memoriam eius maiorum.*

EX hoc *Ritu*, atquè alio 261.
1 colligi rectè poterit, quod *de Franch. decis. 148. sub num. 1. dec 467. et dec. 470. n. 9. Troys. in Ritu 41. num. 16. Campagn sup. cap. 174. num. 16. Gramm. decis. 14. Vin. decis. 436. num. 5. lib 2. Foller. in pract. crim. vers. Pęnis debitis feriantur, n. 82. Farinac. de var. ac diuers. crim. q. 101. num. 32. Peregr. de iur. fisci, lib. 7. tit. 4. sub, num. 1. Lancellot. Conrad. de offic. Prætor. in caus. ciuil. tit. de appellat. sub, nu. 9. Borrell. in summ. decis. tit. 33. n. 748. p. 2. Nouar. sup. prag. collect. 1. 12. num. 3. Capiblanc. de Baron. pragm 8. num. 125. Muscat. in prax. crim. Rub. de iniur. & fam. libel. num. 49. Reg. Sanfelic.* huius *Ritus* memor, *decis. 351. n. 19. lib. 3. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. cap. 150.* dicunt, vigore *Rituum*, prohiberi fisco appellationem à sententia absolutoria, & non dissentit *Caoye in decis. 137. num. 17. & decis. 144.* (qui *Ritum* allegat, sed tamèn loquitur de Ritu Siciliæ vltrà farum, teste *Auo in add ad eandem decis. 144. n. 1. Borrell. add. tit. 33. num. 747.*) & hoc in tota Italia seruari, scripsit *Ioseph Ludou.*
2 *Lucens. decis. 1. à num. 1. Boss. in prax. crim. tit. de appellat. num. 7.* & in statu Mediolani, *Clar. q. 94. num. 3.* & in Flandria, siuè Gallia inferiori, testatur

Io-

Iodochus in prax. crim. cap. 149. ſed de
3 iure cōmuni nō denegari, probāt *Gabr. comm. concluſ. lib.* 6. *tit. de maleſ. concl.* 14. *Stephan. Guazzin. in tract. de confiſcat. bonor. concl.* 30. *num.* 1. *Baiard. ad Clar. q.* 94. *num.* 33. *Iaffred. deciſ.* 29. *Thoming. deciſ.* 21. *Zerol. in prax. Epiſcop. verbo, Fiſcus, Farinac. add. loco num.* 30. *Borrel. mem. tit.* 33. *n.* 748. *& conſ.* 40. *num.* 59. *Balb. deciſ.* 29. *Hieronym. Bucca. de differ. int. Iudic. ciuil. & crim. differ.* 174. *n.* 3. *Sebaſt. Guazzin. in tract. de confiſcat. bonor. concluſ.* 30. *num.* 1. *Fontanell. deciſ. Cathal.* 122. *&* 123. *to.* 1. *& deciſ.* 412. *&* 413. *to.* 2. ſuffragaturquè *tex. in l. illud la* 2. *ff. de appell.*

4 Quin, Fiſcum etiam in criminalibus, non habere in Regno repulſam, cum illius loco habeat interrogatoria, illiq; denegari terminum, ad magis impinguandum, & ad examinari faciendum; ex *Paris de Put. in tract. de ſyndic. in verbo, Inquiſitio, cap.* 2. deducit *Carau. in hoc Rit. num.* 3. cuius meminit *Auus meus in ann. nou. ad Capyc. deciſ.* 55. *in fin.* adducens etiàm *Campan. in cap. plerique, Foller. in verbo, Concedatur repulſa, num.* 2. & nos addimus nouiſſimè *Dom. Reg. de Marinis* eiuſdem *Carau.* memorem, ad *Reg. Reuerter. deciſ.* 393. *ſub num.* 1. *verſ. Tertiò, Nouar. de grauam. vaſſall to.* 2. *granam.* 162. *n.* 2. *& Danz. to.* 1. *de pugn. DD. tit. de offic. fiſci, cap.* 1. *num.* 3.

5 Verùm in Regno quamuis Fiſcus non appellet, poterit dicere de nullitate ſententiæ, vt poſt *Philipp. Franch. in cap. dilecto, verſ.* 27. *principalitèr quæritur, de appellat. Viu. deciſ.* 378. *nu.* 8. notat *Borrell. add. tit.* 33. *nu.* 749. *Foller. in pract. crim d. verbo, Pœnis, n.* 83. & confirmat *Auus meus ad Gramm. deciſ.* 14. *num.* 9. & prouiſiones Collateralis reſcribit *Danz. add. cap.* 1. *tit. de de offic. Fiſci, num.* 28. & tradit *R. Capyc. Latr. deciſ.* 165. *n.* 24. Habere etiàm illum recurſum, per viam ſupplicationis, ſeù reclamationis, certum eſt, nam ità deciſum refert præcitatus *de Franch. adduct. deciſ.* 148. inibi præſertim explicans, & *cit. deciſ.* 470. *n.* 10. *&* 11. *Maſull. ad Capyc. deciſ.* 17. *ſub num.* 9. *& deciſ.* 144. *num.* 1. *Muſcatell. & Capibl. cit. in locis*, & conferunt tradita à *Io: Grande, de Bello exulum, ſpecul.* 48. *Thor. par.* 1. *compend. verbo, Appellari, Reg. Rouit. deciſ.* 14. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 4. *num.* 9. *Reg. de Marinis tom.* 1. *quotid. cap.* 328. *à num.* 8. qui re-
6 curſus ſpecies eſt quædam appellationis, ex *l. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de recept. arbitr.* quin etiam
7 totius Italiæ conſuetudine concedi eidem Fiſco recurſum, poſt *Gramm. eadem deciſ.* 14. teſtatur *Farinac. cit. q.* 101. *num.* 32. & in Regno tantæ virtutis iudicatur, vt ſi Fiſcalis Audientiarū velit illū petere, quia in Magna Curia, & non alibi, facere poteſt, interea ſuperſedendum eſt in cauſa apud illud Audientiæ Tribunal, tametſi cum
8 fideiuſſionibus relaxari in eo Tribunali interdùm Reus poſſit, ſi Auditoribus videatur, ad formam *Prag. Exc. Comitis Lemos Iunioris*, nempè 11. §. 40. *de offic. Iud.* & prouiſiones reſcribit *Dăz. cit. loco, à num.* 52. & quomodò illi ſuc-
9 curratur grauato de aliqua prouiſione expedita per M. C. indicat *Carau. in hoc Ritu num.* 5. & tangunt *Foller. in prax. crim. rub. pœnis deb. feriant. n.* 44. *Viſconti ad Franch. deciſ.* 120. *&* 148. & praxim recurſus oſtendunt *R. Tap. in cap. Regni plerumq; contingit, nu.* 4. *Capyc. Latro deciſ.* 165. *num.* 19. *tom.* 2.

10 Dummodò fiſcus notoriè ſe grauatum demonſtrauerit, nam aliàs recurſus denegaretur, *Franch. deciſ.* 148. *& deciſ.* 370. & conferunt tradita à *Guttier. pract. quæſt. lib.* 2. *q.* 120. praximq; demonſtrat *Maſull. ad Capyc. dec.* 144. *in princ.* & diſtinguit *Danz. add. c.* 1. *tit. de offic. fiſci, à num.* 36. *Thor. par.* 3. *compend. deciſ. ſect.* 1. *verbo, fiſcus*, inquirens, nùm prædicta procedant in Tribunali Regiæ Cameræ, & àn à ſententia imponente perpetuum ſilentium, valeat fiſcus reclamare.

11 Ipſum verò recurſum quoad tempus

pus

pus terminationis, & exercitij regulari ad instar appellationis, notauit *Glos. in l. 1. C. de sent. Praef. Prat. Hyppol. de Mars. sing.* 88. *Boer. decis.* 247. & distinguit R. *Rou.* videndus, *in cit. dec.* 14. *& dec.* 16. *n.* 15. De hac voce, *Recursus*, loquitur *tex. in c. licet, de elect.* & consimilem *tex.* allegat *Brun. de statut. verbo, statutum, in l. eos, C. de appell.* &
12 & multa de hoc verbo, *Recursus*, habes ex *Lancell. de attent. post inhib. cap.* 19. vbi, praemittēdo, quid sint, quid significent, àc quomodo inter se differant, supplicatio, reclamatio, querela, & recursus, de illis dicit sufficientèr, & elegantèr fuisse traditum per nostrum *Marant. in 3. par. 6. par. princip. q. 1. num. 11. & 12.* & proindè ad ipsum se remittit, & solùm tractat de Recursu, & Iure merito, quia, *Marant.* ibi, loco Recursus, querelam posuit, & ista verba vnum, & idem esse sentit, & ibi *Lancell. à num.* 2. istam vocem, Recursus, dicit non esse nouam, sed anti-
13 quitùs cognitam, tàm de iure ciuili, *in d. l. eos*, quàm de Iure Canonico, *in dict. cap. licet*, & multa alia de recursu per plures numeros, & praecipuè sub *n.* 22. dicit, appellatione prohibita, non esse recursum inhibitum, & regularitèr, vbi non datur appellatio, datur recursus, & esse communem opinionem, de qua dicit testari *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. q. 70. num. 24. & Brun. in d. tract. de stat. in verbo, Nullitas, col. pen. vers. Item quaeritur*, & ibi etiàm *Lancell.* satis vtilitèr querendo, àn, petito recursu, sit interim in executione sententiae supersedendum, plures tradit regulas, inter quas, dicit, recursum succedere in locum appellationis, eiq; aequiparari, vt à *num.* 7.
14 Fiscus insupèr etsi non appellet, tamèn, inquisito appellante, intelligitur adhaesisse appellationi, quamùis expressè non inhaereat, adeò quod possit pena augeri, àc si ad condignam minimè fuisset condemnatus, ex *pragm.* edita tempore Exc. Proregis D. Ioannis de Zunica, quae est 7. *sub rub. de appellat.* cuius meminit *de Franch. dicta decis.* 467. *num.* 6. *Mastrill. decis.* 158. *num.* 2. *Muscat. in tract. de cognit. seù probat. delict. tit. de iniur. n.* 4. *de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. Official.* §. 1. *à num.* 52. *& cons.* 61. *num.* 58. & 59. *Thor. par. 1. compend. decis. verbo, Appellatio, Capiblanc. de Baron. pragm.* 8. *num.* 241. *par.* 1. quamùis de iure expressa requiratur adhaesio, ex *l. ampliorem, C. de appell. Ludouic. Peguera decis.* 196. *Christin.* videndus *dec. Belgic.* 24. *lib.* 2. *Ludouis. decis.* 223. *Magon. decis. Florent.* 8. *& Rota in recent. decis.* 4. *par.* 2. *tom.* 2. Prohibita enim appellatione, non censetur prohibita adhaesio, ad tradita per *Giurb. decis.* 30. *num.* 24. quamùis adhaesio species videatur appellationis, *Anton. de Amat. resol.* 9. *Anton. Monac. decis. Bonon.* 47. quos refert *Fontanell. decis.* 122. *num.* 6. *tom.* 1.
15 Quamquè *pragm.* non procedere, quando adest pars, quae quaerelam exposuit, & non appellasset, ex *de Frāch. cit. in locis*, àc *Reg. Rouit. in pragm.* 8. *de appell.* notat *Dom. Consil. Hodiern. ad Surd. decis.* 143. *num.* 13. & 14. & addo *Fontanell*, memorem *add. decis. de Franch. in dec.* 123. *n.* 16. *t.* 1. *R. Sāfel. dec.* 22. *num.* 2. *vers. Item accusator, Nouar. in prag.* 7. *collect.* 8. *n.* 5. *de appellat. Ricc. collect.* 3602. *Iud. Prat. discept. forens. lib.* 3. *cap.* 40. *num.* 78. *Danz. add. cap.* 1. *tit. de offic. fisci, num.* 74. *Reg. Capyc. Latro decis.* 78. *num.* 40. *to.* 1. quamùis contrarium scribat *Cabed. decis. Lusitan.* 190. *par.* 1. Etenim indubitati est,
16 quod quotiescunquè in causa criminali proceditur, non ex officio, sed ad instantiam partis querulantis, partem in Iudicio facientis, fisci iura sileant, & cessent, *l. non intelligitur* 3. §. *dinus, l. si fiscus, ff. de iur. fisci, l. fin. Cod. de adnot. diuers. Iudicior. l. fin. Cod. si aduers. fisc. Cabed. decis.* 119. *num.* 5. *par.* 2. *Garsia de nobilit. glos.* 3. *in princ. n.* 12. *Larrea alleg. fiscal.* 71. *num.* 4. *lib.* 2. vt propterea incōcussa inoleuerit in Tribunalibus Regni praxis, quod, existente accusatore, non liceat fisco nouas

pro-

producere probationes in criminali-
17 bus, de qua fidem faciunt *De Franch. in decis. 467. in fin. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. official.* §. 1. *num.* 33. *Reg. Rouit. in cit. pragm.* 8. *de appell. num.* 1. *Reg. Sanfelic. mem. decis.* 22. *num.* 22. *Prat. add. cap.* 41. *n.* 93. qui lepidè occurrit decisioni Senatus Pedemontani, apud *Thesaur.* 262. multaq; insinuat, forensi praxi collimantia, & de stylo Curiarum obseruando.
18 Et notandum, quod, prohibita appellatione parti, prohibetur, & fisco, ad seruandam æqualitatem, *Magon. decis. Lucens.* 58.
19 Sed si, ipso Reo absoluto, appellauerit accusans, qui deindè appellationi renunciauerit, in fisci præiudicium, subsistat nè renunciatio, & decisum affirmatiuè, asserit *de Franch. decis.* 658. eumquè refert *Carrab. in tract. de Syndic. singul.* 18. videas *Farinac.* 3. *vol. q.* 101. *num.* 17. *Danz.* sæpiùs *cit. c.* 1. *num.* 78. & appellationem à Socio in-
20 terpositam socius àn prosequi valeat, si is, qui appellauit, cum aduersario se componat, *Cancer.* inquirit, *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 485. cuius meminit *Anichin. de præuent. instrum. cap.* 2. *q.* 8. *num.* 33.
21 Liceatnè fisco, extrà tempus appellationis ab inquisito interpositæ, illam prosequi, notant *R. Rouit. sæpiùs cit. dec.* 14. *num.* 5. *& decis.* 16. *n.* 5. *Danz. add. loco, à num.* 63. Verùm simpliciter loquentes *DD.* de adhæsione faciēda appellationi, concludunt, esse illam faciendam intrà decem dies, *Glos. in cap. vt circa, verbo, Adharentes, de elect. in* 6. *Rota in diuers. dec.* 777. *par.* 3. *& in nouiss. decis.* aliàs, 225. *de sentent. excomm. Magon. decis. Lucens.* 9. *num.* 29. *& decis.* 26. aliàs ipsa adhæsio nullitati est obnoxia, quoad fauorem adhærentis, non contra illum, *Oldrad. cons.* 328. *col. fin. vers. Itèm constat, & cons.* 376. *col. vlt. in fin. Greuz. ad Gayll. obseru.* 119. *num.* 66. *& obseru.* 139. *ampl.* 2. *lib.* 1. & videndi *Reg. Rouit. in memor. decis.* 14. *&* 16. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 151. *num.* 11.
22 Quod tempus decem dierum curreret ad beneficium fisci, statim prolata sententia, non à die notificationis, cum ex praxi, quæ in hoc Regno inoleuit (teste *Reg. Capyc. Latro decis.* 165. *n.* 32. *lib.* 2.) in causis criminalibus nunquàm fisco notificetur sententia, cum semper illius scientiam habeat, quæ aliàs, ipso absente, proferri, non posset, *l. Diuus*, §. *si Fiscus, ff. de iur. fisc. l. fin. C. de Aduoc. fisc. Peregr. de iur. fisci lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 2. *& tit.* 4. *num.* 2. & colligitur ex *prag.* 36. *de offic. S. C.*
23 Sed in Curijs Baronum, àn fiscus in criminalibus per viam adhæsionis possit petere in secunda instantia, quod augeatur pœna.

Excitat dubium *Flau. Amend. ad dec. de Franch.* 467. *num.* 10. cuius meminit *Didac. de Mari. ad Gramm. dec.* 14. *num.* 8. *in fin.* & negare videtur, posse fieri reformationem, ex quo Barones non habent fiscum, vt tradunt nostrates, potissimùm, *Reg. Sanfelic. dec.* 338. *num.* 2. *tom.* 2. *Reg. Tap. in rub. de offic. Protur. num* 8. & non aduertit, illos habere, loco fisci, Curiæ Coadiutorem, *Capibl. de Baron. prag.* 8. *n.* 212. *par.* 1. *de Ponte de potest. Proreg. tit.* 1. § 4. *à num.* 61. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 10. *ex num.* 6. in quo, quæ dicta sunt de fisco, procedunt, vt aduertit *Auus meus ad Grām. dec.* 14. *n.* 8. *et* 9.
24 & illū posse dicere de nullitate, notant *Viu. dec.* 378. *Viscont. ad dec. de Frāch.* 148. *Ricc. collect.* 3362. *p.* 8. *Nouar. dec.* 41. *nu.* 8 *Borrell. in summ. tit.* 33. *n.* 449. *de appell.* vndè *Fontanel. dec.* 123. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 1. improbans rationem effati *Amendola*, iudicat, non fore tutum, quod in hoc casu vellent Barones sequi exemplum Sacri Senatus, in reformatione sententiæ criminalis, cum multa deceant supremos Magistratus, quæ inferioribus denegantur. Tu cogita.
25 Sed àn in decretis interloquutorijs, vt remissionis causarum, & similium, quæ non tractant principalitèr de absolu-

solutione inquisitorum, vt puta, quod quis gaudeat indulto, vel remittatur ad Iudicem suum competentem, vel ponatur in pristinam libertatem, competat fisco recursus? *Carau. in hoc Rit. nu.* 2. inquirit, & affirmatiuè resoluit, quem insequitur *Auus meus ad Gramm. dec.* 14. *num.* 7. & videndi sunt *Praes. de Franch. dec.* 470. *Reg. Tapia in prag.* 1. *& prag. nos autem, num.* 18. *de offic. Sac. Cons. & Danz. add. tit. de offic. fisci*, rescribens Regij Collateralis Consilij prouisiones, quibus fuit resolutum in casibus suprà enarratis, fisco licere recursum habere, & tractat *Fontanel. decis.* 558. *num.* 10. *lib.* 2.

26 *Prosper Carauita* refert in hoc *Ritu sub eod. n.* 2. decretū Regiæ Audientiæ aduersùs Comitē Cōptiæ, nè filij causa quorundam eius subditorum remitteretur, agitanda in dicto Tribunali. Quod decretum ratum nō habuit Magna Curia Vicariæ, nèc Sacrum Consilium; Reuocatum verò postmodùm fuit à Collaterali Consilio, instante Mario Pepi, tùnc Auditore.

27 Et quoniam dictus Marius vnus est ex maioribus familiæ Dominę D. Cœciliæ Pepi, vxoris meæ, nècnon Regij Consiliarij Domini Hortensii Pepi filiæ, facultatem peto ab auido lectore, paulò altiùs rem repetendi, & causam enarrandi, atq; vnà honores, ad quos euectus fuit Marius; quæ omnia, non ad iactantiam, sed ad pietatem extimulandam, àc virtute præditorum incitamentum, breuitèr percurram.

28 Marius Pepi (filius magni illius Theologi, Iurisconsulti, àc Philosophi, illum loquor, Ioannem Antonium Pepi, cognomento Piperonem (ad declarādam doctrinæ vim, & ingenij acumen) illum, inquam, Io: Antonium, qui pluriès M. C. V. in ciuilibus, àc criminalibus Iudex extitit, & anno à partu Virginis 1534. librum edidit, cui titulus: *De omni vero officiò ad benè, beatèq; viuendum*, quem librum quàm vellem typis denuò mandaretur publicæ sapientum

29 vtilitati. Et frater germanus erat Sertorij, viri eruditione in primis excellentis, latina, græca, hebræa lingua, altè imbuti, soluta, vinctaquè oratione, nulli Secundi, quem non erubuit Præceptorem suum indigitare, lumen illud ingeniorum (*Marinus in p.* 1. *eius lire, pag.* 127.)

30 Marius, inquam, cùm Auditor in Prouincijs Principatus Citerioris, àc Lucaniæ, solus Prouincię regimen moderaretur, eò quòd nullus, ea tempestate adesset Præses, siuè Prouinciarum Gubernator, nècnon, absente Auditore Collega, & Fisci Patrono, ad illum venere Prosper Rota, Marcus Pisanus, alijquè ad numerum septem, ab Auletta, Comitis Comptiæ subditi, & instabant, nè iustitia fraudarentur. Exponebant enim, quod Ærarius Comitis, cui plùs nimio Comes fauebat, atquè adcò pollebat multùm ijs in locis, vnà cum eiusdem oppidi Gubernatore, seduxerant vnum ex quibusdam inquisitis, nomine Iacobum Menda, aliàs Lucianum, hominem aliorum criminum Reū, cumquè illum, tormentorum vi, ad fatendum, induxissent, prætèr alia crimina verè ab ipso commissa, etiàm hoc, nimirùm, se cum dictis Prospero, Marco, & alijs fuisse Authores necis Notarij Alphonsi Tauani, Ærarij fratris; quam ob causam paucis antè annis ipsorum Prosperi, & Marci nomina iniustè delata fuerant apud ipsam Regiam Audientiam, & spectata innocentia, ob indiciorum leuitatem, sub fideiussione liberati, de quo extabat processus in ipsa Regia Audientia. Et quod in præsens ipse Ærarius satagebat nouis hisce astutijs, àc dolosa depositione, vetera renouare vulnera.

Quoniàm verò, vt continuò morte dictum Iacobum afficerent, confessione ratificata, tres ei dies constituerant, quibus elapsis, capitis sententiam exequerentur, vt hoc pacto scelus Ærarij & Capitanei delitesceret omninò, & falsitas cōfessionis detegi ampliùs non posset, ipsosq; innocētes iniustè vexarēt. Petierunt propterea curari, vt Iacobus

bus viuus ad Regiam Audientiam duceretur, nè morti priùs traderetur, quàm ex eius ore veritas exprimeretur; Ipse igitur Auditor decreuit, *Quod, visis actis, ac processu olim fabricato in ipsa Regia Audientia de homicidio in personam Notarij Alphonsi Tauani, possit, per ipsam Regiam Audientiam procedi ad informationem, quam pro Regio seruitio intendebat habere à Iacobo de Meola, subdito Comitis Comptia, vt, ipsa informatione habita, decerneretur de restitutione ipsius deuincti, de alijs criminibus Rei, ad officiales dicti Comitis.*

A quo decreto appellatum fuit ad M.C.V. quæ, reuocato decreto Regiæ Audientiæ, causam remisit, vnà cum deuincto, ad ministros Comitis.

De hoc M. C. V. decreto miseri illi Prosper Rota, & Marcus Pisanus appellauerunt ad S.C. quod, audita M.C.V. relatione, ratum habuit, quod ipsa decreuerat.

Expeditis itaquè prouisionibus, quę ad executionem spectabant, & ad ipsum Auditorem delatis. Non potuit non admirari, quæ acta fuerant: Obtemperare tamèn fas erat, ità postulantibus decretis. Verùm cùm iàm subscribere ordinibus, cæperit, veluti Deo monente, àc iubente, abstinuit, quin proprium nomen adderet. Ac de omnibus certiorem fecit Eminentiss. Cardinalem de Cueua, qui tùnc Regnum hoc moderabatur, etiàm, atq; etiàm rogans, nè id temeritati daret, atquè arrogantiæ, quando non obtemperabat decretis duorum supremorum Tribunalium, quæ paratam habebant executionem, sed stimulis conscientiæ, quibus premebatur.

Et quamùis ab eodem Dom. Prorege imperata fuisset decretorum, & ordinum executio, denuò eundem Dominum Proregem exoranit, vt iuberet, se viuæ vocis præconio exaudiri. Quamobrèm accersitus, vt petiuerat, postquàm abũdè Regni clauũ sustinẽs certior factus est, iussit, vt coram se in Collaterali, iunctis Tribunalibus Sacri Consilij, & M. C. V. causa iterùm cognosceretur, ipso Auditore audito.

Multis itaquè post sessionibus exauditis, plenè, àc benè perspectis à Collaterali Consilio, accedentibus suffragijs Dominorũ Regentium Albertini, Villani, Villanouæ, & Reuerterij, nècnon M. C.V. & Sacri Cõsilij, conclusũ fuit, prouisumquè, ad maximum causæ momentum, & veritatem indagandam, quod nullatenùs deuinctus Comitis ministris traderetur, sed coràm Regentibus Regiam Cancellariam, vel Præside S.R.C. iterùm torqueretur, quo peracto, inuerso ordine, qui olim, vt criminis rei diù in carceribus detenti, fama, àc pecunia afflicti, & crudeliùs affligendi, si decretis, àc expeditionibus obtemperatum fuisset, postmodùm in Actores versi, ipsum Ærarium, vt criminis Reum, in vinculis conijci, iustè exòrant.

31 Quapropter, perspecta ab Eminentissimo Domino integritate, virtute, àc fortitudine Marij, non modò illum laudibus in Collaterali, sed muneribus affecit, maximaq; donauit pecunia.

32 O tempora! liceat exclamare, ò mores! Hinc enimuerò discant Principes magni facere Iudices, fortitudine, conscientia, doctrina præditos. Et sit exẽplo ministris, obsistere Superiorum ordinibus, cum iniusti videntur, vt sempèr elucescat veritas, iustitia imperet, vt notat *Affl. in constit. pacis cultum*, ex *text. in l. vendicari, C. de pæn.* nosq; notauimus *in Ritu* 118. *n.*3. *to.* 1. concinitquè quod *Tiberius Imperator* ad magistratus scripsit, *vt si quid fortè eum contra leges mandare contigisset, illos exequi non debere, veluti per inscitiam commissum*, teste *Niceph. Calist. lib.* 1. *histor. Eccles. cap.* 17. & suffragatur dictum *Athenodori Philosophi*, qui domum rediens, ab Augusto veniam petens, dixit, *Cum irasceris, Auguste, nihil antè, vel dixeris, vel feceris, quàm tecum vigintiquatuor orationis elementa repetieris*, vt refert *Plutarc. in opu-*

scul. seù dialogo de ira cohibenda, to. 1. moralium.

33 Ergò Prorex ille iustissimus Marium statim Iudicem M C.V. criminalis cōstituit, atq; ad Catholicam Maiestatem literas misit, vt illius virtus apud illam benè perspecta esset, rogauitq; vt cum primùm sese opportuna offeretur occasio, Consiliarij S. Claræ, vèl Præsidentis Regiæ Cameræ dignitate afficeret.

34 Missus fuit Marius, vix Ephebus, ab Excell. Domino Petro de Toleto Prorege, Garsiæ Toleto filij, apud inuictissimum Cœsarem Carolum V. ad tuendam capitalem causam, ob cuius
35 insignis patrocinij mercedem retulit, vt Alueolum Excellentissimæ Toletanæ familiæ stemma suis adderet insignibus.
36 Creatusquè etiàm fuit totius exercitus Generalis Auditor in latio.
37 Deniq; multis post honoribus, cum à Philippo II. immortalis memoriæ Aduocatus, vindexq; criminum pro fisco crearetur, dicto honori renunciauit. Mundum valere iussit, àc instinctu planè diuino, vt Diuinæ Maiestati vacaret, in cęnobium Diui Francisci de Paula huius Ciuitatis secessit, bonisquè in pauperes distributis, morte occubuit,
38 Anno 1601. Æt. XCI. Vixit in ædibus Diui Francisci, ann. 46. tandemq; antè aram maximam eiusdem Ecclesię humatus. Huius vitam, & mores, refert *P. Io. Baptista de Vrso* vir planè doctis-
39 simus, & insignis Elogiographus, è Societate Iesu (nunquàm pro dignitate laudata) *in lib. suarum inscriptionum, pag. 230. & 231.* vbi duas rescribit inscriptiones, alterā ad Marium, ad Sertorium fratrem, alteram, nomine ipsius Domini Consiliarij Hortensij Pepi, vt monumentum insigne maiorum suæ familię extaret, qui *Pater eod. lib. fol. 264.* aliam inscriptionem habuit de eodem maiorum eorumdem memoriæ, anno 1632.

RITVS CCLIX.

ITèm non appellatur vigore certarū Regnalium literarum à sententia cōdēnatoria lata contra homicidam. Itē non appellatur in ipsa Curia à tormentis aliquibus pro delictis, de quibus loquitur obseruantia proxima præcedens. Itèm non appellatur à decreto ipsius Curiæ ciuili, vel criminali. Itèm non appellatur ab omnibus casibus, à quibus prohibetur appellari de iure communi, & capitulorum, & constit Regni,

S V M M A R E R V M.

1 *A sententia lata contra homicidam, nefas est appellare.*
2 *Dùm tamèn homicida sit confessus, & conuictus.*
Id quod restringitur, & declaratur.
3 *Huius Ritus obseruantia àn hodiè vigeat.*
4 *An recursus etiàm huius Ritus sanctione reijciatur.*
Appellatio à decreto notorij quando detur.
5 *Sententia Principis ex iracundia lata, quanto temporis interstitio sit remoranda exequutio.*
6 *Lata contra Pregnantem, exequutio differtur post partum.*
7 *Vbicunquè alicuius administrationis ratio est reddenda per condemnatum, suspenditur etiàm illius exequutio.*
Lex non tollitur per non vsum, sed per contrarium vsum.
Quæ dicuntur de administratore, habent locum in hærede.
Et proindè quemadmodùm administrator non appellat à sententia contra eum lata, ità nèc eius hæres.
8 *Insulæ electio ad Principem spectat.*
Quid in terris Baronum.

9 Con-

9 *Contra hominem ſummæ peritiæ, condemnationis ſententia non exequitur, inconſulto Principe.*

10 *Condemnato accuſato de alio maiori crimine, differtur decreti exequutio.*

11 *Cardinalis obuiam ſe faciens ei, qui ad ſupplicium ducitur, valet illum à morte eximere, cum ſuo pileo.*

12 *Condemnatus poſt ſententiam effectus furioſus, àn à pœna ſit immunis?*

13 *A tormentis, ideſt à decreto lato, quod inquiſitus torqueatur, àn appellatio concedatur, tàm attento iure communi, quàm Rituum.*

Et quid, ſi vigore præeminentiæ, procedatur.

14 *Nonnulla de præeminentia M. C. V. torquendi ex proceſſu informatiuo, notantur.*

15 *Illa non vtitur contra Neapolitanos, homines caſalium, milites cuiuſuis nationis, & Barones Regnicolas.*

16 *Communicata nè ſit Regijs Audientijs.*

17 *An poſſit illa repeti.*

18 *Ex verbis huius Ritus, ibi, Non* appellatur à decreto ipſius Curiæ Ciuili, *àn deducatur illud, quod in prag. 2. de appell. ſcribitur, vt à decreto, ſupèr aſſiſtentia, affirmatiuo non appelletur, ad effectum retardandæ exequutionis.*

19 *Vigore memoratæ pragm. decretum, concedens aſſiſtentiam creditori, exequitur, non obſtante appellatione, præſtita cautione, de reſtituendo in caſu retractationis.*

20 *Iſthac cautio, etiàm non petita, eſt præſtanda.*

Quid, ſi creditor ſit pauper, admittatur nè ad iuratoriam cautionem?

21 *Parata exequutio ſit reſpectu adiudicationis tantũ, vel etiã venditionis.*

22 *Facta adiudicatione, pendente appellatione, àn habeat creditor facultatem vendendi.*

23 *Vel Ius habeat offerendi.*

An, & quando debitor pignora vendita valeat recuperare.

24 *Ritus ſanctio vendicetnè locum in ſententijs aſſiſtentiæ quarumuis Curiarum.*

25 *Sententia aſſiſtentiæ exequutio remedio nullitatum, àn retardetur.*

26 *Quid, in integrum reſtitutionis beneficio, ſi ſententia ſit notoriè iniuſta, & quando talis illa dicatur.*

27 *Reſcriptum impetratum (reuideatur, non obſtante ſententia) ab eo, qui paſſus eſt decretum, quod iam exequutum eſt (vt quia erat M. C. aſſiſtentiæ, vel infrà ſummam ducatorum 150. vel ſententia S. C.) vt tranſitum faceret in rem iudicatam, àn ſit validum, ſi fiat mentio tantùm de exequutione, non verò de tranſitu in rem iudicatam.*

28 *An pragm. 2. de appellat. exequutionem paratam præbens decretis affirmatiuis, eamdem vim tribuat decretis negatiuis, reuocantibus aſſiſtentiam, inquiritur.*

29 *Affirmatiuam aleam inſequutum fuit S.C. apud Dom. de Franch. dec. 136. & Dom. Reg. Salernit. dec. 25.*

30 *Dom. de Frãch. dec. 136. à pluribus approbatur, quamuìs in ea dubius extiterit Dom. Reg. Rouitus, & nouiſſimè prò enucleatione prædictæ deciſionis calamum arripuit Dom. Franc. Maria Prat. qui occurrit etiàm aſſumptis Hieronymi Ceuallos.*

31 *Praſ. dec. in dubium reuocat D. Cõſil. D. Th. Carleual, et miratur Author, illũ non fuiſſe adductum à D. Prato vultimo, & ſolertiſſimo ſcriptore.*

Ritus iſte, & pragm. 2. de appellat. expenduntur.

32 *Reuocata ſententia aſſiſtentiæ in cauſa appellationis, àn ſint fructus percepti reſtituendi?*

33 *Quid in terminis Auth. quæ ſupplicatio, C. de pracib Imper. offer.*

De quibus fructibus memorata Auth. loquatur.

34 *Exequutio parata in Iudicio aſſiſtentiæ conceditur, non obſtante appellatione, prò ſorte tantùm, non prò intereſſe.*

35 *Reg. Hector Capyc. Latro decis. 100. lib. 1 compilauit, in ea illum trutinans articulum, in causa Illustr. Principissæ Scillæ, nùm interesse rei iudicatæ post quatrimestre tempus debeatur, vigore sententiæ S.R.C. pendente illius reclamatione, & determinatum testatur, non deberi interesse rei iuditatæ.*

Dom. D. Franciscus Maria Ruffus, Princeps Scillæ, laudatur.

36 *Aduersùs quam decisionem calamum arripuit, in gradu reclamationis Dominus Consiliarius Hortensius Pepi Authoris Socer, tùnc celeberrimus Aduocatus Ill. Principissæ D. Isabellæ Aquauiua, & reuocata memorata decis. apud Reg. Capyc. Latro, decisum fuit, illud deberi.*

37 *Vsura centesima debetur post quatrimestre tempus, à die sententiæ.*

Hodiè illius loco soluitur interesse, iuxtà damnum, vel lucrum cessans, & ad quam rationem.

38 *Illud nō debetur, pēdente appellatione.*

Sententiæ habentes exequutionem, à quibus non appellatur, rectè denominantur res indicatæ, non obstante reclamatione.

39 *Pendente propterea reclamatione lis decitur finita per sententiam, veluti transactam in rem indicatam.*

40 *An sit absolutè verum, vt reclamatio pari passu ambulet cum appellatione.*

41 *Exequutio est sequela rei indicatæ, & proindè exequutio esse non potest sine suo necessario antecedēti rei iudicatæ.*

Quid verò in præstatione interesse.

42 *Interesse rei iudicatæ, de quo agitur, apertè suadetur intelligendum fore, deberi ex sententijs merentibus tantùm exequutionem.*

43 *Interesse rei iudicatæ fatendum est, quod, aùt in sententia habente exequutionem non habeat locum, aùt si practicatur, quod debeatur à die primæ sententiæ, nō obstāte reclamatione.*

44 *Afflict. decis. 93. non loquitur de interesse rei iudicatæ, & casus illius decis. recensetur.*

45 *Tripliciter respondetur obici, quod pendente reclamatione, non fiat exequutio expensarum.*

46 *Sententia S. C. habet exequutionem, tàm prò sorte, quàm prò accessionibus.*

Nèc officiunt verba Rubricæ, de vsuris rei indicatæ.

47 *Argumentum à rubro non sempèr attenditur, ad declarationem nigri.*

48. *Prædicta rubrica in latiorem sensum sempèr accipienda est.*

49 *Aliæ subnectuntur determinationes, quibus declaratum fuit, in sententijs S.C. deberi interesse rei iudicatæ, pendente reclamatione.*

50 *Aliud additur scitum S.C. quo prouisum fuit, esse præstandum hoc interesse, minimè refragante, quod supèr exequtione rei iudicatæ, orta fuerint disceptationes.*

Pendente lite supèr executione sententiæ, non desinit illa esse res iudicata.

A Sententia lata contra homi-
1 cidam; nefas esse, prouocare,
deducit ex hoc Ritu *Thom.*
Gramm. in voto 2. num. 8. &
non dissentit ius commune, *in l. obser-*
uare curabis, Cod. quor. appell. non re-
cip. Iodoc. in prax. crimin. c. 149. Carrer.
in prax. crim. supèr cit. l. obseruare, in
cap. incip. vigesimus primus casus, à n.
3. Barthol. Veronens. in cons. crim. 32.
incipient. *Quidam Rustici,* dùm ta-
2 mèn homicida sit confessus, & conui-
ctus, declaratur ex *cit. l. obseruare,* C.
quor. appellatio non recip. & pragm. 4.
de appellat. Specul. de appellat. §. in qui-
bus, sub num. 2. And. Alciat. in pract.
vtrinsq; iur. par. 3. tit. de appellat. §. in
quibus casibus, num. 3. Borrel. par. 2.
summ. decis. tit. 33. num. 459. Duen.
reg. 156. Ricc. collect. decis. 166. par. 1.
Tartaglia in marg. fisc. cap. 16. col. 3.
Modeh. decis. 2. de restit. spoliat. Barr.
decis. Bononiens. 140. Iaffred. decis. 451.
& decis. 462. Duen. reg. 46. num. 5.
Guid. Papa decis. 74. Balb. decis. 451.
Cornazz. decis. Lucens. 92. n. 6. Amat.
decis. March. 55. num. 19. Triuisan. de-
cis.

cis.46. num.4. lib.2. Gratian. decis.43. Pref. de Franch. decis. 556. id restringens, si confessio fieret cum qualitate, quæ delictū minueret, insequitur *Episcop. Ricc. collect. decis.*621. *par.3. Maynard. decis.22. lib.2.* hoc non admittens in confesso tantùm, qui benè appellare poterit, si in appellatione dicat, se confessum per errorem, vel aliam legitimam causam contra confessionem alleget, qua de re *Foller. in pract. crim. verbo, Etsi confitebuntur, n.66. et Danza to.2. de pugn. DD. tit. de homicid. c.5. à n.*10. & de cōfessione facta coram Iudice incompetente, loquitur *Boer. dec.*90. vel non habente authoritatem, *Reg. Tap. in c. Regni si cum sceleratis, à n.* 8. *Antonel. cons.* 8. & de extraiudiciali, *Marsil. singul.*310. *Gomes. var. resol. lib.3. cap.* 12. *Peguer. decis.* 17. *Corn. cons.*204. *vol.*1. *& cōs.*17. *vol.*3. & àn confesso, & conuicto dentur defensiones, *Clar. q.49. vers. Est igitur, & q.65. in fin. Paris. de syndic. verbo, Condemnatio, Boss. de confess. num.* 8.

3 Huius autèm *Rit.* obseruantiā, quandoquè aboleuisse, *Thor.* tradit, *par.*1. *comp. dec. verbo, Appellare,* §.1. àc potissimum concessum fuisse recursum, si conuictus damnatus fuerit de homicidio, adiungit, ob *decis. Minad.*27. *& in Constit. in aliquibus, num.* 54. quòd vsquè adeò processisse, comperimus, vt generatim concludant scribentes, nèc-non decisum attestentur, huius *Ritus* sanctionem, reijcientem appellationem

4 in causa homicidij, haud vetare recursum, nequè ob illam censeri sublatam defensionem, si eiusdem *Minad.* verba *in illa Constit.* percurramus, *& Masull. ad Capyc. decis.*144. *num.*2.

Appellatio verò à decreto notorij, àn, & quandò admittatur, *Muta to.*4. *cap.*169. *n.*1. *Cappell. Tholos. dec.*500. *Clar. q.*94. *Foller. in pract. crim. verbo, Itèm quod est notorius delinquens, n.*21. & ibi *de Angelis, Gomez var. resol. de delict. cap.*1. *n.*47. *Reg. Ronit. in prag.*8. *de offic. Magist. Iust. num.*4. *Reg. Galeot. controu. illustr. to.*2. *controu.*61. *nu.*33. & in notorio, duos testes sufficere, indicat *Nouar. de grauam. vassall. lib.* 1. *grauam.*318. *num.*17.

Hanc verò regulam, quòd inquisitus conuictus, & confessus non sit audiendus, pluribus in casibus *Carauita* restringit, nempè in sententia Princi-

5 pis, ex iracundia lata, ex *Specul. in tit. de exequut. sentent.* §. *videndum, n.*2. *& Aretin. instit. de offic. Iud.* §. *etsi in rem,* cuius exequutionē esse differēdā ad triginta dies, notat, ad *tex. in l. vendicari, C. de pœn.* addimus *Tartagl. add. loco, sub num.*2. *Duen. regul.*292. *in* 7. *limit.*

6 In sententia lata contra prægnantem, cuius exequutio fit post partum, *Iul. Clar. lib.*5 *sentent.* §. *fin. q.*97. *vers. differtur etiam, Tartagl. cit. loco, vers. Quarto limita, Claud. Tut. in repet. l. prægnantis, num.*49. *ff. de pœn.* & latiùs nos *in Ritu* 267.

7 Et vbicunquè aliqua administratio-nis ratio est reddenda per condemnatum; ex *l.*1. *Cod. de bon. prescript. Iul. Clar. loco cit. in princ. Boss. in tit. de exequut. sent. num.*10. *Tartagl. sępiùs cit. vers. Tertiò limita,* & ibi *Ristald. in add. Carau.* in hoc loco adducens, quin, ipse *Carauita num.*6. dicit, hoc de consuetudine non seruari, quia non petitur, & legem non tolli per non vsum, sed per contrarium vsum, ex *Glos. in l. de quibus, ff. de legib.* & se aliàs in his Ritibus dixisse, fatetur. Tu dicas, esse *in Ritu* 271. *n.*3. & iterùm *in prag.*1. §.12. *n.*42. *de S. C. Maced.* & tradunt *Campagn. in c. Itèm Iustitiarij Inquisitiones, n.*6. *&* 9. *Fusc. singul.*19. *lit.* L. & quæ diximus de administratore, in eius hæredibus procedunt, *Christin. decis.*180. vt propterea quemadmodùm administrator non potest appellare à sententia contra eum lata, vt diximus *in Rit.*256. *n.*60. & addo *Ricc. collect.*3220. *p.*8. ità, & eius hæres, idē *Ricc. collect.* 3876. *eod. par.* 8. adeò vt nèc sententiæ ex causa administrationis ab arbitris prolatæ, posse peti reductionem ad arbitrium boni viri, tàm per administratorem, quàm per hæ-

hæredem, & censuit *Rota, in vna Romana executionis Lauri coràm Pamphilio, 26. Octobris* 1584. & iterùm, *in vna Terracinen. Molendini 2. Maij 1608. coràm Caualerio.*

8 Quartò restringit *Carauita*, quotiès Insula, ad quam inquisitus condemnatus extitit, per Principem est eligenda. Tu nota, Insulæ electionem ad Principem spectare, *Ann. singul.* 227. & 504. *Pref. de Franch. decis.* 487. *Muscat. in prax. fideiuss. par.* 1. *modo* 15. *num.* 14. Non verò in terris Baronalibus, & Baroni licere, relegare vassalli in vna, ex terris, quas habet, idē *de Franch.* monet *decis.* 526. *in fin. vers. Et similitèr poterit*, sequitur *Capibl. in prag.* 7. *n.* 13. *de Baron. to.* 1. & quando licitum sit Proregi ad confinia ponere homines, *Castill. decis.* 185. *Episc. Ricc. collect.* 2705. *par.* 7.

9 Quintò limitat, in casu *tex. in l. ad bestias, ff. de pœn.* vigore cuius hominis sūmæ peritię condēnati differtur executio, donèc Princeps consulatur, confirmant, & declarant *Bosf, de execut. sentent. num.* 8 & 10. *Duen. reg.* 41. *in limit. fin. Couar. lib.* 2. *var. resol. cap.* 9. *num.* 6. *Tiraq. in tract. de pœnis temper. causa* 50. *Gramm. decis.* 23. *Reusner. decis.* 15. 16. 17. 80. 81. 83. & 84. *Ricc. collect. decis.* 1842.

10 Sextò, quotiès condemnatus accusaretur de alio maiori delicto; Adde *Tartagl. in add. marg. fisci, cap.* 16. *vers. nono limita, Claud. Tut. in add. l. pregnantis.*

11 Notat insupèr *Carauita, n.* 9. *in* 8. *limitat.* quod Cardinalis, cum se obuiam facit ei, qui ad supplicium ducitur, liberandi illum à morte, cum pileo suo, potestatem habeat. Tu addas *Tartagl. Tut. Bosf. loc. citatis, Tiraquel. in tract. de pœn. temper. caus.* 55. *Petr. à Placza*, latè, *lib.* 1 *epit. delict. cap.* 34. & *Danz. Carau. in hoc Ritu* memorantem, *tom.* 1. *de pugn. DD. tit. de qualit. official. cap.* 1. *num.* 17. nonnulla de Cardinalium officio notantem, quorum aliqua priuilegia, recensent *Ricc. collec.* 120. 1459. 2122. 2489. & *Axus meus ad Capyc. decis.* 114. & *dec.* 120.

Sed hìc incidentèr quæro, ân verum sit, quod, meretrici petenti in virum illum, qui ducitur ad supplicium, concedi debeat, *Paris de Put. in tract. de syndic. in verbo, Pena, cap.* 2. *num.* 3. affirmatiuè in Hispania practicari notat, quod negat *Bouadill. to.* 2. *politic. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 142.

12 Et tandèm limitat, quotiescunquè condemnatus, post sententiam, effectus est furiosus, quo casu, illum immunem esse à pœna, credunt *Claud. Tut. cit. Placz. lib.* 1. *epit. delict. c.* 29. *num.* 7. *Bal. & Alex. in l. furiosum, in fin. C. qui testam. facer. poss. Menoch. de arbitr. Iudic. cas.* 325. *Couarr. in clem. furiosus, in* 3. *par. in init. num.* 2. *de homicid. Gomes. in* § *Itèm si quis in fraudem, post num.* 6. *instit. de action.* quibus contradicunt *Fachin. lib.* 11. *controu. iur. cap.* 3. *Clar. lib.* 5. §. *fin. q.* 60. & antè ipsos *Albergot. de Aretio*, qui *Bart.* discipulus fuit (teste *Ias. in d. l. furiosum,*) *Io. Vandus lib.* 2. *qq. cap.* 7. & quibus coniecturis probetur dementia, *Ricc. collect.* 3581. *p.* 8.

13 Deducitur etiàm ex hoc *Ritu*, quod à tormentis non appellatur, hoc est, à pronunciatione, siuè decreto lato, quod inquisitus torqueatur, & seruari in Regno Siciliæ, testatur *Muta to.* 6. *cap. Sicil. cap.* 49. *n.* 33. 35. & 36. quod si generatim procedit, pugnat cum iure communi, quo attento, appellare à tortura, & eius comminatione licet *Bartol. in l.* 2. *ff. de appellas. recip. arg. l. si quis prouocatione, C. de appell. Hippollyt. de Marsil. in pract. crim.* §. *expedita, num.* 70. *Guid. Pap. decis. Delph.* 74. *sub num.* 2. & *decis.* 75. *n.* 2. *Franc. Marc. decis. Delphin.* 907. *nu.* 4. *vol.* 1. *Claud. Battandier Regularum criminalium, regul.* 163. *num.* 21. *Borrell. cōs.* 30. *à n.* 12. *Io. de Arnono singul.* 39. *Clar.* §. *fin. q.* 44. *Farinac. q.* 38. *n.* 11. *Benitent. decis.* 69. *nu.* 6. *Ioan. Papon. Arrest. Cur. lib.* 24. *tit.* 9. *arresto* 5. & *arresto* 13. *P. Fragos. de regim. Reipubl* *tom.*

tom.1.par. 1. lib.8. de oblig.Iud. à quo diſp. 24. num.179. & declarat *Scacc. lib.1. de Iud.cauſar.ciuil.cap.97. n.82.* & ſeruatur in Curijs Eccleſiaſticis, ob nouiſſimum decretum Pontificium, reſcriptum à *Genuenſi in prax. cap.88. num.42. Epiſcop.Ricc. in prax. Eccleſ. deciſ.516.& deciſ.Cur.Archiep.13. & collect. deciſ.131.* allegans *Caran. in hoc Ritu, Quarant. in ſumm.Bull. tit. Regul. Cancell. regul. 37. Baldax. de Angel.in Prat. ad l.ſi Clericus, à n. 1. C.de Epiſcop.Audient.*

Vndè *Caran.in hoc Ritu n.9.* notat, procedere hunc Ritum dumtaxàt in caſu, quo, vigore præeminentiæ Magnæ Curiæ Reus ſubijcitur tormentis, tùncq; interdici appellationem huius *Ritus* vigore, proùt quãdo proceditur ad modum belli; *Burg. q.100. n.115. Danz.de pug.DD.tom.1. tit.de poteſt. ad mod. belli, cap.6. num.27.* cum in alijs experiamur, admitti appellationẽ, etiàm à comminata tortura, ex *c. Regni, ſi iuſtè quis, Campagn.in cap.ſi cum ſceleratis, Io.Bapt.Thor.par.1.compend. deciſ.verbo, Appellatio à decreto torturæ, Dom. D.Ferdinandus Quadra in reſpõſo,* reſcripto per *Dom.Reg.de Marin. lib.2. quotid. reſol.cap.10.num.13.* & ſic paſſim expediuntur prouiſiones Iudici à quo, quod ſi erit in voto torquendi, tranſmittantur acta, & interim per tot dies non procedatur, teſte *Borrel.par.2.ſumm deciſ.tit.33.n.332. Scialoya in pract.foriudicat. cap.4. ex num. 68.* quod *Caran.* effatum *Auus meus* videndus, *ad Gramm. deciſ.34. n.38.* ex *Reg.Tap.ſup.hoc Ritu,* notabilitèr aduertit, locum vendicare, non exiſtente inhibitione, nam illa ligatis Iudicis manibus, omninò deferendum ſit appellationi, ſiuè ex proceſſu informatiuo, ſiuè factis defenſionibus procedatur. Et non diſſentiunt *Taſſon. de antefat.verſ.3.obſeru.3.n.111. in fin. Nouar.de grau. Vaſſall. to.1.grauam. 373.n. 9. & tom.3.grau.82. Alphonſ. Villagut pract.crim.Canonic.lib.7.tit. de tortur. c.10. concl. vnic.* Hinc ſi Iudex fuerit inhibitus, etiàm ab incompetenti, & haùd obſtante inhibitione procedat, nullitèr agit, *Gamm. deciſ. Luſit.219. Maſtrill. deciſ.127.Carocc. in tract.de except.excep.31.quæſt.7. & excep. 22. q. 11.* Sed àn appellatio à decreto de torquendo, pro habenda reſponſione retardet exequutionem, ſicuti ab illo prò habenda veritate; inquirit *Caran.in hoc Ritu, nu.14.* cuius meminit *Auus meus ad Capyc.dec.145. in fin.Bonadil l.to.2.polit. lib.5.c.3.nu. 12.pag.690. Danz.to.3. de pugn.DD. tit.de præmin.num.35.*

14 Cæterùm, multa de præeminentia M.C. torquendi ex proceſſu informatiuo, notauimus in *Ritu 54.nu.9.to.1.* nempè, illam vſq; adhæc noſtra tempora inualuiſſe; Addimus *Maſull. ad Capyc. deciſ.122. num.5. Palm.in diuerſor.iur.par.2.Gloſ.1.num.19. Mut. tom.6. cap.34. & deciſ.37. n.8. Thor. par.1. comp.verbo,Torquens,pag.554. & ead. par.1. verbo, Tortura, Carbon. in pract. lib.2. cap.1. n.9. Capiblanc. de Baron.pragm.8.par.1.num.52. Maſtrill.de Magiſtr. par.2. lib.4. cap.16. num.111. Io: Grand. de Bello Exul.in prædicamento quantitatis, q.1. nu.13. Muſcat.in prax.crim.rub.de priu.furt. latron. à num. 22. Ambroſ. in proceſs. informat.lib.3.cap.1. n.11. Ricc.collec. dec.641. Danz.* latè *de pugn.DD.p.3. tit. de Præmin.cap.vnico.* Illaq; non vti contra Neapolitanos, & homines

15 Caſalium ibiq; inſinuauimus, ex priuilegio illis conceſſo per Cęſaream Maieſtatem in anno 1557. *in cap.7.& 16. gratiar.* quod communicatum fuit Militibus cuiuſuis nationis, teſte *Reg. Rouit. in prag.6. circa fin. de immun.Neapol.*& Baronibus Regnicolis, vigore alterius gratiæ de anno 1605. regiſtratæ *in pragm. fin. de Baronib.* quam refert *Reg.Rouit.in pragm.1.in fin. de immun. Neapol.* & obſeruant *Palm. add. loco, num.31.& 32. Angel. Scialoya in pract.torquend. Reos, cap.6. ex num.79.*

16 Et àn communicata ſit huiuſmodi præ-

præeminentia Regijs Audientijs, tangũt *cit. DD. Scialoya add. c. 6. ex n. 59. Danz. lib. 1. de pugn. DD. tit. de praemin. M. C. V. Balzaran. sup. Regn. Const. tit. de homicid. & damn. clandest. num. 69.* & quandò per vnum ex Auditoribus illa exerceri possit, & de facultate Auditoris exeuntis per Prouinciam, àc de causis illi committendis per Audientiam, & quo pacto valeant fieri commissiones, pertractat *Reg. Sanfelic. decis. 350. tom. 3.*

17 An illa repeti possit, præter *DD. eod. in Ritu 54.* à nobis adductos, adde *Ricc. collec. 129. p. 1. & collec. 4222. p. 9.* negatiuè indicantem, ex *Ano meo ad Gram. decis. 34.* & pertractant *Magon. dec. Rot. Lucens. 89. Franc. Marc. decis. 279. 280. & 281. par. 1. & dec. 253. & 288. par. 2. Guazzin. in tract. ad defens. reorum, defen. 30. circa torturam inferẽdam, pro habenda veritate, cap. 18. per tot. Scialoya add. cap. 6. num. 75. Baldax. Klam. in suo prompt. iur. tit. 44. §. 3. Mantua cons. 52. volum. 1. & Thor. par. 3. compend. decis. sect. 3. verbo, Tortura àn repeti possit.*

18 Ex verbis *Ritus*, ibi: *Non appellatur decreto ipsius Curiæ ciuili, Carau. sub num. 16.* deduci, ait, illud, quod *in prag. 2. de appellat.* incipiente, *Magne Curiæ Vicariæ Ritum*, scribitur, quod, à decreto supèr assistentia affirmatiuo, nõ appelletur ad effectum retardandæ exequutionis. Tamèn melius sentit *Constant. Papa* additionator, nè talis conclusio desumi possit ex his verbis, & concludentem id ipsum, quod adducta refert *pragm.* neminem *Rit.* hactenùs reperierit.

19 Vtcumquè tamèn sit, standum est iàm dictæ *pragm.* quæ mandat de decreto affirmatiuo assistentiæ, nempè, concedente assistentiam creditori illam petenti, non impediri exequutionem, præstita cautione de restituendo in casu retractationis, vt tradunt *Affl. decis. 261. num. 1. 356. Robert. Marant. in prax. 6. par. tit. Et quandoquè appellatur, num. 18. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 28. Gallupp. in prax. S. C. p. 3. cap. 5. n. 34. Nouar. in collect. 130. mem. prag. 2. Ricc. collect. 168. p. 1. Muscat. p. 7. Gl. condẽnando, n. 115. R. Rouit. in prag. 1. de assistent. decis. 100. nu. 34. Borrel. in summ. decis. tom. 2. tit. 32. num. 147. de sentent. exec. Horat. Barbat. in Glos. 1. supèr prag. de assistent. num. 32. Reg. Tap. ad prag. 1. de assistentia, num. 4. lib. 3. Iur. Reg. rub. 4. Donad. lib. 1. de renunciat. cap. 45. num. 8. Papar. in prax. tit. 4. de assistent. num. 17. Reg. de Marin. ad Reuert. decis. 49. num. 3. to. 1.*

20 Hæc cautio, etiàm non petita, est præstanda, ex traditis à nobis in *Ritu 252. n. 8.* & subnectimus *Marant. cons. 31. Manson. de caus. execut. q. 2. n. 34. Iacob. de Martino cons. 20. ex num. 15. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 4. Glos. 18. p. 4. ex num. 102. & decis. Cathal. 165. tom. 1.*

Si sẽtentiã assistẽtiæ obtinẽs fideiussorem nõ habeat, admittendus nè sit ad iuratoriam cautionem, resoluas, ex exaratis à nobis in *eod. Rit. 252. n. 11.* quibus addimus *Fontanel. dec. Cathal. 237. & 238. t. 1. Nou. qq. for. p. 1. q. 163. R. Sãf. in prax. Iud. sect. 10. n. 1.* qui in his terminis articulum excitans, & affirmatiuam sustinent aleam, *Danz. de pugn. DD. tit. de exil. et releg. cap. 2. n. 40. t. 1.* loquentẽ, quod cõdemnatus ad exilium, non inuento fideiussore, admittatur ad iuratoriam cautionem, de seruando fines, ex *Dom. de Franch. decis. 317. n. 8. & Baron. de effect. minor. etat. effect. 31.* sermocinantem in tutore.

21 Sed àn dicta parata exequutio sit respectu adiudicationis, vel etiàm venditionis, resoluit dubium *Prases de Franch. in dec. 120.* tradens, decreta exequutioni mandari solùm, quo ad adiudicationis caput, si creditor eam viam eligat, nõ verò quoad caput vẽditionis tantùm, insequuntur *Muscat. add. Glos. condemnando, num. 113. & lib. 2. p. 3. Glos. adiudicantur, ex nu. 49. R. Tap. & Barbat.* adductis in locis,

adeòut

adeòut, pendente appellatione, non
22 habeat creditor facultatem vendendi, monet *Reg. Sanfelic. dec.* 117. *tom.* 1. *ex Capyc. dec.* 202. (ad cuius ornatum nonnulla coaceruat, *Epiſc. Ricc. collect.* 3500. *par.* 8.) *& Dom. Franch. deciſ.* 120. quam explanant *Dom. Franciſc. Mar. Prat. lib.* 2. *diſcep. forenſ. cap.* 33. *à nu.* 24. *Giurb. obſer.* 55. *n.* 6. & præcipua ratio adducta à *Præſide de Franch.* vt valeat debitor victor in ſecunda inſtantia recuperare bona adiudicata, non verò vendita; diſplicet *Regenti Rouito*, eamquè impugnat *in cit. prag.* 2. *ex num.* 4.

Verùm, ſententiam S. C. qua mediante, reſciſſo contractu pro capitali, & tertijs, præſtita fuit aſſiſtentia ad finem vendendi tantùm (quod contigit, quando plures concurrunt creditores, vt de pretio perueniendo ipſis ſatisfiat, iuxtà ordinem anterioritatem, teſte *de Franch. deciſ.* 456. *n.* 8.) poſſe exequi quoad venditionem rei, pendente reclamatione à ſententia interpoſita, declarando *mem.* 120. *de Franch. deciſ.* ex altera eiuſdem *de Franch. deciſ.* 660. lepidè firmat *Conſil. Staiban. reſol. forenſ. lib.* 1. *reſol.* 50.

23 Exequuta verò ſententia, quoad caput adiudicationis, pendente appellatione, non reijci debitoris oblationem, qui, facta adiudicatione, offerens regulariter nō auditur, ex *Specul in tit. de ſecund. decret.* §. *iuxtà, verſ. quid ſi ille*, concludit *R. Sanfel. add. dec.* 117. *& in prax. ſect.* 60.

Sed ân, & quando debitor pignora capta in cauſam iudicati, & vendita recuperare poſſit; extricat *Conſil. Carleual. tom.* 2. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 24.

24 Ritus verò ſanctionem reſtringi tantùm ad decreta M.C.V. de quibus fatur ipſe *Ritus*, nonnulli aduocati, etſi tētauerint, quorum meminit *Conſtāt. Papa in add. ad hunc Ritum*, illos iure reprehendit ipſemet *Conſtantin.* adeò quod inconcuſſa praxis inoleuerit, vt ſententiarum aſſiſtentiæ omnium Tribunalium, etiàm Inferiorum, executio concedatur, appellatione ſuſpenſiua remota, de qua teſtantur *Barbat. in cit. prag. de aſſiſt. Gl.* 1. *n.* 26. *& Conſ. Carleual add. loco, ſub n.* 15. notās, hāc extinctionem fortaſſis ortum habuiſſe, ex *memor. prag.* 2. *de appellat.* quæ eſt lex vniuerſalis, aùt fortaſſis, ex eo, quod hi Ritus M.C.V. obſeruari debeant ab omnibus Iudicibus inferioribus, ex *de Franch. deciſ.* 143. *Gram. in conſtit. ſi quis in poſterum, num.* 3. *&* 23. *lib.* 1. *Carauit. in Rit.* 1. *n.* 3. *&* 4. & nos pluriès inſinuauimus. Verùm ſi decretū aſſiſtentię, deuolutum ad M.C. per viā appellationis à Curia inferiori, aliquam euidētem exceptionem militantem haberet, non exequitur, ſed, termino impartito, ad vlteriora proceditur, teſte *Thoro voto* 84. *n.* 30. *v.* 1.

25 An verò ſententiæ aſſiſtentiæ exequutio remedio nullitatum retardetur, affirmatiuè reſoluas ex traditis à nobis in *Rit.* 257. *num.* 22. quibus addimus *Muſcat. in prax. lib.* 2. *p.* 1. *Gloſ. ſententia, num.* 164. *Barbat. in add. prag.* 1. *Gl.* 1. *num.* 37. *Marant. in ſpec. p.* 6. *rub. & quandoquè appellatur, num.* 283. *Gaill. lib.* 1. *obſer.* 135. quos refert *Thor. p.* 3. *compēd. dec. ſect.* 1. *verbo, exequutio ſententia lata per M. C. V. & voto* 12. *p.* 1. concurrentibus tamèn requiſitis, quę recenſet *Nouar. qq. forenſ. p.* 1. *q.* 101. Et nùm in in-
26 tegrum reſtitutionis beneficio, negatiuè concludere videntur, *Affl. dec.* 356. *Lancellott. de attent. cap.* 18. *num.* 102. *Sfort. Odd. de reſtit.* 1. *par q.* 43. *art.* 1. *num.* 26. ſed hodiè ſempèr ſuſpenditur exequutio, donèc articulus reſtitutionis decidatur, qui, nullis admiſſis exterioribus probationibus, ex eiſdem dictis ſūmariè ſempèr expeditur, *Conſ. Carleual de iud. tit.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 16. *n.* 48. *Muſcat. mòx cit. loco, n.* 155. *et p.* 3. *Gloſ. fuerit, ex n.* 49. *Barbat. add. loco nu.* 33. *Staib. lib.* 1. *reſol.* 55. & quid quando ſententia eſſet notoriè iniuſta, *de Franch. dec.* 86. & dici ſententiam manifeſtè iniuſtam, quotieſcumquè ex eiſdem actis, ex quibus fuit prolata,

minimè constat de eius iustitia, notat decisum *Farinac. dec. Rot. Romam.* 56. contra *Afft. decis.* 28. & firmant *Mantic. dec.* 212. *num.* 6. *Grattan. discep. forens. cap.* 708. *n.* 40. *& cap.* 725. *nu.* 34. *Scisse dec.* 434. *n.* 4. *Mastrill. decis.* 158.

27 Amplius, non iniucunda excitatur quæstio; Emanato decreto assistentiæ, vel condemnationis infrà summam ducatorum centum quinquaginta, vel prolata sententia S. C. (quibus in casibus, prouocatione, vel reclamatione non obstante, exequutio impartitur) illisq; in rem indicatam transactis. Si talitèr condemnatus, porrectis precibus Regni clauum sustinenti, faciens mentionem, decretum, vel sententiam fuisse exequutioni demandatã, tacens, trãsiuisse in rem iudicatam, supplicet pro reuisione, & Princeps decernat (*reuideatur, non obstante sententia, vel decreto*) nùm validum sit obtentum rescriptum, quasi quod cum supplicans expressit, fuisse exequutum decretum, vel sententiam, videatur narrasse transitum in rem iudicatam.

Et nullitati illud obnoxium esse dixi, eo quia, cùm decretum, vel sententia exequi debuerint, etsi in rem iudicatam transitum non fecissent, etiàm pendente appellatione, vel reclamatione, proptereà expressione illorum exequutionis, non censetur expressus transitus in rem iudicatam, vt indiuidualitèr concludit *Alex. in cons.* 94. *sub num.* 3. *& seq. vol.* 2. & videndus *Ruin. cons.* 21. *tom.* 5. *sub num.* 10.

Et Principis rescriptum, quod non exequatur sententia, donèc de meritis causæ fuerit cognitum, àn, & quando valeat, præter adductos *in Rit.* 252. *n.* 17. pertractant *Rebuff ad R. Const. tit. de supplic. num.* 45. *& tit. de Arrest. art.* 1. *Glos.* 1. *num.* 4. *Valasc. dec.* 51. *num.* 19. *Petr. Greg. Tholos. de appellat. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 15. *de Ponte de potest. Proreg. tit. de abund. Ciuit.* §. 3 *num.* 14. *& cons.* 1. *num.* 32. *Reg. Tapia de iure Regni lib.* 1. *tit. de offic. S. C. prag.* 5. *num.* 1. *& in rub. ff. de constit. princip. cap.* 2. *& nu.* 2. *Giurb.* latè *dec.* 7. *Cons. Rocc. to.* 2. *resp.* 27. *num.* 16.

28 Sed nùm præfata Regni *pragm.* exequutionem paratam præbens sententijs prolatis in iudicio prædicto, eandem vim tribuat sententijs negatiuis reuocantibus assistentiam, vt eodem modo exequutio præstita actori, sit Reo postmodùm vincenti quoquè attribuenda.

29 Affirmatiuam opinionem insequutam fuit S. C. apud *de Franchis dec.* 136. nè ad imparia iudicentur actor, & reus, & vt æqualitas seruetur (ad *tex. in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Reg. Capyc. Latro dec.* 9. *nu.* 1. *lib.* 1.) confir-

30 mant *Reg. Salernitan. decis.* 25. quem laudat *Thor. p.* 3. *compend. dec. sect.* 1. *verbo, exequutio primæ sententiæ, Vin. dec.* 286. *Reg. Tap. de iure Regni prag.* 5. *num.* 6. *de offic. S. C. & prag.* 37. *num.* 13. *de offic. Procur. Casar. Io. de Amicis cons.* 92. *num.* 5. *Auus meus ad Capyc. dec.* 34. *& ad Gramm. dec.* 9 *nu.* 7. *Gait. de credito, cap.* 4. *quæsit.* 7. *ex num.* 895. *Horat. Barbat. sup. cit. prag. de assistent. Glos.* 1. *num.* 52. *Gizz. ad Capyc. latro dec.* 91. *n.* 3. *Papar. in prax n.* 56. & conferunt tradita ab eodem *de Franch. dec.* 288. *Viu. dec.* 236. *Castill. decis.* 42. & annuunt *Gratian. dec.* 220. *per tot. & in addit. num.* 6. memor ibidem *de cit. dec.* 136. *de Franch.* quam laudat *Ricc. collect. decis.* 3486. *Iudex Franc. Mar. Prat. ad Paschal. de patr. potest. par.* 1. *c.* 8. *ad n.* 145. & latiùs *pract. obser.* 59. in qua lepidè iuxtà morem, nè dum occurrit *Regenti Scipioni Rouito*, qui *in pragm.* 2. *de appellat. num.* 8. *vers. & quid si*, adducto domini, *de Frãch.* placito, ab illo recedit, subdens, dùm casus acciderit, esse vlterius cogitandũ, qui *Rouit.* iterũ tangit *in prag.* 1. *de assist. n.* 34. sed etiam omnibus obiectis excitatis à *Hieronym. Ceuallos in tract. commun. contra commun. tom.* 4. *q.* 897. *num.* 862. *vers. ex qua resolutione*, & iterùm in *tract. de cognition. per viam violentiæ, q.* 24. *num.* 75. *par.* 2. vbi explosa de *Franch. decis.* 136. ex pluribus

bus ſuadere *Cenallos* nititur, quod ſi prima ſententia exequutioni demandata fuerit, & deindè reuocata, non per hoc exequutio retractabitur, ſi ab ea appellatum fuerit, ſed expectandus ſit exitus appellationis à ſecunda ſententia interpoſitæ, determinationem emanatam à Regali Cancellaria Pinciana extollit, ſubdens, ità in Tribunalibus Hiſpaniæ practicari, hancq; *Praſ. deciſ.* in dubium reuocat *Conſ. Carleual*
31 *add. lib. 1. tit. 2. diſp. 8. à num. 16. to. 2. de Iudic.* (cuius, miror, non feciſſe mentionem *Dom. Franc. Maria Prat.* vltimum, & ſolertiſſimum ſcriptorem) notans verba *prag. 2.* vim executiuam ſolùm tribuere decreto affirmatiuo, in Iudicio aſſiſtentiæ lato, & teſtatur, noſtrum Ritum de illo loqui, vt proindè fateri oporteat, aût verba *Ritus* corrupta eſſe, & imminuta, deficiente verbo illo, *Affirmatiuo*, aût *pragm.* declaraſſe, & accepiſſe illa ſolùm pro decreto affirmatiuo, & laudat *Afflict. deciſ. 261. num. 1.* quin, regulam adducit, quod denegata appellatione à decretis affirmatiuis, permiſſa nihilominus cenſeatur à negatiuis, quam comprobant *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 876. Contardus in l. vnica, limit. 17. negatiua*, ex *num. 1. C. ſi de momentan. poſſeſſ. Lancellot. de attent. 3. par. cap. 28. num. 89. Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 60. ex num. 25. Duen. regul. 44. Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. membr. 4. n. 38. Marc. Ant. de Amat. deciſ. 75. ex num. 12.* & in ſimili notant *Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. par. §. 15. num. 4. Gonzalez in Regul. Cancell. Gloſ. 6. ex num. 188. Paz in prax. tit. 1. tom. 4. par. 4. c. 2. num. 28.* Sed non eſſe recedendum à deciſione apud *de Franch.* credo, quã pluriès obſeruatã fuiſſe, vidi, & audiui.

Vnum noto, ſententiam aſſiſtentiæ affirmatiuam exequi haùd poſſe, ſi cum ea coniugatur ſententia condemnatoria in actione perſonali, cum caput condemnationis in actione perſonali; cuius exequutio appellatione retardatur, appellabile reddat caput aſſiſtentiæ, vt poſt *Barbat. add. Gloſ. 1. ex n. 40. 65. & 66.* aduertit *Conſ. Carleual mem. diſp. 8. num. 15. in fine*, & conferunt ab eodem *Conſiliario* exarata *eod. to. 2. de Iudic. tit. 3. diſp. 12. n. 8.* & ſic multotiès abſq; controuerſia fuiſſe deciſum, à doctiſſimis viris percepi; vide, quæ nos ipſi notauimus *in Ritu 257. num. 19.*

Sed aſſiſtentia, quæ poteſt concedi creditori annuorum introituum contra tertium poſſeſſorem pro tertijs, cõcedi etiàm poſſit pro capitali, non facta reſciſſione, & liquidatione, cum principali debitore, negatiuè tradunt *Reg. Rouit. in cit. pragm. 1. num. 3. de aſſiſt.* ex *Theſaur. deciſ. 53. num. 4. Thor. par. 1. compend. verbo, Aſſiſtentia petita per creditorem ſupèr bonis, & par. 3. ſect. 1. verbo, Aſſiſtentia àn concedi, Papar. cit. locò, num. 11.* ſed contra *Rouiti* effatum deciſũ aliquando fuiſſe teſtatur *Reg. Sanfelic. deciſ. 115. tom. 1. ex Alex. conſ. 85. vol. 6.* ſed *Reg. Sanfelicio* contradicit continua Tribunalium praxis.

32 Sed, àn reuocata tali ſententia aſſiſtentiæ in reuiſione eiuſdem, condemnatus ad reſtituendum rem, teneatur reddere etiàm fructus perceptos; Affirmatiuè concludit *Nouar. qq. forenſ. par. 2. q. 40. Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit §. 4. num. 17.* in terminis *tex. in Auth. qua*
33 *ſupplicatio, Cod. de precib. imper. offer.* deciſum refert in Regia Camera, deberi intereſſe pecuniæ ſolutæ, reuocata ſententia, de quo dubitat *Praſ. de Franch. deciſ. 120. in fine*, & de quibus fructibus loquatur memorata *Auth.* explanat *Reg. Sanfel. deciſ. 124. lib. 1.* in qua inquirit, àn, & quando creditor poſterior teneatur ad intereſſe pecuniæ, ipſi liberatæ in concurſu creditorum, cum cautione in caſu reſtitutionis, quod examinant quoquè *Thor. par. 2. compend. deciſ. verbo, pecunia liberata, & par. 3. ſect. 1. verbo, Intereſſe pecuniæ liberatæ*, & vi-

denda exarata à *Muta dec.10. num.17. Pereyra dec.Lusitan.47. Guttier. de gabell. lib.7. q.23. num.9. Cenall. lib.2. q.633. num.6. Castill. dec. Sicil.14. num 18. Flor. Diaz ad Gamm. dec.40. Salgad. de reg. protec. p.4. cap.14. nu.156. Noguerol. alleg.7. num.57. Franc. Marta Prat. lib.1. discept. forens. cap.1. Ricc. collect.3329. par.8. Praes. Merlin. lib.2. controvers. forens. cap.43. & Reg. Capyc. Latro dec.130. lib.2.* qui inquirit, àn, & quando creditor posterior, qui prædium emit, cum eius crediti retentione, reuocata venditione, instantibus creditoribus anterioribus, teneatur ad fructus, vel interesse, pro quantitate retẽta. Et àn errãs in iure fructus restituat, affirmatiuè concludit *Gamm. dec.311.*

34 Et tandèm pro coronide *Ritus* notamus, exequutionem paratam in iudicio assistentiæ locum vendicare pro forte, non pro interesse, scripsisse *Vincent. de Ann. sing.494. verbo, statutum,* quem insequuntur *Rouit. in cit. prag.2. n.8. Nouar. cit. q.163. n.1. p.1.* & confirmant *Reg. Capyc. Latro dec.100. num.38. lib.1.* in qua *Regens* compilauit decisionem, illum trutinãs articulum, nùm

35 interesse rei iudicatæ, post quatrimestre tempus, debeatur vigore sententiæ S.R.C. pendente ipsius reclamatione, in ardua orta controuersia, inter Illustrem D. Isabellam Acquauiua Principissam Scillę, & Ill. D. Ioannam Ruffam, Principissam Scillæ, & Ducissam Noceriæ (à qua descendit Illustr. Dominus Franciscus Maria Ruffus, Princeps Scillæ, & Palazzoli, àc Marchio Licodiæ, Eques, & genere clarissimus, virtute, àc pietate admirabilis, in quo omnia, quæ ad Principem pertinent, cumq; decent, emicant) & iunctis Regijs Consiliarijs duarũ Aularum, die 28. Maij 1639. prouisum fuit, *non deberi interesse rei iudicatæ*, In Banca Borrelli, pro Cioffo, quem insequitur *Iudex Franc. Mar. Prat. lib.1. discep. forens. cap.3. nu.6.* & meminit *Thor. p.3. compend. dec. sect.2. in recollect. dec. eiusdem Reg. Capyc. Latro.*

36 Aduersus quam sententiam in gradu reclamationis *Dom. Consiliarius Hortensius Pepi* Socer meus, tũnc D. Isabellæ Aduocatus, Papinianeo calamo, magno legum, rationum, & authoritatum præsidio, iustitiam D. Isabellæ adeò obuallauit, vt idem S. C. iunctis aulis, à decisis recesserit, *referẽte Dom. Consiliario D. Thoma de Carleual.* sub die 18. Nouembris 1642. his verbis *Benè reclamatum, & proindè deberi interesse rei iudicatæ, pro quo, ac etiàm pro interesse legati petiti in supplicatione porrecta sub die 26. Ianuarij 1640. dentur Illustri Principissæ D. Isabellæ Aquauiua duc. octo mille pro omnibus*, de qua decisione reuocante decisionẽ enarratam à *Reg. Capyc. Latro* memores sunt doctissimus *Dom. Règ. Marcian. lib.1. disput 18. num.34.* Dom. Socerum meum laudibus celebrans, & *D. Gizz. ad mem. dec. R. Capyc. Latro num.7.* & huius opinionis sunt *Reg. Reuerter. dec.444.* & ibi *Reg. de Marinis num.6. Io. Bapt. Staiban. in tract. de interesse, lib.2. tit.16. q. vnic.*

37 Etenim indubitati est, Vsuras rei iudicatæ, quæ de iure communi sunt cẽtesimæ, & hodiè mensurã damni emergentis, & lucri cessantis non excedunt, ad tradita per *Præsid. de Franch. dec.21. Reg. Latro add. dec.100. nu.5. Reg. Sanfelic. decis.124. n.6. lib.1.* & taxantur passim ad rationem quinque pro centenario, teste *Gizz. in add. ibidèm*, deberi à condemnatis non soluentibus post quatrimestre tempus, decurrendũ à die sententiæ, si ab ea non fuerit appellatum, vel appellationem interpositam Reus appellans non fuerit prosequutus, *l.1.2. & fin. C. de vsur. rei iudic. Thesaur. dec.43. nu.3. & dec.57. Menoch. de arbitr. Iudic. cent.1. casu 6. num.11. lib.2.* Atq; obex illud, vt, pendente reclamatione, non possit tractari de interesse rei iudicatæ, obstante *cit.*

38 *l.2. C. de vsur. rei iud.* quę licèt loquatur in appellatione, idem debet procedere in reclamatione, quia pari passu ambulant, vel ex eo quod dici non valeat

leat res iudicata, ſub cuius nomine Rubrica prædicta, *de vſuris*, inſcripta eſt vbi eiuſmodi ſanctio collocata reperitur, & propterea Rubrica nigrum declarans, requirere videtur, quod verè ſit res iudicata, quæ contingit quando amplius ſententia retractari nō poteſt, & nullo iuris remedio appellationis, vel ſupplicationis attentari, queat, *Bar. in l. elegantèr, ff. de cond. indeb. Duen. reg.* 273. *Thilemn. dec.* 2. *vot.* 1. *num.* 3. *de appellat. ſyntag.* 3. *Viu. dec.* 34. *num.* 16. *Carpan. ad ſtatut. Mediol.* 158. *nu.* 223. *Raud. dec.* 13. *num.* 132. *Gutier. conſ.* 13. *Sola ad conſuet. ſabaud. de mod. ſupplic. Gloſ.* 2. *num.* 17. *Surd. conſ.* 61. *n.* 44. *& conſ.* 268. *num.* 29. *Giurb. dec. Sicil.* 20. *nu.* 11. & quod reclamatio eumdem effectum operetur, ac appellatio, & ſupplicatio, teſtes ſunt *Iſern. in cap. Imperialem, §. prætereà, ſi inter dnos, 6. col. in princ. de prohib. feud. alien. per Federic. Affl. in prælud. Conſtit. Regn. q.* 10. *num.* 7. *Lanar. conſ.* 64. *num.* 25. *& 26. Reg. Rouit. in prag.* 38. *§. & ſimilitèr, ex num.* 8. *de offic. Procur. Cæſar.* (cuius meminimus in *rit.* 255. *ſub nu.* 35.) *Index Prat. lib.* 2. *diſcep. forenſ. cap.* 33. *ex n.* 15. *Carleual de Iudic. diſp.* 2. *q.* 7. *ſect.* 3. *num.* 957.

Reſoluitur equidèm, quod res iudicata dicitur etiàm, pendente appellatione, *l. & poſt rem iudicatam, ff. de tranſact. l.* 1. vbi *Glo. & DD. ff. de re iud. Maranta in ſpec. in ver. & tandem fertur ſententia, num.* 128. & quamuis, appellatione pendente, largo modo ità afferatur *ad tex. in cit. l. eleganter, §. ſi quis, de cond. inde.* Quia per appellationem extinguitur iudicatum, id non procedit in ſententijs habentibus executionem, à quibus non appellatur nā rectè denominari poſſunt res iudicatæ, non obſtante reclamatione, vt dixit notabiliter *Geminianus in c.* 1. *§. fin. de except. in* 6. *Lancellottus de attentatis lite pendente, par.* 2. *cap.* 4. *in præfatione, num.* 253. *Barzius Dec. Bononiæ* 55. *n.* 2. *&* 3. Et hoc, cum reclamatio non extinguat, aùt ſuſpendat iudicatum, & eius effectum, idcircò etiàm, pendente
39 reclamatione, lis dicitur finita per ſententiam, veluti tranſactam in rem iudicatam, ex *Bald. in auth. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imper. offer. Franciſcus Marcus quæſt.* 623. *par.* 1.

40 Vndè reclamatio ſatis differt ab appellatione, vt fundauimus alibi, nècnon tradunt *Affl. in prælud. conſt. Regni quæſt.* 10. *num.* 5. *& ſeq. Maranta vbi ſupra in ver. & quandoque appellatur nu.* 15. *& ſeq.* plenè *Regens Tapia deciſ. S.C.* 18. *num.* 7. 8. *& ſeq.* in caſu enarrato à *Reg. Rouito* loco proximè adducto, deciſum contra illum ſubnectens, & propterea non eſt verum abſolutè dictum, vt reclamatio pari paſſu ambulet cum appellatione, & reponat reclamantem in priſtinum ſtatum, ſicut appellatio, *ex Iſernia, Lanario, & alijs*, quia intelligi tantùm debent circa ordinatoria iudicij, & modum procedendi, *iuxta l. fin. §. pen. C. de temp. appell.* & notant *Lancellottus de attentatis appellat. pendente, par.* 2. *cap.* 22. *limit.* 50. *n.* 72. *Myſinger. cent.* 6. *obſeru.* 15. *Capycius dec.* 28. *num. fin.* Non autèm circa ſuſpenſionem ſententiæ, & iudicati, cuius nomen, & effectus durant, pendente reclamatione, non autèm appellatione, vt apud preallegatos *DD.* & conſtat *ex Regia prag. quinta, de officio S. C.* (quamquè exornat *Reg. Sanfelic. dec.* 6. *lib.* 1.) vbi admittitur reclamatio, ſi priùs condendatus iudicato paruerit, & ſic duo emanare videntur ex huiuſmodi allocutione, primum, quod ſententia retinet nomen iudicati, non obſtante reclamatione, alterum, quod non poteſt dici pendens reclamatio, niſi poſtquam fuerit iudicato paritum: Ideò poſſumus dicere, in themate propoſito adeſſe rem iudicatam tantùm, non autèm reclamationem, cum adhùc ſententia non ſit executa, ex his, quæ adducit *Lancellot. in cit. tract. de attentatis lite pendente, p.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 262.

41 Rurſus, ſententia S. C. per executionem illi tributam propriè dici valet res iudi-

iudicata, cui sola executio competit, *ad tit. ff. de re iud. & C. de execut. rei ind.* etenim, si illud conceditur, quod executio sit sequela rei iudicatę, vt tradit *Cagnol.* post alios, *in l. res iudicata, ff. de reg. iu.* oportet quoque fateri consequens executionis minime posse sinè suo necessario antecedenti rei iudicatæ subsistere, ad regulam, qui vult consequens, debet, & velle necessariò antecedens, *l. ad rem mobilem, vbi DD. ff. de procur.* consequens enim sinè suo antecedenti esse nullo modo potest, *l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. Euerardus in topica legali, in loco 95. à concessione consequentis, Menoch. conf. 50. nu. 5. vol. 1.* & dixit in puncto *Imperator in l. 1. C. de execut. rei iud.* quod sinè re iudicata, executio non procedit, vel saltim negari non potest, quin dicta sententia equiparata sit rei iudicatæ, per executionem illi de iure concessam, ac ipsi equipolleat, quod argumẽ: si ab equipollentibus, & equiparatis, satis potens est, vt in vtroque idem esse debeat iudicium, *Bal in l. apud antiquos, num. 4. C. de furtis l. si mater, vbi Glo. & Bart. C. de inst. & substit. Menoch. conf. 32. num. 17. vol. 1. Stefanus Gratianus, discept. forensium, lib. 2. cap. 298. num. 70.*

Cum igitur dicta sententia executionem, tanquam res iudicata, non obstãte reclamatione, meruit habere; ita quoque vsuras accedentes rei iudicatæ parere debet, vt ambo tituli eadem forma verborum concepti, & continuatè positi, *de executione rei iudicatæ, & de vsuris rei iudicatæ* nullo existente discrimine, equaliter in eodem verificentur subiecto, nam, & valet argumentum à coniunctione duarum legum, & Rubricarum, *Euerardus vbi supra, in loco 11.*

Nec dicatur diuersam esse executionem ab vsuris, quoniam dicimus, prestationem huiusmodi interesse partem esse executionis, & vti consecutiuam ipsius sententiæ existimat *D. Regens Hector Capycius Latro in decis. 100. tit. ex tex. in l. si longis, C. de execut. rei iudic.* vbi *Bald.* ità sensit, & magis ad rem expresse confirmauit, *in l. 2. C. de vsu, rei iud. in fine*, & ibi etiàm *Castrensis, cit. de Franch. dec. 21. num. 2.* & plenè tradit *Regens de Ponte dec. 32. num. 1. 2. & 3.* probans, quod fructus, siuè aliæ accessiones, qui debentur post sententiam, licèt in condemnationem non deducti, veniant in executione sententiæ; Indè notabilitèr inferens *sub num. 3.* propriè ad casum nostrum, vt reclamatio minimè obstet, quin executio fieri debeat pro dictis fructibus, & accessionibus ex legis dispositione debitis post sententiam.

42 Et in materia interesse rei iudicatæ, de quo agitur, liquidò suadetur, intelligendum fore deberi ex sententijs merentibus tantùm executionem, nã *Imperator in l. 1. C. eo. tit.* id statuens, venit continuatiuè loquendo *ad tit. & l. fin. C. de execut. rei iud.* vbi cum prefixerat tempus, & modum executionis faciendæ contra condemnatos, enixè affatus erat de sententijs, merentibus executionem, ibi, *cum latæ sententiæ pignoribus etiam captis, ac distractis secundum ea, quæ sæpè constituta sunt meruerint executionem*. vnde postea in *d. l. 1.* subsequens, per hæc verba *Is qui bona secundum prædictam sententiam prosequitur*, intelligendo de sententia exequibili, de qua prius dixerat, *Eas quoquè rationes habiturus est, vt qui post legitimum tempus placitis non obtemperauerit, vsuram centesimam temporis, quod postea fluxerat soluat, & in l. 2. eo. tit.* de condẽnatis per sententiã, quæ prouocatione non fit suspensa, ac distulerint soluere, tantũ verba profert, & sic vnica fuit ratio statuẽtis interesse prædictum; fundata in sententia condemnatoria, ex qua iuxtà præcedentẽ titulum resultabat executio, & contra condemnatos propter eorum inobedientiàm, sicuti ostendit illa dictio, vt, denotans causam finalem dispositionis, & referens rationem, quæ dedit causam constitutioni, *Clementin. secun-*

eund. vbi *Gl. f. Ablas, & Cardinalis Zabarella de ætate, & qualit. Bald. consf.* 106. *vol.* 1. *num.* 3. *Gratus in tract. de dictio. dictione* 297. *num.* 20. & ex dicta ratione etiàm regulanda est eius dispositio, *l. nō dubium, C. de leg. l. cum ratio, ff. de bon. damn. l. scire leges, ff. de leg. l. cum pater, §. dulcissimis, de leg.* 2. & alijs cōcordantibus, *Menoch. cons.* 41. *num.* 16. *vol.* 1. *cons.* 235. *num.* 47. *vol.* 3. *& cons.* 520. *num.* 7. *vol.* 6. àc meritò à sola ipsa ratione depromunt substantiam legis illius, *Bart. Bald. & Salic.* summando illam, *quod morosus, & non parens sententiæ infrà tempus tenetur ad vsuras centesimas*, & concordat *tex. in l. si longis, C. de execut. rei iud.* vt sententia, & mora in illius executione tantùm, parcant interesse, & accessiones antè sententiam indebitas contra victum, & ideò non potest dici habitus respectus ad sententiam, vt dicatur translactam in rem iudicatam circa præstationem dicti interesse cum in iuribus prædictis, nullum verbum de re iudicata in hunc sensum legatur, & per *l.* 2. solum excludi videtur cōdemnatio, quæ non possit exequi, stante appellatione, & cessante dilatione, & inobedientia.

Et tandèm arguo sic pro euidenti demostratione, quod *tex. in d. l.* 2. *C. de vsur. rei iud.* loquens in appellatione haùd attendi debet, vbi sententia habet executionem, vt in reclamatione ibi enim disponitur, vt vsuræ rei iudicatæ, stante appellatione, non currant, nisi à die secundæ sententiæ confirmantis, idquè minimè applicari potest in sententia Sac. Cons. quia executio necessariò habet præcedere sentētiam confirmantem, cum non possit procedi in causa reclamationis, nisi integralitèr facta executione, *authentica, quæ supplicatio, C. de precib. Imp. offer. de Franchis, dec.* 290. àc sententia demùm confirmata post executionem nihil superest tractandum de vsuris à die confirmationis, si iam illo tempore oportet executam fuisse sententiam.

43 Vnde fatendum est, quod aùt interesse rei iudicatæ ex sententia S. C. non habeat locum, aùt si practicatur, vt est verius, quod debeatur à die primæ sententiæ, non obstānte reclamatione, & *tex. in d. l.* 2. minimè intelligi posse, loqui in hac sententia, & reclamatione, quibus verba legis non conueniunt, nèc verificari potest præsupposita dispositio, *l.* 4. *& ibi Castrensis, ff. de dam. inf. Menochius cons.* 212. *n.* 85. *&* 86. *vol.* 3. *& cons.* 556. *num.* 10. *vol.* 6. Immò si de tali sententia locuta fuisset, dispositio redderetur inanis, & frustratoria, & remaneret elusoria, vt diximus, contra regulam, quod lex & natura nihil frustrà disponunt, & lex semper intelligi debet, nè fiat elusoria, *Surdus cons.* 124. *num.* 8. *&* 143. *num.* 32. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 100. *num.* 137. *vol.* 1. *& cons.* 183. *n.* 48. *vol.* 2. *& cons.* 391. *num.* 11. *&* 12. *vol.* 4.

44 Nèc vnquàm *Afflictus in decis.* 93. sentire videtur, pendente reclamatione, vsuras rei iudicatæ minimè deberi, siquidem casus in *dicta decisione* erat, si vsusfructus dotis debitus mulieri, soluto matrimonio, beneficio consuetudinis, quod alias de iure communi controuertebatur, vt per eundē *Affl. dec.* 284. currere desineret, lata sententia, & dubium præstabat *tex.* per *Afflict.* allegatus *in l. fin. C. de vsur. rei iud.* vbi colligitur, quod, lata sententia, desinunt vsuræ priùs currentes, quasi nouatione facta, sed in contrarium determinat *Afflict.* quia per sententiā non tollitur prima actio, nec inducitur nouatio, secundum *Glos. in d. l. fin.* Nihil ergo de interesse rei iudicatæ loquitur ibi *Afflict.* quia si de illo quæreretur, curreret nè stante reclamatione, allegasset *tex. in d. l.* 2. *C. de vsur. rei iud. et non tex. in dicta l. fin.* Sed quia mulier non petebat in *dicta decisione* interesse rei iudicatæ, quod forsàn, haùd expediens erat petere, cum requisita deficerent lùcri cessantis, & damni emergentis, secundum quod S. C. concedere solet, sed petebat vsumfructum do-

dotis, vigore consuetudinis, meritò illa decisio nihil officit.

45 Minus obstat exemplum, quod, pendente reclamatione, non fiat executio expensarum in sententia S. C. contentarum, quoniam diuersa sunt, & non potest fieri illatio.

Primò, quia illud fuit in expensis specialitèr sancitum *per ritum M.C.V.* 252. in quo notauimus nos, & de eo meminit *Ricc. collec. 3079. par. 7. &* 3783. *p.* 8. ad differentiam appellationis, in qua ex *Regia Pragmat.* dispositum erat, appellantem non posse audiri, nisi refectis expensis, *vt per Affl. dec.* 331. *&* 358. & sic eum ad differentiam appellantis, reclamans, parens sententiæ, non tenetur ad expensas, pendente reclamatione, ita è contrario, ex dicta differentia debet, teneri ad vsuras rei iudicatæ.

Secundò, quia in contrarium etiam est dispositio iuris communis, per *authent. quæ supplicatio, C. de prec. Imp. offe.* vt *Carauita* aduertit *in dicto ritu, num.* 5. *Maranta in spec. par. 6. ver. & quandoq; appellatur, num.* 16. *Valasc. dec. Lusit.* 51. *num.* 28. *Ozascus in dec.* 129. *num. fin.* & seruari in Gallia, testatur *Rebuff. in tract. de supplic. num.* 4. & Taurini, *Sola ad const. antiquas Sabaud. Glos.* 1. *par.* 3. *de conclus. in caus. & prohibit. supplic. num.* 9. *& in* Curia Belgica, *Christin. dec.* 32. *num.* 5. *vol.* 1.

Tertiò, peculiari ratione id cautum videri potest *ex ritu prædicto*. Quia expensę ob præsumptam calumniam debentur, & fit cōdemnatio, vndè sempèr, quod remanet spes reuocationis sententiæ per reclamationem interpositam, non debet exequi, vt optimè fundat *Gratianus discept. forens. lib.* 2. *cap.* 349. & paritèr dicimus, nullum absurdum versari, quod omnes sententiæ, merentes executionem, parere habeant vsuras rei iudicatæ, ad similitudinem sententiæ S. C. eum, & ità iure constitutum videatur *ex d. l.* 1. *C. de vsur. rei iud.* ex mente, & ratione tex. illius, & cessante dispositione *d. l.* 2. quam non militare in eiusmodi sententijs exequibilibus suprà deduximus.

46 Et quod, de sententia assistentiæ affertur ab eodem *Reg. Capyc. Latro in mem. dec.* 100. *num.* 38. *ex cit. Anna singul.* 494. vt illius executio nullo modo habeat locum pro interesse, sed pro sorte principali tantùm, non meretur allegari in casu nostro vbi certum est, sententiam S.C. ex iuris communis dispositione, àc Reg. Prag. & communi obseruantia semper executionem habere, tam pro sorte principali, quam pro accessionibus. Vide quę notauimus in *rit.* 255. *num.* 29. *&* 30.

47 Nec officiūt prędictis verba *add. Rubrica de vsuris rei iudicatæ*, quia argumentum à rubro non semper attenditur ad declarationem nigri; possunt quippè latiùs se extendi contenta in nigro, quam sint verba, *rubricæ*, vt est in casu nostro, & ideò non rectè argumentatur, secundum *Glos. in auth. de incest. nup. in pr. in ver. illicitas, Abbas*, & alij, *in rubr. decretalium, de sagittarijs, Euerardus in topica legali, loco* 46. *à rubro ad nigrum, col. fin.* Indè dicitur, quod ex rubro non oritur actio, sed ex nigro, *Ioannes de Imola in proh. sexti libri decretalium, §. sed hic.*

Accedit etiā, quod certo modo adaptatur nomen rei iudicatæ, pendente reclamatione, vt diximus, & ideò non redditur penitùs incōgrua ipsa Rubri-

48 ca, quæ semper in latiorem sensum accipienda est, *l.* 1. & ibi *Bart.* & alij, *ff. si cert. pet.* proùt videtur, recepta in precedenti *tit. de execut. rei iud.* & in nostro etiàm exponi debet, cum aliàs dispositio *d. l.* 2. quod, pendente appellatione, non debeantur vsuræ rei iudicatæ, fuisset de indubitabili, & superflua, si ex verbis Rubricę strictò modo sumptis absolutè induceretur, quod in iure nostro abhorrendum est, *l. quod labeo*, & ibi *Glos. ff. de Carb. Ed. Glos. in l.* 1. *ff. de eo, quod met. causa*.

49 Nèc deficiunt alia exempla rerum iudicatarum. Siquidèm in causa D. Eleonorę Brancacio, cum Claudio,

&

& Vincentio Milano, emanato ſcito è S.C. ſub die 10.Iunij 1625.deberi dictæ Elienoræ intereſſe rei iudicatæ, ad rationem ſeptem prò centenario, obtinuerunt prædicti de Milano, verbum fieri in S.C.loco reclamationis, eo colore, quod, pendente reclamatione, nõ poterat de intereſſe rei iudicatæ tractari, & per idem S. C. die 29.Octobris 1625. fuit decretum confirmatum. In Banca nùnc de Vennicto.

Et aliàs iudicauit in cauſa illorum de Senarga, creditorum Marchionis Cenſani, cum Frãciſco, & Paulo Chriſtiano, àc Antonio Lucarello, de anno 1626. vbi poſt ſententiam S.C.pendẽte reclamatione ab ipſa, & ab alijs incidentibus circa executionem, *referente D.Conſ.D.Franciſco de Campo*, fuit datum intereſſe poſt quatrimeſtre tempus à die ſententiæ, vt in proceſſu, penès Actorum Magiſtrum ad præſens Carolum Morello.

Iterùmquè in cauſa Lauræ Montaquilæ, & Io:Franciſci de Felice coniugum, cum Eccleſia SS. Annunciatæ de Gaeta, *referente Dom. Regente, tùnc Conſiliario Antonio Miraballo*, de anno 1649. in Banca nùnc Clauelli.

Quin, præſtandum eſſe intereſſe rei iudicatæ à die ſententiæ, minimè refragante, quod ſupèr illius exequutione diſceptationes ortæ fuerint ſupèr diuerſis exceptionibus compenſationis, & liquidationis crediti contenti in ſententia, iudicauit S. C. de anno 1630. iunctis aulis, in gradu reclamationis, in cauſa Pauli de Dominico, cũ Iulia dell'herede, & Simeone Ionio, in Banca, tùnc Scacciauenti, nùnc Lauiani.

Pendente enim lite ſupèr executione ſententiæ, non deſinit illa eſſe res iudicata, *Alber. in l.1.col.3.verbo, remanente ergo, C. ne liceat potẽt. Crauett. conſ.*82. *num.*4. *&* 279. *num.*1. *Tobias Nonius conſ.*77.*num.*17.

RITVS CCLX.

Tèm ſeruat ipſa Curia, quod quãdo aliquis appellat ad eam, procurator, ſeù principalis appellans, debet in ipſa Curia infrà legitimum tempus præſentare apoſtolos, & proceſſum, & debet obtinere literas reſponſales ab ea Curia illi Iudici, à quo fuit appellatum: & illas ſcilicèt reſponſales ſufficit, ſi quicunquè alius præſentet iudicia, quo fuit appellatum, licet præſentans non ſit procurator, vèl principalis.

SVMMA RERVM.

1 *Pluribus modis dici cauſam deſertam, oſtenditur.*

2 *Primo, cum à ſententia infrà decem dies non fuerit appellatum, quo caſu, propriori vocabulo, dicitur ſententia tranſacta in rem iudicatam.*

3 *Decendium currit de momento ad momentum, etiam in diebus ſollemnibus ad honorem Dei.*

4 *Secundo modo, cum appellatio interpoſita, non fuerit proſecuta, nèc præſentatus proceſſus infrà legitima tempora.*

5 *Tertio modo, ſi adimpletis prædictis, appellatio non fuerit proſequuta infrà annum, vèl ex cauſa, infrà biennium.*

6 *Hoc biennium incipit currere à die executa ſententia S.C.*

7 *Cõceditur tertius annus, iuſto exiſtente impedimento.*

Et quæ ſint iuſta cauſa, remiſſiuè.

8 *Omnia neceſſaria adimplenda ab appellãte in proſecutione appellationis in-*

intrà dies quinquaginta, epilogauit, Muscatell. in prax. S. C.

9 *Potissimùm, obstringitur ille, suis sũptibus producere coràm Iudice ad quem integram processus copiam.*

10 *Nèc sàt est, præsentare copiam sententiæ, sed debẽt integraliter omnia acta recognosci,*

Etiàm facta coràm arbitris, à quorum laudo fuit appellatum.

11 *Quod si appellatus præoccupet, vt Iudex diminuat tempus, ad prosequendum appellationem, ipse obstringitur exhibere processum.*

12 *Iudex appellationis potest Iudici à quo, eiusq; Actuario mandare, vt copiam processus sibi edat, & illam part procuret.*

13 *Concurrente suspicione falsitatis in actis originalibus, solet mandari, quod transmittantur originalia, relictis copijs,*

14 *Non tenetur appellans producerè acta diuersa causa, quàm illius, quæ pertractanda est.*

15 *Fideiussor proptereà condemnatus, si velit vti actis factis contrà principalem, in causa separata, ea, sumptibus proprijs, transportare tenetur.*

16 *Si vtraq; pars appellauerit à sententia, continente plura capitula, vtraquè pro dimidia, in redemptionem actorum, condemnari debet.*

17 *Actuarius copiam incipere actorum, & captam, consignare non tenetur, nisi, iusto persoluto salario, quamuis pars appellata illud deposuerit.*

18 *In dubio censeantur nè acta integrè producta?*

Illa esse diminuta ex reuolutione actorum probatur.

19 *Si absq; appellantis dolo, & culpa, Iudici ad quem processus exemplatus exhibeatur mancus, in termino non reitegratus, àn deserta sit appellatio.*

20 *Regularitèr, processu exhibito post terminum, appellatio ipso iure deserta dicitur.*

21 *An audiatur appellans, si post tempus velit acta producere.*

22 *Deserta appellatione, lis extinguitur, & attẽtata non reuocãtur, cum alijs.*

23 *Nèc de consensu partium Iudex ad quem, post desertam causam, valet cognoscere supèr meritis ipsius, & praxis indicatur.*

24 *Processu intrà quinquaginta dies præsentato, si pars non fuerit infrà eumdem terminum citata, àn appellatio sit deserta.*

25 *In S. C. causa appellationis reuidetur ex eisdem actis productis quandocumq; post terminum elapsum.*

26 *Hic S. C. stylus fuit ab alijs Prætorijs Europæ approbatus.*

27 *Supremi Iudices non curant de appellationis desertione.*

28 *Quid dicendum, si aduersarius præuenerit, cum instantia, petendo declarari appellationem desertam, vel obtinuerit decretum desertionis.*

29 *An expedita causa in secunda instantia ex eisdem actis, eodem modo sit expedienda in tertia.*

30 *Causæ principalis absquè termino ex eisdem actis reuisione admissa, àn in causa liquidationis sit dandus posteà terminus.*

31 *Valeat nè pars appellare à grauamine in causa liquidationis.*

Nõnulla circa liquidationẽ tradũtur.

32 *Prærogatiua reuidendi causas desertas ex eisdem actis soli S. C. (quod gerit vices Præfecti Prætorio) competit, & non M. C. V. & Regijs Audientijs.*

33 *Dictum Carau. in hoc Rit. nu. 6. perpenditur.*

Deserta causa appellationis, àn deserta sit causa nullitatis, aquè principalitèr commissa?

34 *Fatalia àn currant in S. C. latè inquiritur.*

Quiduè in Collaterali Consilio.

Defenditur Muscatel. à morsu Præsulis Riccij.

35 *Et adeò fatalia labuntur, vt nèc ex eisdem actis detur reuisio.*

36 *Multis in casibus fatalia non currũt.*

37 *Pendente, scilicèt, compromisso, facto per*

per ſcripturam, quæ ad probandum compromiſſum requiritur.

38 *Non tempore peſtis.*

39 *Nèc hæreditate iacente.*

40 *Pupillus, & minor reſtituantur nè aduerſus lapſum fatalium.*

41 *An mulier, Vniuerſitas, & Fiſcus.*

42 *Quid in paupere.*

43 *Abſens, àn reſtituatur ad proſequutionem fatalium.*

44 *Vxor, inſequens virum Principi ſuo inſeruientem, nùm iuſtam habeat cauſam, in integrum reſtitutionem petendi, ex clauſula generali, ad verſus ſententiam contrà ſe latam.*

45 Dom. Reg. de Marinis lib. 2. quotid. reſol. cap. 249. *triplici ex cauſa nõ fuiſſe locum reſtitutioni, dicebat.*

46 *Reſtitutionis beneficium, infrà quatriennium petendum eſt.*

47 *Hoc quatriennium quando incipiat currere.*

48 *Tempus petendi reſtitutionem in integrum, àn currat, propoſitis nullitatibus aduerſus ſententiam.*

49 *Reſtitutio in integrum denegatur, quando illam petens, potiùs ſui commodi cauſa, quàm prò Republica fuit abſens.*

50 *Reſtitutio in integrum ceſſat, quotiès illam petens per procuratorem ſe defendit.*

51 *Aduersùs adducta à* D. R. de Marin. *in illo themate determinatum fuit.*

52 *Deciſum adducitur apud* Rot. Rom. *quatriennium currere, non à die prima ſententiæ confirmatæ, ſed à die ſententiæ confirmantis.*

53 *Reſtitutionis in integrum beneficium elargitur militum vxoribus, quæ concomitari tenentur maritos, quocunquè iuerint.*

54 *An illa concedatur abſenti ex cauſa Magiſtratus.*

55 *Verum àn ſit ſimpliciter, quod abſenti, qui reliquit procuratorem, à quo fuit defenſus, non competat reſtitutio.*

56 *Iuſtitia, vèl iniuſtitia cauſæ attendi debet prò obtinenda in integrum reſtitutione.*

57 *Procurator ſi appellare omiſit, quid agendum, & àn liceat principali prouocare, & à quo tempore.*

58 *Procuratori liceat nè nominationẽ factam in aliqua cauſa renunciare.*

59 *Author fuit electus arbiter in cauſa Marchionis delli Monti, cum D. Dominico, & alijs de Morra.*

60 *Dom. Conſil. D. Didacus Soria, nùnc digniſſimus Proregens M. C. V. laudatur.*

61 *Procurator ſimpliciter conſtitutus appellare poteſt.*

62 *Si mandato careret, ad ſubſtituendum, poſſet nihilominùs ſubſtituere ad appellandum.*

63 *In cauſa appellationis procedere quãdo poſſit, latè declaratur.*

64 *Procuratorium mandatum genericũ, àn cõplectatur dũtaxàt lites motas.*

65 *Procurator ſuſceptam litem captam, àn recuſare poſſit.*

66 *Conſtitutus ad iudicium declinandum condemnari in principali Iudicio, necnè poſſit, & ad exigendum, àn conueniri.*

67 *Iudex appellationis, àn teneatur citare Iudicem à quo, quod veniat, ad defendendum ſuum proceſſum.*

1 PLuribus modis dici cauſam deſertam ſciunt Practici, & notauimus in *Ritu* 251. *à nu.* 1.

2 Primò, cum à ſententia infrà decem dies non fuerit appellatũ, *Ricc. collect. 645. et 722. p. 4. Giurb. deciſ.* 4. & hoc in caſu, propriori vocabulo, dici, ſententiam feciſſe tranſitum in rem iudicatam, certum eſt, de quo poſt alios adductos in *cit. Rit.* 251. memores ſunt *Gabriel Rom. lib. 2. ſentent. tit. de appellat. concluſ.* 5. *nu.* 1. & 2. *Myſing. obſer.* 12. *cent.* 6. *Guliel. dec. Rot. Sperenſ.* 218. *par.* 3. *Chriſtin. deciſ. Belgie.* 14. & 17. *vol.* 2. tradens,

3 decendium currere de momento ad momentum, etiàm in diebus ſollemnibus ad honorem Dei, ex *Viu. deciſ.* 266. & indicauerat *in deciſ.* 25. *n.* 8. & in curſu fatalium, ſcribit *Io. Franciſc.*

cisc. Andreoli, par. 2. controuers. 131.

4 Secundo modo, cum fuit interposita appellatio, non tamèn prosecuta, nèc præsentatus processus cotàm Iudice ad quē infrà quinquaginta dierum spatium, iuxtà *Regni Constit. appellationum tempora, Maur. Iun. alleg.* 78. *& alleg.* 200. *nu.* 1. *&* 2. *Consil. Staib. cent.* 2. *resol. forens.* 180. *num.* 77.

5 Tertio modo, si, adimpletis prædictis, appellatio non sit prosequuta infrà annum, vel ex causa biennium, iuxtà *tex. in Auth. ei, qui, C. de tempor. appell. Afflict. in memor. constit. Cassador. decis.* 6. *num.* 8. *Mandos. in tract. de commiss. in* 18. *commiss. fatal. prorog. in verbo, proroget, & quæst.* 3. *Vestr. in prax. lib* 3. *cap.* 3. *nu.* 2. *& lib.* 7. *cap. vltim. num.* 8. hocquè biennium
6 incipere currere à die executionis sētentiæ S.C. etiàm si illa multo temporis interstitio duraret, docent *Gramm. dec.* 13. *de Franch. decis.* 646. *R. Rouit. decis.* 21. *n.* 15. *in fin.* tradens praxim hanc desumptam fuisse ex *l. vnic.* vbi *Glos. Cod. de sentent. Præfect. Prætor. Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imp. offer. & prag.* 5. *de offic. S.C. Ind. Frāc. Mar. Prat. lib.* 2. *discept. forens. c.* 33. *num.* 13. & declarant *Reg. Sanfel. decis.* 6. *n.* 18. *Nouar. qq. forens. lib.* 1. *q.* 6.

7 Quin, secundus annus per viam restitutionis extenditur ad tertium annum, proptèr iustum impedimentum contingens, ex *cap.* 8. *ex ratione, de appellat. Marant. p* 6. *act.* 2. *princip. in verbo, Et quandoquè appellatur, sub num.* 228. *Odd. in tract. de restit. in integr. q.* 70. *art.* 1. *nu.* 1. *Borrell. p.* 2. *summ. decis. tit.* 33. *de appell à n.* 1055. *P. Fragos. to.* 2. *de regim. Reipub. par.* 1. *lib.* 8. *disp.* 24. *num.* 206. quæ verò legitimæ sint causæ, indicant *DD. in l. sed, & lis, C. de appell. in l. properandum, §. sin autèm, C. de Iudic. Ferrar. in tract. de appellat. cap.* 9. *Thesaur. decis.* 10. *à num.* 2. *Christin. decis. Belgic.* 15. *n.* 2. *lib.* 2. *Muscat. in Glos. causa, nu.* 12.

8 Omnia autèm necessaria adimplenda ab appellante in prosecutione appellationis intrà dies quinquaginta, epilogauit miro ordine summus practicus *Muscatell. in prax. S.C. par.* 1. *appellat. Glos. prosequendum, Glos. intimare, & Glos. præsentare.* Potissimùm
9 obstringitur, eius sumptibus producere copiam integram actorum, & processus ad superioris Tribunal, nèc sàt
10 est, præsentare copiam sententiæ, *Carau. in rit.* 96. & ex hoc *ritu* notat *Ricc. collect.* 4024. *par.* 9. *Vant. de nullit. ex defect. process. sin. ordin. n.* 21. *& tit. quot, & quib. mod. n.* 127. *Caualcan. decis.* 11. *par.* 3. *Leo decis. Valent.* 196. *lib.* 1. *Rebuff. ad constit. Gall. to.* 1. *tit. de euocat. art.* 1. *num.* 81. *Barz. decis. Bononiens.* 37. *Hieronym. Gigas cens.* 83. dicens, ità Romæ iudicatum, *Fachin. lib.* 1. *controu. cap.* 81. *Gratian. to.* 1. *discept. forens. cap.* 121. *ex nu.* 1. *Caualc. decis. Finiz.* 11. *num.* 13. *& decis.* 13. *sub num.* 42. *Giurb. decis.* 29. *sub n.* 1. *Magon. decis. Lucens.* 64. *nu.* 1. *& dec.* 72. *num.* 20. *Mantic. decis.* 7. *num.* 6. *Rota diuers. decis.* 445. *par.* 1. *Reg. Valenzuel. cons.* 84. *num.* 68. subnectens, ex actis diminutis non posse rectè iudicari. Vndè necessarium est, vt integralitèr illa recognoscantur, insequitur *Ind. Franc. Maria Prat. ad Muscat. p.* 1. *appell. Gl. nullitatis, vers. Nèc minus curiosa, Gratian. add. discept. forens.* 121. *num.* 8. *Mascard. de probat. conclus.* 115. *Ioseph. Lud. decis. Vmbriæ* 8. *num.* 23. *par.* 1. *Surd. decis.* 327. *n.* 5. Etiàm facta cotàm arbitris, à quorum laudo fuit appellatum, vt decisum fuit *in vna Maceratens. executionis rei indicatæ, coràm Ludouis.* quæ est *in impress.* 300. *Rota decis.* 561. *p.* 1. *in recent. Christin. decis. Belgic.* 186. *volum.* 1. tradens, obseruatum vidisse, quod appellans, siuè ab interlocutoria, siuè diffinitiua, teneatur sempèr exhibere processū, sua demonstrando grauamina; nisi appellatus præoccupet, vt
11 Iudex diminuat tēpus, ad prosequendam, & introducendam appellationē, datum, cò enim casu anticipans teneatur exhibere processum, addit *Christin.*

ſin. qui pertractat etiàm *dec.* 323.
12 Poteſt propterea Iudex appellationis Iudici à quo, eiuſquè Actuario, acta habenti, mandare, vt eorum copiam ſibi edat, & quod pars illã procuret, vt paſſim noſtris in Tribunalibus ſeruatur, cui concinit ſtylus Curiarum Belgicarum, teſte *Chriſtin. dec.* 254. *n.* 11. *vol.* 1. quando verò ſuſpicio
13 falſitatis in actis originalibus cõcurreret, ſolent ſupremi Iudices, mandare, quod tranſmittatur originalis, relictis copijs, teſte *Cõſt. Papa ad Carau. in Ritu* 96. *lit. A.* nècnõ *Ricc. dec.* 104. noſq; notauimus eodẽ *in Ritu* 96. *n.* 1. *&* 2.
14 Nõ verò tenetur appellans producere acta diuerſæ cauſæ, quã illius, quæ pertractanda eſt, vt determinauit *Rota in Oſcen. indulti,* 26. *Nou.* 1598. *coràm R. P. Orano, & in Ceſenaten. de Cacciagueriris* 15. *Ian.* 1588. *coràm R. P. D. Litta, Epiſcòp. Ricc. dec. Cur. Archiep.* 143. *p.* 4. quamuìs acta alterius cauſæ multùm ad cauſam ventilandam, conferrent, *Coccin. dec.* 1. *Ludouiſ. dec.* 55. & proindè, ſi fideiuſſor cõ-
15 demnatus velit vti actis factis contrà principalẽ in cauſa ſeparata, ea ſumptibus proprijs transportare tenetur, *Rota* per *Coccin. in cit. deciſ.* 1. quæ fuit *in Rom. depoſiti* 5. *Iunij* 1600. & meminit *Ricc. collect.* 3209.
16 Sèd ſi vtraquè pars appellauerit à ſententia continente plura capitula, vel puncta, tùnc vtraquè prò dimidia in redemptionem actorum condemnari debet, *Mynſing. cent.* 1. *obſer.* 21. *Cacher. dec Pedem.* 13. *Vurmſer. tit. de libell. obſer.* 13. *Gab. Rom. lib. ſentent.* 2. *tit. de appell. concl.* 5. *Chriſtin. dec. Belg. cit.* 186. *num.* 7. *vol.* 1. & diſtinguit elegantèr *Guid. Papa,* videndus, *q.* 30.
17 Illud inſupèr, continuo vſu obtentum, prꝫterire nolumus de appellante, volente copiam proceſſus, offerente cartam, & pecuniã, nè teneatur Actuarius copiam incipere, & completam, conſignare, niſi re ipſa fuerit iuſtum perſolutum ſalarium, nèc ſatis ſit depoſuiſſe, ex his, quæ in his terminis ſcripſit *Mart. de clauſul. par.* 1. *clauſ.* 348. *num.* 1.
18 Sèd àn acta cenſeantur, in dubio integrè producta, affirmatiuè concludit *Rota,* poſt *conſil. Farin. lib.* 2. *dec.* 116. 143. *&* 144. itaùt alleganti, illa non eſſe integra, onus incumbit probandi; *Ludouiſ. dec.* 59. *Gaill. obſer.* 34. *lib.* 1. *Rub. dec. Rot.* 147. *num.* 1. *Caualer. dec.* 43. *num.* 3. *dec.* 335. *num.* 1. *R. Valenz. conſ.* 84. *num.* 70. *Gratian. diſcep. forenſ.* 96. *num.* 6. *Ricc. dec. Cur. Archiep.* 144. *num.* 6. *p.* 3. potiſſimùm atteſtante actuario, ſe omnia acta fidelitèr extraxiſſe, *Verall. dec.* 245. *p.* 2. *Duran. dec. Rot.* 375. *nu.* 8. dummodò ordinarius actuarius exiſtat, nàm aliàs illa ceſſat præſumptio, vt teſtatur deciſum *additio ad Ludouiſ. deciſ.* 59. *Ricc. collect. dec.* 3209. *&* 3323. *p.* 8. Illa verò eſſe diminuta, ex reuolutione actorum, probari, monent *Verall. dec.* 192. *num.* 3. *p.* 3. *Becc. conſ.* 40. *num.* 2. *Caualer. deciſ.* 571. *num.* 6. *Fontanell. dec.* 38. *num.* 4. *& dec.* 293. *nu.* 8. *lib.* 2.
19 Sèd aduertere non piget, multùm nobis arridere diſtinctionem *Muſcatell. de appell. p.* 1. *Gloſ. proſequendum, à num.* 57. quod aùt appellans, malitia, eiuſquè culpa diminutam proceſſus copiam præſentat, & intrà præſcriptum terminum nèc deficientem illius partem adducat, tùnc appellatio ſit deſerta; ſi verò culpa, & defectu Magiſtri Actorum copia ſit manca, minimè deſerta dici poſſit, quam *Muſcatelli* diſtinctionem comprobãt *Mar. Giurb. dec. Sicil.* 29. & inſequuntur *D. Conſ. Hodier. ad Surd. dec.* 327. *num.* 14. *Nouar. de nouo iur. Pontif. concl.* 1. aliàs 7. *num.* 7. à qua diſtinctione diſceſſit *Salgad. de Regia protect. p.* 1. *c.* 8. *num.* 58. quem improbat, & benè, idem *Giurba obſeruat.* 42.
20 Regularitèr verò, ſi proceſſus exhibeatur poſt terminum prædictum, appellatio ipſo iure deſerta dicitur, & Iudici appellationis nullo modo licet in cauſa ſe intromittere, ſed eiùs partes erunt, in declarando illam de-

ſer-

fertam, *Herculan.de attent.cap.31.nu. 69. Ancharan. consf.345. Guid. Papa dec.437. & quæst.11.n.16. Bald.consf. 20. vol.1. Grauat.ad Vestr.lib.8.cap. vult. num.30. Surd.consf.139.num.14. Christin. dec. Belgic.35. vol.1. Mohedan.dec.9. de appell. Iodoc.in prax.ciuil. cap. 238. num.4.* ità quod non
21 audiatur, si, post illud tempus velit appellans acta præsentare, concludunt *Surd.consf.97. Mascard.de probat.conclus.117.n.9.* quos laudat *Paul.Christin.decis.Cur.Belgic.254.n.19.vol.1. Anichin.de præuent.instrum.cap.3.q.3. sub num.13.* & videndi *Cacheran.decis.177. num.12. Duen.reg.47. Fusc. sing.72. lit.A.Viu. in sylu.comm.opin. conclus.57.num.1. Carrab.singul.8.*

22 Desertione appellationis propterea litem extingui, tractãt *Gome.sup. regul. triennal.possess.quæst.54.vers.non obstat, Lancellott.de attent.2.par.cap.4. num.238.* & post desertionem attentata non reuocari, iudicauit *Rot. decis.76.* aliàs *464.de appellat.in antiq. Lancellott.2.par.cap.12. ampl.1. nu.8. & par.3. cap.24.q.4. num.4.* & colligitur ex *decis. Crescen. 140. sub rub. vt lit. pendent. Lap. alleg.2. num.10. Balb decis.385. Petr.Rebuff. to.3. tit. de appell.artic.5. Glos.vnica, ex n.14. Amat.dec.Rot.Ferrar.53. Ricc.collect. 1356. 3104. & 3323.* verũ neglecta *Gomes.* sententia, *Thom.de Thau.decis.63. incip. licèt,* tradit, beneficium non censeri vltrà litigiosum, ad effectum consequendi subrogationem, deserta appellatione extraiudiciali,
Adeòq; expirat iurisdictio Iudicis ad
23 quem, post desertam causam, vt nèc de consensu partium valeat cognoscere supèr meritis illius, *Sigismund. Scacc.de appellat.q.15.num 210. Nenizan.consf.41. num.27. & 28. Ruginel.de appell.§.10. Glos.1. n.47. vers. Declara quinto, Ancharan. consf.345. Cæsar.de Grass. decis.104. num.1. & 2. de appellat. Caccialup.in tract. de transact. q.9. num.5. to.6.p.1.P.Fragos.de regim. Reip.tom.1. par.1.lib.8. disp.24. §.11.sub num.196. vers.Septimò quæritur, Camill.Borrell. par.2. summ.decis.tit.33.de appellat. n.1139. Hieron. Gabriel in consf. 54. à num.1. volum.1. Marc.Anton.de Amat. decis. March.83. n.10.* qui tradunt, deserta causa, Iudici ad quẽ licere cõfirmare primã sententiam. Addimus *Andr.in ead.constit.appellationũ tẽpora,* quem declarat *Affl.ibid.ex n.9.* subnectens hoc non seruari, & verissimum eius effatum testatur *Reg. Tap.supèr eadem constit. lib. 3. Iur. Regn. tit. de appell. num. 13.* & parte consentiente, nunquã vidisse ex officio declaratã appellationem desertam, addit ex *Azeued. ad l.2. tit.18. lib.4.* (qui *num.31.* aduertit, quod ad pronunciandum appellationem desertam, ex lapsu termini, exquiratur, quod integer ille labatur, etiàmsi sit certum, quod in temporis residuo nihil possit agi, & notat *Rebuff.ad constit.Gall. tract.de appell. art.4. Glos.1.num. 14.*)

24 Et nedùm infrà quinquaginta dies teneri appellantem processum præsentare, sed, & appellationem prosequi, hoc est, partem appellatam citare, ad videndum aperturam ipsius, & ad alios actus, notat idẽ *R.Tap. lib.3.Iur.Reg. sup.cit.const.appellationum tempora.n. 2.* & aduertit *Aloys. Leo in l.1. nu.22. C.de appell.* àc non dissentit *Parlador. lib.2. rer. quotid.cap.fin.p.1.§.1.nu.8.* ex *Bal.in l. fin. § illud, num.1. C.de tempor. appell. & Felin. in cap.illud, num.11. de præscript.* alitèr (addit *Reg. Tapia*) vno ex his deficiente, appellatio declarabitur deserta; Contrarium verò censuit S. C. apud *Affl. in ead. const. num.30.* annuens, proptèr omissam citationem, appellationem non esse desertam, citatione tamèn expedita intrà quinquaginta dies, quodq; S.C. scitũ tuetur *Giurb.dec.34.* ad intellectũ *Rit. Sicil. 183.* citãs potissimũ *Carau.in hoc Ritu,* nosquè relegamus lectorem, ad notata per *Muscatell. in add.Glos.prosequendum, ex num.55. & 56. & Glos. præsentare, nu.6. & 7.* tradenden-

dentem, quod ſufficiat appellatum, quandocumquè citare, ſi in termino exoratæ ſint literæ, cuius veritatem, alibi inquirimus. Sèd notificatis literis inhibitorialibus parti tantùm, & non Iudici, ſi pars innouauerit, àn poſſit peti reuocatio attentatorum per partem, inquirit *Franc. Mar. Prat. ad Muſcat. add. Gl. præſentare, verſ. his præmiſſis.*

25 In ſupremo tamèn Tribunali S.C. inoleuit ſtylus, reuidendi cauſas appellationum, ex eiſdem actis productis quandocumquè, poſt lapſum dierum quinquaginta, vt teſtatur *Vrſill. ad Affl. dec. 79. n. 2.* (quidquid dicat *Affl. dec. 78. & 79.* nècnõ *deciſ. 75.* quẽ laudant *Carau. in Rit. 252. n. 16. Ricc. collec. 254. & 1734. Muſcat. in add. Gloſ. proſequendum num. 102.* cauſam reuideri ex eiſdem actis, ſi per modicum tempus fuerit illa deſerta, inſequitur *Nouar. qq. forenſ. lib. 1. q. 6. nu. 4.) Carol. Rota in Floril. practic. concluſ. 5. num. 13. Reg. Sanfelic. dec. 91. lib. 1. Marotta diſcept. forenſ. cap. 13. Carau. in hoc Ritu* adducẽtes, *Reg. Reuert. dec. 178. Surg. de Neap. illuſtr. c. 18. n. 12. & c. 19. n. 9.* qui quippè ſtylus

26 fuit ab alijs Prætorijs Europæ approbatus, vt practicari in Regali Cãcellaria Pinciana, teſtatur *Guttier. pract. qq. lib. 1. cap. 104. n. 5. Auendan. reſp. 2. concl. 11. R. Leo lib. 1. dec. 107. à n. 15. Fontanell. dec. Cathal. 404. num. 23. tom. 2. Carauit. in hoc Ritu* memor.

27 Vt proptereà *Marius Muta Siculus, tom. 4. cap. Regni Sicil. cap. 183. in annot. lit. C. pag. mihi* 419. ſcripſerit, ſupremos Iudices non curare de appellatione deſerta, quando eiſdem conſtat, vèl de iuſtitia petentis, vèl de iniuſtitia ſententiæ, & notat *Tap. add. loco, num. 9.*

28 Et quamuìs *Marant.* quem laudat *Muſcatell. in add. Gl. proſequendum, n. 103. & Hieron. Puluer. ad Affl. in cit. dec. 175.* notent, tùnc demùm hoc procedere, dumodò aduerſarius non prçuenerit, cum ſua inſtantia, appellationem declarari deſertam, & facta tali inſtantia, non poſſe de cætero cauſam ex eiſdẽ actis in S.C. reuideri, quibus adhærere videtur *R. Rouit. in prag. 1. n. 8. de inſtãt. cauſ. non reſt.* & diximus nos *in Rit.* 248. *à n.* 8. teſtatur tamèn *R. de Marin. ad Reuert. deciſ. 535. n. 3. in fin.* centiès obtinuiſſe contrarium, id quod voluit *Afflict. in deciſ. 243.* dùm ſcripſit, non ſufficere præuentionem, & potitionem, sèd neceſſariam eſſe pronunciationem deſertæ appellationis, quo in caſu indubitati eſſe, credimus, nullo modo poſſe, illam reuideri ex eiſdem actis, vt tradunt *Muſcat. add. loco Ricc. collect. 1734. in princ. Danza ad Gramm. dec. 35. num. 32.* & ſentire videtur idẽ *R. Rouit. in prag. 1. de appell. num. 19.* Ideò cauti fautores, & aduocati appellatorum exiſtant, vt ſtatim, elaſpo termino, faciant declarare appellationem deſertam, vt indè prohibeatur reuiſio poſt deſertionis decretum. Quòd ſi cauſa ob non præ-

29 ſẽtationem proceſſus infrà legitimum tempus fuerit expedita ex eiſdẽ actis, abſquè termino ad non poſita ponendum, in tertia inſtantia etiàm ex eiſdem actis, abſq; alio termino erit expedienda, vt deciſum tradit *R. Sanfel. deciſ. 91. tom. 1.*

30 Confirmata verò ſententia, quæ certam non continebat quantitatem, in gradu appellationis ex eiſdem actis abſq; termino, in liquidationis cauſa, debeat impartiri tempus, & haùd obſtantibus adductis ab *Affl. dec. 35. n. 2.* cauſam nempè liquidationis eſſe eandem cum principali, deciſum refert *Reg. Sanfel. dec. 92. tom. 1.* eſſe illum concedendum, inſequitur, ipſo non citato, *Danza ad Gramm. deciſ. 13. num. 14.* cum liquidationis quantitatis non expreſsæ in ſententia cauſa, noua ſit, & noua dicatur inſtantia, vt proptereà, ſiuè ſit, ſiuè non ſit appellatum à ſententia condemnationis valeat pars appellare à grauamine in

31 cauſa liquidationis illato, ſcripſere *Angel. in l. ſi cum, 14. §. hac autèm, nu. 4. ff. de eo, quod met. cauſ. Felin. in cap. ad*

con-

consultationem, *num.16. de sent. & re iudic. Vrsill.ad Affl.decis.*35.*vers.dicas contrarium,& decis.*157.& distinguit *Barz.dec.*55.*n.*10.nècnō declarāt *Reg. Ronit. in pragm.* 1. *num.* 5. *de appellat. Cacheran. decis.* 145. *in fin. Costa de retrotract.cap.*8. *cas.*9. *n.*17. qui,*ex num.* 18. expendit, quomodò intelligatur *Rota decis.* 271. *num.* 2. *par.* 1. *in nouiss.*quod sententia liquidationis non admittat appellationem. Et quod valeat Reus in causa liquidationis proponere omnes, & quascunquè exceptiones, notant *Consil.Carlenal de Iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *num.*44. *in fin. Amat. variar. resol. lib.*1. *resol.*14. *num.* 42. adeoùt liquidatio in nihilo fieri possit, *Iud. Franc. Mar. Prat. lib.*1. *discept. forens. cap.*1. *num.*7. *Gizz. ad Capyc.Latr. decis.*21. *num.*13.qui multa ad praxim necessaria addit,& quod calculus liquidationis, si non fuerit à Iudice confirmatus, exequutionem non habeat, docet, post *Manent.decis. Mantua* 41. *num.*13. *& Dom. Franc. de Amaya, in repet. l. instar, num.* 34. *Cod. de iur. fisci, lib.* 10. *Dom. Prat. tom.*2. *discept. forens. cap.*49. *nu.* 43. *&* 44.

32 Hanc autèm prærogatiuam reuidēdi sententias desertas, ex eisdem actis soli S.C. competere (quod gerit vices Præfecti Prætorio, *Reg. Capyc. Latro decis.*100. *à num.* 15. *lib.*1. *Reg.Sanfelic. decis.* 6. *num.*7. *lib.*1. *Reg. Galeota, controu. forens.lib.*1. *controu.*39. *num.*37. *& controu.*43. *num.* 2. *lib.*2. *Consil. Staiban. resol.*94. *num.*5. Imò Regis personam repræsentat, *Gramm. decis.*76. *num.* 33. *&* 34. *Muscat. in Glos. prosequendum,num.*97. *& Glos. tenebitur, num.*27. *Iudex Franc. Mar. Prat. lib.* 1.*discept. forens. cap.*10.*n.*9. *& cap.*25.*num.*22.) scribit *Ricc.collect.* 1734. Imò, fuisse reuocatum decretum M.C. quod causa simili modo reuideretur, addit *Reg. Tap. in add. Const. Appellationum tempora, n.*9. *&* 10. *Viu. in sylu. opin. commun. opin.* 57. *appellatio, num.*1. *Duena reg.*47. *Carrab. singul.*8. *Thor. par.*1. *compend. decis. verbo, Appellatio interlocutoria*, & affirmat *Muscatell. in add. Glos. Prosequendum, à num.*96. improbans extensionem præeminentiæ S. C. quam facit *Carau. in hoc Ritu, num.*6. ad M.C. &

33 Regias Audientias, quod scilicèt illæ hac authoritate vtantur, quando sentētias vidēt malè latas, illiusq; dictum admittens, existente sententia nulla, quo casu, attenta quoquè dispositione *add. constit. appellationum, in fin.* Iudici appellationis non licebit, illam desertam declarare, vt notat *Affl. in ead. constit. in* 13. *notab. n.* 38. & idem *Muscatell. in Glos. Nullitatis*, etenim, appellatione prohibita, non est prohibitum dicere de nullitate simil cum appellatione, quando adest notoria iniustitia, *Gratian. discept. forens. c.* 850. *num.*17. *& cap.*959. *num.* 16. *tom.*5. *Cancer. par.* 3. *var. resol. cap.* 18. *in quib. caus. non lice. suppli. nec appellare, ex num.*21. *Fontanell. decis. Cathal.*285. *tom.* 1. Sèd citrà casum nullitatis, stante appellationis desertione, non existimat, Curias prædictas posse ampliùs se intromittere in cognoscendo, & procedendo.

Hinc, & alia excitatur quæstio, àn deserta causa appellationis, censeatur quoquè deserta causa nullitatis, çquè principalitèr commissa, & negatiuè resoluit *Bar. in l. si expressam, nu.* 10. *ff. de appell.* quem amplexata fuit *Rota in Placentina Parochialis de Malpartida, 6. Nouembris, &* 12. *Decembris, coràm R. P.D. Litta*, & meminit *Ludouis. decis.*306. & ibi *Beltram. Seraph. decis.* 1485. & *decisionem* compilauit *Reg. Reuert.* 401. quam rescribit *Capan. in tract. de vita, & milit. pag.* 225. *Ricc. collect.* 2951. *par.* 7. *Fontanell. decis.*285. *tom.* 1. & firmari ex verbis *cit. const. appellationum tempora*, ibi: *Nisi ipso iure nulla*, deducit *Reg. Tap. supèr ead. constit. lib.*3. *Iur. Regn. tit. de appellat.*

34 Sèd cum de stylo S. C. causæ appellationum, ob non præsentationem pro-

proceſſus, infrà legitima tempora, reuideantur ex eiſdem actis, opportunè quæritur, in cauſis reclamationum à ſententijs, per idem S. C. prolatis, currant nè fatalia?

34 Excitauimus articulum in *Ritu* 248. *num.* 36. ibidèmq; ex noſtratibus firmauimus, currere, potiſſimùm ex decreto emanato de anno 1539. conſulto tùnc Regni Prorege, Exc. D. Petro de Toleto, de quo teſtis eſt *Gram. dec.* 13. illudquè hodiè reperitur inſertum intèr *pragm. Regn. ſub tit. de offic. S. C. cap.* 53. *& in prag.* 1. *de appellat.* cui conforme eſt ſtatutum Grationopoli, teſte *Guid. Pap. dec.* 135. nùnc addimus eamdem ſuſtinentes aleam, *Taſſon. de anteſat. verſ.* 5. *obſeru.* 1. *num.* 7. *Reg. de Ponte conſ.* 63. *num.* 1. *lib.* 2. *Reg. Rouit. dec.* 21. *num.* 15. *Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. ſect.* 35. *num.* 18. *Reg. Tap. de iur. Regn. in pragm.* 3. *de offic. S. C. pag.* 147. *lib.* 2. *rub.* 2. *Maſtrill. dec.* 67. *n.* 18. *Epiſc. Ricc. collect.* 245. *Maur Iun. alleg.* 100. *num.* 8. *Maſtrill. de magiſtrat. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 14. *& dec.* 67. *num.* 18. *Nouar. qq. forenſ. lib.* 1. *q.* 6. *Mangrell. ad Bar. in Auth. ſed his, quæ, C. de tempor. appellat. Borrel. in ſum. dec. tit.* 32. *num.* 138. *p.* 2. *Dom. Reg. de Marin.* nèdùm *in cap.* 79. *lib.* 2. *quotid. reſol.* sèd, & ad *Reuert. dec.* 178. *à num.* 1. *& dec.* 578. *num.* 1. *Conſil. Staiban. cent.* 1. *reſol.* 94. *& cent.* 2. *reſol.* 140. *& reſolut.* 197. *Thor. p.* 2. *compend. deciſ. par.* 2. *verbo, Fatalia, pag.* 207. *Marott.* latè *diſcept. forenſ. cap.* 13. *Domin. Iud. Franciſc. Maria Prat.* tùm ad *Muſcat. p.* 2. *add. Gloſ. finiendū, col.* 2. *verbo, Methodici*, tùm *p.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 10. *& ad Paſchal. de patr. poteſt. p.* 1. *cap.* 8. *ad num.* 223. quorùm nonnulli improbant *D. Reg. Galeotam lib.* 1. *contr.* 19. *&* 20. (quem refert *Rég. Capyc. Latro, dec.* 123. *num.* 5. *in fin. to.* 2.) *& Conſil. Carleu. lib.* 2. *de Iudic. in addit. ad* 1. *to.* §. 11. contrarium ſentientes, affirmantes, non currere fatalia in in S C. proùt nèc in Conciſtorio Principis, ſcripſit *Chriſtin. dec. Belgic.* 114. *vol.* 4.

Quin, de *Franch, in dec* 646. poſt firmatam concluſionem, quod fatalia currant in S. C. addit, illa currere, etiàm in Collaterali Conſilio, deciſumquè refert, improbans, *Carauit.* quodquè affirmant quoque *Reg. Rouit. in prag.* 53. *num.* 3. *de offic. S. R. C. Reg. de Marin. in add. cap.* 79. *& ad Reuert. cit. deciſ.* 578. *num.* 1. qui allegat *Dom. Reg. Sanfelic. in dec.* 144. *n.* 16. *Epiſcop. Aloyſ. Ricc. in add. ad mem. dec.* 646. *Præſ. de Franch.* obiurgans *Muſcatellum*, vti immemorem præfatæ *deciſ. de Franch.* contrarium aſſeruiſſe, *in par.* 2. *appellat. Gloſ. conceduntur, num.* 10. Sèd *Muſcatell. à Ricc.* morſu tuetur *D. Iud. Prat. in add.* ibidèm, ſubnectens, malè illum redargui à *Præſule Riccio*, quod memoria non tenuerit *dec. de Franch.* 646. ſi quarta pars deciſionum illius, in qua eſt præfata *dec.* 646. inſcripta, è typis prodijt anno 1608. *Muſcatelli* verò opus de anno 1600. fuit compoſitum, ipſo teſte, *in Gloſ. conceduntur n.* 5. *verſ. & ſimiliter.*

35 Et adeò fatalia labuntur, vt nèc etiā ex eiſdem actis detur reuiſio, vt deciſum tradit *P. de Affl. in add. ad cap.* 33. *controu. iur.* tradens, non eſſe deferendum contrariæ obſeruantiæ relatæ à *Reg. Sanfelic. cit. dec.* 144. *num.* 16. quia caſus particulares non refert, additquè *n.* 5. illius dictum ex typographi lapſu eueniſſe, cum contrarium in ſummario, *num.* 4. *verſ.* 2. legatur, ſcilicèt, *fatalia currunt in S. C. & non obſeruatur reuideri cauſam, lapſis fatalibus, ex eiſdem actis, num.* 16. id quod poſteà, *P. Affl.* non citato, notat *Marotta add. cap.* 13. *num.* 46.

36 Multis etiàm in caſibus fatalia non currunt, potiſſimùm, pendente compro-
37 miſſo, *Gratian. dec. March.* 173. *Fab. in defin.* 2. *C. de tempor. appella. Ricc. collec. deciſ.* 245. & declarant idem *Faber. lib.* 2. *tit.* 38. *de arbitr. diffin.* 9. *& Conſil. Paul. Staiban. cent.* 2. *reſolut.* 19. *à num.* 36. quiduè ſi illud ſit factum in arbitratorem, negatiuè reſoluit *Ancharan. in conſ.* 284. *num.* 3. inſequuntur *Lancellot. de attentat. p.* 2. *cap.* 12. *nu.* 34. *Gra-*

uat. ad Vestr. in prax. Rom. Cur. lib. 7. cap. vlt. num. 4. Gratian. in addit. ad mem. dec. 173. *nu.* 2. vt autèm per compromissum suspendatur, seù prorogetur lapsus fatalium, fieri illud debeat cum scriptura, decisum refert *Thesaur. dec.* 244. *nu.* 7. quin, simplicitèr in probando compromisso, scriptura, exquiritur, *Iodoch. Damh. in prax. rer. ciuil. cap.* 204. *num.* 4. *& cap.* 208. *num.* 1. & decisum memorat *Faber in Cod. lib.* 7. *tit.* 27. *diffinit.* 2. præsertim in Regno, ob iuramentum, quod interuenire debet, *Borrell. in summ. decis. tit.* 63. *num.* 392. *Consil. Staib. cent.* 1. *resol. forens.* 57. *ex num.* 6. Nèc currunt, relatione pendente per M. C. in S. C. iuxtà illius ordinem, vt M. C. V. verbum faceret in ipso S. C. de aliquo incidenti, vt decisum memorat *Vrsill. ad Affl. decis.* 78. quem laudant *Muscat. in prax. lib.* 2. *p.* 2. *Glos. conceduntur, num.* 18. *Mari ad Gramm. decis.* 13. *num.* 7 Nèc tempore

38 pestis, *Fab. diffin.* 3. *C. de tempor. appellat.*

39 Nèc, hæreditate iacente, donèc ipsi detur Curator, *Mohed. dec.* 10. *Ricc. collect.* 245. *limit.* 10. *Consil. Staiban. cent.* 2. *resol.* 140. *num.* 10. cum nulla possit in ea considerari mora, & proindè licere Curatori hæreditatis iacentis, petere beneficia, etiàm effluxo termino, præscripto à Regia Pragmatica, decisum testatur *Reg. Rouit in dec.* 41. cuius meminit *Consil. Staiban.* nèdùm *in adducta resol.* 140. *nu.* 11. *sèd in resol.* 176. *num.* 28. *eadem cent.* 2. & nullo soluto canone, bona hæreditatis iacentis non cadant in commissum, notauit *Corbula de caus. priuat. ob non solution. canon. limit.* 9. *num.* 4.

40 An verò pupillus aduersus lapsum fatalium restituatur, affirmatiuam aleã, etiàm in minore, sustinent *de Franch. dec.* 473. *Muscat. in p ax. S. C. lib.* 2. *p.* 3. *Glos. fuerint, nu.* 33. *Thor. p.* 1. *compend. decis. verb. restitutio in integrum àn detur, Capyc. dec.* 96. *num.* 14. *Giurb. dec.* 18. *Odd. de restit. q.* 36. *Consil. Staib. add. resol.* 140. *ex num.* 14. & concinit *tex. in l. qui neque tutores, ff. de reb. cor.* quo fretus *Cuman.* ibi scripsit, iura omnia de pupillis loquentia, extendi ad omnes, qui per alios reguntur, priuilegiũ proptereà electionis fori competere minori, maiori annorum quatuordecim, notarunt *DD.* quos recensuimus in *Rit.* 230. hisquè addimus *Io: Franc. Andreoli controu. forens.* 235. *par.* 3. qui impugnans *Nouar. de variat. & elect. fori, sect.* 1. *q.* 6. *ex nu.* 5. decisum à Cõsilio iustitiæ Serenissimi Mutinæ Ducis, subnectit, *nu.* 2. nècnon *Consil. D. Ioan. Dexart. select. iur. cõcl. dec. Sardin.* 68.

41 Et àn mulier, *Giurb.* latè *dec. cit.* 18. *de Franch. dec.* 284. *Reg. Tap. in constit. mulieribus, num.* 4. *Aloys. de Leo in l. nè passim,* C. *de precib. Imper. offer. num.* 5. *Imbrian. de* 1. *&* 2. *benef. consid.* 2. *num.* 118. *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de appellat. num.* 11. *del Castillo dec.* 23. *num.* 22.

Vniuersitati insupèr hoc restitutionis priuilegium largiri, scripsit *Afflict. dec.* 175. *num.* 2. quem insequuntur *Thor. p.* 1. *comp. dec. verbo, Vniuersitas, P. de Afflict. controu. iur. resol. cap.* 33. *num.* 5. proùt, & fisco, notauit idem *P. de Affl. in add. ad cap.* 46. *&* 47. *num.* 68.

42 Sèd paupertas sit nè iustum impedimentum adhoc, vt detur talis restitutio, inquirunt, & affirmatiuè scribunt *Garz. à Toledo dec.* 34. *Boer. dec.* 247. *num.* 14. *Thesaur. dec.* 10. *num.* 9. *Viu. decis.* 268. *nu.* 5. *Guid. Papa dec.* 56 *&* 436. *Christin. dec. Cur. Belgic.* 116. *vol.* 4. *Mattes. notab. vlt. Arnon. epit.* 2. *Cremens. sing.* 122. *Fontanell. dec. Cathal.* 106. *&* 107. *tom.* 1. *Valasc. de priuil. pauper. quæst.* 31. *par.* 1. *Io. Maurit. deuestii in integr. cap.* 362. *Auus meus ad Gramm. dec.* 85. *nu.* 11. *Thor. vot.* 31. *num.* 34. *tom.* 1. *Giurb. dec. Sicil. add.* 18. *n.* 2. *Consil. Staiban. respons.* 97. *num.* 11. *tom.* 2. & decisum testatur *Reg. Sanfelic. dec* 93. *Reg. Tap. in add. cõstit. appellationum tempora. num.* 26. nonnulla subnectens impedimenta, quibus decento non currit tempus ad appellandum.

43 Nèc iniucunda est in hac materia quæstio, àn absentia appellantis à Regno,

gno, vèl eius contumacia ob delictum, sint iustæ causæ, illum restituendi, ad prosecutionem fatalium, quam excitant *Marcell. de Mauro allegat.* 100. *Iacob. Gall. conf.* 109. *num.* 1. *Thor. par.* 2. *compend. decis. verbo, fatalia àn quemadmodum.*

44 Hinc, prolata sententia S.C. qua cōdemnata fuit Ill. Principissa Marani, ad restituendum Marchioni Fuscaldi duc. quatuor mille, & propositis nullitatibus reiectis, Principissa, sub prætextu, quod tempore prolatæ sententiæ Messanæ reperiretur, secuta maritum Comitem Serbellonum, qui Messanam (vt ibi Gubernatorem ageret) profectus fuerat, propterea tanquàm absens, causa Reipublicæ, aduersùs sententiam restitui postulauit. Et triplici ex causa, non

45 fuisse locum petitæ restitutioni, strenuè defendebat *D. R. de Marinis*, dùm partes Marchionis tuebatur, ipso teste, *lib.* 2. *quotid. resol. cap.* 249.

Primò, quia quatriēnium à Iustiniano, ad petendam restitutionem, præstitutum, elapsum fuerat: Secundò, quia priuati commodi causa maritus absuerat: Tertiò, quia Aduocatos, & Procuratores reliquerat, à quibus, dùm abesset, validissimè defendebatur.

46 Et primò, illud quidèm constat, non sempèr hoc bebeficium restitutionis peti posse, sed statutum fuisse à Iure Ciuili tempus, quod, si labi, patiatur, is, qui restitui, vult, amplius audiri non possit; *Voluerunt enim Iura Ciuilia* (vt inquit *Sfortia Odd. de restit. q.* 19. *art.* 1. *num.* 2.) *Quòd non perpetuò posset læsus conqueri de læsione, & hoc restitutionis beneficium implorare, sed vsquè ad præfinitum tempus.*

Vndè veteri iure ad restitutionem petendam, annus vtilis præstitutus erat: Deindè *lege Constantini* sublatus fuit in causis restitutionum vtilis annus, & inducta fuit locorum differentia, vt Romæ quidèm, àc intrà centesimum milliarium Vrbis quinquennium continuū esset, in Italia quatriennium, in reliquis Prouincijs trienniūm, vt patet ex *l.* 2. *Cod. Theodosiani, de in integr. restit.* & tradunt *Iacob. Cuiacius lib.* 2. *obseru. cap.* 18. *& in paratlitis in Cod. tit. de tēpor. in integr. restit. & Hosualdus Hilliger. ad Donell. lib.* 21. *comm. iur. c.* 10. *lit. L. in not.*

Demùm, *Iustinianus* substulit etiàm hanc locorum diuersitatem, & pro vtili anno in omnibus locis quatriennium continuum substituit, *l. fin. C. de tempor. in integr. restit.* quam Constitutionem etiàm in maiorum restitutione obtinere, *Iustinianus* iussit *ibid.* vt communitèr sentiunt *DD. in d. l. fin. Sfortia Odd. de restit. par.* 1. *q.* 19. *art.* 3. *num.* 7. *Gomesius var. resol. de restit. minor. nu.* 7. *Cancer. tom.* 2. *de restit. minor. n.* 232. *& seq. Donell. lib.* 21. *comm. iur. c.* 10. *pag.* 512. *Duaren. ad dict. tit. de tempor. in integr. restit. in princ. pag.* 153. *Cuiac. in paratl. in Cod. eod. tit. Mysing. obser.* 51. *cent.* 1. alijq; passim.

47 Incipit autèm currere hoc quatriennium, in minore, à die, quo maior factus est, in maiore, à die, quo absentia cessauit, vel aliud impedimentum, quod restitutioni causam dedit, *Hosuald. Hilliger. d. lib.* 21. *comm. iur. cap.* 10. *lit. T, in not. Duaren. in eod. tit. de tempor. in integr. restit. pag. mihi* 155. Nàm in maiore illud tantùm tempus subducitur, quo quis publica causa absuit, vel alio legitimo impedimento occupatus fuit, *d. l. fin.* §. 1. *C. de tempor. in integr. restit.* & clariùs *in l.* 3. *Cod. de dol. mal.* ijs verbis, *Non possunt abesse tibi tempora, quæ in actione de dolo solent computari, quibus Reipubl. causa (vt allegas) occuparis, sed exindè incipiet tibi tempus cedere, ex quo muneribus liberatus, facultatem agendi intrà præstituta tempora caperis obtinere.* At in themate proposito esse elapsum quatriennium à die quo Principissa Neapolim reuersa est, dicebatur.

48 Et obici, non esse computandum illud tempus, quo de nullitate sententię disceptatum fuit, respondebat *D. Reg. de Marin. d. cap.* 249. *num.* 4. quòd cùm Principissa in discussione nullitatum

succubuerit, vt ipsius damno tempus elapsum sit, ex notabili doctrina *Bartoli in l.2. §. non solùm, ff. ad Tertull.* quam secutum est Sacrum Consilium, apud *Reg. Rouitam in prag.16. ex n.2. de ordin. Iudic. & in decis.*18.nècnon aliam similem decisionem, refert idem *R.de Marinis lib.1. quotid.resol.c.*330. quem laudat *Gizz. ad Capyc.Latro decis.96. n. 13.* & aduertit idem *Reg. de Marin. ad Reuerter.decis.*578.*post n.3. vers.vlteriùs.*

Imò in proprijs terminis, si minor dixerit de nullitate alicuius contractus, & in causa nullitatis succubuerit, non posse eum deindè petere restitutionem in integrum, si, pendente iudicio nullitatis quatriennium elapsum sit, probauit *Thomas Gramm. in cons.ciuil.* 123. *num.*3. & 4.

49 Secundò, illud etiàm certissimum est, non sufficere quamcunquè absentiam, ad restitutionem petendam, sed oportere, vt qui petit restitutionem, ex vrgenti aliqua necessitate absuerit, vt scribit *Sfortia Odd.de restit.in integr. p.1. quæst.6. art.1. num.2, vers.Et ego. Restitutiones omnes* (ait ipse) *quæ maioribus conceduntur, ex eo conceduntur, quia necessitate aliqua irreparabili impediti, rebus suis superesse non possunt:* Hinc *Vlpianus in l. sed etsi, 26. in fin. ff. ex quib. caus. maior. Generalitèr* (inquit) *quotiescunquè quis ex necessitate, non ex voluntate absuit, dici oportet ei subueniendum.* Et idem *Vlpianus in l.Reipublicæ,36.ff.eod.* eos tantùm dicit Reipublicæ causa abesse, qui coacti discesserunt, ibi, *sed coacti absunt.* In ijs igitur hæc restitutio habet locum, qui ex necessitate, qui coacti discesserint, qui etsi voluissent se excusare, tamèn collatum sibi munus detrectare Reipublicæ causa non possent,

At verò in illa specie, nulla necessitate coactum Comitē Serbellone Messanam profectum esse, Principissa addebat, & leges prohibere, eum posse hac restitutione vti, qui non coactus, sed volens profectus fuerit, & rei priuatæ magis, quam publicæ causa, quod disertè duobus in locis cautum legitur, scilicèt *in l. reipublicæ* 36. & *in l. non verè,* 24. *ff. ex quib. caus. maio.* quæ iura adduxit *D.Reg.de Marin.loc.cit.* Vndè *Gottofred.ad d.l.reipublicæ lit.T.* notat, *Non dicimus, eos abesse Reipublicæ causa, qui non necessitate, sed commodi sui causa absunt:* Et *Paulus de Castr. in l.1. ff. ex quib. caus. maio.* (vbi dicitur legatos quoquè ciuitatum haberi pro absentibus Reipublicæ causa) negat, cū dici posse absentem, causa Reipubl. qui procurauerit, & affectauerit legationem, *secus* (ait) *si data opera, & procurata ambasiata, l. & qui data, 5. ff. ex quib. cau.maio.* Etenim affectatum munus nemini prodest, vt probat *Duarenus ad tit. ex quib. caus.maio.* ex *l.2.§.vlt.ff.si quis caut. l. spadonem, § fin.ff.de excus. tut. l.1. C. qui mil.poss.lib.*12.& conferunt exarata à *Præside de Franch. dec.* 286.*n.*5. quā *decis.* expendit *Ind.Frāc. Mar. Prat.lib.1. discept.for.c.*20. *n.*20.

50 Et tādèm dicebat *D. Reg.de Marinis add. cap.*249. *nu.*6. non esse illam restituendam, licèt absentem causa Reipublicę, quia procuratorem reliquit, & defensa fuit, ex *l.fin. ff.de in integr. restit. & in l.is,qui,39.ff.ex quib. caus. maior.* & addo *Consil.Staiban.resol.forens. cent.1. resol.66. num.*15.

51 Aduersùs tamèn adducta à *Dom. Reg. de Marinis* iudicatum fuit, quamuis enim fuerit Principissa exclusa à petita restitutione à Spectabili tūnc S C. Præside, Andrea Marchesio, sub die 9. Aprilis 1646. à quo prouisum fuit, vt Causæ Commissarius iustitiam faceret, fuit tamèn admissa à Collaterali Consilio, die 13. Maij 1647. & decretum, quod de supplicatis, & replicatis, Commissarius relationem faceret in S. C. tandèmq; S. C. scito prouisum fuit, esse locum, & esse deferendum petitæ restitutioni in integrum, die 27. Nouembris 1660. *referente Domino Consiliario, D.Thoma Carauita.* In banca Clauelli. ex *tex.in cit.l.1.ff.ex quib.caus.maior. in fin.* quo *textu* freti sic scripsere *Sforz. Odd.*

Odd.par.1. q.11. art.5. per tot. R. Marcian. lib.1. disp.19. n.12. Consil. Arias de Mesa lib.3. var. resol. cap.44. n.19. & 23. ità decisum subnectens.

52 Et de lapsu quatriennij dicebatur, illud non currere prò tempore, quo læsio est in suspensò, àc certitudinariè non contingit, vt tradit ex pluribus *Sfort. Odd. cit. tract. de restit. in integr. p.1. q.20. art.6.* àc proindè, si à prima sententia fuerit appellatum, ex quo, appellatione pendente, Reus non est certus, àn illa sit confirmanda, vèl reformanda, & certus de læsione illata, hoc quatriennium currit, non à die primæ sententiæ confirmatæ, sed à die sententiæ confirmantis, prout decisum apparet per *Rot. Rom. dec.2. de rest. in integ. in nouis*, & in proprijs terminis docet idem *Odd. d. p.1. q.20. art.7. num.73.*

53 Ampliùs, Principissa dicebat, ipsius absentiam fuisse necessariam, non voluntariam, tenebatur enim virum suum concomitari, quocumquè iuisset, aliàs mortalitèr peccaret, *text.* est *in cap. vnaquaquè, 13. q.2.* nèc poterat priuare illum copia sui corporis, vt dicit *Cyn. in l.1. C. de vxor. milit.* àc propterea vxoribus Militum restitutionem competere, statuit *tex. in d. l.1.* quarè cum absentia fuerit necessaria, in integrum restitutionem non esse denegandam, per *text.* expressum *in d. l. sed, etsi per Praetorem, 26. §. fin. in fine, ff ex quib. caus. maior.*

54 Præterea, absentia Comitis reputanda erat causa Reipublicæ, non voluntaria, abfuit enim causa magistratus, cui, certum est, competere restitutionem, per *tex. in l. si cui, 38. cit. tit. ff. ex quib. caus. maior.* & latè per *Odd. p.1. q.6. art.10. num.34.* & videndi ad materiam *Castill. dec.105. sub num.92. Mastrill. dec.173. num.17. & 53. Amat. resol.46. num.4. lib.1. var. resol. Altamiran. in rub. de fil. official. cap.4. num.42. Reg. Capyc. Latro dc.102. lib.1.* atquè ideò eandem restitutionem competere vxori, palàm fit, ex *tex. in d. l.1. & 2. C. de vxor. milit.*

55 Occurrebat insupèr tertio obiecto, restitutionem, nempè, competere absenti, qui reliquit procuratorem, à quo legitimè non fuit defensus, vt, ex *tex. in l.1. §.1. & l. item ait Praetor, ff. ex quib. caus. maior.* latè fundat *Odd. par.1. quaest.29. art.2.* quam restitutionem concedi, nulla facta discussione procuratoris, àn sit soluendo, tradit idem *Sfort. Odd. d. quaest.29. art.40. à num.14.* signantèr *sub nu.15. vers. si autem Dominus*, quicquid sit, quando ex æquitate clausulæ generalis, *Si qua mihi*, & ex causa à Iure nò expressa, alteri subuenitur, & ratio diuersitatis assignatur, quia quando subuenitur ex æquitate à Iure non expressa, nunquam succurritur, nisi in subsidiū, àt quando restitutio est concedenda proptèr absentiam probabilem, & necessariam, tùnc restitutio conceditur personæ propter illam causam, etiàm si procuratorem nò dimisit, vt dicit *tex. in cit. l. sed etsi per Praetorem, §. item nequit, ff. ex quib. caus. maior.* atquè ideò non est deneganda restitutio prædicta, quando procuratorem dimisit, nè plùs noceat diligentia, quàm negligentia, contra *tex. in l. fin. §.1. C. de alluuion.*

56 Et tandèm, concludebat notoriè cōstare de iniustitia prolatæ sententiæ, quæ omninò attendi debet ad obtinendam in integrum restitutionem, teste eodem *Cons. Arias de Mesa add. cap.44. num.24.* & obseruat *Iud. Franc. Mar. Prat. obser.93. num.15.*

Quod verò domino noceat regularitèr procurator, si appellare non curauerit, non quidèm expressè renunciando appellationi, certum est, & hanc admittunt distinctionem *Grat. dec. March. 79. num.1. Mohed. decis.3. de appellat. Iaffredd. Lanfranch. Balb. decis.135. Ioann. Gall. intèr dec. diuers. q.278. Papon. lib.19. tit.5. arrest.8. & tit.41. arrest.1. Christin. dec. Belgic. 17. num.9. tom.1. & dec.107. num.17. vol.2.* & determinauit Rota Romana *in Salutiarum pensionis, 14. Nouembris 1616. coràm Verospio*, cuius meminit *Beltram. ad dec. Ludouis. 573. nu.13. de Franch.*

decis.

*dec.*579. *Riet.collec.dec.*410.*Thor.p.*1. *compēd. dec.verbo, Procuratores àn possint, Gaballin.* quoquè admittit secundam iàm relatam partem dictæ distinctionis, nulla prioris mentione facta, *milleloq.* 978. cum verò prouocare omisit, liceat nè principali, & à quo
57 tempore, appellare, & quando actio cōpetat contrà illum, siuè dolosum, siuè negligentē, explicāt *Cancer.p.*2.*var. resol.c.*14.*ex n.*25.*de appell.Ramon.cōs.* 41.*num.*8.*Aloys.de Leo in Auth.ei, qui, num.*6.*C.de tempor.appell.Guid. Papaus dec.*436. *num.*88. *Affl. dec.*344.*Capyc. dec.*139.*Amat.dec.March.*37.*num.*14. *Boer. dec.*285.ex *num.*9. *Giurb. dec.*8. *num.*46.*Mohedan.dec.*78.*p.*2.*Gratian. discept. forens.*364.*nu.*16.in simili *Fab. de Ann cons.*98.*ex num.*10.& latissimè *Fontanell. dec.*196. 197. 198.199.*p.*1.
58 Propterea, non licere procuratori nominationem factam in aliqua causa, pro examinādis testibus sui principalis, iuxtà formā traditā à *prag.*7.*de ord.Iud.* renūciare, itaùt, renunciatione non obstante, possit principalis illa vti, iudicauit S. C. in causa D.Principis Buteræ, D.Federici Columnæ, cum D.Marchione Arenarum, *referente D. tùnc Consiliario Reg.Hectore Capyc.Latro*, sub die 25. Iunij 1640. in Banca nùnc de Vendicto, de quo testatur *Gizz. ad Capyc. Latro dec.*59 *num.*11.*lib.*1.
59 Quam decisionem ipse, & *D.Ioseph. Carissimus*, vir apprimè doctus, sequuti sumus, die 9. Augusti 1662. qui Iudices, & arbitri ad dissensiones extinguendas, quæ inter DD.Marchionē delli Munti, & D.Domenicū, & alios de Morra intercedebant, ex Eccell. Proregis mandato, & rescripto, per scriptorium expedito, sub die 20. Iunij 1662. coràm D. Cons. D.Didaco de Soria Morales, sedimus, vt ex actis, penès Iacobum Persicum, Actuarium assumptum. Cuius D.
60 Consiliarij decora, atquè ornamenta tanta sunt, quanta nequeas celebrare, cum velis; quidquid in eo est, quod certè maximum est, ùt sibi omnem gloriæ segetem exhausit, ità nobis non nisi, quæ suspiceremus, reliquit. Id vnum nèc omittere possum, nèc debeo, nimirùm, dignitates omnes, quibus in virtutis proemium fuit ornatus, illustriores ab illo euasisse, quàm eum illustrem reddidisse. Etenim post doctoratus insignia in pueritia adepta, Regius illicò prò fisco Aduocatus Montis Fusci Prouinciæ præfuit, Deindè nutu omninò, atquè arbitrio Regis D.N. Consiliarius electus sub die 21. Feb. 1654. Prouincias Mōtis Fusci, & Salerni primùm vti Præses, tùm Capuam gubernauit, & totius Regni Campaneę Cōmissarius fuit Generalis. In præsentia demùm Regentis Vices in M.C.V. iterùm obtinet, quod munus, omnium admiratione, àc pari gloria tractat, quem tamèn propediem euectum ad sublimius dignitatis fastigium, & in ipsa honorum, vertice collocatum cernere, vehementèr velim.
61 Cæterùm, procurator quamùis ad certam causam, & simplicitèr constitutus fuerit, appellare potest, *l. inuitus, Cod.de procurat.cap.non iniustè, eod.tit. Præpos. in cap. Nicolao, num.*11. *de appellat.& Puteus decis.*272. *lib.* 1. quin,
62 etsi mandato careret, ad substituendum, posset nihilominùs substituere ad ap-
63 pellandum, restè *Roman.sing.*508. Appellationem verò prosequi, iàm dictus Procurator nequiret, ex eadem *Putei decisione, & decis. Rota* 21. aliàs 2. *de procurat. in nouis*, si namquè, lata sententia, cessat instantia, ex *decis.*854.*lib.* 3. *par.* 3. *diuers.* igitur statim àc sententia prolata est, desinit esse procuratorneque ampliùs irà reputatur, *Mohedan. decis.* 6. *de procurat.* quamùis, & constitutum censeri, etiàm ad appellationem prosequendam, scripserit *Ant. Faber, de procurat.definit.*17. Quod si in mandato addita reperiatur dicta clausula, & appellationem prosequendam, vtiquè procurator citrà dubium quoquè esset in instantia appellationis; Non secùs, àc, & deputatus ad omnes causas præsentes, & futuras, quod aliorum fultus auctoritatibus docet *Franciscus Turzanus intèr communes opin.*

lib.

lib. 14. *verbo*, *Procurator ſimplex*, & *Franc. Marc. deciſ. Delphin.* 69. *par.* 2. *Put.ead.deciſ.* 272. *lib.* 1. demùmq; *Rebuff. in conſtit. Franc. tit.de domic.elect. art.* 1. *Gloſ.* 1. *num.* 27. *tom.* 3. Sèd quid in ſubſtituto à procuratore, vide *Puteum deciſ.* 345. *lib.* 1. In caſibus verò in ſuperioribus relatis, in quibus dicitur etiàm conſtitutus pro appellationis inſtantia, certè clientis iura tueri poterit, ſi voluerit, non inuitus cogi, *eodem cap. non iniuſtè, àc eadem l. non inuitus*, conſtatquè ex notatis per *Hieron. de Ceuall.* confusè tamèn loquentem, *in q.* 597.

64 Procuratorium verò mandatum genericum, complecti lites dumtaxàt motas, opinatur, idem *Papaus ſingul.* 749. & restrictionem annectit *Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſ.* 137. *Caputàq.* tamèn cenſet, etiàm mouendas amplexari, *de-*

65 *ciſ.* 392. *par.* 2. ſuſceptam verò proſequi litē cęptā, recuſare nequit pro hęrede, eodē *Fabro* teſte *defin.* 18. *de procur. in Cod. Chriſtin. dec. Belg.* 108. *vol.* 2. ipſequè, alibi copiosè ſcripſiſſe, recordor, ad impugnandam cauillationem quorumdam procuratorum, ad dilatandum lites replicantium, nolle amplius interuenire in cauſa, eorum namquè paruipenſa reſpōſione Iudices, ad vlteriora procedere cum eiſdem procuratoribus, non omiſerunt.

66 De Procuratore autèm, ad Iudicium dumtaxàt declinandum conſtituto, & tamèn in principalis negotij cauſa condemnato, ſcribit idem *Fab. definit.* 16. cuius ſententia, ſi vera ſit, alibi copiosè diſcutiam, deciſionemquè adiungam, faciendam in cauſa nùnc ſuperindè vertente, Et de procuratore ad exigendum, àn cum eo procedi poſſit, loquitur lepidè *Thor. par.* 2. *comp. verbo, Procurator*, & nonnulla obſeruat *D. Reg. de Marin. ad Reuert. deciſ.* 474.

67 Et tandèm inquirit *Caranita in hoc num.* 13. nunquid Iudex appellationis teneatur citare Iudicem à quo, quod veniat, ad defendendum ſuum proceſſum, & negatiuè concludens, reſtrictiones adducit, addimus nos *Iodoc. in prax ciuil. cap.* 339. *Iul. Clar. lib.* 5. §. *fin. q.* 94. *verſ. quaro nùnc*, *Muſcat. in prax. par.* 2. *appell. Gloſ. intimare*, *num.* 10. *Viu. in ſylu. opin. commun. opin.* 413. *Caran.* adducentem, *Vezin. inter commun. opin. lib.* 7. *tit. de appellat. num.* 21. qui tradit, licere Iudici à quo, ſuam tueri ſententiam.

RITVS CCLXI.

VBi verò denūciatus velit litigare, & non componere cū Curia, vèl velit, modica pecunia, componere, tūc Curia procedit ad anteriora, raró tamèn venitur ad ſententiam ferēdam ex capitulis. ideſt ex officio, ſi tamèn venitur, tùnc in appellatione, ſi eſt condemnatoria, ſeruatur per omnia ius commune, & conſt. & cap. Regni. ſi verò eſt abſolutoria, ſiuè ex mero officio, ſiuè ex officio præcedente denunciatione, nunquam appellatur in aliquo caſu, licèt ipſa ſententia contra Fiſcum proferatur, ſiuè ſit confeſſus tantùm, ſiuè conuictus tantùm, & ità pridiè de præſenti Anno. 12. Indi. fuit in ipſa Curia ſeruatum, in ſententia abſolutoria lata pro Buſillo Brancatio, quí inquirebatur per ipſam Curiam, facta denunciatione contrà eum per Dominum Franciſcum Galeotam de Neapo.

SVMMA RERVM.

1 *Dictio, verò, cuius sit virtutis.*
2 *Compositio, nisi spontanea partis voluntas præcedat, admittenda non est, alioquin Iudex in syndicatu tenetur, & extorquere dicitur.*
3 *Fisco denegetur nè appellatio, & recursus, & quando.*
Quid in Curia Archiepiscopali Neapolitana.
4 *Fiscus in pœnis pecuniarijs, ex delicto, vel quasi, ortum habentibus, nullum ius sibi acquirit, nisi sequuta sententia.*
5 *Liquidatio Instrumenti, respectu pœnæ, est actio criminalis.*
6 *Vt possit quis appellare, necesse est, vt in Iuditio audiatur, & vt possit audiri, debet deducere interesse præsentaneum*
7 *Fisco, cui denegatur appellatio, eò fortiùs carenti actione denegatur recursus.*
Ius de futuro non est in consideratione.
8 *Fiscus hac in re vtitur iure priuati.*
9 *Ille in actionibus descendentibus ex pœnis non restituitur.*
10 *Habet causam lucratiuam in pœnis.*
11 *Vt competat recursus, requiritur notoria iniustitia, maiusq; grauamen in recursu concurrere debet, quam in appellatione.*
12 *Contrà Fiscum in dubio iudicandum.*
13 *Princeps fiscalibus lucris inhiens, maximam infert Reipublicæ calamitatem.*

1 DIctio, *verò*, siuè præcedentibus aduersetur, siuè antecedentes repetat qualitates, siuè illatiuè ponatur, siuè eorum aliquid non operetur, sed in alteram dictionem, *enim*, substituatur, siuè assertiuè ponatur, siuè inceptiuè, prout aliquo prædictorum modorum sumi, post *practicas qq. Canon.* docuit *Petrus Cined. sing.* 99. satis est omni in casu insinuare aliquid aliud de ea re in præcedentibus actum fuisse; ideòq; incongruè hoc in loco præsentem *Ritum* collocatum fuisse, iuxtà *Carau.* monitum in eius initio, credimus, tamètsi non hac suffulti ratione; In præcedenti siquidèm nulla prorsùs mentio fit de re, cuius in hoc *Ritu* est tractatio, sed vtiquè in *Ritu* 275. vt etiàm idem *Carau.* peroptimè refert, subdens, nimirùm, in vetustis codicibus præsentem *Ritum* annecti prædicto *Ritui* 275. esseque vnum, & eũdem *Ritum*, àc potiùs eiusdem *Ritus*, §. qui cõtinuat antecedentis materiæ tractationem, sicquè iàm relata dictio, *verò*, continuatiuè posita dicatur.

2 De compositionibus loquimur abundè in *Ritu* 272. & 275. aduertimus tamèn prædictis in *Ritibus* consensum, & remissionem querulantis requiri, vt compositio fieri possit; In præsenti verò additur, vt eiusdem accusati voluntas, & spontanea accedat, non vi, & violentia, tùnc enim à iure etiàm communi reijcitur, & nulla decernitur, teste *Farinac. q.* 5. *à num.* 15. eò quod extorsio potiùs, illicitaquè exactio, quàm compositio diceretur, *l.* 1. *Cod. si per vim, vel alio modo, l. extat, ff. quod met. caus. & l.* 1. *àc* 3. *ff. ad l. Iul. repetund.* ità quod Iudex si coegerit ad componendum, communitèr sit receptum, teneri restituere pecuniam in syndicatu, teste *Ghirlardo in tract. de relaxat. carcerat. tit. de pœnis compos. q.* 1. *num.* 4. Inuehit propterea *Campagn. in cap. Itèm quod prædicti Iustitiarij, num.* 17. & 18. contrà Præsides, qui defatigant carceratos in carceribus, & quandoquè ad alios carceres transmittũt, pro compositione facienda, & hoc casu extorquere, dicuntur *Capiblanc. in prag.* 6. *num.* 11. *de Baron. to.* 1. quando verò dicatur metu facta, si carceribus mancipabatur, qui ad illam fuerit admissus, enodat *citat. Farin. ead. illa q. n.* 17. & quid si facta fuerit ab habilitato per palatium, resoluas ex traditis per *Ricc. decis. Cur. Archiepiscop.* 226. *par.* 2. & *decis.* 117. *p.* 4. nècnon *collect.* 2571. *par.* 7. *Nouar. q. forens.* 138. *p.* 1.

3 Verba insupèr *Ritus, contrà Fiscum proferantur*, ostendunt non licere fisco ap-

appellare, quam reſolutionem probat etiàm *Rit.*258. vbi notauimus, attento Iure Rituum, & vniuerſalis conſuetudinis, vt obſeruant etiàm *Ludou. dec.* 1. *num.*47. *&* Ricc. *collect.* 3517. vtiquè verò inſpecto iure communi, cui quidem inhæret Ritus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, cuius ſanctione admittitur appellatio, interpoſita ab illius Fiſco, *Genuenſ. in prax. cap.*45. *Ricc. deciſ. eiuſdem Curiæ* 81. *par.* 2. *& collect. deciſ.*3861. *par.*8. *D. Franciſc. de Magiſtris in ſylu. Eccleſ. par.* 2. *lib.* 1. *tit.*10. *cap.*2. *num.*28.

Hinc, cùm Antonius Rinaldi in anno 1661. vti procurator Virginię Baccaro vendidiſſet D. Nicolao Palumbo quodam feudum pro ducatis quatuor mille, ſoluendis quandocumquè, & interim promiſiſſet, correſpódere annuos ducatos biſcentum octuaginta, ſolutio capitalis fuit promiſſa Virginiæ abſenti, nemine pro ipſa acceptante, ſed tantùm tertiarum ſolutio pollicita fuit Antonio prædicto præſenti; Expedita itaq; inſtante Antonio, citatione ſupèr tenore inſtrumenti pro ſumma tertiarum, & capitalis ducatorum quatuor mille, M.C.V. ex officio, viſo inſtrumento, decreuit, quod Nicolaus *rectiùs citetur*, factaq; relatione in S.C. M.C.V. ſcitum confirmatum fuit.

Aduersùs quam determinationem, prętendente Regio Fiſco, ſibi competere recurſum, & obtenta Regia decretatione, de verbo faciendo, ad finem prædictum, dicebam ipſe, illum ipſi non competere.

4 Etenim, Fiſcus in pœnis pecuniarijs ex delicto, vel quaſi, ortum, habétibus, nullum ius ſibi acquirit, niſi ſequuta ſententia, *l. ſi qua pœna, ff. de verb. ſignificat. l. eius qui, ff. de iure fiſci, l.*3. *§. idem ſcribit, ff. de peculio, l. aliud eſt, §. intèr multum, ff. de verb ſignificat.* vndè magiſtralitèr dixit *Bald. in l. fin. num.*9. *C. de fructibus, & litium expenſis*, quod antè ſententiam, Fiſcus non dicitur creditor, nèc habet actionem, idem *Bald. in l. aduersùs, C. de furtis, Peregrin. de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 2. *Boſſ. in tract. de fiſco, num.*31. *Neguſant. de pignoribus, & hypothecis,* 2. *par. memb.*4. *nu.*115. *Caſſaneus in Conſuetudinibus Burgundiæ, tit. de confiſcationibus, rub.* 2. *num.*8. *Petrus Foller. in fragmentis, poſt practicam, tit. de iniurijs, num.*140. *Bertaz. conſ.*163. *num.*3. *lib.*1. & deducitur ex *tex. in l. iudiciorum, ff. de accuſat.*

5 Hoc iacto fundamento, addebam, liquidationem inſtrumenti reſpectu pœnæ, eſſe actionem criminalem, *Reg. Capyc. Latro dec.*45. *num.*23. *&* 30. *& dec.* 58. *num.*9. *Reg. Sanfelic. dec.*184. *nu.*9. *Praſ. Merlin. lib.*2. *controuerſ. cap.*24. *num.*16. & nos ipſi pluriès in his noſtris *Coment.* inſinuauimus, & propter-reà non licere fiſco antè liquidatione. Imò poſt duo decrèta conformia M. C. & S.C. lata contrà partem principalem, petere recurſum, cui nulla cõpetit actio antè condemnationem.

6 Porrò, ad hoc vt quis poſſit appellare, neceſsè eſt, vt in iudicio audiatur, & in hoc caſu, vt poſſit audiri, debet deducere intereſſe præſentaneum, & non ſecundariò, & illud ſecundariò poteſt ſtare duplicitèr, aìt quia ex nùne adeſt intereſſe, ſed exequutio retardatur per exiſtentiam alterius, & tùnc ſi ſit audiendus, vèl nè, altercatur inter DD. aùt intereſſe dependet ex futuro euentu litis, & tùnc non admittitur ille tertius, nèc in iudicio, nèc ad appellandũ, *Scacc. de appellat. cap.*2. *quæſt.*5. *num.* 73. *&* 74. *Dom. Rouit. dec.* 1. *num.*38. *Giurb. dec.*8. *Staib. to.*2. *reſol.* 142. *Prat. lib.*1. *diſcept. forenſ. cap.* 11. *num.* 35. Regio Fiſco igitur carenti actione pro pœna pecuniaria, antè ſententiam appellatio non competit, *ad tex. in l.* 1. *C. de arbitr. Bolognett. in l. nemo poteſt, ff. de leg.* 1. *num.* 168.

7 Si Fiſco in Regno denegatur appellatio, etiàm vbi habet actionem, *Gram. dec.*14. vigore huius *Rit.* & alterius 258. *de Franch. dec.* 148. *n.*1. *&* 467. *num.* 6. *Guazzin. de confiſcat. bonorum, concluſ.*30. *n.*23. & hoc procedit de conſuetudine totius Italiæ, *Scacc. de appell. lib.*3. *cap.*2. *quæſt.*17. *lim.*49. & notauimus in hoc *Ritu, ſub num.*3. & latiùs in

in *cit. Ritu* 258. tanto magis eidem erat denegãdus recursus, quãdo caret actione, & ius nullum habet, optimè *Vinius decis.* 378. *num.* 7. *Affl. in constit. Regni Si quis in posterum, num.* 70. *Foller. in pragm. fin. de compositionibus, n.* 103.

8 Ratio inconcussa est, quia Fiscus hac in re nullum habet priuilegium, sed vtitur iure priuati, *Belluga in speculo Princip.* vbi *Borrell. rub.* 5. *in verbo, Iure priuati,* idem *Borrel. de praestantia Reg. Catthol. c.* 62. *n.* 84. *Boss. de Principe, num.* 65. *Reg. Galeota controuers.* 1. *lib.* 1. *num.* 30. priuilegia enim habet in casibus à iure expressis, *l. idem, ff. de compensat. l. cum vitiosè, ff. de pignoribus, l. de contractu, C. de rescindend. vendit. l. iustos, C. de iur. fisci. lib.* 10. *Couarr. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 16. *Peregrin. de iur. fisci lib.* 6. *cap.* 1. *Gloss.* singularis *in l. itèm veniunt, §. ait Senatus, in verbo, in publica, ff. de petit. haredit. Noguerol. allegat.* 29. *num.* 115. *Caball. casu* 203. *num.* 10. *tom.* 2. Immò se conformat cum dispositione iuris communis, *l. placuit, ff. de iure fisci, l.* 1. *C. de conductor. & procurat. lib.* 11. *Sola in Cõstit. Sabaudia tit. de reo, Glos.* 7. *num.* 4. si igitur non aliter, quam priuatus iudicandus est, si sua non interest primariò, quomodo poterat recursum petere?

9 Rursùs, dato, quod aliquid possit Fiscus prætendere, vti tertius (quod expressè negabamus) nonnè decretum M. C. fuit confirmatum per S. C. loco appellationis, si recursus habet vim appellationis *Reg. Rouit. dec.* 14. *num* 3. *D. Reg. Capyc. Latro decis.* 161. *tom.* 2. *num.* 345. *Marant. in suo spec. par.* 6. *nu.* 11. & 12. iàm appellatio expedita est, & confirmatum decretum M. C. vndè recursus est denegandus, quia concederetur restitutio in integrum, tempore, quo Fiscus in actionibus descendentibus ex pœnis, non restituitur, *Boss. in tit. si aduersus rem iudicatam restitutio postuletur, Petrus de Bellapertica, & Cyn. in l. respublica, C. ex quibus causis maiores, Caualcanus de brachio Regio, par.* 4. *num.* 203. *lit. E. Cephal. cons.* 505. *lib.* 4. *num.* 42. *Guazzin. de defensionibus reorum, defens.* 36. *cap.* 14. *num.* 5. *Bertazzol. cons.* 195. *lib.* 4. *num.* 1. *Sforza de restitutione in integrum, par.* 3. *num.* 85. *Vulpell. cons.* 41. *num.* 3. *Bald. in addit. ad Speculat. in tit. de accusa. vers. quid si Iudex.*

10 Hocq; ea ratione tuetur, quia Fiscus habet causam lucratiuã in pœnis, *l. commissa, ff. de public. & vectigal. Cin. & Alberic. in l. penult. C. ad l. Iul. Maiest. Laderchius. Immolens. cons.* 6. *num.* 20. *Valenz. cons.* 39. *num.* 57. *lib.* 1. *Thomas Gram. vot.* 10. *num.* 30. & cum certat de lucro, contrà ipsum iudicandum est, *Baetius de decimis tutorum, cap.* 9. *num.* 5. *Cranett. cons.* 6. *n.* 128. *Alciatus cons.* 167. *nu.* 9. *Belluga in spec. Princip. rub.* 33. *§. rem non nouam, num.* 26. meritò non restituitur, *Bertaz. cons.* 438. *num.* 1. *lib* 2. *Guazzin. quo supra, Vulpell. dicto cons.* 41. *& Vinius d. decis.* 378. *nu.* 8. quod etiàm procedit, si Princeps sit minor, adhùc non restituitur, *Bodinus de republ. lib.* 1. *cap.* 8. *Affl. dec.* 340. *Boer. decis.* 265.

11 Et tandèm, notabamus, quod recursus competens Fisco, hoc in casu non militaret, quia deberet constare de notoria iniustitia decreti, ad hoc vt esset locus recursui, talitèr quod iustitia Fisci aliqua probabili ratione offuscari non posset, & non alitèr, vt scripserunt *Honded. cons.* 27. *num.* 42. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 345. *num.* 46. *Farinac. cons.* 85. *num.* 148. *Mastrill. dec.* 158. *par.* 2. *num.* 26. & requiritur maius grauamen in recursu, quam in appellatione *Dom. Marchio Belmõtis, R. Tap. de iur. Regni, lib.* 3. *tit. de sententia in script. proferend. n.* 40. *Danza in suo tract. de pugna Doctorum, tom.* 1. *de officio Fisci, num.* 38. *&* 39 & diximus *in cit. Rit.* 258. & ità distinguit *Nouar. de grauam. vassallor. to.* 2. *grauam.* 162. latè *Minad. decis.* 27. vbi *Flam. Monac.* dicit, quod grauamen debet esse notorium, & quod decre-

12 tum nullarenùs substineri possit, cùm contrà Fiscum in dubio sit pronunciãdum, *Caball. cas.* 59. *num.* 20. *&* 21.

Et

13 Et Princeps ſempèr contrà Fiſcum iudicat, nàm Fiſcalibus lucris inhiens, maximam infert reipublicæ calamitatem, vt notauit *Couar. lib.1. variarum, cap.16. in princip.* vndè ſcripſit. *Iulius Capitolinus*, quòd *Marcus Antonius Philoſophus Imperator*, in cauſis compendij iudicans, *Fiſco nunquam fauit*, & ſequitur *Marot. reſponſ.8. num.63. Alciat. lib.8. parergor. cap.6. de benedict. in cap. Raynutius, verbo, Mortuo, itaquè teſtatore, 1. par.2. num.143. pag.143. Eutropius, lib.11. rerum Roman. Bonadill. lib. 2. Politic. cap.2. num.40. Cabed. 2. par. deciſ.81. verbo, Fiſci cauſa, Simanc. de Cathol. inſtit. tit.9. ex num.52. P. Fragoſ. de regim. Reipubl. tom.1. par.1. lib.7. diſp.23. §.3. num.70. & 71.*

RITVS CCLXII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod quando aliqua cauſa deuoluitur ad eam, remedio appellationis, ſiuè ſit ciuilis, ſiuè criminalis, & ſiuè ſit deſerta poſtmodum, ſiuè pronunciatum per ipſam tacite, vèl expresſè: confirmando ſententiam, vèl retractando nullam; ſempèr exequutio fit per ipſam Curiam, & non per aliquam aliam, niſi Rex aliud demandaret,

SVMMA RERVM.

1 *Nullo ex vſu eſſent aliquo morbo laborantibus, de curandis corporibus, præcepta, niſi imperata pharmaca propinent.*

2 *Eodem modo, litigantibus accideret, ſi lata Iudicis ſententia, & cauſa indicata, non perficerentur.*

3 *Rectè per hunc Ritum rei conſultum eſt, cum idem Iudex, & lator, & executor ſit ſententiæ.*

4 *Maximè cordi Iudices habere debent, quamcitiſſimè litibus optatum finem imponere.*

5 *Procraſtinatio æquè debitores, & creditores afficit detrimento.*

6 *Certiſſimi iuris eſt, ſententias in res iudicatas tranſactas promptè exequi debere.*

7 *Sententiæ exequutio, cuinam potiùs competat priori, àn appellationis Iudici, attento iure Rituum, communi, & ſtylo aliarum Curiarum, àc illius liquidatio ad quem ſpectet.*

Quo ordine ſit facienda executio ſententiæ, & illius ius executiuum quanto temporis curriculo præſcribatur.

8 *Iudex exequutor ſententiæ latæ ab alio Iudice, nùm poſſit de illius viribus cognoſcere.*

9 *Iudex ſecularis quando teneatur exequi ſententiã eccleſiaſtici, & è contrà.*

10 *Iudex requiſitus prò exequutione ſententiæ alterius Iudicis, cognoſcere valet de exceptionibus, quæ verſantur circa res, & poteſt capturam nullam reuocare.*

11 *Iudex, vbi ſunt bona condemnati per alium Iudicem, poterit nè ſententiam talem exequi, ſine literis requiſitorijs illius.*

12 *Regula, quod ſententia, quæ in rem iudicatam pertrãſiit, exequatur, multis in caſibus reſtringitur.*

13 *Potiſſimùm, ſi re iudicata exiſtente, aùt, deſerta appellatione, victor aliquid attentaſſet, ſibiq; nocuiſſet.*

14 *Illius exequutionem impediant nè inſtrumenta nouitèr reperta.*

15 *Vèl exeptio falſitatis, & inſtrumenti falſi, latè inquiritur.*

16 *Quid ſi teſtes falſos eſſe, proponatur.*

Iſthæc falſitas teſtium quomodò probanda ſit.

17 *Atteſtationibus publicatis, non recipiendi sũt teſtes ſupèr eiſdẽ articulis, aùt contrarijs, niſi duobus in caſibus, qui adijciuntur.*

19 *Instrumento falso qui vtitur, quando censebitur etiàm fabricasse.*

20 *Falsi punitio, àc sententiæ rescissio intret nè proptèr solum vsum, àn etiàm probari debeat, fuisse testes cõrruptos.*

21 *Producens falsos testes, & scripturas falsas, àn duplici pęna mulctetur.*

22 *Alia ad materiam subnectuntur.*

23 *Sententiam ob falsos testes, & pecunia corruptos latam, qui allegaret, tenetur nè probare additam qualitatem de corruptione.*

24 *Illa sit nè valida, àn inualida eo ipso, quod falsitas pateret.*

25 *Restitutio precedere debeat exceptionem falsi, ostenditur.*

26 *Exceptio falsi quanto tempore duret.*

27 *Vter sit melioris conditionis absens, àn præsens.*

28 *Nonnulla de appellatione in Curijs Ecclesiasticis seruanda, summatim, indicantur.*

29 *Appellare, vigore Concilij Tridentini, à qua sententia liceat.*

30 *Nullitèr interposita appellatio non est admittenda.*

31 *Quando dicatur legitimè interposita.*

32 *Debet reuerentèr proponi coram Iudice.*

33 *Dùm perquiritur, et cognoscitur, si fuerit legitimè proposita, nequit superior interdicere processum ad vlteriora in causa coràm priori Iudice, cum alijs ad materiam.*

34 *Actorum transportationem esse de forma, probatur, ad cognitionem validæ appellationis.*

35 *Grauamen irreparabile, in tribus casibus consideratur, & qui isti sint, àc qua requirantur, latè declaratur.*

36 *Appellatio ab interloquutoria, non impedit processum, nisi, intimatis inhibitorialibus, statim verò à diffinitiua.*

37 *Sententia interloquutoria si feratur eodem die, quo fuerunt literæ intimatæ, vtra earum præsumatur præcessisse.*

38 *Paritate Iudicum confirmantium, & retractantium sententiã data, pro sententia iudicandum.*

39 *Renouationem venditionis, àn assensum in dubio, præsumatur, præcessisse, si eodem die renouatio, & assensus facta sint.*

40 *Renouatio venditionis feudi, requirit scripturam coram Notario, & testibus.*

41 *Appellatio, in qua non apparet de tempore, àn præsumatur interposita infrà decem dies.*

42 *Sententia, qua Iudex pronunciat, appellationem esse desertam, sit nè interlocutoria, àn diffinitiua.*

43 *Ab huiusmodi sententia, àn detur appellatio.*

1 NImirùm nullo ex vsu essent febri, aùt alio quouis morbo laborãtibus de curandis corporibus præcepta; nisi, & quod iubetur ipsi præstent, atq; imperata pharmaca propinent. Eodem
2 prorsùs pacto, prò eo quod sentio, litigantibus accideret, si lata Iudicis sententia, & causa adiudicata non perficerentur. Nihil enim antiquius est contendentibus, vtpotè multis incommodis fatigatis, nimioq; sumptu, vt ità dicam, exhaustis, quàm rei iudicatæ executio; Nihil enim auidius præstolantur, quàm causæ exitum; Nihil acerbius ferunt, quam eiusdem procrastinationem.

3 Quamobrèm rectè per hunc Ritum rei consultum est, cum idem Iudex, & lator, & executor sit sententiæ; Enimuerò id sibi maximè Religioni ducere Iudices debent, moram scilicèt in expediendis causis interponere, atq; eas differre, àc procrastinare, non sinè summo contendentium incommodo. Quibus si sempiternæ vitæ salus curæ
4 est, hoc in primis ipsi curare debent, vt quàm citissimè rebus optatum finem imponere, pacemquè inter litigantes conciliare, studeant. Nihil æquè, & creditores, debitoresquè afficit detri-
5 mento àc procrastinatio; Illos enim, quod, & frustrà tempus perdere, & diù sibi

ſibi debita carere pecunia; Hos autèm quod ſinant ſpe fęlicis euentus ductos maiores ſumptus facere (qui demùm mercede fraudentur) àc deindè cum cauſa cadant, grauiorem ſentire iacturam. Neq; ſuo dolore Aduocati, Procuratores, & alij Cauſidici demùm carebūt, cū animaduertēt, quod facili negotio in principio dirimi potuiſſet, quodq; facilè cum aduerſarijs conuenire, tamèn inani ſpe incitati, ad exitium rem perduxiſſe. Ideòq; ſeriò debitores hic monitos volo, vt etiàm, atq; etiàm cogitent, nè per ſummam ignauiam, quod initio ſoluere, recuſant, id poſtmodùm cum graui fœnore, & maiori impendio numerare cogantur.

6 Certiſſimi itaq; iuris eſſe, non ambigimus, ſententias, quæ in iudicatum pertranſierunt, omni poſthabito impedimento, exequendas eſſe, proptereà; debere exequi effectum, *l. minor viginti quinque annis, cui fideicommiſſum, ff. de minor.* alioquin vanè, incaſſumquè proferrentur, niſi earum exequutioni incumberetur, *cap. cum aliquibus, de re iudic. Gloſ. & DD. in rub. C. de exequut. rei Iudic. Specul. in rub. de exequut. ſentent. in princip. Io. And. in cap. vltimo, ꝑ ropè fin. de reb. Eccleſ. non alien. Epiſc. Campanil. in diuerſ. iur. Canon. rub. 11. cap. 13. num. 248. Cacheran. deciſ. Pedemontan. 129. Maynard. deciſ. Tholoſ. 52. lib. 4.* & ſcriptum reliquit *Ariſt. 6. Polit. cap. 8. Nihil prodeſſent de rebus iuſtis iudicia, aùt ſententiæ, niſi forent, qui eas exequutioni mandarent.* Eſt enim executio rei iudicatæ confirmatio, *Hartman. pract. quæſt. lib. 1. obſeru. 6. Herman. Vult. de iuriſprudent. Rom. cap. 32. lib. 2. Paris. conſ. 105. vol. 1. Nouar. deciſ. 224. num. 2.*

7 Hancq; executionem, ſiuè cauſa ciuilis, aùt criminalis ad M C. deuoluta, confirmetur, ſiuè reuocetur, vèl deſerta efficiatur, ſempèr faciendam eſſe ab ipſa M. C. ſtatuit præſens *Ritus*, cuius obſeruantiam hodiè ceſſare, poſt *Caran.* teſtatur *de Franch. deciſ. 510. ſub num. 7.* quamobrèm ſubintrat diſpoſitio Iuris communis, & videndum, cui competat, illo iure, exequutio ſententię, ſ. Iudici à quo, vel ad quem, & indubitabilis videtur reſponſio, in gratiam Iudicis confirmantis, per *deciſ. Præſid. de Franch. 335.* cui concinit altera *Carthar. 10. de Franchis* laudant *Epiſcop. Campanil. in diuerſ. iur. Canon. rub. 11. cap. 13. ſub num. 244.* & alter *Præſul Ricc. collect. 1464. par. 4.* & communem eſſe opinionem teſtatur, alios cumulans, *Luc. Petus in pract. capitolini fori, tit. de execut. rei iud. n. 13.* quinimmò, & cōmunē, & verā dicit *Veſtr. lib. 8. tit. eod. adducta, de executione rei iud. ſub n. 9. & 10.* & inibi *Granat. n. 31. Alex. in l. præcipimus, n. 20. C. de appell. Guttier. pract. qq. lib. 1. q. 97. & Farin. q. 34. n. 115.* quia agitur ex ſētētia cōfirmāte non ex confirmata, *l. furti,* vbi *Bar. ff. de his, qui not. infam. Reg. Reuert. deciſ. 443. num. 2, Alber. Galeot. in margar. cap. 25. nu. 2. Iodoc. in prax. ciuil. cap. 255. nu. 4. Donat à Fin. int. commi opin. lib. 7. tit. de re iudic. num. 23. Villalob. comm. opin. pag. 19. in paruis, n. 37. lit. A, Ioſeph Seſſe de inhibit. cap. 3. §. 5. Ruginell. de appellat. §. 11. Gloſ. 1. c. 2. ex num. 26.* tandèmq; *Muſcatell.* copioſiſſimè, cum diſtinctionibus loquens, *in prax. appellat. par. 3. Gloſ. reformando, ex num. 10.* vbi etiàm reſcribit formam verborum, quibus vti debent ſuperiores Iudices, cùm prolatas à priori Iudice, confirmant ſententias, vel ex eis aliquid detrahunt, ſiuè addunt; non tamèn omittimus eumdem *de Franch. indicata deciſ. 510.* reſtringentem conſtitutam reſolutionem ad cauſas ciuiles tantùm, non criminales.

Myſing. verò *obſer. 94. cent. 5. & obſer. 24. cent. 6.* reſoluit, Iudice appellationis executioni mandare ſententiam appellationis, expreſsè priori ſententia confirmata, ſecùs, ſi tacitè, putà, per lapſum fatalium, aùt omiſſionem alicuius ſolemnitatis, tùnc (ſubdit *Myſinger.*) quia ex prima ſententia agitur, prior Iudex exequitur, & non diſſentiunt *Gayll. lib. 1. pract. obſer. 113. Vurmſer.*

tit.

tit. 23. *obser.* 3. *per tot. Asin. in sua prax. florent.* §. 31. *cap.* 7. *Christin. dec. Belg.* 112. *num.* 6. & 113. *num.* 2. *vol.* 4. stylus Curiæ Grationopolitanæ, apud *Guid. Pap. q.* 43. *nu.* 43. & ille Brabantiæ seruant, quod prior exequatur sententiam confirmatam.

Sed coràm quo Iudice, fieri debeat liquidatio sententiæ confirmatæ, tangit idem *Christin. dec. Belgic.* 21. *tom.* 1. & censuisse, refert, supremam Curiam eam fieri debere à confirmante.

Quo ordine sit facienda executio sententiæ, *Reg. Capyc. Latro dec.* 148. *n.* 14. & 23. *lib.* 2. *Consf. Carleu. to.* 2. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 1. *num.* 25. Quanto temporis interstitio illius ius exequutiuum præscribatur, *Carleual de iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 2. *n.* 15. *Gizz. ad Capyc. Latro decis.* 58. *nu.* 13. *Consil. Staiban lib.* 1. *resol. fa. resf.* 15. & nos notauimus in *Rit.* 128. *n.* 1.

8 Iudex, coràm quo instatur pro exequutione sententiæ latæ per alium Iudicem alterius territorij, solitis præcedentibus litteris hortatorialibus, nùm possit de viribus illius sententiæ cognoscere?

Pertractant ex nostratibus articulum *Reg. Rouerter. decis.* 502. *Paul. Staiban. sen. consf.* 20. *ex num.* 1. *Reg. Sanfelic. dec.* 293. *Praes. Merlin. centur.* 2. *controu. forens. cap.* 98. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resolut. cap.* 204. & *lib.* 2. *cap.* 112. & negant, ùt in executore Apostolico, scripsit *Rota Roman. in nouiss. dec.* 349. quam refert *Nouar. sup. prag. in rub. de citat. num.* 85. & videndus *Episcopus Campan. in diuers. rub.* 11. *cap.* 13. *n.* 254. nisi euidentèr de illius iniustitia, siuè notoria nullitate constaret, & in continenti illa probaretur, ad tradita per *R. de Ponte decis.* 23. *num.* 3. *Franc. Mar. Prat. lib.* 1. *discep. forens. cap.* 19. *nu.* 15. *Reg. Capyc. Latro dec.* 175. *num.* 5. *tom.* 2. qui sermocinatùr de rescripto supremi Consilij Italiæ, & *Consil. Rocc. tom.* 2. *respons.* 100. *num.* 3. Contrarium verò in mixto exequutore, notant *Carleual de Iudic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 17. *Reg. Capyc. Latro decis.* 82. *lib.* 1. decisum subnectens, fuisse impartitum terminum in causa implorationis bracchij, & discussum illud idem, quod coràm Iudice, qui protulit sententiam, siuè decretum disputatum fuit, quos improbat idem *Reg. de Marin. in obseru. ad cit. Reuerter. decis.* 502. notans, decretum quatuor aularum, sub die 23. mensis Martij 1623. quo nititur *Gizz. ad Capyc. Latro in cit. dec.* 82. *sub n.* 3. latum fuisse in causa particulari, nō per viam legis condendæ.

9 Iudex secularis àn teneatur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici, & teneatur Ecclesiasticus exhibere acta, tā ciuilibus, quàm in criminalibus, *Diaz cap.* 144. & *cap.* 154. *pract. Farinac. q.* 97. *cas.* 4. *num.* 9. *Mascard. concl.* 1102. *num.* 27. *Viu. commun opin.* 369. & 536. *Capiblanc. tom.* 1. *de Baron. prag.* 8. *par.* 3. *ex num.* 5. & è contrà, Episcopus quandò illam à laico latam exequi teneatur, *Gundissal. in trac. de heretic. q.* 19. *n.* 9. & *Couarr. pract. qq. cap.* 10. *in princip.*

10 Vnum nota, quod Iudex requisitus, vt in auxilium iurisdictionis alterius Iudicis sententiam exequatur, valeat cognoscere de exceptionibus, & aliis, quę versantur circà res, supèr quibus, scilicèt, rebus sententia exequenda sit, *Couar. pract. qq. cap.* 16. *num.* 5. *Consiliar. Staib. resol. forens. cēt.* 2. *resol.* 136. *n.* 13. & possit capturam nullam reuocare, & nullitèr captum relaxare, scripsit, post *Asin. de exeq.* §. 2. *cap.* 16. *ex num.* 2. *Camuncula decis. Bonon.* 41. *num.* 64. & quem stylum seruare obstringatur, *Surd. consf.* 204. *num.* 7. *Marchesf. de commiss. p.* 1. *pag.* 323. *n.* 128. *Rota* apud *Ludouis. decis.* 352. *n.* 8. *Coler. de process. par.* 1. *cap.* 3. *nu.* 225. *Camuncula add. decis.* 41. *ex num.* 66.

11 Sèd Iudex, vbi sunt bona condemnati per alium Iudicem, valeat nè talem sententiam exequi sine literis requisitorijs illius, inquirit *Carau. in hoc Ritu*, *num.* 14. & restrictiones subnectit. Addimus *Hyppol. in sing.* 138. *Mysing. sing. obseru. cent.* 3. *obseru.* 68. *Ma-*

*Marant. in diſput.*1.*num.* 18. *Boſs. de exeq. ſentent.num.*13. *Donat.à fin. int. comm.opin.lib.*1.*tit.de offic.Iudic.n.*61.

12 Aſſertionem verò illam, vt ſententia in rem iudicatam tranſacta,exequatur, multis in caſibus reſtringi, contendunt ſcribentes: Ac potiſſimùm,ſi,re iudicata 13 exiſtente,aût deſerta appellatione,pars ipſa, cui iudicatum,& deſertio fauebat, aliquid aduersùs earum alteram attentaſſet,ſibiquè nocuiſſet,& præiudicium attuliſſet, & propterea ſi quis petijt in caũſa procedi, & ad illius expeditionem, vtiquè ſupèr deſertione attulit ſibi præiudicium,nèc ampliùs poteſt deſertione iuuari. *Aym.cõſ.*266.*n.*3.*Gratian.to.*1.*diſcept.forenſ.c.*40.*n.*14.*Epiſcop.Campanil.add.cap.*13.*ſub n.*320.

14 Hæſitationis autèm inueſtigationẽ, ſi illa reſcindatur intuitu inſtrumentorũ de receti repertorũ, ſummatim tetigimus *in Ritu* 239.iterumq; aduertimus, retractari illam poſſe,reſtitution is in integrum beneficio,ex capite ignorantiæ, *Vrſill.ad Afflict.dec.*356.*num.* 3. *Franciſc. Merlin.dec.Lucenſ.*49.*nu.* 7. *Thomat. dec. Macerat.*42.*ex num.*1. *Ceuallos commun.contra commun.quæſt.* 542.*num.*3.*& q.*838.*Franc.Marc.dec.* 312. *num.*2.*p.*2.*Coſta de fact.ſcient.& ignorant.cent.*1. *diſt.*16. *Chartar.dec.* 132.*num.*14.*Gait.de credit.cap.*3.*tit.*1. *num.*120. *D. Franc. Hieron.Leo lib.*2. *deciſ. Valent.* 193. *num.*41.*Viſconti in concluſ.iur.verbo,Sententia,Marcell.de Mauro alleg.*11.*nu.*4.*Muſcat.in prax. S.C. lib.*2. *Gloſ.fuerint,num.*21. *Taſſon. de antefat.verſ.*13.*obſer.*1.*alleg.*29. *ex num.*49. *Reg Sanſelic.in prax.Iudic, ſect.*36. *num.*26. *Reg. de Marin.lib.*2. *quotid. reſol.cap.*202.*Hector Caracciol. in alleg.*8. *reſcripta ab eod. de Marin. tom.*3. *poſt reſolut. quotid. Thor.par.*2. *compend. deciſ. verbo,Reſtitutio in integrum, & p.*3.*ſect.*3. *verbo,Reſtitutio in integrum, Marotta diſcep.forenſ. c.*33. *num.*1. & quomodo probetur inſtrumenta fuiſſe de nouo reperta, oſtendunt *Guid. Pap. deciſ.*244. *Nouar.ſup. prag.*2. *collect.*2.*de præſcript.*

15 Et ſi quæratur, àn rei iudicatæ exequutionem impediat exceptio falſitatis, & inſtrumenti falſi, (& vbi conueniant omnia requiſita ad validam rem iudicatam,ſcilicèt,vt agatur de eadem re,de eodem iure,& intèr eaſdem perſonas, iuxtà *tex.* peruulgatum *in l. cum quæritur, ff. de re iudic. Surdum de alimen.q.*126.*num.*2.*tit.*1.*& conſ.*165. *num.*11. *vol.*2. & poſt alios, *Marium Mutam deciſ.Sicil.*58 *num.*11.perpenſis tamèn declarationibus maximi momenti, relatis per *Mar. Giurbam deciſ.* 20. *per totam*). videtur negandum. Propterea quod res iudicata prò veritate habetur, *l.ingeniũ,ff.de ſtat.homin. & l.res iudicata,ff. de reg.Iur.* copioſèq; *Tuſch. concl.*267.*nu.*54. *lit.R. Aldouin.conſ.*42. *n.*8.*conſ.*49.*n.*9.*conſ.* 35 *num.*23. *conſ.*50.*num.*23.*conſ.*63. *num.*3. *& conſ.*64. *num.*1. *Carpan.ad ſtatut. mediolan.*158.*nu.*221.*Randenſ. deciſ.*13. *num.*123.*& Riminal.Iunior. conſ.*41.*num.*7.& facit de albo nigrum, *Reg. de Marin. lib.*1. *quotid.reſol.cap.* 188.*num.*3.ob idquè perlegimus,errorem calculi non obeſſe, niſi res iudicata ſit, *l.* 1. *C. de error. calculi,* vbi *Caſtrenſ.*& conſecutiuè cum reſcindi illa nequeat proptèr errorem calculi, *Barz. deciſ.*33.*num.*6. *Gizz.ad Gapyc.Latro deciſ.*13. *num.* 15.*tom.* 1. idem, nequè proptèr inſtrumentum,adinuentum falſum eſſe, maximè ſi percurrantur, quæ *Caſtrenſ.* reſcribit ad intellectum *l.error facti, nu.*6. *C.de Iur.& fact.ignor. Auend.* 2.*par. cap.*10.*num.*39.*Guttier. tract. de iuram. confirm. par.*1.*cap.*40. *num.*9. *Baeza de decim.cap.*2.*num.*16. *Roland. conſ.*49. *num.*46.*lib.* 1.*Eſcobar, de ratiocinijs, cap.*38. *num.*3. ſubdens, exceptionem erroris opponi poſſe in cauſa executiua, opitulaturquè *tex. in l. cum teſtamẽto,C.de iur.& fact.ignor.* dictaquè *l. error,* vbi *Padilla,*nècnon *l.*30.*Tauri,tit.*11. *par.*5. *& l.*4. *tit.*28. *par.*3. adiunctis congeſtis per *Hieronym. de Ceuall. lib.*2. *qq. comm. contrà comm. q.*652. quibus addimus, quod ſententia, quæ in rem iudicatam migrauit

grauit, retractari non potest, *l. elegantèr §. si quid post. ff. de condit. indeb. Felyn. in rub. de re iudic. num. 6.* nècnòn *Dec. & Cagnol. indicata regula, res iudicata* quodquè in re dubia, pro re iudicata respondendum esse, edocet *l. Herennius, §. Caia, de euict. cap. in præsentia, de renunciat. Alex. cons. 95. num. 9. vol. 2. & Anton. Gabriell. concl. 6. sub tit. de sentent.* Verùm cur tot mendicamus suffragia in re tam aperta, & cui manifesta contradicunt iura, præsertìm insignis *tex. in l. 1. C. si ex falsis instrum.* cuius verba sunt, *si tabulas testamenti, quas secutus Proconsul vir clarissimus, sententiam dixit, falsas dicere vis, præbebit notionem suam, non obstante præscriptione rei iudicatæ, quia nondùm de falso quæsitum est:* ex his depromitur euidentèr contradicentis sententiæ veritas, quàm *Bar. Bal.* & reliqui omnes, inibi summis laudibus extollunt, nècnon noster *Maranta in praxi par. 6. verbo, Et demùm fertur sententia, num. 146.* & concinit *tex.* in simili casu loquens, nempè in transactione, *in l. si ex falsis, C. de transact.* nequè perenti sententiæ reuocationem, eo quod latæ ex falsis instrumentis obijci potest, sciuisse instrumenta falsa, & à sententia non prouocasse, nàm satis est, de falso nondùm quæsitum esse, vt eadem *in l. 1.* asseritur, euidentiùsquè deducitur ex *l. 2. eod. tit. si ex falsis instrum.* in illis verbis. *Et qui non prouocauerunt, si instrumentis falsis, se victos esse probare possunt: cum de crimine docuerint ex integro de causa audiuntur.* Quod insupèr iuris suffultus regulis, defendit *Castrens. in l. Diuus, num. 2. ff. de re indic.* quicquid somniauerit *Felyn. in cap. licèt, nu. 27. de probat.*

Quamobrèm si de falsitate instrumenti oppositum fuisse, constiterit, tractatio nō ampliùs erit eiusdē falsitatis, neq; prætendi poterit sententiæ reuocatio, quod insupèr præseferunt *Glos. & DD. omnes in ead. l. 1. C. si ex fals. instr. & l. fin. C. de fide instr.* idquè, tàm si ciuilitèr, quàm si criminalitèr agatur, per eamdem *l. 1. & l. qui agnitis, ff. de except.* vbi *Soccin.* præsertìm defendit *n. 6.* non obstante *l. vnica, Cod. quand. ciuil. actio.* quandoquidem illa cessat, vbi ciuilitèr actum est de facto, ex quo resultat, non fuisse commissum delictum quo casu, impeditur criminalis accusatio supèr eodem facto, teste *Cyno* communitèr recepto, *indicat. l. vnica, q. 3.*

16 Et quod respectu falsi instrumenti asseruimus, ad falsos testes, non dubitamus extendi, quorum intuitu prolata fuerit sententia, iuxtà *Glos. in l. Diuus, verbo, corruptis, ff. de re indic.* quam inibi insequitur *Ias. num. 18. Alex. in l. si ex falsis, num. 9. C. de transact. Dec. cap. licet, num. 19. de probat.*

17 Verùm isthæc falsitas testium quomodo probanda sit, contenditur; & nōnisi instrumentis, conuincimur probari. quia falsitatem testibus verificari post latam sententiam constat, non posse, eo quod, publicatis attestationibus, ad-
18 mitti testes nequeunt supèr eisdem articulis, aùt alijs contradicentibus, ex *Clem. 2. de testib. Abb. in cap. licet, num. 21. & Felyno, num. 24. de probat.* atquè *Soccin. regula 405.* Atquè ideò falsitatem, post exaratas attestationes alio modo, quàm instrumentis, deducendam esse, negant *Glos. in Auth. at qui semel, C. quomod. & quand. Index, vers. Productiones, & Doctores in cap. cum dilectus, de fide instrum.* cuius vigore ad conclusionem vsquè admittuntur instrumēta, & nos tractauimus, praxim Regni indicantes, supèr *Ritu 239. & rit. 240.* quin, & in secunda instantia, ex quo non adest timor subornationis, *Abb. in calce cap. cum dilectus, de fid. instrum.* iuncta *Glos.* ampliante, *in cap. series,* inibiquè *Abb. num. 4.*

Scimus tamèn, eiusmodi assertionem pati exceptionem, duobus in casibus, quorum primus, si testes deposuerint aliquod in articulis non deductum; siquidem contrarium citrà dubium probari poterit assertionibus testium, adhùc publicatione facta, *cap. ex tenore, de testib.* ibiquè *Abb.* omninò perlegendus

dus, *num.6.* atquè *Bar. adducta auth. at qui ſemel, num.27. Bal. in l. ſi quis teſtibus, num.3. C. de teſtib.* Alter verò, & ſecundus eſt caſus, ſi prætendatur ob corruptionem, teſtes falſum depoſuiſſe, etenim prædicta clauſula rem nouam continet, & conſecutiuè nouum infimùl continet articulum, *arg. tex. in l. Ius ciuile, ff. de iuſtit. & iur.* ideò producuntur in eo teſtes, *cap. fraternitatis de teſtib. & Caſtrenſ.* non immeritò docet in *ead. l. Diuus, num.3. Imol. ſub nu.2. & Alex. num.3.*

19 Verùm vbicumquè reſcinditur res iudicata, quia ſententia manauit proptèr inſtrumentum falſum, vtens illo, præſumitur, etiàm fabricaſſe, *l. maiorem, C. de falſis* in illis verbis, *ſi ſuam innocentiam probet*: ex quo tùm *Butric.* tùm *Bal.* id deducunt, amplexaturquè, *Alex. conſ.75. num.4. lib.1. Iaſ. in l. vnus, nu. fin. C. de teſtam. & conſ.169. num.3. lib.4. Hippol. in praxi, §. diligentèr, num.4. & Palac. nu.4.* At quoniàm impugnant, *Caſtrenſ. in l.2. nu.3. C. de fid. inſtrum. & Cranett. conſ.315.* ambas ſententias conciliari poſſe, aliqui credunt, præhabita diſtinctione illa, ſi producens, ad ſententiam vſquè, vſus illo fuerit, vèl ſi anteà illã dixerit, nolle ampliùs inſtrumento vti, & fulciuntur *Gloſa 2. in l. ſi falſos, C. ad l. Cornel. de falſ.* & aiunt primo caſu, præſumi ipſum fabricaſſe: Altero verò nequaquàm; ſed noſtra ſententia decipiuntur, quippè quòd ſi recuſauerit, vti inſtrumento, euenire non poteſt, vt ſententia ſubſequens prolata dicatur proptèr inſtrumentum falſum, & quamuìs *Gloſa* verba inſinuent præcalendatam diſtinctionem, tamèn illam adhùc finem reuocandi ſentẽtiam, non eſt dicendum, potuiſſe, sèd tantùm pœnę falſitatis, àn producens illa puniatur, & priori in capite diſtinctionis annuit, poſteriori verò negat.

Quòd inſupèr præportat *Gloſ. fin. in l.3. C. ſi Reus, vèl accuſat.* apertu què *textus in l.3. cum Gloſa poſtrema, C. de fide inſtrum.* Quod licèt veritate nitatur, non proptereà recedendum videtur à diſtinctione prædicta, quandoquidèm propoſita quæſtio, nequè reſpicit reuocationem ſententiæ, ad cuius effectum non opus eſt, fabricaſſe, ſed præſentaſſe tantùm, & illius cauſa prolatam fuiſſe ſententiam, atquè, ideò punitionem dumtaxàt, inueſtigat, tanquàm ſi quæratur, qua pœna plectatur vtens, ſcilicèt, vtentis tantùm, àn etiàm fabricantis? & vtraquè caſtigandum eſſe, ſi vſquè ad ſententiam perdurauerit, eo quod tùnc coniectura eſt, confeciſſe etiàm, neutra verò, cum anteà receſſerit, & vti renuerit, quia ceſſet tùnc præſumptio fabricationis, & quia re vera, & effectiuè vſus non eſt; Quando verò replicatur, quòd ſi iſthæc vigerent, nunquàm contingeret, quod *tex. & Gloſ.* aiunt, in ipſa *l. ſi falſos,* vt mitior pœna ſit inflicta aduersùs vtentem, quæ aduersùs fabricantem, etenim ſi in vtentem vſquè ad ſententiam præſumptio eſt fabricationis, neceſſariò conſequitur, proptèr ſolum vſum neminem caſtigari poſſe, cum ſi antè ſententiam receſſerit, neq; etiàm pro vſu veniret puniendus ex antedictis; Adductæ namq; obiectioni facilis admodùm traditur reſponſio, & dicimus, præſumptionem cadere in re dubia, adductum verò *textum* iuncta *Gloſa*, procedere in caſu certo, & proptereà ex vno ad alterum non dari illationem, cùm nàmq; certo ſcitur fabricator inſtrumenti falſi, eoq; alter vtitur, intrat illius *tex.* & *Gloſa* ſententia, ſi eiuſdẽ *tex.* verba perpendantur, eiuſdemq; *Gloſa* in figuratione caſus, & æquior ſit vnius, quam alterius pœna.

20 Ex quibus ad alteram deflectimus quæſtionem, ſi teſtibus falſis vſus ſit aliquis vſq; ad ſententiam, necnè oporteat probare victorem corrupſiſſe illos, àn verò intret reuocatio ſententiæ; imò, & punitio falſi, conſtito dumtaxàt de falſitate, nihilq; dictum ſit de corruptione? & *tex. in l. Diuus, ff. de re iudic.* ſuadet vtrumq; deducendum eſſe, tùm reſpectu reuocationis ſententiæ, tùm punitionis, dùm coniunctim ſancit, *& rem ſeneram vindica, & ſi quid à Iudi-*

ce, *tàm malo exemplo circumscripto in-*
dicatum est, in integrum restituas, Ca-
strens. verò *post num.* 1. *vers. in textu*,
vbi distinctionem præmittit, àc respe-
ctu sententiæ, satis esse latam fuisse fal-
sis attestationibus, inquit, respectù autē
pœnæ necessariam insupèr esse corrup-
tionem; eamq; probatam fuisse addit,
quàm insupèr recipit distinctionem
Ias. in ead. l. Diuus, sub num. 12. *&* 19.
Soccin. in l. qui agnatis, num. 9 *ff de ex-*
cept. atquè *Dec. in cap.* 2. *num.* 13. *de re-*
scrip. c. licet, n. 24. *de probat.* & certè de
sententia loquens in comet *tex. Glos.*
versic. Corruptis, assentitur, locum
esse illius rescissioni, si tantùm falsitas
probata fuerit, Quòd verò dictum est,
ad punitionem requiri insupèr proba-
tionem corruptionis, restringēdum, vi-
detur, si ordinaria sint pœna plectendi,
proùt eiusdem *l.* verba illa insinuant, *se-*
uerè vindica, extraordinaria autèm qui
citrà crimen corruptionis falsis vsus es-
set testibus, vsq; ad sententiam, *l. falsi*,
§ 1. *ff. de falsis*, *Cyn. in l.* 2. *C. de fid. in-*
strum. Hippol. in l. in rixa, num. 54. *ff. ad*
l. Iuliam de Sicarijs, *& Affl. in dec.* 21.
21 *num.* 3. Sed producens testes falsos, &
scripturas falsas duplici nè pęna mulcta-
ri debeat? inquirit in terminis *prag.* 1. *de*
fals. & affirmatiuè resoluit *Nouar. dec.*
93. & antè ipsum *Reg. Rouit. in eadem*
prag. num. 3. *Ricc. dec. Cur. Archiep.* 176.
n. 6. *par.* 4. confert *Gizzarelli decis.* 80.
par. 2. & ad ornatum *cit. prag.* 1. relego
22 lectorem ad *Giurb. cons. crim.* 5. *Ann.*
alleg. 2. *de Laurent. in decis. Rot. Auen.*
50. *Viu. decis.* 71. *Canalc. decis.* 39. *p.* 6.
Thesaur. q. for. 15. *lib.* 1. *Asc. deter.* 155.
23 Allegantem verò, prolatam senten-
tiam fuisse ob falsos testes, & pecunia
corruptos, nec nè oporteat deducere
qualitatem, etiàm propositam, de cor-
ruptione? & quippè vacillant *Doctores*
in responsione, quandoquidèm *Alex.*
in ipsa l. Diuus, num 12. credidit, satis
esse falsitatem probasse, anteaquè te-
nuerat *Castrens. num.* 3. *Bal. in l.* 1. *nu.*
11. *C. de condit. indeb. Felyn. in cap.* 1.
num. 30. ibidèmquè *Dec. num.* 13. *de re-*
script. & Felin. in cap. licèt, n. 41. & ibi
Dec. quoq; *n.* 24. *de prob* sed *Bar.* distin-
ctionem præmittit, quam etiàm *Ias.* 20.
21. *&* 22. omnesquè elaborant, in quæ-
rendo, si principalitèr copulatiuè ambo
proferantur obiecta, siquè vnum qua-
lificet aliud, eorum dicta perlegito.

Quìn, satis sit probari testes corrup-
tos fuisse, tametsi de falsitate nihil con-
stiterit, vt punitione digni sint, ex *ead.*
l. Diuus, in fine deducitur, & *l.* 1. §. 1. iun-
cta *Glos. in vers. aduocationem*, *ff. de*
falsis, & illic *Hippol. num.* 6. *& Felyn. in*
cap. licèt, num. 30. *de probat.* tametsi mi-
nimè sufficiat, testes corruptos fuisse in
genere, non autèm pecunia, vt *eod. in*
cap. licèt, circa medium, *de probat.* insi-
nuatur, proùt nequè si precibus addu-
ctos, fuisse, constiterit, ex *Bar. n.* 7. *Alex.*
num. 9. *& Ias. num.* 27. *eiusdem l. Diuus.*
24 Postremò, inquirimus in hac mate-
ria, sit nè valida sententia, quę falsis pro-
bationibus manauit, àn potiùs inuali-
da, eo ipso, quod falsitas patuerit? & si
verum est, proùt verum esse, non con-
trouertitur, restitutionem aduersus actū
validum concedi, iuxtà *l. in causa*, *la*
seconda, in princ. ff. de minor. & Bar ead.
l. Diuus, *in fine*, ibiq; *Ias. num.* 8. *&*
l. admonendi, num. 10. *ff. de iureiuran.*
& aduersùs prædictam sententiam ve-
niat restituendus succumbens, iuxtà *l.* 1.
ff. si ex falsis instrum. omnesq; prænar-
ratos Auctores, necessariò consequitur,
non esse nullam, sed validam, quamùis
Paris. in cap. cùm venerabilis, *de ex-*
cept. putet, nullam esse, & *Glosa* 1 *in* §.
appellatur, instit. de except. & alij, quo-
rum meminit *Couarr. in cap. Alma ma-*
ter, de sentent. excomm. 1. *par.* §. 11. *n.* 14.
nàm prior communi scribentium au-
ctoritate fouetur, cuius virtute in qua-
triennio agendum esse aduersùs sen-
tentiam huiusmodi, instruimur, nècnon
l. nàm, & posteà, §. *minor*, *de iure iu-*
rand. l. fin. C. de tempor. in integr. restit.
iuncta *Gl. finali*, communitèr recepta
in ipsa l. Diuus, opitulaturquè *tex. in*
l. Papinianus, §. *filijs*, cùm inibi notatis
ab *Angelo*, *& Castrensi*, *ff. de inoff. te-*
stam. & videndi *Boer. dec.* 307. *& Vr-*
sill. ad Affl. decis. 266. *num.* 3.

Ex

25 Ex quibus deducitur primum, de falsitate excipi, nequire, antequam restitutio imploretur, *l. exceptiones, in eius calce, C. de except. Glos. penul. indicata l. qui agnitis, ff. de except.* commendat *Alex. in l. si ex falsis, num. 7. C. de transact.* & communem dicit sententiam *Ias. ead. l. Diuus, num. 30. eodemquè §. si minor, num. 26.* quamuis autèm prænarrati *Canones, cum venerabilis, & licèt*, de falsitate simpliciter annuant, excipi posse, nullam facientes mentionem de restitutione, anteà impetranda, quorum intuitu *Canonistæ* in contradicentem communitèr propendunt, à priori tamèn prosiliendum non esse, monet *Soccin. in d. l. qui agnitis, num. 15.* adductis Iuribus multiplicitèr respondēs; quas tamèn *Dec. num. 21.* impugnat replicationes: Nos verò priori subscribimus libentèr, quam consideraueramus, antequàm *Castrens.* & sequacium perlegeremus verba, illam probantia, vt intelligantur, præmissa restitutione, ità quippè senserunt *Castr. supèr adducta l. Diuus, ad finem, Imol. propè num. 10. Alex. num. 18. & Ias. num. 30.* idemq; *Ias. eod. §. minor. num. 16.* adnectens, communi Doctorum calculo fulciri. Nosq; alterum, nèc exiliorem considerauimus, vt *Canones* illi verba faciant de exceptione falsi, comprehendente petitionem restitutionis, etenim certum est, restitutionem peti posse per viam exceptionis. *add. l. nàm postea, §. si minor:* nèc opus est, illam formalitèr petere, cum satis sit consequens illud petere, quod absq; restitutione concedi, nequiret, quando intelligeretur tacitè petitum necessarium antecedens, nempè restitutio, per *Glos. in cap. conquastus, vers. iuxtà, de Relig. domib.* quam collaudat *Ias. in eod. §. si minor, num. 16.* nimirùm igitur, si communis solutio absq; diuinatione procedit, & præcitati *Canones* non aduersantur, cum supponant exceptione falsi, & reiectione sententiæ, àc replicatione, quod non obstat, instatum, intelligi pro restitutione, illamquè petitam fuisse.

26 Secundò deducitur, quod licèt exceptio sit perpetua, *l. purè, §. fin. ff. de dolo*, isthæc nihilominùs exceptio falsi, quę requirit præcedentem restitutionē, quę non nisi infrà quatriennium danda est, ex notatis à nobis suprà, nimitùm, & ipsa vltrà tale tempus non protelabitur.

Sed coarctamus ad eum tantùm casum, in quo ciuili actione victus experiatur aduersùs sententiam, secùs si criminalitèr agat de falso, quia viginti annorum curriculo remouebitur, interèa verò agere quibit, & sententiam latam consecutiuè infringere, *l. 2. C. si ex falsis instrum.* in illis verbis, *cum de crimine docueris*, tutatur *Paris. eod. cap. cum venerabilis, num. 69.* nècnon *Imol. in ead. l. Diuus, num. 8.* communemq; sententiam esse, constat ex *Vinio lib. comm. opinion. verbo, Accusatio falsi*, atq; ità interpretanda venit, *l. fin. C. si ex falsis instrum.* dictumq; *cap. cum venerabilis*, quatenùs sanciunt, sententiam retractari posse infrà viginti annos, probata falsitate, hìc enim modus agendi de crimine criminalitèr, annis viginti sine dubio perdurat, *l. querela, C. de falsis*; ob quod in terminis *add. l. Diuus*, mandantis crimen puniri, & proindè, supponentis criminalitèr intentatum Iudicium, rescindi sententiam debere infrà annos viginti, tamètsi *Glosa vltima*, & *Doctores*, inibi asseuerent, contrarium verius, quorum resolutionem proptereà admittimus in casu, quo ciuilitèr actum fuerit, vt anteà notauimus.

Imò, & cum damnatus iste, possit etiàm ad interesse agere, *l. qui nomine, ff. de falsis*, ad annos vsq; triginta, illud petere, quibit, iuxtà *Glos. finalem, eiusdem l. Diuus, & Glos. in l. si Prætor, §. Marcellus, vers. Admittere, ff. de re iudic.* atq; *Decius indic. cap. licèt, n. 21.* quamùis hoc casu perduret sententia, eaq; valida sit, cum sufficiat agenti interesse consequi, *argum. l. rescriptum, §. si pacto, ff. de pactis*, aiuntq; *in eadem l. Diuus, Alex. num. 16. & Ias. num. 29.*

Illud autèm, quod *sub n.24.affirma-*
27 uimus de validitate sententiæ, falsis laræ probationibus, restringimus, procedere in casu, quo victor ignorauerit, siuè documenta, siuè testificata fuisse falsa, & iniqua, non autèm, si notitiam habuerit, cui restrictioni opitulatur *Gl. in indic.l.si Prætor, §.fin. vers.Sciens*, in illis, nempè, verbis, *videtur ipso iure*, & illic *Bart. n.2. Ias.in l.si is, ad quem, n.16. ff.de acquir.hared. Felin. in c.sicut, num.23. de re iudic.* cui assertioni obstat plurimùm generica *d. l. Diuus*, conclusio, validam esse simplicitèr, afferens, reuocandam per solam restitutionem i. nihilominùs ea iura conciliant Doctores, tamètsi dissentiant in vera perquirenda, & assignanda ratione distantiæ intèr iura prædicta, teste *Alex. in l.qui Romæ, §. duo fratres, num. 14. ff. de verbor. signif.* sed communior videtur, vt *l. Diuus* sanctio militet respectu sententiæ in præsentem euulgatæ, *tex.* verò, *& Glos. in adducto §. fin.* in altera contra absentem prolata, teste *Ias. in ead. l. Diuus, num. 4. Paris. add. cap. cùm venerabilis, num. 71.* quam tamen concordiam refellere, nititur *Fulgos. in eod. §. fin. num. 3. & l. 2. n. 2. C. si ex falsis instrum.* erroneum existimans, absentem, & sic contumacem, melioris esse conditionis ipso præsente, & obedientiam præbente, ad *tex. in cap. contingit, de dolo, & contum. l. seruus, ff. quod vi, aut clàm*, insuquiturq; *Decius indic. cap. cum venerabilis, num. 32. & cap. licèt, de probat. num. 21. Fulgosij* tamèn paruipensa impugnatione, enarrata ab altera, & communi, haùd censemus, discedendum esse, multò magis, cum erronietas, quam somniauit, non sit tantæ virtutis, quantæ ipse credidit, cum perlegamus alijs quoq; in casibus melioris esse conditionis absentem ipso præsente, si *Mathesilani* verba percurramus, *in sing. 17.* cumq; isto in casu Iudex partis vicem, locumq; subingrediatur, *l. ampliorem, in princ. C. de appell.* & ibi *Bar.* quarè falsitatem fabricans eumdem met decipit Iudicem, ob idq; duriùs cum eo agendum esse deducitur, per *argum. in l. debuit, ff. de his, qui not. infam.*

28 Ceterùm, quamuis de appellatione multa scripserimus, in laicalibus Tribunalibus obseruanda, in *Ritibus antecedentibus*, aliqua nùnc adiungere cogimur, in Ecclesiasticis admittenda, vigo-
29 re *Concilij Trid. in cap. 20. sess. 24. de reform.* concedentis appellationem à diffinitiuo decreto, vèl habente vim diffinitiui, siuè à grauamine irreparabili per diffinitiuum; Cum itaquè nonnisi in altero prædictorum casuum permittatur appellari, optimè, tùm *Quaran. in sum Bullar. verbo, Archiepiscopi auctoritas, num. 18.* tùm alij, aduertunt, perscrutari illum debere, antequam manus apponat, si sua sit iurisdictio, comprobatquè *Guid. Papa decis. 436. num. 67.* ait enim, haùd posse Metropolitanum statim inhibere, ob id solùm, quod appellatio fuerit interposita, nisi priùs constiterit, esse Iudicem, vigore appellationis; Et quidèm id constare nunquàm poterit, . nisi appellatio legitimè fuerit interposita, & in vno dictorum trium casuum, cuius conclusionis prior pars confirmatur assumpto illo, quod si nul-
30 la fuit interposita appellatio, aut saltèm inualida, tùnc recurri ad superiorem non possit, & si recurretur, & ab eo prouisio aliqua impetretur, sit illa nullius roboris, & firmitatis, cuius meminit *Bellam. decis. centesima, commissio facta, de rescrip.* eademquè *Rota* tenuit *in vna leggionen. Parochialis Mercurij, 1. Februarij, 1589. coràm Comitulo*, demùmquè approbat decretum Apostolicum inferiùs adducendum.

31 Vt autèm sit legitimè interposita, multa concurrere debent. Primum, vt interposita fuerit infrà terminum decem dierum, ex vulgatis *textibus in auth. hodie, C. de appell. cap. significauerunt, de testibus can. anteriorum 28. 2. q. 6. cap. concertationi, de appellat. in 6.* alijsquè multis, nosq; diximus *in Ritu 251. n. 1.* & addimus *R. Capyc. Latr. dec. 165, tom. 2.* ità quod, nisi probatum fuerit

rit, appellationem fuisse legitimè interpositam in dicto tempore, non esse recipiendam à Iudice ad quem, monet *Dec. in cap. Ecclesia, sub nu. 2. de appell.* Imò non censeri deuolutam iurisdictionem ad ipsum Iudicem ad quem, scribunt, *Perus. & Cigas* commendati à *Iosepho Mascardo, concl. 114. num. 15. vol. 1.* & gesta infrà terminum, ad appellandū, esse nulla, potissimùm possessionem, concludunt *Rota in Mediolanen. Parocchialis, coràm Plato, Gratian. dec. 11. Seraph. dec. 546. Cocc. decis. 366. Ricc. collec. 4042. p. 9.* Alterū, quod
32 requiritur, vt illa tùnc fuerit, & reuerentèr proposita coràm Iudice à quo, & est casus legis, *in cap. vt debitus honor, de appell.* àc mille auctoritatibus comprobat *Rendina in promptuar. recept. sent. tit. 4. num. 1.* & ratio traditur *in adducto textu, vt debitus honor Iudicibus reseruetur,* quamquè *Imperator.* etiàm scripsit *in l. omnem honorem, C. quand. prouoc. non est necess.* idq; adeò verum est, vt alioqui interposita appellatio, nulla sit, nèc teneat, vt probat *Gram. decis. 36. Thor. voto 59. tom. 1,* communemquè esse opinionem scribit *Soccin. cons. 39. cap. 1. sub num. 32. lib. 4. Beccius cons. 44. per totum, & Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 15. num. 4.* vt meritò *Rota Romana coràm Vbaldo in Agustan. Hospitalis, 21. Februarij, 1611.* inter congestas à *Farinaccio par. 1. tom. 1.* est *dec. 293.* scripserit, *num. 13.* defectum pati appellationem interpositam coràm Iudice ad quem, non autèm coràm Iudice à quo; nàm est contra dispositionem adducti *cap. vt debitus,* & inter alias relatas rationes à *Campanil. in diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 13. n. 127.* præeminet illa, quod Apostoli sunt de substantia appellationis, pro illius validitate, iuxtà *dec. Rotalem 50. si appelletur, num. 3. de appell. in nouis,* & alteram superiùs relatam, coràm *Comitulo*, addentem prætereà appellationem interpositam, absquè petitione Apostolorum perindè esse, àc si nunquàm esset prouocatum, sed eiusmodi petitio Apostolorum facienda est coràm Iudice à quo appellatur, ergò similitèr coràm eo appellandum est. Addimus amplissimum *Cardinalem Fuscum concl. 350. lit. A. vol. 1.* statuentem conclusionem, & regulam, appellationem interponendam coràm Iudice a quo, & eūdē *Episcop. Cāpanilem in diuers. iur. Canon. cit. rub. 11. cap. 13. ex n. 302.* cum seq. qui multa notabilia, & videnda, ad materiam subnectit; quam conclusionem his præsertim temporibus subsistere non dubitatur, proptèr decretum, quod emanauit à Sacra Congregatione Episcoporum, ad tollendas ambiguitates, & controuersias intèr appellationum, & prioris instantiæ Iudices, oriri solitas, sub die 13. Octob. 1600. habito priùs oraculo Sanctiss. Clem. VIII. rescriptum per *Genuēsem in sua praxi, cap. 88. post num. 36.* Illud quippè *in* §. 3. nedùm implicitè supponit, faciēdam coràm Iudice prioris instantię, sed expressis verbis, adiungit, *Nè appellationes recipiantur, nisi per publica documenta, quæ realitèr exhibeantur, priùs constiterit, appellationem per legitimam personam, & intrà debita tempora fuisse interpositam,* & tàm patens est lippis etiàm, & tonsoribus conclusio, vt risum propterea sibi prouocare, scripserit *Vestrius in praxi lib. 7. propè num. 27.* aliquos sollecitatores tenues, ista, quę sunt prima pragmaticorum principia, & omnibus notissima, nescientes. Tertium, quod requiritur est, vt inferatur in ea decreti tenor, alioquin sit itidèm nulla, iuxtà *l. 1. §. libelli,* & ibi *Doct. ff. de appell.* sequiturquè *Marius Anton. variar. resol. lib. 2. resol. 32. num. 8.* & determinauit eadem Congregatio *in adducto decreto, cum in* §. 5. ait, *Inhibitiones post appellationem, sicùt præmittitur receptam non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ, aùt decreti diffinitiui, vèl habentis vim diffinitiui, vèl damnum irreparabile per diffinitiuam continentis; Aliàs inhibitiones, & processus, & indè sequuta quæcumquè sint ipso iure nul-*

nulla, eisquè imponè non parere liceat.

33 His itaquè adhibitis, tùnc, & non alitèr literæ inhibitoriales dandæ sunt in forma ad Iudicem inferiorem, si à diffinitiua: In alijs verò duobus casibus, pro transmittendis tantùm actis, ex quibus valeat superior perpendere, si appellatio subsistat, teste *Anton. à Sola in comment. ad nouas constit. Sabaudiæ, tit. 28. Glos. 7. sub num. 2. Cepoll. cons. 35. vers. 2. principalitèr*, & cognoscere possit, si appellans fuerit grauatus, *Cranett. cons. 273. nu. 5. vol. 2.* approbantq; aperta verba citati decreti Apostolici, §. 9. ibi, *non nisi visis actis, ex quibus euidentèr appareat de tali grauamine, appellatio, aùt inhibitio, vèl prouisio aliqua cõcedatur*; ex quibus profectò verbis desumitur apertè, quòd cum appellatur antè diffinitiuam, requiratur, quarto loco, vt cognosci priùs debeat, si legitima ex causa, atq; in casu permisso appellatum fuerit, & interdùm priori Iudici prohiberi, nè procedat, haùd possit, quod manifestiùs dixerat *Lancell. instit. Canon. tit. de appell. §. quod si obijciatur*, & comprobat *Gemin. cap. 1. sub num. 4. de offic. ordin. in 6.* idemquè *Papæus in dec.* (quam retulimus superiùs) 436. *nu.* 67. & euidentissimis verbis idem adductum Apostolicũ decretum, *in* §. 6. dùm ait, *Caueat tàm Iudex à quo, nè si verè appellatum fuerit in casu appellabili, interim aliquid in præiudicium appellantis attentet, & si per actum publicum, aùt per testium depositiones constiterit, acta denegari appellanti, tùnc mandato tradendi acta possit Iudex appellationis adijcere, nè interim aliquid noui contra appellantem attentet*, concedit igitur in eo tantùm casu, quo probatur, denegari actorum copiam, ergo in alijs interdicit.

Quin, metropolitanum non posse cognoscere de grauamine extrà casus à prædicto *Concilio* mentionatos, atquè ad appellandum concessos, & propterea neque mandare, vt sibi transmittatur copia processus, quamùis expensis appellantis, & nulla addita inhibitione, & citrà præiudicium cursus causæ coràm Episcopo, declaratum fuisse, à congregatione concilij, memorat *Quarant. in summ. Bullar. verb. Archiepiscopi authoritas, vers. primo quæro, sub num.* 20.

34 Est itaquè transportatio actorum, illorumquè visio de forma, qua non seruata, etiàm si in qualibet minima qualitate, actus quicumquè prohibetur fieri, & factus perit, vt communem dicit, & probat, esse opinionem, *Rendina in promptuar. recept. sent. tit.* 100. *num.* 5.

Imò, & transportatis, àc visis actis prædictis, debet primùm se declarare Iudicem competentem, vèl incompetentem, vt probat relatus *Anton. à Sola adducto loco, & Cranett. cons.* 103. *nu.* 5. *vol.* 1. A quo licebit Curiæ Episcopali appellare, illaquè deuinciat metropolitanum, nè in causa procedat, alibi scripsimus.

35 Et quoniam ex vltima relata specie decretorum, ex qua *Concilium* permittit appellari, illa, nempè, continente grauamen irreparabile per diffinitiuam, complura possent oriri dubia, & contentiones intèr Iudices ipsos, ijdem amplissimi Patres in eodem *decreto* apertissimis verbis exprimere, voluerunt, quamùis, & iure communi à Doctoribus declaratum anteà fuisset, quo iure adhùc conceditur appellatio à grauamine irreparabili per diffinitiuam, & exemplificant aliqui in duobus tantùm casibus, aiunt enim, puta, si ponat quem in carcerem, aùt pronunciet torquendum, ità *Glosa in clem. 1. versic. ipso iure, de hæret. & Philipp. Franch. in cap. cum cessante, sub nu.* 32. *de appell.* Quin, & de carceribus speciatim loquentes, asseuerant *Suar. & Donat. à Fin. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 3. nu. 2. Maynar. decis. 25. lib. 2. Caldas in l. si curatorem, verbo, per quod, num. 31. Barbosa in l. 2. in princip. par. 2. num. 33. ff. solut. matrim.* & post alios, *Episcop. Ricc. collect. dec. 642. p. 3. de Augustino ad Quarant. in summ. bullar. verb. Archiepiscopi authoritas, num. 20. de Magistris in Sylua Eccles. p. 2. tit. 10. cap. 2. num. 9.* de tortura

tura autèm scribunt *Ordin. Regia Lusitana, lib. 3. tit. 69. §. 1. Hippol. de Marsil. l. 1. num. 34. ff. de quæst. Iul. Clar. q 64. nu. 27. Azeued. l. 3. num. 6. tit. 18. lib. 4. Recopil. & praxis Episcop. Zerulę, verb. appellatio, §* 9. vbi tamèn peroptimum addit consilium, & declarationē, *Maynardus decis. 23. lib. 2. Ricc. collect. decis. 642. p. 3. de Augustin. ad Quar. in summ. bullar. verbo, Archiepiscopi authoritas, nu. 20. de Magistr. in Sylua Eccles. p. 2. tit. 10. cap. 2. num. 9.* Tertium insupèr casum, scilicèt excommunicationis, addunt *Duen. regul. 52. fallent. 2. Rebuff. in constit. Franciæ, in rub. de friuol. appell. Glos. 1. vers. fallit quando grauamen, tom. 3. & Hieronym. Gonzales ad 8. regul. Cancell. Glos. 9. §. 1. in annotat. num. 197. decisio Tholos. 299. Genuens. in prax. cap. 23. num. 2. de Magistr. cit. loco, num. 15.*

Quos quippè tres casus, siuè capita præportare irreparabile remedium per diffinitiuam, admittit præcitatum Pontificium decretum, àc nimirùm ex vno tantùm illorum, nempè tortura, carcere, aut excommunicatione prodire eiusmodi non reparabile grauamen, attento concilio, prædictoquè decreto affirmabimus, omni alio capite, vèl causa explosa, quæ alioqui Doctores eiusdem virtutis esse fortassè probarent: Idquè non tantùm vigore præcalēdati decreti fatemur, implicitè negantis cœtera omnia capita per inclusionem illorum, sed insupèr per expressa verba, *Quarante, indicato verbo, Archiepiscopi auctoritas, cùm sub num.* 20. postquam concluserat, ex carceratione, tortura, & excommunicatione, enasci iàm dictum grauamen, continuò subiungit *in vers. 1. quæro*, & dubium proponit, si extrà prædictos casus (scilicèt, carcerationis, torturæ, & excommunicationis) de quibus in proximè antecedentibus verbis loquutus erat, possit appellari, àc nedùm minimè posse, respondit; Verùm Iudicem prioris instantiæ, nequè teneri appellationi in alijs interpositæ deferre, admonet, ex decreto dicti *Concilij Tridentini*. Quod prorsus verum insinuat, etiàm assumptum illud, quod Pia alioquin amplissimorum Cardinalium intentio in eodem decreto Congregationis, suum non sortiretur finem, tollendi ambiguitates, & controuersias, intèr prioris instantiæ, & appellationum Iudices, ob quem ab eisdem Patribus iàm dictum manauit decretum, quod nisi ad prædictos mentionatos casus restringeret grauamen istud irreparabile, vtiquè non abstulisset controuersias ipsas, & Iudices appellationum auiditate ducti, trahendi causas ad proprium Tribunal, semper opinarentur grauamen esse irreparabile; Inferiores verò abnuerent, sicquè iurgia, dissentionesquè intèr illos perdurarent, quin, & remedio appellationis ad innocentiæ præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abuterentur, eum potissimùm Rei criminum, ad euitandas pœnas, & Episcoporum subterfugienda iudicia, querelas, & grauamina simulantes, appellationis diffugio, Iudicis processum impedirent, vt inquit idem *Concilium cap. 1. Sess. 13. de reform.* Quin, & in prædictis casibus prouocare, non sempèr licet, atquè à superioribus inhibitoriales decerni, nisi duo vnitim annectantur; Primum nempè, vt grauamen istud (scilicèt torturæ, carcerationis, & excommunicationis) sit indebitum. Alterum verò, vt euidentèr appareat indebitè illatum, si verba eiusdem decreti *in ipso* § 9. attēdamus, tùm in illius initio, scilicèt indebitæ carcerationis, tùm alijs subsequentibus, vtrumquè requisitum amplexantibus, cum dicunt, *non nisi, visis actis, ex quibus euidentèr appareat de grauamine, appellatio non admittatur, &c.* vult itàquè vt grauamen sit iniustum, & de eo euidentèr constet; Neq; derideas, quod scripserimus, grauamē, debere esse iniustum, quasi quod iniustum videtur eo ipso, quod est grauamen, siquidèm respectu patientis, ità certū est, non respectù inferētis, eaq; potissimū auctoritate, q nō est crudelis, qui crudeles iugulat sed crudelis est qui ità à crudelibus reputa-

putatur, & addimus in hoc indiuiduo doctrinam, quod carcer sempèr grauat, teste *Francho in cap. ex parte tua, num. 9. de appell.* & tamèn non sempèr appellatur ex carceratione, nisi indebita illa sit, ex adducto decreto Apostolico, & ratione illa, quod Iudices prioris instantiæ, nullo tempore possent carceribus mancipare delinquentem, eo quia captiuus appellaret, & iurisdictio ad superiorem, illicò deuolueretur, ipsiquè nunquam finirent causam, quam plerumquè amitterent, sinè culpa propria, imò faciendo, quod iure deberēt, iustè carcerando, quin, si talis qualitas, non esset necesse, vt concurreret, frustrà eodem decreto sanciretur, videnda esse anteà acta, sed sola carceratione probata, admitti appellatio posset, dùm verò præfatum decretum requirit euidentiam grauaminis, *Cicerone* teste *in Academicis quæst.* adeò perspicuum esse debet, vt nihil clarius, quin, cum illis speciatim vtatur verbis, *euidentèr appareat*, quibus etiàm vtitur *textus in cap. ordinarij, vers. cæterum, de offic. ordin. in 6.* ergò non secùs, àc *Glosa* inibi *vers. euidentèr*, exponit, idest manifestè, & consecutiuè eiusdem *textus* verba illa, *euidentèr appareat de sufficientia dispensationis*, sicuti præfata *Glos.* explicat, idèst, *manifestè appareat de sufficientia dispensationis*, ità, & nos debemus nostri decreti, iàm dicta verba: *euidentèr appareat de grauamine*, interpretari, *manifestè appareat de grauamine*, idquè adeò, quod si dubium esset, fuerit nè iustum, vèl iniustum grauamen, cesset nihilominùs appellatio, tùm quia euidentia, & manifestum excludit dubium; tùm quia in dubio fauendum est Iudici, *cap. in præsentia, de renunc.* tùm demùm ob subsequentia expressiora verba dicti *capit. Ordinarij*, etenim postquàm euidentèr parere debere, sanxerat, de sufficientia dispensationis, adnectit *in §. si verò.* & inquit quod si de dispensationis sufficientia dubitetur, ad sedem Apostolicam recurratur, & consequentèr præportat nō minimam extare differentiam intèr casum euidentem, & dubium, nèc quod in vno sancitum est, in altero subsistere, atquè ideò appellatio in casu nostro permissa, vbi grauamen patens est, denegata verò dicatur, vbi dubium est, sicquè insutata remanet apud Ecclesiasticos quorumdam opinio illa, quæ in dubio appellationi deferendum esse, firmat, & sequitur *Surd. dec. 36. num. 4. & Grat. decis. March. 214. num. 9.*

Eiusmodi autē appellatio quia plerūq; interponitur in causis ciuilibus, extrà casos memoratos ab aliquibus alijs sententijs non diffinitiuis, ignorare non licet, quæ sint interloquntoriæ, quæ verò habeant vim diffinitiuæ, pro quarum vera notitia recurrendum est ad ea, quæ longo sermone enarramus supèr *Rit. 127. t. 1.* nècnō quæ exarant *Aluar. Valasc. consul. 47. per tot. Cācer. 3. p. var. resol. cap. 17. de sent. & car. execut. num. 142. & Fontanell. dec. 383. & sequent. & dec. 460. tom 2.* & quia appellatio ab
36 interloquutoria numquàm impedit, Iudicem procedere, nisi post intimatas literas inhibitoriales, quamuìs à diffinitiua statim impediat, teste *Thesauro decis. 49. Carol. Rot. in conclus. 5.* quam conclusionem non perpensa est. *Rota*, cum, *Vbaldo* ponente, decidit appellationem interpositam à decreto delegati, ad examinandos testes ad futuram rei memoriam, pronunciante, procedēdum esse, ad illos recipiendos, non impedire, quìn validè receperit, sed alijs multis &, quoquè firmis innixa est assertionibus, vt est videre apud congestas à *Farin. decis. 325. p. 1. tom. 1.* & longè magis, àc iustiùs decidisset, si hanc etiàm considerasset, verùm prædicta *Thesauri* subsistente assertione,
37 contenditur, si sententia interloquutoria feratur eodem die, quo fuerunt intimatæ literæ, vtra earum præsumatur præcessisse, àc propterea sit nè ex capite attentatorum reuocanda, discutit idem *Thesaur. eadem in decis. 49.* in qua, existente appellante Reo, censuit appellationem fauorabiliorem esse debere,

quam

quam ſententiã, doctrina *Alciati reg. 3.*
præſump. 43. hancq; aleam inſequutum
fuit ſupremum Concilium Belgicum,
apud *Chriſtin. dec. 35. num. 7.* quamuis
alij putent in hac re dubia, pro ſenten-
tia præſumendum eſſe, *Menoch. de præ-*
ſumpt. lib. 2. præſumpt. 67. nu. 26. Alciat.
de præſump. reg. 3. præſump. 42. & dedu-
citur ex *prag. 4. n. 23. de dilat.* adeoùt
38 in reuiſionis materias exiſtentibus pa-
ribus votis, quandoquè obtinuit ſcitum
illorum, quo prima ſententia confirma-
batur, *Gayll. lib. 1. obſeru. 144. num. 7.*
Chriſtin. dec. Belg. 48. num. 20. tom. 1.
potiſſimùm, quod appellans fungitur
vice actoris, licèt in cauſa principali
ſit Reus, *DD. in l. qui ad Ciuilia, C. de*
appellat. Gloſ. in Clem. ſi appellationem
eodem tit. de appell. & in cap. ſi à ſubde-
legato, in Gloſ. fin. in fin. & ibi *Gemin. &*
Philipp. Franc. de offic. deleg. Reg. Rouit.
in rub. de appellat. nu. 11. & ideò prior
agit, & loquitur, *Anich. de pranent. In-*
ſtrum. cap. 2. q. 1. num. 132. & intrant
termini *text. in l. intèr pares, 38. ff. de*
re iudic. quem alibi exornauimus, pra-
xim noſtri Regni oſtendentes, tamet-
ſi alij cenſuerint, neutram valere, ſed
vtramque in pendenti eſſe, inter quos
Ludou. Bender. in Comment. ad conſtit.
Imper. de reuiſ. actor. concluſ. 19. num. 13.
39 Concinitq; altera quæſtio, àn in du-
bio aſſenſus, vèl reuocatio venditionis,
præſumatur, præceſſiſſe. Si eodem die
reuocatio, & aſſenſus facta ſint, quam
tangunt *Pariſ. de reinteg. feud pag. 17.*
àt. Vinc. de Ann. in repet. Conſt. Regni,
Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu. 264.
de Franch. dec. 649. Reg. Capyc. Latro,
tom. 2. conſult. 108. num. 30. qui *nu. 34.*
obſeruat, reuocationem vẽditionis feu-
40 di, ex communi obſeruantia, & conſue-
tudine huius Regni, requirere ſcriptu-
ram coràm Notario, & teſtibus, quod
in cauſa propria adpræſens diſcepta-
tur in S.C. & deciſionem alibi, Deo fau-
tore, indicabimus. Sed ſi conſtet de ap-
pellatione, ſed non appareat, quo tem-
41 pote fuerit interpoſita, àn illa præſuma-
tur interpoſita infrà decem dies, diſcu-
tit *Lancellot. de attent. 2. p. cap. 12. limit.*
princ. 50. num. 195. DD. ad inuicem
contrarios ſubnectens, & in negatiuam
inclinare videtur ſententiam, cui inhæ-
ret *Rota decif. 30.* aliàs *190. de appel. in*
nouis.
42 Et pro coronide, ſi petatur, àn ſen-
tentia, qua Iudex pronunciat appella-
tionem deſertam, ſit interloquutoria, àn
non, relegamus curioſum ad *Guid. Pap.*
dec. Delphin. 11. 12. & 220. Gayll. pract.
obſer. lib. 1. obſer. 138. num. 2. Borrell. in
ſum. deciſ. tom. 2. tit. 33. de appell. ex nu.
1154. Marant. 3. p. ſexta part. princ. nu.
42. P. Fragoſ. de regim. Reipubl. tom. 1.
p. 1. lib. 7. tit. 24. §. 11. num. 199. Nouar.
de grauam. Vaſſall. grauam. 414. n. 54.
& àn ab huiuſmodi ſententia, ſeù de-
43 creto interponi poſſit appellatio. Affir-
matiuè ſcribunt *Aretin. in l. antè ſenten-*
tiam, nu. 16. ff. de appell. recipiend. Scacc.
de appell. q. 17. limit. 47. membr. 1. num.
185. Minſyng. cent. 3. obſer. 36. num. 4.
Gayll. pract. obſeru. lib. 1. cit. obſer. 138.
nu. 4. cautelam propterea indicat *Con-*
ſil. Carleu. tom. 2. de Iud. lib. 1. cit. tit. 3.
diſp. 3. num. 47. vt vitetur appellatio,
quod Iudex, ſinè alia pronunciatione,
habita appellatione pro deſerta, quan-
do re vera deſerta eſt, ſententiam exe-
quatur, iuxtà *tex. in l. ſi contrà maiorem,*
8. C. de appellation. quam cautelã ipſum
docuerunt *Angel. in eadem l. ſi contrà*
maiorem, & conſ. 140. num. 2. Bald. conſ.
390. vol. 3. Philipp. Francus in cap. ex
ratione, 8. num. 99. de appellat. Capolla
cautel. 44. Marant. in prax. p. 6. tit. de
appellat. nu. 201. ſed appellationem ſim-
pliciter denegat, poſt *Archidian. in cap.*
ſi quis appellauit, 2. q. 6. Borrell. add. tit.
33. nu. 1136. à quo diſſentit *P. Fragoſ.*
cit. loco, num. 198.

RITVS CCLXIII.

1 Item nota, quod quando appellatur ad ipsam Curiam, tunc citatur pars, ad vidēdum aperturā processus: & datur etiam terminus ad ponendum per totum sequentem, &c. vt suprà: & sic vbi debet poni infrà biduum, habes hic omnes casus.

SVMMA RERVM.

1 *Apertura processus quando sit facienda.*
2 *Citatio antecedere illam debet, ad videndum fieri aperturam.*
3 *Acta transportari debent ad Iudicem appellationis, cum declarationibus.*
4 *Ordo tenendus, in recolligendo processu, recensetur, remissiuè.*

1 IStahaec citatio ad videndum aperturam processus, de qua loquitur *Ritus*, quādo debeat fieri, & quomodo, si nolueris ignorare, adire poteris *Muscatell. in sua praxi appellationum, par. 2. Glos. 1.* sed quia *Carau.* in hoc *Ritu*, suffultus dictione, *tunc*, posita in ipso, declarat tunc faciendam

2 dictam citationem, cum proponitur appellatio, & per Curiam decernuntur literae inhibitoriales, ideò, aduerto, id nō esse necessitatis, quamuis tunc soleant Actuarij, in ipsis literis addere, illa verba; *Insupèr citetur pars aduersa, quatenùs infrà eumdem terminum comparere debeat, ad videndum aperturam processus, &c.* teste *eodem Muscatello, par. 1. Glos. intimare, sub num. 8. & Glosa vltima, num. 7. & in fine,* nècnon latiùs *in Glosa 1. num. 185. & Glos. prosequendum, sub nu. 46.* Immò speciatim, quod, producto processu, peti possit citatio notificandi parti ad videndum aperturam, notat idem *Muscatell. p. 2. Glos. 1.* innuitq; propterea non oportere, vt illa simul cum inhibitorialibus decernatur, idquè comprobatur verbis *Afflicti supèr constit. appellationum tempora, sub num. 24.* illis, scilicèt, *secundò instare coràm Iudice ad quem, vt citare faciat partem appellatam,* & tangimus in

3 *Ritu 260. num. 24.* Verùm huiusmodi processum, siuè acta, cuius sit onus, trāsportandi ad superiorem Iudicem, edisserit *Guid. Pap. dec. 20. & dec. 433. sub num. 9.* ipse appellantis esse aduerto, vt dixi eodem *in Ritu 260.* ex generica totius Orbis consuetudine, cuius meminit *annotatio* ad praedictam *Guid. decisionem 20. eademquè dec. 433.* quod hodiè planum est etiàm per *Tridentinam sanctionem in c. causa omnes, sess. 24. de refor.* declaratq; *Rota in dec. 104.* intèr recollectas à *Farinac.* Controuersum tamèn quandoquè fuit in eadem *Rota*, si locum haberet in prophanis, & affirmauit *in decis. 106.* eiusdem *Farinaccij*, & sic omnia acta, & processus transportanda sunt, tùm producta coràm Iudice à quo, tùm alia coràm ipso, in instantia appellationis agitata, ex eadem *decis. 106.* nèc praefata *Conciliaris* dispositio vendicat sibi locum dumtaxàt in causis vertentibus coràm Episcopis, sed alio quouis Iudice, ex interpretatione *Rotae*, dicentis, loqui de Episcopis, ob frequentissimum vsum vt refert *Marescott.* decisiones ità exponentes memorans, atquè alia multa adiungens supèr ista transportatione actorum, *in lib. 2. variar. cap. 43. num. 2.* quibus adde, quae cumulauit *Riccius dec. 510.* cuius scripta perlegere, vtile erit, quandoquidem nihil eorū memorat, quae hactenùs scripsimus, & addimus *Consil. Hodiern. ad Surd. decis. 327. n. 12.* memorem, *cit. Rit. 260.*

4 Ordo tenendus ab actuario in recolligendo processum, legitur *in prag. 14.* inter recollectas à *Troysio*, qui supèr illa aduertit, *n. 2. sub tit. de process. ordin. &c. fol. mihi 17.*

Ri-

RITVS CCLXIIII.

Te seruat ipa Curia cognoscere de omnibus causis ciuilibus, vel criminalibus, & de appellationibus,interiectis à sententijs quorumcunquè officialium, non tamèn in prædictis casibus in feudalibus. Vndè,si quis ex delegatione Regis cognouit de feudis,& dedit sententiam, non bene appellatur ad Curiam Vicariæ. Itèm si quando in debitis casibus appellatur ad ipsam Curiam, & appellatio deseritur, tùnc, deserta appellatione, interponitur decretum per ipsam Curiam, appellationem esse desertã, non tamèn ipsum legitur,sicùt leguntur alia decreta interponẽda per Curiã, & de ipso decreto fit testimoniale in forma Curię cõsueta.

SVMMA RERVM.

1 *Feudales causæ,cuius Tribunalis Iudicio subijciantur?*
2 *Illæ,quæ sint.*
3 *Appellatio à delegato ad delegantem interponitur.*
4 *Quando à delegato Episcopi appelletur ad Episcopum,& ab Episcopo ad Archipræsulem?*
5 *Dictum Freccia, quod M.C.cognoscat de appellationibus omnium delegatorum à Rege, etiàm constitutorum, àn subsistat.*
6 *Baro, qui non habet causas appellationis, si deleget primas causas,possit nè cognoscere de appellatione à sententia delegati interposita, latè inquiritur.*
7 *Barones sunt officiales Regij, sed iurisdictionem exercent per Gubernatores, quamùis de iure valeant ipsimet iudicare.*
8 *Proptèr solam concessionem in Castro, non venit causa appellationis.*
9 *A sententia, baiulorum, àn appelletur ad Barones,& num.*11.
10 *Ad Baronem delegantem non appellatur,attento hodierno vsu.*
12 *Nonnulla de Iudice delegato traduntur.*
13 *Appellatus succumbens quando sit in expensis condemnandus.*
14 *Appellatio in dubio non præsumitur deserta.*

1 Quamuis M.C.V.habeat generalem, & ordinariam iurisdictionem in Regno,in omnibus causis,& cognoscat de omnibus appellationibus interiectis à sententijs quorumcumquè officialium, tamèn in aliquibus non habet in feudalibus, scilicèt, non quaternatis, iuxtà *Rit.*50.alterumq; 60. ambo quidèm in vltimis verbis, in quaternatis enim vtriusquè *Ritus* initium cõcedit eidem M.C.cognitionem,nosquè in *eodem Ritu* 50.subsistere arbitramur,nõ obstante *Regia pragmatica 3. de offic. Sacri Consil.*delegante causas feudorum quaternatorum Regio Consilio, nam procedere defendimus, cumulatiuè, non priuatiuè,quidquid dixerit etiàm *Bilotta conclus.feud.*21.*num.*3.nùncquè addimus ob id propterea *Vrsill.ad Afflictum dec.*257.*num.*5.dixisse eorumdem feudorum quaternatorum Magnæ Curiæ cõpetere iudicium, & affirmat *Reg. Sanfelic. dec.*290. *in allegat. num.*11. hunc Ritum allegans,exceptis illis causis feudalibus, in quibus agitur de interesse Regij Fisci, vt dictis in *Ritibus* notauimus, & videndi sunt *Paris de Puteo in tract. de reinteg. feud. in cap. incip.àn possidens bona feudalia,num.*3. *fol.*136.*às.Muscatell.in prax.S.C.lib.*2. *par.*1. *Glos. tenebitur, num.*13. *&* 14. *huius Ritus* memor, *Marcell. Calà in tract. de mod. articul.* §.1.*Glos.*1.*num.* 98. *Bilotta conclus. feud.* 70. *num.* 10. *Galeot lib.*1.*controu.*45.*num.* 19.

2 Verũ,quæ sint causę feudales,extricat *Petr.de Greg. in trac.de iud.causar.feudal. q.*1. nècnon *Milanens.* copiosè, & distinctè loquens, *in decis.Sicil.6.lib.*1. & declarat nouissimè *Baron. de effect.* mi-

*minor.ætat.effect.*25.*ex num.*25.& nos, perfusis labijs, explicauimus supèr *Ritu* 244.

3 Ritus insupèr prædicta restringit: *Si quis ex delegatione Regis cognouit de feudis, & dedit sententiam, non benè appellatur ad Curiam Vicariæ*. Idquè illam ob rationem contingit, quia vigore Regiæ Delegationis cognouit, & certum est, à delegato ad delegantem appellari, *cap. insupèr quæstionum, de offic. delegat. l.* 1. *in princ. & in §. ab eo, ff. quis, & à quo appell. l. Imperatores, in princip. ff. de appell. l.* 1. *§. solent, vers. Deniquè, ff. quando appell. sit. l. fin. in fin. C. de Iudic. l. fin. in fin. C. qui pro sua Iurisdict. Placentin. in summa, Cod. lib.* 7. *tit.* 64. *Nicol. Vigell. in method. Iuris Ciuil. lib.* 2. *cap.* 27. *§ qui appellãdi, Franc. Marc. in decis. Delphinal.* 419. *num.* 19. *vol.* 1. *Hieronym. Treutler. disput. Selectar. par.* 2. *disp.* 33. *thes.* 4. *Robert. Maranta in Specul. Aureo, par. ult. actu* 2. *nu.* 303. *vers. Tertia principalis*, faciunt notata per *Nicol. Reusner. in decis.* 15. *n.* 22. 23. *& per totam, lib.* 3. eumdem *Franc. Marc. in decis. Delphin.* 345. *nu.* 3. *vol.* 1. *Azor. in sum. lib.* 7. *tit* 62. *col.* 4. *vers. Item à sententia Iudicis Delegati, Petr. Rebuff. ad constit. Galliæ, tom.* 2. *tit. de appell. & Iudic. in præf. n.* 33. *Simon de Prat. in consil.* 116. *num.* 14. *Thesaur. qq. forens. lib.* 2. *q.* 39. *num.* 4.

4 Exemplum est in Delegato ab Episcopo, nè appelletur ad Archiepiscopum, sed ad Ep scopum eumdem, itidemquè in delegato à Vicario, vt obseruat *Episcop. Campanil. ad Ritum* 22. *num.* 22. *Curiæ Archiep. Neapolis.* iterùmq; *in diuersor. iuris, rub.* 11. *cap.* 13. *sub num.* 317. *& cap.* 23. *num.* 150. *Garsias tractat. de benefic. par.* 5. *cap.* 8. *num.* 30. 36. *&* 41. àtquè *Sanchez de matrim. lib.* 3. *disput.* 29. *num.* 12. *Gratian. dec. March.* 24. *num.* 1. non secùs, àc ab Episcopo ad Archipræsulem appellatur, per *cap. singulos el.* 2. *& cap. conquestus*, 9. *q.* 3. Præterquam si Antistes iudicauerit vigore rescripti Apostolici, quia non ad Metropolitanum ipsum, sed ad Pontificem Maximum; hoc quoquè casu prouocari tantùm posse, demonstrauit idem *Campanil. in Ritu eiusdem Curiæ Archiep.* 36. *nu.* 27. eodemquè *cap. sub, num.* 317. post *Corn. cons.* 89. *nu.* 8. *lib.* 2. *& Gratian. iudic. decis.* 24. *sub num.* 16. & àn detur appellatio à Vicario Generali Episcopi ad Episcopum, cum sit idem vtriusquè Tribunal, *Sigismund. de appellation. q.* 8. *nu.* 53. *Puteus dec.* 503. *P. Fragos. de regim. Reip. tit.* 1. *p.* 1. *lib.* 8. *tit. de oblig. Iudic. à quo, disp.* 24. §. 10. *num.* 175. *&* 176. *Nonar. de grauam. vassall. lib.* 1. *grauam.* 186. *& lib.* 2. *grauam.* 89.

5 Adducta autèm ratio procùl à veritate videtur respectù ipsius Magnæ Curiæ, ex peculiari huius Regni lege, in *constit. Iustitiarij nomen, & normam*, si *Freccia* verè dicit, *in tract. de subfeud. lib.* 2. *auctor.* 13. *sub nu.* 8. deducit enim ex illa *Constit.* Magnam Curiam Vicariæ cognoscere de appellationibus omnium delegatorum, etiàm si à Rege constituti essent delegati; quæ profectò verba præseferunt apertè, quàm verum sit vetus illud axioma, vt bonus quandoquè dormitet *Homerus*, adducta namquè *Constitutio* non modo appellationum non meminit; sed altera, & præcedens verba faciens de causis virtute appellationum à quouis Iudice competentibus eidem Magnæ Curiæ, ad hunc casum non deflectit, scilicèt, ad appellationes à iudicibus delegatis à Principe, quin, si attentè verba eius *Constit.* rimentur, insinuãt, appellationes interpositas à sententijs Inferiorum Iudicum deferẽdas ad Magnam Curiam, itàquè non à sententijs delegatorum, qui maiores sunt quouis ordinario in causis sibi delegatis, *Caball. casu* 50. *num.* 4. *Menoch. casu* 337. *num.* 11. *Giurb. cons.* 80. *sub num.* 15. *Capiblanc. tom.* 2. *de Baron. sup. prag.* 7. *cap.* 31. *nu.* 14. *Guid. Papa decis.* 286. *Menoch. præsump.* 17. est verum id deduci ex *Const.* exordiente *Magna Curia nostra*, attamèn non proptercà intelligenda erit ab illis appellationibus de iure ad alios de-

deferendis, cuiusmodi erit in hoc casu à delegato ad delegantem.

6 Ex quibus conuincitur veritas statutæ anteà conclusionis ab *eod. Freccia*, vt si Baro committeret causam alteri, & à sententia delegati appellaretur, ad eumdem Baronem, etiàm non habentem in suo priuilegio causas appellationum, prouocandum sit: quamuis à *num.* 5. crediderit, posse de hoc dicto dubitari in Regno, præsertim ob antedictam rationem, ex illa *Constit.* de promptam, atquè alias inibi illic delibatas, cum etenim pedes anteà fixerit, in ea conclusione, ac deindè dubitatiuè loquutus sit, imò, & cum rationes contrariam fouentes partem euanescãt, itidèm, & conclusio illis innixa; & quippè euanescit altera præsumptæ fraudis ratio, qua vti possent Barones carentes cognitione secundarum causarum, illas sempèr delegando, etenim Præsulis etiàm versutia noceret, & si passim causas committeret, vt eo in *capite* aduertit idem *Campanil.* affirmans ad Episcopum appellandum, cum aliqua adductus causa delegaret, nàm cum in cœteris Vicarium constituere debeat, vt communitèr tradunt *Canonistæ*, manifesta fraude repelleretur à cognitione appellatiõnis, & consecutiuè Baro proptèr eamdem rationem, & fraudem, maximè, quod sicuti ad alia vitanda absurda: ità forsàn, & ad istud introductum est in Regno, vt quamuis Ba-
7 rones sint officiales Regij, teste *Afflicto in tit. quæ sint regalia, vers. Potestas in princ.* nècnon *in constit. Capitaneorum sub num.* 15. *& constit. Magna Curia nostra*, 5. etiàm *notabili, Reg. Sanfelic. dec.* 65. *num.* 2. *lib.* 1. non tamèn iurisdictionem exercere queunt, sed eorum nomine Gubernatores, vulgò Capitaneos appellatos, deligere ad iustitiam administrandam, teneantur, ipsiquè ab exercitio iurisdictionis abstinere prorsùs debeant, teste *eodem Freccia ead. auth.* 13. *num.* 17. *de Franch. dec.* 311. *num.* 1. *Rouit. in prag.* 2. *&* 3. *num.* 14. *de suspic. official. Tasson. de antefat. vers.* 3. *obseru.* 4. *num.* 136. *Nouar. de grauam. vassallor. lib.* 1. *grauam.* 186. *Auus meus ad Gramm. dec.* 30. *num.* 5. *Reg. Capyc. Latro consult.* 67. *num.* 20. *tom.* 1. *Borrell. de magistrat. edict. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 24. *Reg. de Ponte cons.* 105. *num.* 10. *vol.* 2. *& de potest. Proreg. tit.* 1. *in princ. nu.* 1. *Thor. voto* 93. *num.* 19. *p.* 1. tamètsi ex iuris communis sanctione valeant ipsimet iudicare, *l. cui iurisdictio, ff. de iurisd. omn. iudicum, et Sola in Commẽtar. ad Const. Sabaudiæ, rub. de castellan. cap. quia pluribus, vers. Praeterea nu.* 3. quin, & perpetuò illud gerere officium, proùt possent, àc deberet Princeps, nisi, maioribus præpeditus negotijs, detineretur, vt optimè probat *Thesaur. decis.* 168. *num.* 3.

Alia demùm impugnatiua ratio *Freccia*, qua etiàm adductus, cœpit anceps esse in assertione; quam firmauerat pro Baronibus, nequè vrget, vt eius intuitu prosilire à constituta conclusione, debeamus; Ait enim, cautum esse à Cæsare, nè Barones se ingerant in appellationibus causarum, quæ spectant ad Curiam Regis; Hoc profectò Axioma nullibi, nostra sententia, reperitur, expressè verba faciens de Baronibus, & quando alicubi tangeretur, nostrum non amplecteretur casum, non de appellationibus ad Curiam Regis spectantibus tractans, sed ad Barones ipsos delegantes in executionem *iurium* ità decernentium; & altera, quæ fouetur sequela, nè proptèr solam concessionem iurisdictionis in castro veniat causa appellationis, nisi fuerit expressè concessa, per auctoritatem *Angel. in l.* 1. *§. qui mandatum, ff. de offic. eius, cui mãd. est iurisd. Iacob. de S. Georgio, in inuestitura feudal. verbo, Cum mero, & mixto imperio, col.* 3. àc aliorum, quos
8 memorat, quibus subnectimus *Purpur. in l. imperium, ff. de iurisdiction. omn. Iudic. Gregor. de concess. feud. q.* 2. *n.* 15. *par.* 6. *Minad. in constit. Regni in aliquibus, num.* 8. *Tap. de Constit. Princip. cap.* 2. *num.* 47. *p.* 1. *Nouar. lib.* 1. *q. forens.* 137. *nu.* 3. tùm quia Antistites quoquè ap-

appellationum cognitionem non retinent,& nihilominùs appellationum ab eorum delegatis Iudices apparent, ex cumulo *Doctorum*, quos retulimus in superioribus,nècnon *Roman.singul.76. Marant.in verb.appell.nu.*381. quia si ab homine facultas data non fuit respectù appellationum ab ordinarijs, siuè potiùs ab ipsorummet Tribunalium ministris, à iure tamèn reperitur,apertè concessa à delegatis, ab ipsis tùm Episcopis,tùm Baronibus,fatemur itaq; ad instar Præsulum (in quibus prorsùs veram existimamus resolutionem, vbi causa aliqua fussulti, causam delegarent,ab eisq; contingeret,prouocari ad eumdem committentem, siuè generalem Vicarium appellandum esset)Barones queant de appellationibus cognoscere à sententijs suorum delegatorum, quamùis secundarum causarum notionem in priuilegijs non retineant, vt ipsemet *Freccia* responderat,& quidem resolutiuè, *num.3.* suffultus antènotata ratione de delegato ad delegantem, quam multorum authoritatibus defēdit *num.*4. & opitulantur, quæ idem *Freccia* prodidit de appellatione à
9 baiulis interponenda ad Barones, adhùc carētes facultate iudicandi in causis appellationum,*in Author.*16.ob quę mirati sumus quomodo perdoctissimus,& omni æuo laudandus *D.Reg.Io. Francisc. de Ponte*, tàm siccis pedibus pertransierit in hac re, & *Freccia* verba simplicitèr rescribendo,nihil,ex propria minerua, addiderit,*in tract.de potestat.Proreg.tit.*3.§.1.*à num.*48.
10 Sed vsus prorsùs hanc prouocationem denegat ad Barones, vt obseruat *Reg. Tapia lib.*2. *iur. Regn.tit.de official.in Regno constituend.supèr Const.ea quæ,num.*48. tradens, Baronibus non competere facultatem,faciendi reuideri causam, post sententiam à Capitaneo interpositam, & post *Reg.Tapiam*, *Petram de potest.Princip.pag.*99.*num.66. Barbos. in l. cum Prætor*,§.1.*num.*217. *ff.de Iudic.*notat *Capiblanc.in add.prag.* 8.*p.*1.*num.*182.*Freccia* verò effatum de appellatione à baiulis, interponen-
11 da ad Barones, insequuntur *de Franch. dec.*511.*à num.*1.*Capiblanc.cit.prag.*8. *p.*1. *num.*179.*Rendell.de Pascuis,tit.de Baronum Pascuis, pag.*104.*vers.appellatur,Nouar.de grauam. Vassall.tom.*2. *grauam.*89.*Reg.Capyc.Latro lib.*1.*consult.*48. *nu.*38.*Borrell.in tract. de Magistr. edict.lib.*4.*cap.*12.*num.*30.*Thor. vot.*87.*num.*4.*p.*1.
12 Plura de Iudice ordinario, & delegato, exarant *Marant. p.*4.*dict.*5.*Menoch. lib.*2.*præsumpt.*15.*& seq.*& sicuti ordinario fides non præbetur absquè literis commissionalibus, *l. vnic. C. de mand. Princ. Ann.alleg.*24.*&* 143.ità, nèc creditur delegato, absq; literis delegationis,*Roman.cons.*336.quin,commissio est in actis conseruanda,*Ann.cit. alleg.*24. *Vrsill. dec.*273. *Maur.Burg. in tract. de modo proced. ex abrupto, q.* 77.*num.*4.*& q.*82.*num.* 35.*Danz.tom.* 2. *de pugn. DD.tit.de offic.deleg.cap.*2. *nu.*21.*Raudens.cons.*17.*num.*91. *Thor. vot.* 1.*ex num.*49 *par.*2.
13 Dum verò *Carauita* hoc *in Ritu*, *n.*13.notat,appellatione deserta, Reum in expensis instantiæ desertionis esse condemnandum, addimus nos *Gayll. pract. obseru.*137.*num.*5. idem pertractantem; sed àn appellatus in secunda instantia succumbens, ad expensas litis appellanti,sit condemnandus;Vacillant *DD.*quos refert *Fachin. lib.*1.*controu.* 41.quorum antimoniam conciliant nōnulli, vt affirmatiua opinio locum habeat,quando appellatus ex eisdem primæ instantiæ actis condemnatur;negatiua verò,quando ex nouis succumberet, quam distinctionē sequuta est Curia Mechliniensis, teste *Paulo Christineo,decis.*155.*par.*1.& notauit *Asinius in praxi Florent.* 832. *cap.* 1. *ampl.* 6. àc declarat *Benedictus in tract.sua renisionis,conclus.*9. *num.*13. sèd *Franc. Viuius decis.*47.*num.*6.contendit,probare, quod appellatus in secunda instantia, ex eisdem actis victus, expensarum pęna mulctari non debeat.
14 Quod insupèr idem *Carau.num.*14. no-

notat, appellationem in dubio nõ præſumi deſertam, nos ipſi aduertimus *in Ritu 248.num.66.* & tradunt *Alb.conſ. 611. num.3. Decian. conſ 28.col.2.conſil.34. ſub,num.5. conſ.83. num.7. conſil.445. num.45. Afflict. in conſtit.appellationum tempora, num.39. Myſing. centur.3. obſeru.22. num.1. & obſer.54. num.6. Muſcatell.de appell.par.1. Gloſ. Proſequendum, num.122. & Gloſ.Preſentare, num.9. Barz. deciſ. 32. num. 11. Fab.de Anna conſil.17. nu.39. Cephal.conſ.77. num. 25. Marant.de Iud. tit. de appell.num. 397. Seſſe de inhibit. cap.3. §. 1. num.10. Schrader.conſil.36. num.27. vol. 2. Thilman. deciſ. 2. vot. 6. num. 3. de iniur. & leg.* & alij, quos refert *Giurba deciſ.Siciliæ 20. num. 17.* memor *Carau. in hoc loco, Anichin.de prauent.inſtrum.cap.2.q.5. num.45.*

RITVS CCLXV.

I Tèm ſi contingat Iudicem ordinarium, vèl delegatum allegati ſuſpectum, ſeruetur in hoc edictũ Maieſtatis noſtræ, cuius tenor ſequitur, & eſt talis. Ioanna Secunda, Dei gratia Vngariæ, Hieruſalem, & Siciliæ Regina, vniuerſis præſentis ordinationis ſeriem inſpecturis, tàm præſentibus, quàm futuris, Principis circumſpecta prouiſio ad ſubditorum commoda ſuum frequentèr conuertit intentum, & nè in eorum litigijs per ſubtiles, & magis ſophiſticas, quàm veraces Aduocatorum, & procuratorum verſutias veritas iuſtitiæ lateat, nevè circa celerem exequutionem eius, cuius debitrices exiſtimus, in diffinitione litigiorum numerus producatur congrua, & debita remedia adhibet pro futuro, ſanè ſi cunctis noſtris fidelibus notorium eſſe debet, patulum, & manifeſtum, qualitèr Neapol.Ciuitas, præterito tempore, fuit decorata ciuibus, & ſpecialitèr Doctoribus, & iuriſperitis, tàm Iuris Canonici, quàm Ciuilis: qui velùt lilia pomerijs floreſcere, videbantur, quatenùſvè ad præſens depopulationibus, amaritudinibus, alijs generibus, & mortalibus varijs ſit imbuta, iudicet animus cuiuſlibet iudicantis, cuius rei cauſa, ipſorum Doctorũ, & iuris peritorum numerus eſt totalitèr diminutus: proptèr quod indignum cenſetur, & abſonum, ſi tàm pauco reſtanti dictorum iuris peritorum numero, in cauſis, quæ inter partes plerùmquè verterentur, ſuſpicio inordinata procederet, & quia contingit interdũ, ex quadam abuſione obſeruata, hic hactenùs (prout clamoroſa inſinuatio noſtrũ pulſauit auditũ:) quod tàm Iudices ordinarij Curiarũ noſtrarũ, quàm alij Iudices per Maieſtatem noſtram delegati, aùt delegandi in cauſis, quàm omnes alij literati ſiſtentes in Ciuitate Neapol. tàm iuris Canonici, quàm Ciuilis, nullo excepto, fuerant allegati ſuſpecti, & etiàm allegantur per alteram partium, interdùm per vtramquè partem litigantium (nulla cauſa ſuſpicionis contra eos propriè expreſſa) ob quod cau-

sæ ipsæ longitudinem recipiunt, & etiàm tarditatem, nèc discuti possunt, & sinè debito terminari; proptèr quod prorogantur causæ in litigantium præiudicium, contra nostræ Maiestatis honorem: proptereà nos cupientes, maternè circa præmissa remediabilitèr prouidere, & subtiles Aduocatorum, & procuratorum ipsorũ in hac parte versutias amputare, & ora calumniantium (in quantum arbitrio nostro possumus) refrænare: prouidemus, & hac edictali Constit. nostra, cum deliberatione nobis assistentis Cõsilij statuimus, & ordinamus, quod, non obstante dispositione iuris ciuilis, quæ cauetur, quod sufficiat causam suspicionis simplicitèr allegare, nèc allegans teneatur ad probationem illius, sed sequendo iuris Canonici sanctionem, quæ in hac parte videtur, æquius prouidere, quòd quotiescunquè occurrerit aliquem nostrorũ iudicum ordinariorum, vèl delegatorum, àc officialium cum eis deputatorum, allegari suspectum: causæ suspicionis exprimantur coràm viro Magnifico Loghoteta, & Prothonotario Regni nostri Siciliæ, Collaterali Consiliario, & fideli nostro dilecto, vèl eius Locumtenente, aùt alio cui ipse Logotheta duxerit, committendam: qui extrà iudicialitèr, & sinè scripturis (proùt expedire videbitur) infrà breues dies, de causa suspicionis huiusmodi se informet oretenus: & siquidèm secundum eius arbitrium, & videre, videbitur, per informationem ipsam causam suspicionis, fore probatam, & secundum eius arbitrium esse iustam: tùnc recusationem dicti Iudicis, vèl alterius officialis allegati suspecti admittat: Et vbi nòn videbitur sibi causam ipsam suspicionis infrà breue tempus prædictum, fore probatam, vèl à principio non esse iustam recusationem ipsam Iudicis, vèl alterius officialis, nullatenùs admittat sed ad ipsius Prothonotarij dictum, Iudex ille allegatus suspectus in causa illa procedet (non obstante allegatione prædicta.) Nos autem arbitrio, discretioni, & voluntati ipsius Prothonotarij, eiusquè Locumtenentis, vèl alterius eligendi per eum per præsentem ordinationem nostram, inspiciendum committimus: si causa suspicionis iusta sit, vèl iniusta & in casu, quo iusta apparet si probata sit, vèl non, infrà tempus prædictum: eius Prothonotarij seù eius Locumtenentis dicto supèr hòc stetur, absquè aliqua contradictione quacunquè; eiusquè arbitrio committimus imponendi: & exigendi pœnas, quæ sibi videbuntur ab allegantibus causam suspicionis: & ipsam minimè probatibus coràm eo, vt aùt edictalis ordinatio nostra, in notitiam deueniat singulorum: & nè ipsius ignorantiam valeant allegare, membranam, ipsius seriem continentem, in porticibus Castri nostri Noui. Neapol. apponi fecimus, & affigi, quæ teno-

tenorem edictalis ordinationis affatæ ſuo ſonoro præconio,& patulo iudicio publicabit, cum non ſit veriſimile remanere incognitum,quòd tam patentèr,in oculis omuium diuulgatur, in cuius rei teſtimonium, præſens edictalis noſtræ ordinationis ſcriptum exindè fieri, & pendenti Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri. Datũ Neapoli per manus Magnifici Viri Frãciſci Zurli de Neapol. Comitis Montis Auri, Logothetæ, & Prothonotarij Regni noſtri Siciliæ, Collateralis Conſiliarij,& fidelis noſtri dilecti. Anno Domini. MCCCCXVII. die penultimo Septembr. 11. indictionis Regnorum noſtrorum anno quarto. Adijcientes quod in alijs Ciuitatibus,& locis Regni, ſuſpiciones prædictæ modo, & forma prædictis debeant allegari coràm Diœceſano loci, vèl eius Vicario, qui procedat in præmiſſis, ſicut procedere debet Prothonotarius iuxtà formam prædictam.

SVMMA RERVM.

1 *Magnum Populi ſolatium, etiàm cadentis cauſa integri, minimìque Surdi arbitri conſcientia.*
Ariſtes Sophiſta nonnulla, quæ recenſentur de Marco Aurelio prædicat.
2 *Vtinam hæc quoquè mortales de hodiernis Iudicibus, laudare poſſent.*
3 *Reprehenduntur illi, qui, vt ſuſpecti ſint in cauſis, impudentèr curant prauis ſuis animi propenſionibus ducti.*
4 *Suſpecto coràm Iudice litigare, nihil in Iudicijs periculoſius, nihilquè durius.*
5 *Meritò iura omnia mandarunt poſſe illum recuſari.*
6 *Recuſationis exceptio vti defenſio neceſſaria eſt.*
Minor cauſa requiritur ad remouendum Iudicem, quam teſtem, & quarè.
7 *Adeoùt, neq; Summo Pontifici, vèl alio Principi liceat cauſam committere illa remota.*
Quid ex plenitudine poteſtatis.
Phœbi, & aliorum effatum in contrarium, procedit in recuſatione friuola.
8 *De Iure Ciuili Iudicis ſuſpicio ſufficiebat, allegari, nulla cauſa expreſſa, iuramento tamèn præſtito, proponentem ſe non calumniæ cauſa, ſed vt ius ſuum tueatur allegaſſe ſuſpicionem.*
Quod iuramentum, etſi à parte non petitum præſtari debet.
9 *De Iure verò Canonico, cauſa eſt exprimenda.*
10 *Hoc Iure Canonico vti in Regnò, hoc in Ritu, Regina noſtra ſanxit.*
11 *Agnoſcentes poſtmodùm Regnorũ Moderatores huiuſmodi ſuſpiciones affectatè proponi ad protelandas cauſas, diuerſas ſanctiones promulgarunt.*
Illæ quæ vigent, apud Hiſpanos, Gallos, & Ferrarienſes, recenſentur, remiſſiuè.
12 *In Regno plures extant pragmaticæ, acutas pœnas imponentes contra allegantes officiales ſuſpectos, & non probantes.*
13 *Comparitiones, & libelli ſuſpicionum ſubſcribendi ſunt ab Aduocato, qui primas cauſæ vices in defendendo ſuſtinet.*
14 *Recuſante Aduocato illa ſubſcribere, licebit principali, duplicato tamen depoſito facto.*
15 *Pragm. diſpoſitio circa Aduocati ſubſcriptionem, conformis eſt legi Portugaliæ.*
16 *Aduocati multa incurrunt mala, dùm Iudices ſuſpectos allegant.*
17 *Partes litigantes in primis, debent procurare Iudicis gratiam, eiuſq; animum, atque arbitrium ſibi conciliare.*
18 *Aduocati omni libertate, modeſtè tamen, ſuſpicionum libellos in cauſis,* quas

quas tuentur, subscribant.

19 *Insignes causarum Patroni, pro recusantibus pluriès patrocinium præstiterunt, prout fecit Io: Petrus Fontanella.*

20 *Tempus præfinitum ad subscribendum capita suspicionum, currat nè à die primæ recusationis nullitèr factæ, vèl à die secundæ subscriptionis, validè factæ per Aduocatum.*

21 *Pragmat. statuens duplicatum depositum pro pœna proponentium libellos recusatorios magistratuum, quando illi à principali subscribuntur, àn locum sibi vendicet in casu quo principalis est sui met ipsius Aduocatus.*

22 *Admittantur nè suspicionum capita, à procuratore causæ subscripta.*

23 *Procurator generalis, àn, & quando valeat proponere suspiciones, absquè speciali mandato.*

24 *Iudices recusari non possunt ab Electis, & Decurionibus Vniuersitatis, absquè speciali mandato.*

25 *Tertius, qui fuit in causa pro suo interesse admissus, valet suspicionem proponere.*
Decisiones S.C. subnectuntur.

26 *Tertius comparens tanquam excusator, admittitur ad recusandum Iudicem.*

27 *Contumaci, liceat nè suspicionem proponere.*

28 *Recusatio Iudicis ad lites futuras, proponi non potest.*
Scita S.C. adducuntur.

29 *Cum capitum comparitione sit depositum.*

30 *A quo, nequè Ecclesiastica persona sunt immunes.*

31 *Paupertas in hoc prodest, & quomodo seruetur in huius Ciuitatis Tribunalibus, indicatur.*

32 *Illud facere non obstringitur, allegans suspectum Regium Consiliarium, vti Censultorem Reuerendæ Fabricæ Diui Petri huius Ciuitatis.*

33 *In qua Curia, àn fieri debeat depositum pro pœna nullitatum, aduersùs decretum.*

34 *Nèc allegans suspectum Consiliarium Consultorem Reu. Regij Cappellani maioris*
Dom. D. Ioannes de Zespides, laudatur.

35 *Abb. V.I.D. D. Didacus Petra Authoris frater, memoratur.*

36 *Iudices non valent determinare, vt deposita restituantur.*

37 *Etiam si pars, quæ proposuit suspicionem illi renunciauerit, & decisio adducitur.*

38 *Aliquando Collaterale Consilium mandare solet, vt illa restituantur.*

39 *Quid si antè decisam recusationem Iudex decedat, vèl à Regno recedat.*
Determinatio S.C. indicatur.

40 *Suspicio, officialium prohibetur per codicillos fieri, & vt dicunt per scriptorium desiniri, sed iudicari debet per Tribunal, ad quod spectat.*

41 *Sed si ex causa non deceat publicè per acta pronunciari, fiat cum Consilio Regentium secretè.*

42 *Praxis Regni Siciliæ, remissiuè traditur.*

43 *Omnibus adimpletis capita discutiuntur, et non admissibilia reijciuntur, & si sunt admissibilia, & necesse sit, vt Iudex, siuè Consiliarius interrogetur de capitibus, dicitur deponat.*

44 *Quàm depositionem facere obstringitur, absquè iureiurando.*

45 *Quæ interrogatio si non est necessaria, quia capita Iudicibus ex scripsuris innotescunt, absquè illa recusatio admittitur.*

46 *Negante Consiliario, vèl capitibus probatione indigentibus, terminus impertitur, & depositum duplicatur.*

47 *Quo in casu, àn concedatur testium audientia.*

48 *Quod si capita fuerint probata, admittitur recusatio, sin autem, quod interueniat.*

49 *Aliquando negante Iudice in depositione non conceditur terminus parti ad probandum, si constet calumniosè suspicionem proponi.*
Decisio S.C. adducitur.

50 *Minus iustæ, & friuolæ suspiciones ex offi-*

officio à Iudice reyci possunt, etiàm ab eodem Iudice, qui, illis minimè obstantibus, ad vlteriora procedere valet.

Quæ tales dicantur, remissiuè.

51 *Aduersùs suspicionem propositam licebit alteri parti, se opponere.*

52 *Suspicio est proponẽda ab Actore in principio causæ.*

53 *Impetrans Iudicis commissionem, illum àn approbare censeatur.*

54 *Reus illam potest proponere, vsquè ad litis contestationem.*

55 *Dummodò noua non insurexisset causa, nàm admittitur, etiàm post conclusum in causa.*

56 *In notorijs, àn sit locus Iudicis recusationi.*

57 *Quod dicatur delictum notorium, & quomodò in eo procedatur.*

58 *Iure Regni suspicio est proponenda infrà quadraginta dies, numerandos à die, quo prima petitio est principali notificata, vèl elapsus est terminus, procuratori impertitus, ad denunciandum, & respectu Iudicum, qui superuenerint, à die capta possessionis.*

59 *Qui terminus moræ purgationem non admittit, & hoc àn sempèr sit verum.*

60 *Illoquè effluxo, non est quilibet audiendus, etiàm remedio nullitatum, vèl restitutionis in integrum.*

61 *Sed illum non currere in damnum pupilli, tutorẽ non habentis, Author respondit, decisionemq; indicat.*

62 *Quid si de nouo, superuenisset causa.*

63 *Assumptum illud, quod proptèr superuenientiam de nouo de iure communi admittatur recusatio, procedit, dummodò causa sit clara, & euidens.*

64 *In Regno inconcussa innaluit obseruantia, vt notoriæ suspiciones quandocunquè proponi possint.*

65 *A die verò propositæ suspicionis, est illa terminanda infrà dies triginta.*

66 *Quem terminum solet sæpè Collateralе Consilium prorogare.*

67 *Sèd si introducta causa, aliud non remaneat, nisi vt illa votetur, terminus mensis protelatur vsquè ad decisionem, & exempla, àc alia adducuntur.*

68 *Partibus non est imputandum, dato impedimento à Iudice.*

69 *Terminus àn currat in iurgio vertente in Iuncta.*

70 *Iudex, àn possit se ipsum remouere, & reddere suspectum.*

71 *Quid seruetur in Regno nostro, indicatur.*

72 *Coràm quo proponendæ sint causæ, & quarè Iudex recusatus minimè de illis cognoscat.*

73 *In S. C. nequè tractatur coram Consiliarijs, Iudicibus in causa principali.*

74 *Si causa principalis tractatur, iunctis aulis, illa suspicionis debet tractari in alijs duabus aulis.*

Decisiones S.C. in medium afferuntur.

75 *Causæ ciuiles, & criminales Consiliariorum non committuntur in Aula, in qua ipsi resident.*

76 *Barones valeant nè cognoscere de suorum officialium suspicionibus?*

77 *Acta facta coràm Iudice suspecto, nullitati nè ipso iure subiaceant, àn sint annullanda.*

78 *Quid de illis factis coràm Iudice declarato suspecto.*

79 *Credatur nè potiùs coniudicis fidei attestanti, in sententiæ prolatione votum suum non dedisse Iudicem suspectum, àn verò Actorum magistro, qui in lecta lata attestatus fuit de illius interuentu.*

80 *Iudici quando credatur attestanti de gestis coràm ipso.*

81 *Qui comparet coram Iudice suspecto, àn recusationi renunciare videatur.*

Quid si compareat cum protestatione.

82 *Durante decisione articuli suspicionis, Iudex illius procedit, etiàm in causa principali.*

83 *Omnis Iudex, siuè Ordinarius, siuè Delegatus, recusari potest.*

84 *Et etiàm is, qui quouis modo ad aliquid præiudiciale peragẽdũ destinatus est.*

85 *Regimẽ, Syndicus, Rector, Visitator Officialium, Assessor, Arbitri, & alij, qui recensentur, remoueri, vti suspecti, possunt.*

86 *Locus, & Monasterium, in quo sequestratur puella.*
87 *Sic, & Regni Secretarius, quo casu est faciendum depositum.*
88 *Aduocati fiscales, àn possint allegari suspecti.*
89 *Examinatores S. C. Actuarij & Tabularij quomodò recusentur.*
90 *Suspecto capite, àn fiūt suspecti eius Consiliarij, vt in Prorege, qui potest recusari.*
Quiduè suspecto Præside.
91 *Suspecto Episcopo, àn eius Vicarius remoueatur.*
92 *Quiduè in Barone, & àn ille suspectus priuetur potestate subdelegandi, & obseruantia traditur, cum alijs.*
93 *Præses S. C. suspectus in iudicando, àn possit causas distribuere, & mandare, quod verbum fiat in S.C.*
94 *Quid seruetur, suspecto illo, etiàm in delegando.*
Consiliarij àn Iudices sint Ordinarij.
95 *Suspectus ex capite inimicitiæ repellitur, etiàm à subdelegando.*
96 *Delegans habens proprium interesse, non valet subdelegare.*
97 *Iudex ob suspicionem propositam efficitur inimicus recusantis.*
98 *Recusatus propterea in vna causa, ab omnibus causis recusantis remouetur, vigore Prag. editæ, sub die 30. Octobris 1652. quæ in viridi est obseruantia.*
Decis. S.C. adducuntur.
99 *A Iudice suspecto declarato, iurisdictio totaliter abdicatur, adeoùt si ei succedat alter non suspectus, causa ad illum non redit.*
100 *Coràm superiore causa remanet, ob grauamen illatum in interlequutoria, quiduè in S.C.*
101 *Etiàm si Iudex, qui grauamen intulit, mutetur.*
Nèc appellatio à decreto, quòd interueniat, admittitur, nequè nullitas, cum declarationibus.
Quid si nullitas proueniat ex defectu iurisdictionis.
102 *Filius an possit interuenire in causa, in qua pater fuit suspectus.*
Dec. S.C. indicatur.
103 *Causa multa, ex quibus recusari possunt Iudices, congeruntur à DD. qui recensentur.*
104 *Illa, quotquot sint, ad duo reducuntur principia, nempè amorem, vèl odium.*
105 *Sub primo multa complectuntur. Proprium, nempè, interesse.*
106 *In causa propterea propria nemo est Iudex, quid parte consentiente.*
107 *Baro non potest propria authoritate exigere auditoria, àn ineroitus Baronales?*
108 *Delinquens in terra Baronis contra ipsum Baronem; àn ab illo mulctari possit.*
109 *Quid in delictis notorijs, & in iniuria illata ius exercenti, cum alijs ad materiam.*
110 *Executores quando possint exequi pro eorum salario, remissiuè.*
111 *Princeps in causa propria, àn, & quando iudicare possit.*
112 *Episcopus, àn valeat cognoscere causam suæ Ecclesiæ.*
113 *Gubernator alicuius Hospitalis, àn possit interuenire in decisione causarum, in quibus idem Hospitale habet interesse.*
114 *Locorum Piorum Gubernatores à Iure vocantur Aeconomi, seù defensores Ecclesiæ.*
115 *Nuncupantur etiàm tutores, & curatores.*
Dec. S.C. memoratur.
116 *Litigans cum Vniuersitate, rectè recusat Iudicem Ciuem illius Ciuitatis.*
Scitum S.C. indicatur.
117 *Iudex subditus aduersarij remouetur, etiàm si sit solùm suffraganeus.*
118 *Si aduersarius sit Iudicis Vassallus.*
119 *Suspicio obstat Iudici habenti litem coràm officiali, cum quo quis litigat. Etiàm si lis sit illius Generi.*
Decretum S. C. adducitur.
120 *Vel si illius gener contractū emptionis annuorum introituum inhijsset cum vna ex partibus.*
121 *Iudex tanquam priuatus habens aliam cau-*

cauſam,in qua idem articulus eſt decidendus,àn recuſari poſſit in deciſione eiuſdem articuli.

122 *Quid ſi vnus ſit Iudex alterius in cauſa ſuſpicionis.*

123 *Conſanguinitas inſupèr Iudicem redditſuſpectum.*
Ettã in cauſis,in quibus illius cõſanguinei ſunt Aduocati,cũ declarationibus.
Et actuarium ab actitando.

124 *Etiàm ſi Iudex ſe coniũctũ exiſtimet.*
Sic,& affinis remouetur.
Et vſquè ad quem gradum.
Quidnè ceſſante affinitate.

125 *Enarrata reſtringuntur, quando Iudex, vtriq; parti eſſet æqualitèr coniunctus.*

126 *Minimè verò ſi Iudex magis amaret vnam, quam aliam partem, vt ſi lis eſſet intèr duos nepotes, & perſonam vnius, vti monachi, repræſentaret Monaſterium.*

127 *Viri duarum ſororum conſobrinarum, àn poſſint recuſari.*

128 *Lis intèr aliquos de præcedentia ratione maioris, vèl minoris dignitatis in officio, àn præbeat iuſtam cauſam, ad inuicem ſe recuſandi.*

129 *Memoratur ſententia emanata è Collaterali Conſilio in beneficium Conſiliarij Alphonſi Vargas, pro reintegratione, nècnon altera,quod non interueniat in cauſis Conſiliarij Didaci Varela,& è contrà.*

130 *Tutori non licet recuſare ſuum inimicum in cauſis pupilli.*

131 *Tutor litigans nomine pupilli cum aliquo iuſtè illum recuſat in cauſis proprijs.*

132 *Memoratur deciſio S. C. in cauſa propria Authoris, ipſo adhùc puero patrocinante, in ſuſpicione allegata in perſonam Conſiliarij Ioannis Baptiſtæ Amendola.*

133 *Inimicus pupilli dicitur inimicus tutoris, & negotium pupilli eſt tutoris.*

134 *Conſanguinitas ſpiritualis iuſta eſt cauſa recuſationis.*

135 *Nedùm in cauſa baptizati,ſed,et patris baptizati.*

136 *Cognatio ſpiritualis fortior eſt, quàm carnalis.*

137 *Non minus mulctatur, qui patrẽ carnalem,quàm qui ſpiritualem occidit.*

138 *Contra patrem ſpiritualem inſtrumentum non liquidatur, ei alimenta præſtari debent, non admittitur ille in teſtem.*

139 *Competit compatri ius querelandi in ſubſidium.*

140 *Iudex àn iuſtè recuſetur in cauſa eius confeſſarij.*

141 *An compater mariti interuenire poſſit in cauſis vxoris.*

142 *Deciſio S.C. adducitur.*

143 *Sancita inter coniunctos vendicãt ſibi locum in Amicis.*

144 *Iudex propterea nimis familiaris cum aliqua ex partibus poterit recuſari.*
Et alia ad materiam adducuntur.

145 *Quid ſi pars in acceſſu,cum illo edat, & hoſpitetur.*

146 *Nonnulla deciſ.S.C. memorantur.*

147 *Iudex in cauſa viri nutricis eius filij, àn poſſit remoueri.*

148 *Magiſter in cauſa diſcipuli, compatriota in cauſa compatriotæ, &c.àn remoueatur.*

149 *Quid ſi pars ſit ipſius Iudicis Aduocatus.*

150 *An recuſari poſſit Iudex ex nimia familiaritate cum Aduocato partis.*

151 *Patrocinium in cauſa præſtitum remouet Iudicem in illa cauſa.*

152 *Itaùt nèc de partium expreſſo conſenſu interuenire poſſit.*

153 *Acta facta coram illo, ipſo iure nulla ſunt.*
Deciſio memoratur.

154 *Etiamſi facto ſcrupulo Collegæ decreuiſſent, quod interueniat.*

155 *Non vero ſi cauſa ſit diuerſa.*
Determinationes S.C. ſubnectuntur.

156 *Aduocatus fiſci non poteſt in eademmet cauſa ius dicere.*

157 *Iudex,qui fuit in cauſa criminali, àn vti fiſci patronus patrocinari poſſit in cauſa appellationis pro fiſco.*

158 *Teſtis,qui fuit in aliquo negotio, vèl me-*

mediator non potest esse Iudex.

159 *Qui dicatur mediator, & quandopossit esse testis.*

160 *Sub alterius principij clypeo, alia militat causa, potissimum, Inimicitia, ob quam Iudex remouetur:*
Quid si esse inimicus vtriq; parti.

161 *Inimicitiæ causa in specie est exprimenda.*

162 *Ad quem vsq; gradū, illa extendatur.*
Decisio S.C. refertur.
Quid si Iudex sit inimicus reconciliatus, quiduè in teste, cum alijs ad materiam.

163 *An inimicus præsumptus à iudicando repellatur, si ad Iudicis notitiam inimicitiæ causa non peruenerit.*

164 *Quid si recusans sit author inimicitiæ, & illam affectauerit.*
Vniuersitas, àn valeat Iudicem ex causa inimicitiæ recusare.

165 *Iudex si pertinacitèr assumeret sibi causam, ingerendo se animosè, vèl malè versans cum aliqua partium, àn remoueatur.*

166 *Quid si non expectat, sibi asportari processum, vèl subscribat memoriale petentis, absq; partis citatione.*

167 *Quid si procedat, non obstante recusatione proposita.*

168 *Recusari àn possit, si acritèr locutus fuit contrà reum.*

169 *Iudex, qui testis fuit in causa criminali, àn recusari possit, vti inimicus.*

170 *Remoueri àn possit Iudex, eò, quod recusans aliàs cum esset Iudex contrà illum iudicauit.*
Si contrà Iudicis sententiam, quis appellauit.

171 *Lis, etiàm antiqua, cum Iudice, illum remouet.*

172 *An interuenire possit in causa illius, qui patrocinium contra Iudicem, vèl eius uxorem, suscepit.*
Decisio S.C. indicatur.

173 *Nùm verò fisci patronus, qui interuenit contrà aliquem in causa criminali, effectus Iudex, possit ab inquisito in alijs causis recusari.*

174 *Iudex, habitans cum parte litigante, àn iustè recusetur.*
Determinatio S.C. subnectitur.

175 *Iudex, qui omisit salutare, vèl resalutare partem, an, & quando vti suspectus allegari possit.*

176 *Officiales debent esse prompti ad salutem reddendam salutantibus.*

177 *Ipsis à subditis, reuerentia debetur.*

178 *Et tandèm, alijs emissis, propalatio voti Iudicem suspectum reddit.*

179 *Decisio S.C. memoratur.*

180 *An voti propalatio probari possit testibus.*
Qua pœna mulctentur Iudices, illa propalantes.

181 *Marinus Freccia laudatur.*

182 *Et indicatur, illum composuisse librum, de liquidatione instrumentorum.*

183 *Iudex non dicitur propalasse votum, si dubitatiuè in causa loquutus fuit.*
Decisio affertur:

184 *In hac recusationis specie proponenda, circumspectè peragendum est.*

185 *Iudices cum cautela Aduocatis causarum motiua aperire debent.*

186 *Iudex, si in aliquo articulo iuris responsum typis edat, àn recusari possit in causa, in qua eadem trutinanda venit quæstio.*

1 MAgnum Populi solatium, etiàm cadentis causa, integri minimèq; surdi Arbitri conscientia *Aristes Sophista* hæc de *Marco Aurelio* prædicat. *Omnes ab eo ius suum consequuntur, nèc eius iudicia quisquam calumniatur, siuè actor causa cadat, siuè reus vincatur, verùm vterquè æquo animo, & hilaris discedit, nèc alitèr de re indicata sentit is, qui causam obtinuit, quàm qui litem perdidit, quod si pœnas aliqui dare coguntur, non id, tàm graue ducunt, quàm quod maiora non patiantur, præclarè secum agi putant.* Quæ vtinam de ætatis
2 nostræ Iudicibus sēpēr celebrari posset, sed quibus verborum telis confodiendi sunt, qui, vt suspecti sint in causis, impudentèr curant, prauis suis animi propensionibus ducti, iustitiæ in-

integritatis obliti, & cum omnia æqui-
3 tatis lance pendere debeant, vt lubet, atquè ex ſententia res ſtatuant, decernuntque. Profectò nulla alia re magis Iuſtitiæ Sacroſanctum Numen offendi-
4 tur, quàm ſi ea per ſuſpectos Iudices adminiſtretur, durum enim, & periculoſum eſt; Imò ab ipſa naturali ratione alienum, coràm ſuſpecto Iudice de ſuo iure contendere. Etenim ſi ad eum cauſa quæuis peruenerit, illicò omnis rerum ordo turbatur, oppreſſa veritas iacet, integritas violatur, infrigitur authoritas, vndiquè viſuntur illatę calumniæ, vndiq; iactæ contumeliæ, hinc accuſationes iniquæ, illinc nefariæ inferuntur iniuriæ, ſi qua lata fuerit ſententia, non ideò, vt aiunt, cõclamatum eſt, iterum in ancipiti, iterumquè ad calculos reuocanda. Vno verbo, certiſſima cauſa in diſcrimen demùm adducitur.

Vti innuit *Summus Pontifex Nicolaus in cap. quod ſuſpecti, 3. q. 5. in cap. cum inter, de except.* nècnon *Imperator Iuſtinianus in l. apertiſſimi, C. de Iudic, in l. 1. C. vbi pupill. educar. deb. Gregor. Lopez in ſchol. ad ius ſeptempartitum, l. 22. tit. 4. par. 3. lib. 3. ordin. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 7. nu. 1. Decian. reſp. 26. num. 12. vol. 1. & reſp. 118. nu. 6. vol. 3. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 45. num. 1. Graff. de except. excep. 24. Farinac. in 2. par. fragm. verb. Iudex, Hippol. de Marſil. ſingul. 292. Maynard. dec. 87. lib. 1. Epiſcop. Barboſ. in collect. ſupèr d. l. apertiſſimi, nu. 7. Scacc. de ſentent. & re iudic. Gloſ. 1. q. 1. num. 250. Bouad. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 122. lit. H. Io: Petr. Fontanell. dec. Cathal. 1. num. 1. p. 1. Maſtrill. dec. 151. num. 30. Marant. in ſpecul. rubr. de ordin. iudic. par. 6. à num. 46. Iul. Franc. Mar. Prat. ad Muſcat. lib. 1. p. 1. Gloſ. ſententia, la 1. & in ſuo Nicandro ex num. 315. àc lib. 3. diſcep. forenſ. cap. 47. nu. 3. & cap. 52. Epiſc. Ricc. dec. Archiep. 233. p. 2. Reg. Capyc. Latro conſult. 101. num. 3. tom. 2.* adeoùt etiã in ſanctis viris ſuos fuiſſe recuſatos Iudices legamus, apud *Bouadill. add. c. 8. n. 122.*

5 Iure igitur leges omnes (vt tanto malo ſalutarem adhiberent medicinã) Iudicẽ recuſari poſſe, ſtatuerũt; recuſationis namq; exceptio, vti defenſionis Ia-
6 nua, neceſſaria eſt, *Paſqualig. moral. dec. 348. n. 4. deciſ. 349. n. 6. & dec. 354. n. 6. Valaſc. alleg. 96. n. 3. Imol. c. 91. n. 15.* & ſtatuto tolli nõ poteſt, *Scacc. de appell. q. 16. limit. 1. nu. 120. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 3. nu. 9. Lancell. de attent. cap. 6. num. 4. Marſil. ſing. 292. nu. 2.* Ideòq; minor cauſa requiritur ad remouẽdum Iudicem, quã teſtem, *ad d. l. apertiſſimi,* & ibi *Iaſ. num. 7.* hæc dicit: *Tu autèm pramitte regulam, quod minor ſuſpicio eſt ſufficiens ad repellendum Iudicem, quàm ad repellendum teſtem,* & tradunt *Larrea deciſ. 48. Surd. conſ. 50. num. 21. Dom. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 90. num. 9. p. 1. & Dominus Iudex Prat. diſcept. forenſ. to. 3. add. cap. 52. n. 27. cum ſeq.* Vndè videmus, quòd ad repellendum teſtem grauiſſima, vèl ſaltim grauis requiritur inimicitia, *Bald. in auth. ſi teſtis productus, num. 9. C. de teſtib. Caranit. Rit. 73. nu. 9. Grammat. deciſ. 39. num. 27. & Farinac. dicto tract. q. 53. num. 52.* ſed ad recuſandum Iudicem non capitalis, vèl magna, ſed leuis, & modica inimicitia ſufficit, dummodò ſit probabilis, *Grat. diſcep. forenſ. tom. 2. cap. 284. num. 28. Vin. deciſ. 363. num. 3. Reg. de Ponte deciſ. 30. num. 4. Reg. Rouit. in prag. 1. num. 24. de ſuſpic. official.* ſcitiſſimè *Dom. Reg. Galeota controu. iur. lib. 1. contr. 39. n. 43. & Reg. Sanſ. dec. 81.* & nos inferiùs ex *n. 160.* quia faciliùs eſt, cẽtum Iudices reperire, quàm vnũ teſtem, *R. de Ponte conſ. 141. n. 2. & 9. lib. 2. R. Capyc. latro add. cõſul. 101. num. 40.* Summo Pontifici, & al-
7 teri Principi propterea non liceat cauſam committere, recuſatione remota, monent *Fontanel. deciſ. 13. num. 2. & dec. 14. num. 3. tom. 1. Maſtrill. dec. 214. Barboſ. de clauſul. clauſ. 131. Rebuff. de recuſ. in præfat. q. 3. à num. 9. Guaz. ad defenſ. reor. defenſ. 1. ex defect. iuriſdict. cap. 19. ſub num. 2. Giurb. obſer. 68. ſub*

num:

*n.3.Carecc.except.*121. *n.*48.quiduè ex plenitudine potestatis,*Ramon.consf.3.n.* 37. *Zacchar.Pasqualig.dec.*349.*num.*1. effatum propterea in contrarium *Phœbi decis.* 77. *num.*7.*Reg.Rouiti in prag.*1. *num.*42. *de suspic.* procedere credimus in recusatione friuola, cum *Baldax. Thomat.var.in append.ad tract.*1.*num.* 20. *Barbos.claus.*75.*& Giurb.mem.obser.*68.*sub num.*3.

8 Adeò quòd ius Romanorum, nedum vlla pœna imposita fuit Iudicem recusanti, sed causam simplicitèr allegare permisit, addito iureiurando, non calumniæ causa agere, sed vt suum ius tueatur teste *Gl.in d.l.apertissimi,verb.Recusare,Couar.in practic.* c.25.*nu.*1.*Sanch.de matrim.lib.*7.*disp.* 113.*n.*8.*Marant.par.*4.*dist.*5.*num.*40. *Osasc. dec.Pedem.*84.*num.*6.*Bonad.polit. lib.*3.*cap.*8.*num.*125.*lit.C.& num.* 122. *tom.*2. *Farinac. in par.*2.*fragm. criminal.num.*882.*&* 886.*Bonac.inter commun. opin.lib.*3. *tit. de Iudic.num.* 131.*& tit.de accusat.num.*183.*Vezin: int.comm.opin.lib.*9.*tit.de accusat.num.* 183. *Mysing.singul.obseru.cent.*3.*obser.* 63. *num.*3. *And.Gaill.obser.*33.*nu.*14. *Iodoc.in prax.ciuil.cap.*125.*num.*17.*&* 18. Idquè iuramentum prestari debere, quamuis ab aduersario nō petatur, notat *Gregor. Lopez in l.*11.*tit.*4.*par.*3. *Glos.*3.*& Auendan.in cap.Pratorum* 2. *par. cap.*22. *num.*12. *Barbos.in collect. supèr d.l.apertissimi,num.*47.*& Iudex Franc. Maria Prat. obser.*58. *num.*7. etiàm si causa committatur, alicui appellatione remota, *Ripoll.var.iur.resol. c.*2.*num.*222.

9 Ius verò Canonicum strictiùs procedēs, sanxit, causam esse exprimendam,& probandam, nulla tamèn pęna coercens illos recusantes,*in cap.Secundò requiris,*§.1. vbi *Glos. ver.Coram, de appellat.*

10 Hoc iure Canonico vti in Regno peculiari sanctione in hoc *Ritu* Regina nostra mandauit sic aduertente, quoq; *Carau.in.hoc ipso Ritu num.*6.*vers. Notoprimo*, quem laudat *Prat. ad Muscat. in add.Glos.sententia, vers.Estquè paritèr, & lib.*3. *discep. forens.cap.*49. *num.*11. & repetit *eod.lib.*3.*cap.*52.*nu.* 11. & iterum *pract. obser.*58.*num.*8.& monent *Baiard. ad Clar.in pract.crim. q.*43. *num.*16. *Caualc. de Brach. Reg. p.*3. *ex num.*273. *Guazzin.ad defens. reor. de suspicion.official.fol.*178. *col.*2. *Rebuff. ad const. Gall. tract. de recusat. art.*1.*Glos.*3.*num.*4.

11 Gliscente postmodum litigantium malitia,agnoscentes Regnorum Moderatores huiusmodi suspiciones,vt plurimum affectatè fieri ad protelandas causas,testibus *Castill.dec.*75.*nu.*5.*p.*1. *Garon. de senator.lib* 1. *tit.*4. *cap.*13. *num.*7. *Franc. Mar. Prat.ad Muscat. add. Glos.sententia,pag.*31. *& lib.*2.*discept.forens.cap.*16.*num.*4.diuersas sanctiones promulgarunt, apud Hispanos

12 extat *l.*22. *tit.*4.*p.*3. vbi *Gregor.Lopez tot. tit.* qui est *quintus lib.*3.*legum ordinat.* vbi *Didac. Perez & in lib. noua recollect. tit.*16.*lib.*4.vbi *Azeued.*& intèr capitula prætorum Hispaniæ, adest *cap.*44. vbi *Auiles*. Apud Gallos *constitutio* extat Caroli Octaui, quàm exornauit *Rebuff. ad Constit. Gallia in tract.de recusat.*& Ferrariæ adest *statutum* 39.*in lib.*2.*statutorum vrbis Ferraria, & in lib.*1.*statutorum* Vrbis Romę, *cap.*184.& in Regno plures extant *pragmatica* acutas pænas imponentes contra allegātem suspectum officialem, & non probantem,potissimùm tempore Gubernij Excell Comitis de Lemos iunioris sub die 2. Nouemb.1611. & est 11. *sub tit. de suspict.official.*quæ cauit comparitiones, & libellos suspicionum

13 subscribendos esse ab aduocato, qui primas causæ vices in defendendo sustinet, & in casu, quo, aduocatus sub-

14 scribere renuerit,parti ipsi principali licebit,duplicato deposito pro pęna facto. Pragmaticæ dispositio,circa aduoca-

15 ti subscriptionem, conformis est Portugaliæ legi, de qua loquitur *Georg. Cabed. decis*45.*num.*8.*p.*1.& meminit *Fontanell. dec. Catal.*4. *num.*23.*p.*1.&

14 quamùis aduocati multa incurrant mala,

la, dùm Iudices suspectos allegant, & perrarò debeant etiàm partes ad hoc peruenire (siquidem, Authore *Rebuffo ad Const. Gallia cit. tract. de recusat. in*
17 *præfat. in princ.* In primis debent procurare Iudicis gratiam, eiusq; animum, atq; arbitrium sibi conciliare) sciant tamèn Aduocati inhumanum esse, & côtrà conscientiam susceptum clientis deserere patrocinium, & proindè omni li-
18 bertate, modestè tamèn suspiciones, in causis, quas tuentur, subscribant, & benè eorum officium exercentes, aliud non timeant, nèc reformident, sic admonente *D.Franc.Mar.Prat. in add.Glos. sententia, vers. Nec ignores velim, in fine.* Pluraquè prętereà legi capita suspi-
19 cionum subscripta ab Aduocatis famigeratis, & tùnc primæ classis, nobilitateq; præclaris, potissimùm in causa Ducis Bracciani vertente cum Ducissa Ariciæ supèr successione Michaelis Peretti Principis Venafri, allegato suspecto Côsil. Camillo de Petio à dicto Duce, quia ille consuluit renunciationem factam à dicta Ducissa filia Principis, tẽpore matrimonij, de cuius renunciationis viribus agebatur. Ipsum Camillum fuisse ab eadem Ducissa constitutum procuratorem, pro obtinendo assensu à S.M. pro illius renunciationis conualidatione, & tandèm quia Ducissa constituit Gubernatorem in Ciuitate Venafri consanguineum dicti Consiliarij, qui proindè interesse habebat in exitu articuli possessorij, ad hoc, vt ille manuteneretur in exercitio gubernij, capita fuerunt subscripta ab Aduocatis causæ principalis, nempè à *D D.Carolo Brancacio*, *Petro Carauita*, deindè Regijs Consiliarijs, & *Cæsare Brancati*, & facto verbo in S.C. iunctis aulis *referente D.Consil.D.Gregorio de Angulo, sub die* 18. *Iunij* 1631. prouisum fuit, *quod in causa prædicta non interueniat*, penès *Mag.de Mercati Secr.* de qua decisione meminit R. *de Marin. lib.* 2. *quotid. resol. c.* 9 *n.*6. *& ad Reuert. dec.* 153. *n.*1. & nos in *Rit.* 11. *sub n.*9. & testatur magnus ille causarũ patronus *Io:Petrus Fontanella dec.* 13. *num.* 18. *vers. Senatui, & dec.* 15. *num.*24. *lib.* 1. pro recusantibus plurièes patrocinium pręstitisse.
20 Sed suspicione minus validè proposita, vti non subscripta à Doctore, qui causæ Aduocatus haùd existebat, si deindè validè subscribatur ab eo, àn quadraginta dies pręfiniti in *citand. pragm.* 11. currant à die primæ recusationis nullitèr, & minùs rectè subscriptæ, vel à die secundæ legitimè factæ, tãgit quæstionem *D.Index Prat. ad Muscat. par.* 1. *Glos.* 1. *sententia, vers. Et nè à pragm. elongemur*, & aduersus *Georg. Cabedi dec. Lusit.* 45. (qui allato *Bart. in l. ius ciuile, ff. de legib.* nècnon *Molin. de Hispan. primog. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 16. tradidit, computandum esse tempus à die secundæ subscriptionis) suum præbet calamum, ea fretus ratione, nàm proponens suspicionem scire debebat *pragm.* sanctionem, & propterrcà validè oportebat causas proponere, ad *tex. in l. contrà maiores, C de inoffic. testam.* quam veritatem, latiori calamo, nonnullis adductis, manifestam facit idem *Prat. obseruat. pract. obseru.* 58. mirificè *Bartoli* placito, & *Ludouici, Molina* effatuioccurrens. Consulas tu, quę nos ipsi notauimus *in Rit.* 123. *n.* 29. *tom.*1.
21 Sed àn memorata *pragm.* statuens duplicatum depositum pro pœna, proponentium libellos recusatarios Magistratuum, quando illi à Principali subscribuntur, vendicet locum in casu, quo Principalis est suimet ipsius Aduocatus. Scripsit in causa propria *D. Franc. Maria Prat. lib.* 3. *discept. forens. c.* 49. qui negatiuè se subscribit sententiæ, secũdum quam in praxi contingibilem, & à nemine ex Regnicolis disputatam, obtinuisse sub die 4. Nouemb. 1658. & fuisse admissa suspicionum capita cũ simplici deposito recessẽt, sed fuerat articulus hic priùs decisus per Collaterale Consilium in causa D.Petri Carauita, in suspicione proposita, in personam Dom. Sanfelicij, die 22. Aprilis 1641. penès *Grimaldum Regium Cancellarium*, de quo meminit *Gizz. ad* Ca-

*Capyc. Latro decis.*81.*sub num.* 3.

Sed admittantur nè suspicionum
22 capita à procuratore causę subscripta, Videtur, quod non, cùm Aduocati subscriptionem requirat nostra municipalis sanctio. Verùm in actis suspicionis allegatæ in personam Domini Consiliarij Andreæ Prouenzali, ab Illust. D. Isabella Philamarini Comitissa Cōuersani, & Principissa Roccæ, in causa hæreditatis Principis patris, de mense Februarij 1631. penès *Secret. S. C.* adest fides, præuia licentia S.E. facta ab Ill. Duce Caiuani, tùnc huius Regni Secretario, quod in suspicione deducta à Marchione Fuscaldi, in personam Præsidis S.C. inter alias causas allegatas ab Ill. Ducissa Grauinæ, non esse illam recipiendam, fuit, quia illius capita erant subscripta ab V.I.D. Iosepho Benincasa procuratore, & nō ab V.I.D. Io. Camillo Caccacio Aduocato ordinario causæ, qua oppositione haùd obstante fuerūt capita recepta, & interpositum decretum sub die 5. Decembris 1625. quod *non interueniat*, vt ex libris vo[illegible]orum Collateralis Consilij,
23 Procurator insupèr non admittitur ad proponendum suspiciones, nisi cum speciali mādato, ad *text. in l. non solum*, §. *fin. ff. de procur. Roland. à Valle cons.* 19. *num* 1. *vol.* 1. *Marchesan. lib. commiss. vtriusq; signatura*, 2. *par. cap.* 5. *à nu.* 28. *Ripoll. cit. cap.* 2. *nu.* 265. *Borgn. Caualcan. dec.* 28. *nu.* 108. *p.* 2. *Rota Roman.* apud *Ludouis. dec.* 368. *nu.* 1. *Triuisan. dec.* 51. *nu.* 6. *p.* 1. *Gratian. discept. forens.* 100. *num.* 44. *lib.* 1. *Reg. Valenzuela cons.* 170. *n.* 16. *to.* 2. prohit Iu-
24 dices recusari non possunt ab electis, & decurionibus alicuius Vniuersitatis sinè speciali mandato, *Robert. Lancellot. de attentat. par.* 2. *cap.* 6. *Rebuff. ad Gall. Constit. tit. de recusat. art.* 1. *Glos.* 1. *pag.* 717. *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resolut. cap.* 114. *num.* 8. *Simon de Pratis cons.* 17. *cent.* 3. *Gizz. ad Capyc. Latro dec.* 81. *num.* 3. præterquam si sit procurator generalis, qui pro principali absente de rato promittat, vel petat terminum, ad obtinendum speciale mandatum, *Rebuff. to.* 3. *Cost. Gall. tit. de recusat. art.* 1. *Glos.* 1. *in fin.* & declarat *Fontanell. decis.* 4. *ex n.* 8. *lib.* 1. nècnon notat *R. Reuit. in pragm.* 1. *n.* 75. *de suspit. official.* subne-
25 ctēs, huiusmodi suspiciones posse allegari, tam per principales litigantes, quam per alium tertium, qui fuerit in causa pro suo interesse admissus, ex *Affl. dec.* 235. *And. Gayll. pract. obser. lib.* 1. *obser.* 71. *num.* 7. Et decisum fuit iunctis Aulis, in suspicione allegata à Venerabili Monasterio Monialium Sancti Francisci Cappucinorum, hęredis Reuerendiss. Dom. Hieronymi de Martino, Episcopi Vgenti, in causa cum hæredibus Ill. Ducissæ Barreæ, in personam Dom. Consiliarij Brancatij, sub die 2. Octobris 1653. *referente Dom. Consil. D. Thoma Martinez*, & in suspicione proposita à Principe Petrę Elcinæ, in personā Dom. Consiliarij Antonij Miroballo, in causa cum Ill. Principissa Castilioni, & Ill. Duce Sermonetę sub die 8. Februarij 1652. relatore *D. Consil. Aloysio Gamboa*, & iterùm in suspicione Ill. Principis Casalis Maioris, in personam Consiliarij Antonij Miroballi, in causa cum eius creditoribus, *referente, Dom. tùnc Consiliario Io. Frācisco Marciano* sub die 6. Maij 1652.

Tertius etiàm comparens tan-
26 quam excusator admittitur ad recusandum Iudicem, *Afflict. decis.* 235. *in fin. Apicell. de suspic. Iudic. num* 811. *Ann. sing.* 500. *Guaz. ad defens. reor. defens.* 1. *ex defect. iurisd. cap.* 19. *num.* 30. *Scaccia de Iudic. lib.* 1. *cap.* 101. *num.* 13. *Vant. de nullit. in rub. quis poss. dicere de nullit. sub nu.* 10. *Farinac. in fragm. p.* 2. *verbo, Iudex nu.* 689. *Intrigl. sing.* 80. *num.* 170. *lib.* 3. *Carroc. except.* 120. *num.* 77. *Graff. excep.* 24. *nu.* 19. *Thor. par.* 2. *compend. decis. verb. Suspictio, Nouar. in prag.* 1. *collect.* 1. *n.* 3. *de susp. offic.* & lepidè, ac doctè examinat, plures innuens conclusiones, *Præs. Merlin. controu. forens. cent.* 1. *cap.* 48.

Contumaci, postquam contumacia est

est accusata, liceat nè suspicionum cau-
27 sas proponere contra Iudicem, nega-
tiuè respondet *Caran. in Rit. 219. & 220. n. 7. ante finem*, quem laudat *Ripoll. iur. resol. cap. 2. de recus. omn. Iudic. num. 149.* etiàm in contumace minore, *Bart. in l. si finita, §. si fortè, ff. de damn. infect. de Marsil. in l. de vnoquoque, n. 235. ff. de re iudic. Ias. in l. sancimus, C. de iudic. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 36. n. 1.* cum rei conuenti cunctatio, contumacia, fuga, mora, dilatio, & frustatio, litis contestationis vices fungantur, & eosdem producant effectus, *l. si eum, §. si quis iniuriarum, ff. si quis caut. Afflit. in prax. §. 17. c. 1. n. 12. & cap. 6. n. 367.*

28 Recusatio Iudicum ad lites futuras dirigi nequit, *Maynard. dec. 99. lib. 1. Ricc. collect. 445. Mart. in sum. dec. to. 1. de recus. Iudic. c. 33.* & decisum fuit in causa Ill. Ducissæ Grauinæ, quæ in affictum cepit domum Ducis Grauinæ, ad extinctum candelæ ipsi remansam, vti plus offerenti, in qua habitabat Cons. D. Franciscus de lo Campo, qui minabatur nolle, adueniête tempore, exfractare, ob quod Ducissa obtinuit ordinem à Visitatore Generali, quod adueniente tempore 4. Maij exfractaret, stante nouo affictu, cumquè tempore prædicto habili transmitteret prædicta Ducissa bona in domum prædictam, illa noluit, ingredi facere, verberibus onerauit carresios, & vnum illorum carcerari fecit sub colore, quod rixam fecisset cum alio, qui erat innocens, & vti talis, fuit die sequenti à M. C. licentiatus; Qui quidem Consiliarius, stantibus alijs geminatis ordinibus, exfractauit; vndè fuit ex causa prædicta allegatus suspectus ex capite inimicitiæ, & quia nulla pendebat causa dictæ Ducissæ coram dicto Consiliario, nec in eius Aula, fuit decreto S. C. sub die 17. Iulij 1631. *referente Consil. Octauio Piccolellis* prouisũ, *quod suo tempore prouidebitur, & pro nũc depositum restituatur.* Et introducta causa in eius Aula, fuit de nouo allegatus suspectus, & dato termino, factis probationibus, fuit decreto S. C. sub die 30. Octob. 1632. sancitũ, *quod interueniat, referente d. Consil. de Piccolellis.*

Idem fuit iudicatum in suspicione proposita pro parte Francisci Pignatelli ex causa inimicitiæ, in personam D. Gregorij de Angulo; qui tùnc nullam habebat litem, *quod suo tempore prouidebitur, & interim depositum restituatur, referente Consil. D. Francisco Salgado*, sub die 26. Maij 1631.

Hinc etiam demandata causa Illust. principis Sanctæ Agathæ, cum Elena Falangola Dom. tùnc Consil. Donato Coppola, & pendente in Collaterali Consilio decisione articuli, quod causa prædicta spectabat ad alium Consiliarium, cui primo loco fuit illa commissa, idem Princeps ad maiorem cautelam, & citrà præiudicium quæstionis de Commissario, illum allegauit suspectum, & *referente Dom. Consil. Gamboa*, sub die 14. Iunij 1651. fuit prouisum, *Quod viso exitu quæstionis de Cõmissario vertentis in Collaterali Cõsilio prouidebitur super suspicione allegata pro parte Ill. Principis S. Agatha.*

29 Cum comparitione igitur quæ est necessaria, cum in scriptis suspicio sit proponenda, *Perezl. 1. Glos. 1. cap. 465. Curia Philippica, par. 1. §. 7. num. 2. Rolan. de commiss. lib. 2. cap. 15. sub num. 8. par. 1. Soar. de Pace in pract. to. 2. par. 1. cap. 6. num. 26. Cardos. in prax. Iudic. in verbo, Recusatio, num. 5.* & deducitur ex *prag. 1. de suspic.* exhibetur depositum, à quo neque Ecclesiasticæ personæ sunt immunes, *Larath. cons. 98. Nouar. in pragm. 15. collect. 6. n. 1. add. tit. Danz. de pugn. DD. de Cleric. & famil. Cleric. cap. 2. num. 33. com. 1.* Solùm tamèn paupertas in hoc prodest, vt declarauimus *in Ritu 19. sub n. 9. lib. 1.* vndè cum Curator patrimonij Marchionis Lauelli allegasset suspectum Dom. Consiliarium Scipionem Theodorum, per S. C. iunctis Aulis, sub die 10. Aprilis 1646. *referente Dom. Consiliario D. Ioanne de Xarto*, fuit prouisum, *quod recipiatur*

tur capita absq; deposito, patrocinante tùnc eximio Aduocato Dom. D. Didaco Moles, & sub die 31. Octobris 1646. relatore *Dom. Consiliario Aloysio Gamboa*, prouisum fuit, *quod visa informatione capta de paupertate recipiantur capita, absque deposito proposita pro parte Ar. M. D. Vincentij Lembi, in personam Consiliarij Theodori, verum de effectibus dicti Vincentij sequestratis remaneant etiam sequestrati pro pœna duc. centum viginti*, penès *Secretariũ*. Illud verò facere nõ obstringuntur allegantes suspectum Consiliarium, vti Consultorem Reu. Fabricæ Diui Petri huius Regni, *Reg. Sanfelic. decis.* 287. *n.* 3. *lib.* 2. *Gizz. ad Capyc. Latr. dec.* 81. *n.* 16. *&* 17. *Nouar. quæst. forens. lib.* 1. *q.* 100. *Ricc. collect.* 2668. *Thor. par.* 2. *compend. dec. verbo, Suspicio proposita*, vbi inquirit, àn depositum pro pœna nullitatum ex dispositione *pragm.* 4. §. *fin. tap.* 16. *de dilation.* fieri debeat in Curia Reuerẽd. Fabricæ. Neque consiliariũ, vti consultorem Reuerendi Regij Cappellani Maioris, *Reg. Reuit. in prag.* 5. *num.* 3. *in fin. de suspic. official. Consil. Gizzarell. decis.* 66. & de Tribunali Cappellani Maioris, eiusq; iurisdictione, nonnulla notant *Tasson. de antefat. vers.* 3. *obser.* 3. *ex n.* 271. *Castill. decis.* 140. *& dec.* 142 *vol.* 2. quod munus hodiè, munificẽtia D. N. Regis, mirificè exercet Dom. D. Ioannes de Zespedes, Prothonotarius Apostolicus, vnus ex Cappellanis Regijs eiusdem Catholicæ Maiestatis, vir sanguine, moribus, àc virtutibus conspicuus, & cuius merita altiora petunt, & in Regali Cappellania in hac Ciuitate residet

35 D. Abbas Didacus Petra frater meus doctissimus, & morigeratissimus, vti vnus ex Cappellanis honorum, vigore priuilegij ipsi impartiti ab Exc. Comite Onnatæ, eiusquè Collaterali Consilio, sub die 27. Martij 1651.

Adeò quod nec valeant Iudices

36 determinare, vt deposita restituantur, quotiès suspiciones non subsistant, statuit *prag.* 10. §. 6. *de suspici. official.* & quia illa ab vsu recesserat, & contrarium pluriès fuerat determinatum, teste *Thoro p.* 1. *compend. dec. Regni, verbo, Iudices suspicionum*, tamèn hoc Regni moderatoribus adeò cordi fuit, vt alia sanctione, quæ est 15. §. 5. *incip. volemo*, mandarunt, pęnas nullo modo contra non probantes suspiciones allegatas remitti posse qualibet de cau-

37 sa, etiàm quod pars, quæ proposuit recusationem renunciasset, cuius vltimi dicti ratio ea se offert, quia illius renũciatione, minimè iniuria cessat, qua affectus videtur Iudex remotus. Vndè allegato suspecto à D. Thoma Termine procuratore Ducis Sancti Ioannis D. Michaelis Cauaniglia, D. Consiliario Francisco Antonio Musettula ex capite inimicitię, facto deposito, quamuis Dux deindè, præuio actu publico, declarasset non fuisse eius intentionis illum remouere, illumquè nunquam pro suspecto habuisse, tamèn decreto S. C. relatore D. Consil. Andrea Marchesio, sub die 17. Nouembris 1632. fuit prouisum, *quod interueniat, & liberetur depositum pro medietate Regia Curia pro alia medietate officiali recu-*

38 *sato.* Aliquando verò Collaterale Cõsilium ex gratia, vel aliqua iusta causa nixum, mandare solet, quod illud restituatur, vt decreuit sub die 26. Februarij 1635. *quod ex gratia depositum factum suspicionis allegata in personam Consiliarij Carleual. restituatur Principissæ Concha D. Thorothea de Capua*, penès *Stephanum de Giorno*.

Non sic in renunciatione nullitatum propositarum aduersus decretum alicuius Senatus, nam, etsi depositum factum pro pœna irremissibiliter sit exigendum, ex *prag.* 4. §. 22. *de dilat. P. de Affl. in add. ad cap.* 13. *num.* 2. illud tamèn restituitur, concurrente renunciatione, *Ann. in cap.* 1. *de vassoll. decrep. atat. cap.* 249. *ex Isern. in cap.* 1. *vers. Pœnam, quę sint regal. Gallupp. in prax.* S. C. *par.* 3. *cap.* 6. *num.* 11. & decisum fuit per S. C. sub die 23. Febr. 1635. 1635. *referente* Dom. tùnc Consilia-

rio,

rio, deindè S.C.Præſide meritiſſimo,
Andrea Marcheſe, in cauſa Marci
Breſciani, & Io: Baptiſtę Raimondo,
cum Io: Iacobo Cetrelli, vt ex actis,
f.239. in Banca nùnc *Lauiani*,& aliàs
determinatum fuit per integerrimum
Iudicem tùnc M. C. V. nùnc digniſſi-
mum Conſiliarium *Dom. Hyacinthum
Cangianum*, in cauſa Caroli, & alio-
rum de conſulibus, cum Dom.Carolo,
& Dom. Michaele della Caſtagna, vt
in proc. fol.211. in Banca *Zaccharia*.
39 Alitèr verò ſi ante deciſionem cauſis
ſuſpicionis decedat Iudex, vt deciſum
fuit in beneficium Dom.Marci Antonij
de Palma cum Vronia de Lauro, *refe-
rente Conſiliario Pomponio Saluo*, ſub
die 29. Nouembris 1618. quod *ſtante
morte Conſiliarij Marci Antonij Mor-
ra depoſitum factū reſtituatur*, & idem
mandauit Exc.Regni Prorex per ſcrip-
torium in ſuſpicione allegata ab Illuſt.
D. Margarita de Auſtria Branciforte,
Principiſſa Buteri in perſonam D. Fla-
minij de Conſtantio, ſicq; fuit exequ-
tum ſub die 8. Februarij 1645. penès
Secretarium S. C. Vèl ſi ante deciſam
recuſationē Iudex recederet à Regno
per tranſlationem ad aliud officium, vt
deciſum tradunt *Reg. Rouit. in prag.*1.
*n.*18.*de ſuſpic.offic. Nouar.ſuper prag.*
15.*collect.*218.*nu.*9.*eod.tit.*
40 Adeoquè formitèr cum depoſito
eſt illa proponenda, vt prohibeatur
fieri ab Ecc. Regni Protege per codi-
cillos, & vt dicunt, per ſcriptorium,ſed
iudicari debeat per Tribunal, ad quod
ſpectat, vigore literarum Suę Catholi-
cę Maieſtatis ſub die 15.Auguſti 1646.
& reſcripti S. E. in anno 1644. pro
exequutione decreti Supremi Italiæ
Senatus,reſultantis ex viſitatione D.D.
Franciſci Antonij Alarconis,prohiben-
tis etiàm huiuſmodi cauſas tractari in
Collaterali Conſilio,præter recuſatio-
nes ſpectabiliū Regentiū in eo reſidē-
tium, quas literas reſcribit *D.R.Sanfel.
in increm. ad prax. Iudic. in ſect.*40.
*ex n.*1.*pag.*270.& ſeruari in Hiſpania,
teſtatur *Reg. Valenzuela conſ.* 170.
41 *num.*26. *tom.* 2. Licebit tamèn eidem
D.Proregi cum conſilio D.D. Regen-
tium ſecretè, non probatis cauſis ſuſpi-
cionis, mandare Iudici nè interueniat,
quando illis patefactis, in magnum
dedecus officialis, vèl Tribunalis re-
dundaret,vt aduertit *Reg. Tap.ſup.hoc
Ritu lib.*3. *Iur.Regn.ſub tit.de ſuſpict.*
42 *official.*& practicari in Regno vtriuſq;
Siciliæ,teſtantur *Fontanell. dec.*3.*num.*
14.*&* 19.*par.*1. *Caſtill.Sicul.in add.ad
dec.*75.*poſita in fin.*3.*tom.Maſtrill.dec.*
151.*num.*99 *lib.*2. *& de Magiſtr.dec.*
1.*cap.*6.*num.*88. *Canalc.de Brach.Reg.
par.*3.*num.*34.
43 His omnibus adimpletis, capita di-
ſcutiuntur, & ſi non admiſſibilia, reij-
ciuntur, & decretū interponitur, quod
non admittantur, & ſoluat pœnam,
quod ſi admiſſibilia, & neceſsè ſit, vt
Iudex interrogetur de capitibus, tùnc
dicitur deponat, in qua depoſitione
44 nullum exquiritur iuramentum, iuxtà
ſtylum Regij Collateralis, & S.C. de
quo teſtatur *Reg.Rouit.in prag.*1.*n.*41.
de ſuſpic. official. & ſeruari in Princi-
patu Cathaloniæ, fatetur *Ferrer. in
obſeru.Cathal.cap.*92.*num.*5.dummo-
dò non recuſaretur ob crimen, quo
caſu, cum ſeipſum propalare non te-
neatur, deponere non debet, *Rebuff.
tom.*3. *Conſtit.Gall. tit. de recuſat. art.*
1. *gloſ.*5. *n.*5.*Mart.tom.*1.*ſumm.deciſ.
tit.de recuſ. Iudic.cap.*17.
45 Sin autèm interrogatio non eſt ne-
ceſſaria, quia capita innoteſcunt ex
ſcripturis exhibitis,vel alio modo,tunc
admittitur recuſatio, abſquè alia inter-
46 rogatione. Si autem Iudex neget,vel
alitèr capita probatione indigeant,
tùnc terminus impartitur ad proban-
dum,facto depoſito maioris ſummæ,ex
*pragm.*15.§.2.*de ſuſpic. offic.* & peten-
47 ti audientia teſtium in partibus con-
ceditur,*Suarez de Paz in praxi tom.*1.
*cap.*1. *Reg. Rouit.* firmat *in pragm.* 7.
*num.*28. *de ord. Iudic.* ſed contrarium
deciſum in illo Senatu refert *Ripoll.
var. iur. reſol. cap.*2.*de recuſat. Iudic.*
48 *num.*213.Quod ſi capita fuerint pro-

bata

bata admittitur recusatio, sin autèm dicitur, quod interueniat, & liberetur de-
49 positum pro pœna. Aliquando verò negante Iudice in depositione non conceditur terminus parti ad probandum per eum proposita, si constet calumniosè friuolam proponi suspicionem, *Sanfelic.decis.80.par.1.* & seruauit S.C. sub die 7. Februarij 1656.*referente Dom. Consil. D. Didaco de Soria*, in suspicione allegata in personam D. Consiliarij Io: Baptistæ Iouino.

Quin, huiusmodi recusationes reijci possunt ab eodem Iudice, illisquè minimè obstātibus, procedere ad vlteriora, *Cost.de remed.subsidiar.123.Guazzin. ad defens. reorum, defens.1. cap. 21. Franc. Marc. decis.727. Nouar.de grauam. vassall. tom.2. grauam. 136.*
50 *num.* 10. & quæ tales dicantur ijdem DD. enarrant necnon *Peguera in prax.tit.quando immunitas Ecclesiæ alleg.num.1.Natta cons.158.nu.7. vol.1. Rot.diuers.decis.93. num.1. Ambrosin. decis.Perus.50. num.56.*

51 Aduersus quam suspicionem propositam iure licebit, aduersario se opponere, *Dom. Reg. Rouit. in add.ct. pragm.1. ex num.82.de suspic.official.* cum graue sit vni parti Iudicem nouum, & non informatum habere; ad *Tex.in l.Prætor, §.vlt.ff.de vacat.muner.* Verùm non potest aduersarius prædictus examinari vti principalis in causis suspicionis, vt decisum notant idem *Reg. Rouit.num.41.Ricc.collect.decis.770.in fine.*

52 Illam autèm proponendam esse in principio causæ, notarunt *Maynard. lib.1.decis.80.92.93.95.& 99.Caran. in hoc Ritu nu. 32. Pasqualig.dec.252. Anton.Nig.in cap. Regni prolixitatem, Larrea alleg. fiscal.118. lib.2.* hocquè
53 in Actore procedere aduertimus, qui impetrans Iudicis commissionem eum videtur approbare, *Abb. in cap. insinuante,de offic.deleg.Castrens. cōs.442. vol.2.Reg.Rouit.cons.20. num.1. lib.2.* dummodò impetrata commissione vtatur aliquo coram ipso, allegando, petendo, vel producēdo ad *text.in Auth. offeratur, C. de litis contest.* & notant *Bart. in l. vir bonus, ff. de iudic. solu. decis.Rota in nouiss.779.Ludouis.decis. Rot.Roman.292. Intrigl.dec.47. n.18. Ant Niger in d.c.Regni prolixitatem, n.5.& 37. Marant. in spec.in 6.par.2. act. princip.n.75.Borrell. super pragm. Odia litium, §.1.glos.4. num.14. & 16.* Nam simplex commissio sine vsu illius iurisdictionem nō tribuit, *Rot.in Burg. de Arrogijs 24. Nouembr. 1593.coram Litta*, quæ est apud *Marches. de commiss. in particulari, par. 1. cap.3. to.8. pag.171. Marcus Antonius Camuncula decis.Bononen. 7. num.4.*

54 Reus verò potest illam proponere vsque ad litis contestationem, *l.fin.* & ibi *Bal. C. de sentent. & interloq.omn. Iudic. cap. inter Monasterium*, & illic *Abb. num. 5. de re iudic.* & non post litem contestatam, *Maynard. decis.95. lib.1. Ricc.collect.445.& 770. Michael Graff.inter comm. opin. lib.3. tit.de Iudic.nu. 165. Villalob. inter comm.opin. lib.9.tit.de accusat.sub nu. 183. Gayll. add.obseru.33.n.12. Rocca pract.quæst. lib.2. Rubeus de Recusat. Iudic.in 1. Iodoc. in prax. ciuil.cap.125. num.16. Marta voto 251. num.6.Reg.Rouit.in prag.1. num.11.de Custod. reor.* Dum-
55 modò noua non insurrexisset causa; nam admittitur etiam post conclusum in causa; Quamuis *Domin. in cap. Iudex, de offic.deleg. in 6. Roman.in l. si mulier diuersit.ff.solut.matrim.& Aretin. instit. de except. in rub. num. 36.*

56 Hoc vltimum non admittant, ex quo conclusio facit notorium, & in notorijs non est locus Iudicis recusationi, ex *cap.proposuit,de appell.* nam, vt benè aduertit *Caran. in hoc Rit.nu.12.* memoratum *cap. proposuit*, sermocinatur in criminalibus, & vbi delictum est notorium, & graue, non autèm in ciuilibus, & *Caranitam*, insequitur *Auus meus ad Gramm.decis.105. num.12. Dana. ad eundem Gramm. decis.35. num.58.* & dixerunt *Specul. in tit. de recus. §.vlt. num.37.Franc.Marc. dec.705.Gomez,*
de

de delict. cap. 1. *num.* 46. Et quod di-
57 catur delictum notorium, *Boss. tit. de nunciat. nu.* 7. *&* 8. *Clar. quæst.* 9. *Affl. decis.* 28. *Vivius decis.* 340. *Menoch. de arb. Iudic. cas.* 385. & quomodo in eo procedatur, *Borrell. in summ. decis. tit.* 33. *ex num.* 173 *par.* 1. *Paul. Fusc. de Visit. lib.* 2. *cap.* 23. *nu.* 10. *Auus meus ad Gramm. decis.* 36. *num.* 7. *Reg. Rouit. in prag.* 8. *de offic. magistri iustit. num.* 4. *Reg. Galeot. tom.* 2. *contron.* 61, *num.* 33.

58 Nouissimè verò, iure Regni, vigore *prag.* 15. *cap.* 6. *de suspic. offic.* est illa deducenda infrà quadraginta dies numerandos à die, quo est notificata prima petitio principali, vel vltima die, qua est elapsus terminus procuratori concessus ad denunciandum principali absenti, & respectu Iudicum, qui fortè in Aula, in qua disceptatio causæ vertitur, superuenerint, à die captæ posses-
59 sionis, qui terminus moræ purgationẽ non admittit, ex *Castrens. Consil. Staib. resol forens. cent.* 2. *resol.* 218. *n.* 1. *&* 4. Illamquè posse deduci in ipsa Quadragesima die, indubitati est, quidquid Doctor quidam delicati ingenij aliter sentiret, ex dictione illa in *pragm.* adiecta, *frà*, quæ latinè importat, *infrà*, quod idem est, ac intrà *l. in venditione, ff. de action. empt.* vbi *Glos. in verbo, infrà*; Quotiès autem dicitur intrà, vel infrà, talem diem aliquid fiat, tota illa includitur dies, *cap. prætereà el* 2. *de appell. l.* 1. §. 1. *intrà, ff. de success. edict. l. si quis sic dixerit, ff. de verb. signific. l. pater, ff. de adulter. Aul. Gell. lib. noct. actic.* 12. *cap.* 13. *Franc. de Petr. cons.* 33. *num* 4. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 49. *lib.* 1. Quin, addebam ipse de æquitate audiendum forè illam proponentem, etiam in quadragesimoprimo die, ex *tex. in l. vbi lex, ff. de regul. Iuris, in l.* 1. *ff. si quis caut.* cum iniquum videatur, vt quis vnius diei lapsu à iure excludatur suo, & paria sint aliqua fieri in termino. vel incontinenti, *Glos. in l. Pōponius, §. ratihabitionis, ff. de procur.* quam laudat *Gramm. cons. ciuil.* 19. *num.* 2. *Auus meus ad Gramm. decis.* 45. *num.* 7. *Vrsill. ad Affl. decis.* 73. *num.* 1.

60 Elapso verò tali termino præfixo, non esse quemlibet audiendum, etiàm remedio nullitatis, & restitutionis in integrum, declarauit eadem *pragm.* 15. *cap.* 9. *incip. Et elapsi*, restringens ius commune, & decisionem S. C. registratam apud *Præs. de Franch. decis.* 431. & notant *Reg. Rouit. in pragm.* 7. *num.* 1. *Thor. par.* 1. *compend. verbo, Restitutio in integrum, Reg. Tap. in iure Regni, in cap. prolixitatem, de susp. officialium,* & dicemus sub *num.* 101.

61 Verùm hoc tempus non currere in damnum pupilli, tutorem non habentis, in consessu doctissimorum virorum respondi, ex *Sfortia Odd. de restit. par.* 1. *art.* 1. *q.* 15. *n.* 24. *vers. limitatur quarto*, *pag.* 113. & decisum fuit in suspicione allegata pro parte pupillæ Marchionissæ Crispani in personam Dom. Consiliarij Caroli Brancaccij, in causa cum hæredibus quon. Ill. Marchionissæ Quaratæ, sub die 25. Februarij 1651. *referente Dom. Consiliario deindè Reg. D. Gaspare Soto*.

62 Recensita coarctamus, si de nouo superuenisset causa, *cap. insinuante, & cap. suspicionis, de offic. deleg. l. non distinguemus, §. cum quidam, ff. de arb.* nam cum hic casus non comprehendatur *in mem. prag.* sub iuris dispositione remansit, ad *text. in l. si verò, §. de iure, ff. solut. matrim. l. commodissimè de liber. & posth. Giron. de priuileg. seù exemp. explic. num.* 886. *Mar. Ant. variar. resolut. lib.* 2. *resolut.* 11. *num.* 16. quod iure etiàm communi, & canonico subsistere, probat *Couarr. pract. quæst. cap.* 26. *vers. Et sic, & post conclusum, sub num.* 2. *Ripoll. var. resolut. tit. de recusat. omnium Iudicum, num.* 216. *March. in commiss. signat. par.* 2. *cap* 5. *princip. cap.* 1. *n.* 42. *Reg. Galeot. lib.* 1. *contron.* 39. *num.* 24. etiàm si Iudex aliàs fuisset millies approbatus, *Paris. cons.* 31. *num.* 62. *&* 94. *lib.* 1.

63 Quinimmò, assumptum iam dictum, quod

quod proptèr superuenientiam de nouo permittatur recusare de iure communi post litis contestationem, procedit, dummodò clara, & euidens sit causa propositæ suspicionis, per *Thoming. decis.229. par. 3.* quem refert *Ricc. collect. 770. par. 4.* & sic euidentior, & manifestior sit altera, quæ satis esset ad obtinendam recusationem.

64 Sed in Regno inconcussa inualuit obseruantia, quòd suspiciones notoriæ, quandocunq; proponi possint, ex *Farinac. in fragm.crim.par.2.nu.903. pag. 109. Boer. decis.258. num.3. Couarr.add.cap.26. num.2.* quin, singularitèr *Arnon. in singul.76.* tradit, quòd non debet seruari forma *Cap. Regni*, quando notoria est causa suspicionis; licèt aliàs, forma data, non liceat discedere, *cap.cum dilecta, de rescript.cap. fine exceptione, c. 12.q.2.l.diligentèr, ff. mandati*, & indiuidualitèr notant *Apicell.de suspict. num.39. fol. 160. Thor. in supplem. compend. verbo, Suspicio, quando esset notoria*, plures decisiones subnectens Collateralis, & S.C. & iterùm decreuit S.C. sub die 8. Iunij 1646 iunctis Aulis, existente relatore *Dom. Consil.Io.de Xartes*, in personam Dom. Consiliarij Scipionis Theodori, in causa Curatoris patrimonij Marchionis Lauelli, cum Carolo Caracciolo è S. Eramo, de quo scito memor est *Index Franc.Mar.Prat.lib.2. discept. forens. cap. 16. in fin.* qui calamum contrà suspicionem arripuit, & succubuit; & in terminis consimilis statuti respondet *Fontanell. decis.Cathal.19.nn.1. & 2. lib.1.* & distinguit *Reg. de Marinis lib. 2. quotid. cap.114. ex num. 14.* ità vt, etiàm sinè deposito notoria recipi debeat, decisum notat *Nouar. in collect.6. num. 2. sup. add. pragm.15. de suspic. offic. Gallupp. in prax. par. 1. cap.4. num. 25. in vlt. impress. Thor. par.3. compend. verbo, Depositum*, cum suspicionis notorietas pragmaticarū dispositioni non subiaceat, non solùm circa tempus præscriptum, sed nec etiàm circa modum, & ordinem, nam in notorijs, ordo est ordinem non seruare, *Afflict. in constit. humanitate, nu.34. Reg. Rou.in prag.8. n.4. de offic. Mag.Iustit.*

Concinitquè prædictis, *Reg.Sanfelic. decis.299. num.8. lib.2.* nullitates nempè notorias ex eisdem actis posse deduci, etiam elapso termino præfixo à *pragm.* & confirmat *in decis.365. n. 3.* cum illę nunquam reiectæ censeantur à statuto, *Grass.except.20. n.8. de except. Carroc.in simili tract.tit.de except. contra sententiam, except.47. ex n.40. Intrigliol. sing. 76. num.29. lib.3. & cons.6.num.71. Aldouin.cons.40.n 31.* nisi specialis de illis fiat mentio, *Ciarlin. controuer. forens. cap.49. num.13.* & diximus in *Rit. 6. sub num. 8.* Ac tales dicuntur, quæ euidentèr ostenduntur ex sola actorum inspectione, absquè extrinseca probatione, *Franc. Ant.Costa cons.84. num 4. & 5.* & conferunt tradita à *Giurb.decis.60.nu.10. Muta decis.43. num.9. Gait. de credit. cap. 3. tit.1. num. 1078. Gratian.lib.3. discept. forens. cap.325. num.9.*

65 A die verò, quo sunt propositæ suspiciones, currit terminus dierum quindecim, intrà quos suspicionis propositæ exitus vindicandus est, decurrendorum de momento ad momentum, sic disponente *pragm.9. verbo, Vogliamo ancora*, confirmata ex *prag. 10. de susp. offic.* quod quidem tempus fuit protelatum vsq; ad triginta dies, vigore alterius *prag.15.c.22. incip. Ordinamo di più*; cuius determinationis onus incūbere statuit municipalis sanctio proponenti, sublato omni remedio prorogandi ex causa cuiuslibet asserti impedimenti, idquè denuò Dux Alcalanorum Regni clauum substinens die 15. Februarij 1631. *in prag.18. §.2.* confirmauit, & addidit, quod elapso termino prædicto triginta dierum causæ suspicionis Commissarius domi, nulla habita ratione suspicionis, valeat depositum liberare, quin prouisum fuit ex ijsdem *pragm.* vt Sacrum Consilium, quod de mane accedit ad causarum expeditionem, rediret quoquè in die

Io-

Iouis post prandium; & huic nostræ municipali sanctioni concinunt *prag. Sicil. 3. de recus. Iudic.* vbi *Muta n. 76. Baron. in racemat. ad 3. lib. de citat, & ad tract. de effect. inimic. n. 67.* & altera apud Lusitanos, teste *Fragos. add. disp. 12. §. 7. num. 236.*

66 Verùm solet sæpissimè Collaterale Cōsilium, parte recusante, preces porrigente, terminum prorogare ad vnū, vel plures menses, etsi aliquando, altera parte contradicente, soleat dispē-satio reuocari, præuio rescripto S.E. per scriptorium, vti contra formam memoratę pragmaticę Exc. Ducis de Alcalà, vt mandauit Regni Prorex sub die 13. Iunij 1650. ad instantiam Gasparis Sancti Ioannis Toffetti, in suspicione allegata à Io. Thoma Imbrea, in personam Domini Consiliarij Antonij Miroballi, & per S.C. sub die 18. Maij 1650. *referente D. tùnc Cons. Io. Baptista Amendola*, fuit decretū, *quod prò exequtione ordinis S. E & Reg. Prag. interueniat præfatus Cons. Miroballus.*

67 Sed, si introducta causa aliud non remaneat, nisi quod votetur, terminus mensis non currit, protelaturquè vsq; ad decisionem, vt constat ex pluribus exemplis exhibitis in actis suspicionis propositæ in anno 1655. à Duce Alexani, in personam Dom. Conf. Francisci Antonij Musettula, penès *Secret.* & ea sese offert ratio, quod *pragm.* respexerunt, nè lites fierent immortales, & ad culpam recusantium, qui post propositas recusationes expeditioni

68 minimè vacabant, quibus non est imputandum dato impedimento à Iudice, *Reg. Rouit. decis. 18. n. 9. R. Valenz. cons. 22. n. 46. & cons. 44. nu. 29. lib. 1. Asin. in prax. Iudic. §. 2. cap. 11. à n. 13.*

At his omnibus obstat memoratæ *pragm.* sanctio, cuius quamuis rigidę obseruantia, his potissimùm nostris tēporibus, maximè floret, & nuperrimè decisum in suspicione allegata, in personam Dom. Consiliarij Hyacinthi Cangiani, pro parte Serenissimi Ducis Parmæ, sub die 10. Martij præsentis anni 1663. *referente Dom. Consiliario Erasmo de Ponte*, quod, *stante lapsu termini contenti in Reg. Prag. interueniat.*

Et allegato suspecto D. Consil. Io. Baptista Iouino à Dom. Iudice M.C.V. in criminalibus D. Frācisco Fortezza, in causa, iunctis Aulis S.C. vertente cū Ill. Ducissa Lauritiiąc facta à d. Consil. depositione, prædicto Iudice terminū expetente, iunctis S C. duabus classibus, nempè DD. Marchionis Olueti, & Pauli Staibani, fuerunt scissa vota, nam quinque ex Dominis in eam iuerunt sententiam, quod stante lapsu termini mēsis interueniret, alij verò quinque cōtrariam insectati fuerunt aleā, eo prætextu, quod terminus non cucurrit ob impedimētum datum ab ipsamet Ducissa in Collat. Conf. & rescriptum obtentum, quo fuit remorata expeditio, ob quod idem Iudex preces porrexit S.E. omnia narrando, obtinuitq; rescriptum sub die 16. Augusti præsentis anni 1663. quod stante impedimento dato ordine Exc. Dom. S. C. iustitiam faciat, & iterùm, iunctis classibus, eadem paritas fuit confirmata & meritò, cum Iudex, qui protulit sententiam, ampliùs illā corrigere non possit, *l. Paulus la prima, l. Iudex 55. ff. de re iudicata, Rota apud Cardin. Caualer. decis. 347. n. 2. & in Papien. bonorum 17. Iunij 1602. coram Penia*, apud *Marchesan. p. 1. dec. 18. n. 1. Episc. Marant. par. 5. resp. 53. n. 15. Consil. Staib. cent. 2. resol. forens. 176. nu. 110.* Vndè, datis adiunctis, nempè DD. Cōsil. & Præsid. R.C. Io. Baptista Amendola, & Hieronymo de Philippis, & Dom. Consil. D. Ioanne Vallenilla, residente vti Iudice Mag. Curiæ in criminalibus (ex quo non poterant dari adiuncti Consiliarij duarum aliarū Aularum, in quibus causa principalis agitabatur, ad tradita à nobis hoc *eod. in Ritu n. 74.* & sub die 24. Septemb. 1663. facta relatione à D. Cōs. Capiblanco in Collat. Conf. coràm Suæ Excell. de eius ordine iunctis prædictis duabus S. C. aulis, cum me-

memoratis adiūctis, fuit dirempta paritas, & prouiſum, *terminum contētum in Reg.Prag. non eſſe elapſum, ex cauſis diſcuſſis*, penès *Secret.S.C.*

Aduertendum tamèn, quod Iudex, cuius culpa cauſa ſuſpicionis expedita non fuit, partibus ad intereſſe tenetur, ex *Bart.* doctrina *in l.fin.n.2.ff.de var. & extraor.cogn. Farinac.in prax.crim. p.3.q.111.nn.538.& 555. Barboſ.Vimaranēſ.in remiſs.ad ord.Regiā.lib.3. tit.21.§.etiam 21.n.2. Fragoſ.cit.loco, n.236.verſ.Sed quid ſi culpa.*

69 Memoratas verò *prag.* terminū præfigentes ad proponendū, & terminandū cauſas ſuſpicionis procedere iurgio in Tribunalibus collegiatis vertēte, nō verò in Iūcta è Tribunaliū magiſtratibus ab Exc. Regni Prorege erecta, lepidè defendit, deciſūq; tradit *D.Frāc. Mar.Prat.lib.3.diſcept.forenſ. cap.50.*

70 An Iudex poſſit ſeipſum reddere ſuſpectū, abſtinēdo ſe à cognitione cauſæ, abſq; eo, q̃ à partibus recuſetur, nō inſulsè inquiritur. Et negatiuè *Michael Ferrer.in 3.p.obſer.c 513. Faber in C. lib.3.tit.4. nequis in ſua cauſa, def.1.* niſi in aliq̃bus caſibus, de quibus *Fōtanell.dec.Cathal.1.& 2.p.1. Maſtrill. dec.151.n.20.p.2. del Caſtillo dec.Sicil. 94.n.1. Ricc.collect.deciſ.par.5. collect. 1612.& p.6.collect.* 2118. adeò quod, pater in cauſa filij, & è contrà, & fratres in cauſa fratrum Iudices eſſe poſſint, parte nō opponēte, ſecundū *Aym.Grauett.cōſ.801.n.3.vol.5. Capyc.dec.137. Gomez Leo dec.66.* & alios, fūdat *Reg. Cōſ.D.Tho.de Carleual diſp.iur.lib.1. tit.1.diſp.2.q.7 ſect.1.n.792. & 794.* Quod vltimum hyperbolicè dictum, exiſtimat *Fontanell. cit.dec.1.n.11.*

71 In noſtro autèm Regno diſponitur per *prag* 15.§.12. *de ſuſp.offic.* q̃ etſi Iudex nō poſſit per ſe abſtinere à cauſæ interuētu, tamē ſi ſēſerit ſe grauatū in foro cōſciētiæ, proponat cauſā Collegis, qui cognoſcent àn poſſit, vel nè, interuenire, vt ſeruari in Cathalonia, dicit *Ripoll.var.reſol.c.42.n.225.* vbi obſeruatur, vt Iudex adeat ſuperiorem ſuum, qui eum in illa cauſa Iudicem conſtituit, & eo permittēte, ſe abſtinet.

72 Ipſa verò ſuſpicio, & cauſæ de Iure cōmuni corā eodem recuſato enarrari debent, probari autèm corā arbitris, è partibus eligendis, ab eiſq; diſcutiēdæ, & decidēdæ, tū ſi ordinarius recuſetur, *c.cū ſpeciali, de appell.* tū ſi delegatus à Principe, *c.Secūdò requiris,§.fin.de appell.* niſi plures ſint Iudices, quia eorū aliquo recuſato, cognoſcūt reliqui cōiudices, tū ſi ordinarij, tùm ſi delegati ſint, *c.ſi contrà vnum, de offic.deleg.& Seſs.deciſ.Arag.200.n.10.p.2.* Immò, pluribus recuſatis, queant omnes votare, & cognoſcere de cauſis alterius, ſi illæ eodē fōte nō manēt, ſed diſſimili; cōcluſit *Fulu. Paccian.in tract.de prob. negat.lib.2.c.45.n.41.* idēq; *Seſſe eadē dec.n.8.9.& 20.* Si verò ſubdelegatus recuſetur, nō sūt arbitri deputandi, ſed cauſæ probandæ corā delegato, *Marcheſ.add. c.1.n.24.* q̃ ſi delegatus, vel officialis Epiſcopi corā eodē Epiſcopo, *c.ſi contrà, de offic.deleg.in 6.* cū verò plures ſint delegati à Principe, cū clauſula, & eorū cuilibet, arbitros eſſe eligēdos, defēdit *Couar.pract.qq.c.26.ſub n.6.* idēq; Iudex cōpellit partes ad eligēdū, eodē § *fin.* Et ſi electi arbitri diſcordes fuerint in ſētētia, eligēt tertiū, ſi in eū cōcordare poterūt, & ſi neq; in tertij nominatione cōuenīūt, & terminus ab eodē Iudice recuſato præſcriptus eiſdē arbitris præterierit, infrà quē noluerint in idē conuenire, nec tertiū aduocauerīt, Iudex ex tūc in principali negotio ꝓcedere nō admittat, ex *tex. in eod.§ fin.iūcto c.legitima, de app.ī 6.*

Cur verò Iudex recuſatus minimè cognoſcat de recuſatione, benè tn̄ de oppoſita exceptione incompetentiæ, ſi quæratur, in propatulo occurrit reſpōſio, quia illa exceptio directè reſpicit Iudicis pſonā, *Bar.in l.quidā cōſulebāt, ff.de her.inſt.* idē *Felin.in c.inter Monaſteriū, de ſent.& re iud.n.4.* tradēs, q̃ ſi Iudici de ſuſpicione ipſa liqueret co-
73 gnoſcere, ęqualis periculi gladium, ſicuti de principali negotio cognoſceret,

ret, in manu haberet, nec est diuersa ratio (licèt diuersis verbis tradatur) quam assignat *Panorm. in cap. prudentiam, de offic. deleg.* quod ex recusatione Iudex ad indignationem prouocatur, *l. litigatores, ff. de arbitr. Gayll. pra-ctic. obseru. lib. 1. obseru. 34. à num. 6.* & notabimus *num.* 102.

In S. C. verò suspicio non tractatur coram Consiliarijs Iudicibus suffragia præbentibus in principali causa, vigo-
74 re ordinũ, quos memorat *Rou. dec.* 81. *sub n.* 14. Vndè cũ causa principalis Caroli Caracciolo de S. Eremo, cũ Octauio Cardone, tractaretur, iunctis Aulis RR. Consil. Sãfel. & Piccolella, fuerit q; causa suspicionis in personam Consiliarij D. Francisci Sauio commissa Consiliario Camillo de Petio, residenti in Aula Consiliarij Sanfelicij, institit Octauius coram Regni clauum substinente, mandari, quod suspicionis causa trutinaretur in alia Aula, & sub die 18. Iulij 1631. *relatore D. Scipione Ro-uito*, cum interuentu *D. D. Regentium Tapiæ, Enriquez, & Lopez*, prouisum fuit, quod *S. C. prouideat de alio Consiliario, qui non sit de Consiliarijs duarum Aularum, in quibus tractatur causa principalis, ità vt causa suspicionis tractetur in alijs duabus Aulis*, vt liquet ex originali decreto in actis suspicionis dicti D. Caroli, penès *Secret. S. C.* & sic tradit *R. Rou. cit. dec.* 81. *n.* 15. & nouissimè fuit seruatum in hoc anno 1663. in suspicione allegata ab Ill. Principe Vigiani, in personam D. Consiliario Paulo Staibano.

Et allegato suspecto Dom. Consiliario Ianuario de Pinto à Io. Thoma Imbrea, commissa causa Dom. Consiliario Io. Francisco Marciano, *ipso referente*, manauit decretum S. C. sub die 19. Aprilis 1651. quod *stante transitu Regij Consiliarij Pinti, in Aulam Reg. Consiliarij Aquini, partes adeant pro commissione in Aula Ill. Ducis Mariglianì*; Quamuis Cathaluniæ aliter seruetur, teste *Fontanell. decis.* 27. *to.* 1. dicente, quod eadem Aula debeat cognoscere, sed reuera ille non loquitur in hoc casu, sed sermocinatur, quod quando Iudex tulit sententiam, ipse est Iudex competens, ad cognoscendum, àn à sua sententia detur appellatio, & & ideò in principio quærit, vbi sit tractandum de admissione, vel repulsione causæ, supplicationis, vel nullitatis, quas quis interponere vult à sententijs, quæ super suspicionibus proferuntur.

75 Quin, & in actis suspicionis allegatæ in anno 1628. in personam Consiliarij Io: Francisci Sanfelicij à D. Thoma Caracciolo, Duce Roccæ, penès *eundem Secretarium*, adest copia authentica rescripti S. E. emanati die 17. Ianuarij 1621. directi S. C. Præsidi, quod omnes causæ Ciuiles, & Criminales Consiliariorum, in quibus sunt Actores, vel Rei, non committantur in Aula, in qua ipsi resident, nec in illa referantur à M. C. V. ac etiàm causæ suspicionum non fiant in Aula, vbi suspectus residet, idquè, ea ratione, quia collega redditur suspectus in causis alterius collegæ, *cap. cum Rodericus, de officio Delegati*, ibi, *Quos, cum sint eius socij merito habet pars aduersa suspectos*, & ibi *Gloss. Matute disquis. legal.* 18. *num.* 15. *Reg. Sanfelic. lib.* 1. *dec.* 81. *num.* 5. subnectens, in fine, obseruasse in scriba eiusdem Bancæ, quod abstineret, in actitando causam, ad quærelam scribæ eiusdem Bancæ.

76 Nùm Barones valeant cognoscere de suorum officialium suspicionibus, in dubiũ reuocat, *Carau. in hoc Ritu n.* 2. & 3. qui hanc illis denegat facultatem, illamquè tribuit Regijs superioribus, fretus *pragm.* 2. *de suspic. offic.* insequuntur *Apicell. de suspic. offic. n.* 787. *Thor. par.* 2 *compend. decis. verbo, Baro.* Contrari.m, & veriorem aliam insectantur, ex *Frecc. de subfeud. lib.* 3. *in cap. incip. inter quaternata feuda num.* 37. *Carrab. de syndic. par.* 1. *in for m pet sindic. n.* 51. *Muscat. in prax. S. C. par.* 2. *Gloss. competentes, num.* 59 & 60. *Reg. Rouit. in d prag.* 2. *num.* 2. qui obiectis *Carauit.* potissimùm, differentiæ inter Epi-

ſcopum,& Baronem occurrit,& *Rouiti* verba reſcribit *Nouar.de grauam.vaſſall. lib.3. grau.32.* & illum refert *Viſconti in concluſ. Iuris, verbo,Iudex eo ipſo, Capiblanc.in pragm.8. par.1.to.1. num.182.de Baronibus,Conſil.Staiban. reſolut.forenſ.cent.2. reſol.110. nu.27. & 28.* & deciſum tradit *Iacob. Anellus de Bottis in add. ad hunc Ritum,incip. Cauſa ſuſpicionum*, cuius meminit *Ricc.collect.1612.* Vndè Baroni, etiàm non habenti ſecundas cauſas, licere eligere Iudicem in locum Capitanei, vni ex partibus ſuſpecti,pluriès ſeruaſſe Regiam Audientiam Principatus citrà,teſtantur *Caran.in hoc Ritu n.35. & 36.& Auus meus ad Grammat. deciſ.30.num.7.*

77 Sed àn acta facta coram Iudice allegato ſuſpecto, nullitati ipſo Iure ſubiaccant, àn ſint annullanda, & eſſe nulla, ſcribunt *Vant.in tit.de nullitat. & defect. num. 140. Gabriel commun. concluſ.tit de Iudic.concluſ.5.lib.2.Marant. de ordin.Iudic.par.4.diſtinct.16. num. 4. Cacheran. deciſ. 84. Lancell. de attent. par. 2. cap. 6. Didaeus Perez lib. 3. ordinat. tit. 5. lib. 2. fol. 955. Reg.Rouit.in prag.1.num.43.de ſuſpic. official.& conſ.49.n.11.lib.2.Gratian. diſcept.forenſ.701. num.6. Alex.conſ. 67. vol.6. Reg.Sanfelic.deciſ.85.nu.2. Coſta de fact.ſcient.et ignorant.inſpect. 85. num.26.Rota Rom.* relata per *Riccium collect. 83 par. 1. Bonac. inter commun. opin.lib.3.tit.de Iudic. n.186.* vbi plures Doctores allegat, & limitationem deduxit, & *lib.9. tit. de accuſat. num.186. Rocc.in tract. pract.iudic.lib. 2. Rub. de recuſ.t. Iud. verſ. ſi autem,lo de Arnon in comment.126. Patria, Maſull. ad Capyc. deciſ.138. num.5.Bertazzol.conſ.crim.550.vol.2. Puteus deciſ. 370 par. 1. Paleot. deciſ. 158. Rota diuerſarum, deciſ. 2.par.2. Maceraten. deciſ. 50. lib.1. Seraphin. deciſ. 1266. Chrichon. commun. opin. cent.3. concl.91. Villadieg. lib. 2. Sor. Iudic. tit.1.lib.22. num.11.Myſinger. obſeru. 59. cent. 4. Cęual.pract. quaeſt. quaeſt.commun. contra commun. q.680. Azeued.in l.1. num.8. tit.16.lib.4.recopilat.Gabriel de Iudic. concl.1.* cum latè adductis per *Giurbam conſ.crim.9.* Vbi quod, data ſuſpicione, conquieſcit Iudicis officium, ex *Mill. in repertorio, in verbo,Iuriſdictio, Verall.dec.7. par.3.Mut.ad pragm.Sicil.tit.4. n.23. Reg.Valenz. conſ.43. num.170.vol.1. Amat.Rodriq.in pract. cap. 10. à n.54. Caraſc. in explicat. leg. Hiſpan. recopilat.cap.9. num.337.Mendez à Caſtr. in prax. Luſitan. lib.2. cap. 7.*

Eſſe verò inualidanda remedio appellationis, iuxtà *Carauita* ſenſum in hoc *Ritu,num.30.*ſentiunt *Minad.conſ. 27. nu.6. Reg.de Ponte vol.1.conſ.99. num.6.* antè eos *Angelus in l. quia poterat, ff.ad trebell.Corn. conſ.247.vol. 1. Lapus in cap.Iudex,de officio delegati in 6. Pract. Papienſ. in form. declin. iuriſdict.Gloſ.Suſpectum Iudicem,*quos ſequitur *Dom.Auus meus ad Capyc.deciſ.138.* & ſic ſeruari in praxi, *Gallup.* indicat *cit.par.1. cap.4.nu.44. in fine.* Et quid, ſi de ſuſpicione allegata notitiam non habeat,notamus infrà *n.167.*

78 Quod ſi facta fuerint coram Iudice declarato iam ſuſpecto, citrà dubium, nulla ipſo Iure erunt; ad *text. in cap. Iudex, §. ex tunc*, vbi *Gloſ. verbo, ex nunc,& verbo, deſinit, de offic.& poteſtate Iudicis delegati*, quoniam Iudex ob ſuſpicionem remotus, adeò à iudicando repellitur,vt congregatis Iudicibus ad decidendam cauſam, minimè intereſſe poſſit, quamùis votum non proferat ſuum, *Capyc. deciſ.138. n.5. Papon.lib.7.tit.9. arreſt.7. & 8. Ricc. collect. 1020.par.4. R.Rouit.in prag.1. de ſuſpic. offic. num.44.* extantquè in Regno *prag. 40. de offic.S.C.* & altera *20.ſub tit.de ſuſpic.offic.to.2.*promulgata 30. *Octobris 1652.* quod non poſſit ſuffragium præſtare, neque intereſſe.

79 Credatur nè potiùs Coniudicis fidei atteſtantis in ſententiæ prolatione votum ſuum non dediſſe Iudicem collegam ſuſpectum, àn verò actorum magiſtro, qui in lecta lata confeſſus fuit

illius

alius interuentum, interrogatus, respondi, fidem esse habendam potius actorum magistro, siquidem, sicuti, decreto redacto in forma, non potest Iudex declarare, non esse iudicatum, etiam iudicialitèr procedendo, quando clarum est fuisse iudicatum, hoc est, si apparet decretum subscriptum manu Iudicum, & in forma decreti, vt notat *Præs. de Franch. decis.* 398. *num.* 6. subdens ex *Fulgos.* id procedere, etiam si decretum esset contra veritatem; nec poterit suam sententiam declarare, si sententia concerneret substantialia, *Menoch. de arbitr. Iudicum, q.* 73. *n.* 23. *Pater de Afflict. controuer. iur. resolut. cap.* 1. *num.* 19. *&* 20. & videndi *Consil. Theodor. alleg.* 2. *num.* 10. *Ricc. decis. Cur. Archiepiscop.* 19. *par.* 1. *& collect.* 1767. Sic, sententia subscripta in forma

80 ab actorum magistro, cum lecta lata, quæ dat ei vigorem, & efficaciā, & pro forma est facienda, vulgatis iuribus, & dicitur publicum instrumentum, *Paul. de Castr. cons.* 423. *& cons.* 430. *nu.* 3. *lib.* 1. *Angel. cons.* 49. *Tusc. lit. I. conclus.* 235. *num.* 5. quod rogari debet ab actorum magistro, *Scaccia de sent. rei iud. glos.* 17. Iudex non poterit declarare hoc non esse factum, vel esse contra veritatem, & confert alia decisio eiusdem *de Franch.* 185. quod Iudex, deposito officio, non possit declarare, neque testari de gestis coram ipso, insequuntur *Aun. singul.* 522. *Auus meus ad Gramm. decis.* 24. *num.* 6. *de de Angel. in prat. in l. omni, num.* 5. *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Quin, effatum, quod Iudex non possit in illamet causa testificari, nisi contra semetipsum, non ad fauorem tertij, vel ad validandum actum, insequuntur *Specul. in tit. de teste*, §. 1. *num.* 74. *Bart. in l. nè in arbitris, num.* 6. & ibidem *Bald. num.* 7. *&* 8. *& num.* 10. *& seq. Alber. num.* 1. *vers. circà hoc distinguere, Salicet. n.* 3. *vers. Si verò officium non erat finitum, ff. de arbitris, Abb. in cap. cum à nobis, num.* 2. *col.* 3. *vers. aut volunt deponere in forma testimonij*, & ibid. *Bald. n.* 7. *Felin. n.* 8. *Im. n.* 3. *Ant. de Butr. n.* 10. *Danz. de pug. DD. to.* 2. *tit. de elect. fori, cap.* 10. prout non nocet parti attestatio alicuius ex Iudicibus, qui causam determinarunt, asserentis, talem articulum non fuisse decisum, *Sard. cons.* 312. *ex num.* 17. *Reg. Galeot. lib.* 2. *contron.* 35. *n.* 42. & tantum creditur vni Iudici, quantum vni testi, *Consil. Staib. lib.* 2. *controu. cap.* 197. *num.* 112.

81 An recusationi Iudicis renunciare quis videatur, si coram eo comparuit, etiam cum protestatione. Excitat nouissimè articulum *Dom. Iudex Francisc. Mar. Prat. obseru.* 81. & quamuis nonnullos fuisse in ea opinione asserat, (quod licebat illo in casu, in quo quidam instare volebat, pendente adhùc recusationis iudicio pro dissequestro mobilium, quorum iacturam timebat) absquè metu renunciationis, instantiam proponere cum protestatione, & quod non ex hoc intendebat eius iurisdictioni se subijcere, ab eorum tamèn placito desciuit, nec quicquam afficere protestationem recusantis, eiusdemque comparentis; Sed obstant in contrarium, quæ exarant *Puteus decis.* 41. *de re Iudic. & decis.* 380. cuius meminit *Riccius in collect.* 1747. *par.* 5. *& Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. sect.* 4. *num.* 4. qui, post *Bart. in l. à procedente, Cod. de dilation. Rebuff. in Comment. ad Constit. Gall. de recusat. art.* 6. *Glos. vnic. n.* 4. inquit, *Sed si post recusationem recusans comparuerit coram illo Iudice, si non protestatur de causis recusationis, renunciasse videtur*. Sed futilis quæstio ista,

82 meo videtur Iudicio, quando *pragm.* habemus 9. §. 1. *eod. tit. de suspic. offic.* cauentem, quod Iudex Commissarius causæ suspicionis, pēdente illo Iudicio, valeat in principali causa procedere ad omnia acta incumbentia, vsque ad sententiam exclusiuè, eruntquè illa valida, quamuis declaratum fuerit suspicionem militare, meminit *Gallup. cit. p.* 1. *c.* 4. *n.* 11. Hunc igitur Iudicē poterat pars, in Thesi enarrata à *D. Prato*, adire, ad cuitandā mobilium iacturam.

Om-

83 Omnis autèm Iudex, siuè ordinarius, siuè delegatus sit, recusari poterit, *Dec. in cap. 1. num. 15. de Iudic. Villalob. commun. opin. verf. Suspicionis causam, num. 151. Ramon. conf. 3. num. 20. del Castill. decis. 131. num. 6. tom. 2. Intrigliol. decis. 47. num. 26. Fontanell. de-*
84 *cis. 5. num. 8. lib. 1.* Quin, etiàm is, qui quouis modò ad aliquid praeiudiciale peragendum, destinatus est, *Gayll. obseru. 35. num. 3. lib. 1. Mysing. obseru. 52. in princip. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 45. num. 143. Andr. Knichen in comment. de fac. non prouoc. iur. cap. 2. num. 8. Ficcard. in addit. ad Villalob. comm. opin. lit. I. num. 161.* & de Regimine loquitur *Decian. respons 26. n. 5. vol. 1.* de Consilio, & Synodo, Collegio, Rectore, & Cõsule Vniuersitatum, asserunt *Farinac. in fragm. par. 2. verbo, Iudex, num. 708. Berar. in specul. visit. cap. 26. num. 25. Scacc. de appellat. q. 16. limit. 2. sub nu. 26. Rot per Rub. decis. 165. num. Ghilss. de Iud. rel. cap. 14. num. 15. Gallupp. add. par. 1. c. 5. num. 3. Intrigl. sing. 80.* de Visitatore officialium, loquitur *Berart. in cit. spec. cap. 6. num. 46.* & scripsit *Baron. de citat. tom. 3. in annot. ad singul. 27. n. 17.* de Cardinalibus, & legatis à latere, *Intrigl. add. sing. 80. nn. 195. lib. 3. Ramon. conf. 3. num. 22. Mones. de Iudic. conseru. cap. 9 num. 21. Mut. super prag. de recusat. Iudic. nu. 38. Alban. in tract. de Cardinal q. 42. vers. 31. p. 2. to. 13. Baron. cit. loco, sub num. 1. & 12. & de effec. inimic. 116. num. 88.* & de Visitatoribus Religionis, *Zacc. Pasqu. decis. 256.* de Assessore, seù Consultore Iudicis, sermocinantur *Farinac. in fragm. par. 2. verbo, Iudex, num. 18. Cast. de retract. cap. 9. cas. 12. num. 5. Monet. de Iudic. conseru. cap 9. num. 3. Baron. add.*
85 *effect. 116. num. 88.* Arbitri insupèr recusari possunt, potissimùm, ex causa de nouo superuenienti, ex *text.* & ibi *Gl. in l. cum distinguemus, 37. §. tunc quidam, ff. de receptis arbitris,* etiàm Arbitratores, *Panorm. in cap. Quintanallis, n. 12. de Iurciurando, Ayor. de Partition. Bonor. par. 1. cap. 4. nu. 9. Mastrill. decis. 91. num. 4. Marcus Mant. singul. 517. Tepat. lib. 1. tit. de arbitris, in fin. vers. arbitri, & Arbitratores,* & ex satis leuiori causa, *Decius in cap. postremo, nu. 2. de appellat. Roland. conf. 31. lib. 3. Marant. in specul. par. 6. vers. & quandoq; appellatur, caus. 40. nu. 73. Milan. decis. Sicil. 15. num. 4. lib. 1.* ratione, quam perpendit *Reg. Galeot. lib. 1. controu. forens. cap. 39. nu. 10. & 48.* sic Referens de facili recusari potest, *Maynar. dec. 90. lib. 1. Ricc. Collect. dec. 445.*

86 Locus, & Monasterium, vbi multotiès solent sequestrari puellae, ad matrimoniũ contrahendum, & vt earum voluntas liberè superiori propaletur, recusari, vt suspectum potest, solo recusantis Iuramento, *Iacob. Laurentius in tract. de Iudice suspecto cap. 13, nu. 47. ex declaratione Rotae, Ripoll. var. resol. cap. 2. de recusat. omn. Iudicum nu. 18.*

87 Sic, & Regni Secretarius, ex *pragm. 15. cap. 3. de suspict. Reg. Sanfelic. dec. 287. lib. 2.* quo in casu esse faciendum depositum, insinuat idem *Reg. Sanfelic. in increment. ad praxim Iudic. in sect. 40. nu. 3. prag. 267. Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 81. nu. 3.* & in Hispania recusari cum requisitis, quò ad caeteros Consiliarios, quia est vnus ex residentibus in Consilio, *per l. 1. tit 19. lib. 2. recop. & l. 17. eiusdem tit. & lib.* notat *Vermudoz de Petraza in suo secretario in discurs. 7. priuil. 29 fol. 79. ater.* & ad ipsum iustè recusatum emolumenta, & derictus pertineant, innuit *Sanfelic.* eadem *dec. 287.* cuius Secretarij quanta sit d gnitas, & ampla, dignoscitur facilè, cum spectabilis nuncupetur, *in l. quisquis, C. ad l. Iuliam Maiest.* sit depositarius secretarum Regiarum cogitationum, *Gregor. Lopez in l. 7. tit. 9. p. 2. glos. 1.* & in conspectu Proregis in fine tabulae sedeat, *Tasson de anteph. vers. 7. obseru. 13. nu. 40.* & multa de illius preheminentia exarant *Boer. dec. 222. obser. 3. n. 40. Reg. Rouit. in Prag. 1. nu. 1. de offic. Secret. seù à*

li-

libellis, & eis quæ incumbunt in Regia Cancellaria, Tasson.add.loco, Tiraq. de nobilit. cap. 30. num.80.

88 Sed àn Aduocati, & Procuratores Fiscales possint allegari suspecti, extāt prag. 12.13 & 14.de suspic.offic.& obseruantiam in nostris Tribunalibus indicauimus nos in Ritu 18. n.3.to.1. & tradunt Rouit. in prag.3. & Nouar. in prag 4.collec.35.prag. 5.collect. 3.n.4. & pragm.8.collect.4.n.5. de suspic. Io. Petr. Fontanell.(& si exterus)dec.30.n. 22.lib.1. R.Tap.lib.3. iur.Regn.super hoc Ritu,pag.180.Reg.Sanfel. in praxi ind.in increment.ad sect 40 n.2.& decis.85.n.4.lib. 1.subnectēs in causa Io. Baptistæ Catanei cū Regio Fisco,fuisse recusatū Fisci Patronum Regię Cameræ,id quod affirmant Mastrill.dec. 214.p.3. Fontanell.cit.loco, occurrens Papon.contrarium firmanti in arresto, Franc.lib.7. tit.6. de recus. in append. arrest.8. Alphar.de offic.Fiscal.Gl.17. n.40.Boer.decis. 258. n.8.Solaz de Indiarū Guber.lib.4.c.6.ex n.21.& praxim in Regno Cathal. ostendit quoq; Peguer.to.2. dec.33. Ripol.c. 2. n.201.

89 Quæ verò ad recusationē Assessorum,& Examinatorum spectent,atquè Actuariorū, coaceruat etiàm Muscatell.in prax.par.5.Glos.Suspectum, inibi præsertim declarans requisitum illud de lista danda suspectorum,quam antecedere debere electionē consultoris, tradit Bal.in l.1.sub n.1.C.de relat. sequiturquè Franc. in c. cum specιali, nu.37. idq; adeò,vt votum consultoris, prædicta nō præcedente lista, datum, nullum esse,decisum fuisse testetur Vi.u.decis.363. in fine, & ex solo partis iuramento Assessor recusari potest, Alex.cons. 104. lib.5. Gabriel comm.opin.tit.de Iudic. conclus.5.nu 9. Adeò vt Baro recusari possit persistens in electione facta Iudicis recusati, Ripoll.memor.cap.2. de suspic.omn Iudic. n. 64. Quod verò solo iuramento recusentur Actuarij, post multos, quos citat, defendit Anna sing.488. Rebuff. ad Const.Gall.tit.de recusat.art.9. Gl. Vnica,n.4.to.3.Io.Baptista Spada cons. 147.n. 16.to.2. Vrsill.ad Afflict.decis. 317.n.2.Nouar.q.forens.21.n.7.lib.1. de Angelis ad Gizzarell.dec.64.n.42. Caputaq.dec.64.par.3.Rota decis.604. p.1.diuers.& q.3 p.1.Robusterij,Mart. vot.131.n.2.Berar.in spec.visit.cap.6. n.30.Cost.de retrotract.c.9.cas.12.n.5. Scacc.de Iudic.lib.2.cap. 9.n.918. Muta consuet.53.n.17 de Ball.in prag.de recusat.commiss. fol.332. Intrigl.sing. 13.lib.1.& sing.74. num,99. & 100. lib.3.Castill.decis.53. Giurb.obser.95. tàm in causa ordinaria, quàm executiua, Flamin.Carthar.dec.Gen.66. n.6. Milanens. decis.15. Mastrill.dec.151. num.90. in personam verò Actuariorum S.C. est proponenda causa suspicionum absquè deposito, ex decreto relato per Reg.Rouit. in prag.1. num. 17.de suspic.offic. Reg. Tap.lib.3. Iur. Regni eodem tit.de suspic. offic.verbo, officialem,num.50.insinuans, ità intelligi debere verba huius Ritus,Officialium cum eis deputatorum.Et num.20. vers. Adde, notat, in S.R.C. M.C.V. cæterisq; Tribunalibus Regni in suspicione Actorum Magistri esse allegandam causam coràm Iudicibus.qui extraordinariè se informantes aliquando illos in totum remouent,& aliquando dāt adiunctos,& seruatum tradit Reg. Sanfelic.cit. decis.287.num.6. qui n.6. hoc idem procedere addit in à mandatis Scribis, & Cancellarijs Regiæ Cancellariæ. Scribas verò S. C. & M.C.V. solo iuramento recusari, ex Ioanne de Hauia in Curia Philippica, §.7.de recusat. num. 3. monent Gizz. ad Capyc.Latro decis.81. nu.18. Prut. ad Muscatell.add.Glos.1. Sententia. At praxis obseruat, vt simplici libello porrecto Pręsidi S.C.vel Consiliario, aùt Iudici M. C. V. Commissario,decernatur,quod actorū magister prouideat de alio Scriba partibus non suspecto.Sed àn suspecto actorum magistro,tales sīt eius Scribę, Giurb.dec.27. n. 10. in fin. Castrill.cit.dec.53. & in add. Mastrill.decis.151.nu.90.Tasson.

de

de anteph. vers. 3. obseru. 3. sub num. 113. Experti in arte visuræ an recusentur, quod sic *Bart. in l. Theopomp. num.* 11. *ff. de dote præleg. Lup. de vsur. num.* 172. *Ripoll. cit. cap.* 2. *n.* 260.

Sed an merus executor recusari possit? negatiuè, nisi in executione modum excedat, *Franc. Marc. dec.* 599. *n.* 1. *p.* 2. *Balb. decis.* 345. *Ripoll. add. loco n.* 69.

Recusationem insuper generalem totiùs Ciuitatis, vel Tribunalis minimè admitti, notant *DD. in cap.* 1. *de Iudicijs, Bal. in l. modo, ff. de condit. & demonstr. Berous in cap.* 1. *de Iudic. n.* 122. *Marchesan. in tract. de Commission. vtriusquè signaturæ,* 2. *par. cap.* 5. *in princip. Ripoll. iur. resol. cap.* 2. *de recusat. omn. Iudic. num.* 63. *Bouadill. in polit. lib.* 3. *cap.* 8. *par.* 2. *ex num.* 121. *Tiber. Decian. cons.* 26. *lib.* 1. *Rebuff. ad Constit. Galliæ, tract. de recusat. art.* 9. *Glos. vnic. n.* 46. *Caroc. de remed. contr. præiudicium sentent. except.* 120. *nu.* 6. *Didacus Perez ad l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 3. *ord. q.* 18. *Ramon. cons.* 3. *n.* 85. idq; etiam practicatur in Actuarijs, & Examinatoribus S.C. necnon officialibus locorũ à quibus debet recipi testium depositio, *Farinac. in repertor. Iudic. q.* 42. *Capyc. decis.* 138. *Anna sing.* 276. *Gallup. in prax. S.C. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. *Thor. in Cod. rer. iudic. ciuil. cas.* 10. *num.* 8. *& par.* 2. *compend. decis. verbo, suspicio officialium,* idemquè seruari in Cathalunia ex peculiari illius *Constit.* notat *Fontanell. dec.* 6. *num.* 2. laudans *Thor. in compend. decis. verbo, Senatus, & verbo, Suspicio generalis, par.* 2.

90 Sed an suspecto capite sint suspecti eius Consiliarij, vt in Prorege, qui posteſt recusari, *Imola cons.* 91. *vol.* 2. *Anton. de Ball. lib.* 5. *tit. de recusat. n.* 26. & in Prorege vltrà Farum, dicit *Mastrill. decis.* 151. *num.* 74. quem laudat *Ricc. collect.* 1612. & de Ferdinando Archiduce Austriæ, loquitur *Decian. cons.* 21. *lib.* 1. & in Duce Aluæ huius Ciuitatis Prorege, firmat *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 36. & an inquam, illo suspecto, remoueantur eius Consiliarij, affirmatiuè scribunt *Mastrill. ead. decis.* 151. *num.* 80. *& in tractatu de magistrat. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 86. *Giurb. decis. Sicil.* 27. *Castill. decis.* 53. *Ramon. cit. cons.* 3. *Fontanell. decis.* 6. *num.* 7. 8. *&* 9. *Reg. Rouit. in prag.* 1. *num.* 7. *&* 8. *de suspic. offic.* quod non admittit *Consil. Staib. resol. forens. centur.* 2. *resol.* 110. *n.* 15. & videndi *Decius cons.* 151. *n.* 19. *Marta voto* 142. *Reg. Sanfelic. decis.* 84. *lib.* 1. *Ripoll. iur. resol. cap.* 2. *de recusat. omn. Iudic. n.* 57. *Reg. Tap. lib.* 3. *Iur. Regn. rubr. de suspic. num.* 5.

Suspecto propterea S.C. Præside, non posse eius Consiliarios recusari; scribit idem *Giurba decis. mem.* 27. post *Rebuff. ad Const. Gall. tit. de euocat. in præfat. num.* 66. *quæst.* 7. *Bouadill. in politic. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 124. *to.* 2. *Capyc. decis.* 138. *Marta decis.* 14. & distinguunt *Castill. decis.* 53. *num.* 10. ac declarat *Mastrill. decis.* 234. *lib.* 3.

91 Quod suspecto Episcopo, eius Vicarius, & omnes ab eo dependentes tales reddantur, insinuat *Text. in cap. insinuante, extr. de offic. Delegati,* & tradunt *Crauetta in cons.* 32. *et cons.* 232. *Capyc. decis.* 137. *Consil. Staiban. citat. resol.* 110. *num.* 19.

92 Et an suspecto Barone, sint etiàm suspecti eius Officiales, *Capyc. decis.* 124. *Reg. Rouit. in cit. prag.* 1. *num.* 7. & suspecto Gubernatore sint etiàm eius ministri, *Ludouic. decis.* 108. & quod haud Baro priuetur potestate subdelegandi, monet *R. Tap. in Const. Regni statuimus, num.* 34. *de offic. mag.*

93 *iustit.* Sicuti Præses S.C. qui etsi remoueatur à iudicando, poterit causas distribuere, & mandare, quod verbum fiat in S. C. vt determinatum recenset *Reg. Rouitus in prag.* 15. *num.* 1. *de su-*

94 *spic. offic.* & rescribit *Nouar. ibid. n.* 1. & de Regentibus Regiam Cancellariam, loquitur *Laratha cons.* 32. *in fin.* (& an Consiliarij sint Iudices ordinarij, tangimus infrà) *Dom. Reg. Sanfelic. in prax. S.C. sect.* 40. *num.* 16. restringens, quotiès in delegando causæ

causæ cognitio requiritur, vt in prouisione facienda ab eodem Præside super verbo faciendo, eò quod mandauerat: *Veniat Actuarius cum processu, & partibus*, decisumq; de anno 1645. memorat ex *Reg. Ronito in pragm.* 15. *num.* 7. *de suspict. offic. Tasson. de antefato vers.* 3. *obseru.* 3. *sub n.* 113. *Thor. par.* 1. *compend. verbo, Suspicio, & p.* 3. *sect.* 3. *verbo, Suspectus in iudicando*, quamuis contrariū determinatū referat *Reg. Capyc. Latro decis.* 87. *n.* 8. & 10. vt obseruat ibidem *Gizz. num.* 7. & iterùm decisum tradit *Consil. Staiban. cent.* 2. *resol.* 110. *nu.* 50. notat insupèr *Gizz.* ibidē, quod legātur, illo suspecto, supplicationes in aula Consiliarij Decani, & per Consiliarios Aulæ prouidetur super petitis, ex *Tasson. add. loco, num.* 113. & adest *pragm.* 73. *de offic. S. C.* à qua datur forma legendi supplicationes in tali casu.

95 Adeò quod minimè liceat M.C.V. vel alteri Tribunali superiori certum Iudicem deputare in causa vassalli, qui nomine Baronis suspecti procedat, *Tap. loco cit. Reg. Capyc. Latro dec.* 90. *lib.* 1. quamuis contrarium dixerint *Frecc. de subfeudis, lib.* 3. *de differ. inter feud. quatern. & plan. n.* 37. *Carau. in hoc Ri.* 2, *num.* 35. sed pro cautela remittitur vassallus inquisitus, & Baroni odiosus ad eius Curiam, ea adiecta conditione, vt eligat Iudicem in Ciuitate, *Capiblanc. de Baron. to.* 1. *prag.* 3. *num.* 167. & *tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 13. & 26. *Reg. Sanfelic. decis.* 63. *num.* 30. *to.* 1. *Frecc.* effatum procedere, inquiēs, stante inimicitia graui, inter vassallum, & Baronem, decisumquè *num.* 31. subnectens, & non dissentit *Capibl. add. loco, num.* 168. & *tom.* 2. *prag.* 3. *c.* 13. suspectus namquè ex capite inimicitię, repellitur etiàm à delegando, *Muta in cap. Regni Sicil. tit.* 4. *nu.* 35. *Mastrill. de magistrat. lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 86. *Apicell. in add. ad tract. de suspic. offic. num.* 78. *La Ratha cons.* 32. *num.* 10. *Reg. Sanfel. in prax. Iudic. sect.* 4. *n.* 17. & *in add. ad decis.* 63. *num.* 4. *Reg. Capyc. Latro decis.* 83. *n.* 3. *Gallup. in prax. S. C. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 41. *Thor. in Cod. rer. iudic. cas.* 57. *n.* 5. *Montan. de regal. fol.* 145. *num.* 30. *Capiblan. de Baron. cit. cap.* 13. *n.* 13. *Donad. de renunc. c.* 37. *sub num.* 8.

96 Vel si habeat delegans propriū interesse in causa, *Surd. cons.* 50. *nu.* 15. & 36. *Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 187. *Capiblanc. add. prag.* 3. *n.* 169. *to.* 1. *Reg. Capyc. Latr. add. decis.* 87. eam trutinans difficultatem, nùm Iudex suspectus in iudicando, sit etiàm suspectus in delegando, siuè suspicio proueniat ex causa inimicitiæ, siuè ex quauis alia causa, quam extricant etiàm *Burg. de laudem. par.* 3. *insp.* 17. *sub num.* 13. *Carleual de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 7. *sect.* 1. *num.* 794. *Gratian. discept. forens. cap.* 809. *num.* 25. *Cost. Sicul. cons.* 85. *n.* 35. *Intrigl. de feud. cent.* 2. *art.* 94. *num.* 17. *Nouar. de Grauamin. Vassall. grauam.* 303. *num.* 2. & *super prag.* 15. *collect.* 6. *de suspic. offic. Pellicion. controu. illustr. q.* 34. *Baron.* remissiuè, *tom.* 2. *de citat. singul.* 27. *nu.* 3. & *de effect. inimic. effect.* 68.

97 Cum autèm pars ob suspicionem propositam incurrat inimicitiam recusati Iudicis, ex adducendis à nobis infrà *num.* 102.

98 Meritò tempore Excell. Comitis de Onnate peculiaris manauit sanctio, registrata *in prag.* 20. *de suspic. offic. to.* 2. vt semèl recusatus, ampliùs interuenire non possit in alijs etiàm causis recusantis, accedente quoquè illius consensu, neq; vigore cuiuscunq; *prag.* edendæ, hæcq; municipalis sanctio conformis est Iuri communi, ad exarata per *Pres. de Franch. decis.* 719. *Reg. Ronit. cons.* 9. & *cons.* 19. *lib.* 1. *Reg. Sanfelic. decis.* 79. *lib.* 1. & *Reg. Valenz. cons.* 43. *nu.* 188.

98 *lib.* 1. Et in viridi est obseruantia, vt determinauit S. C. *referente Dom. Consiliario Soto*, sub die 26. Septembris 1651. *quod Dom. Consiliarius Carolus Brancaccius non interueniat in omnibus causis, in quibus habet interesse Iannettinus Piccamiglio, alias*

aliàs Io: Franciscus Grimaldi Marchio Ioiæ,à quo fuerat allegatus suspectus, & sub die 3. Iulij 1651. eodem Dom. Soto referente, fuerat prouisum, quod *non interueniret in causa dicti Marchionis, cum Marchione Sancti Georgij.*

Etiàm si præuia decretatione,quod ostendatur,facto scrupulo,fuerit dictũ, *quod non interueniat*, ad tradita per *R. Rouit. in cons.10. vol.1.& decis.50. & Cons.Staib.cent.2.resol.117.*& decreuit S.C.in causa Ill.Ducis Ielzi, qui in lite cũ Patrimonio Principis Maydæ, dixit, non posse interuenire tùnc Consiliar. Dom. Io. Hieronymum de Philippis, nùnc dignissimum Præsidentem Regiæ Cameræ, cuius merita maiora expetũt,vti compatrẽ D.Andreæ de la Calce creditoris, qui, facto scrupulo, fuit remotus,deindè idẽ Dux,vigore *mem. prag.*illum allegauit suspectum in alijs causis,& *referente* integerrimo viro *D. Cons. Paulo Iannettasio*, sub die 5.Maij 1662.fuit prouisũ,*quod nõ interueniat.*

Hinc, remoto Domino Consiliario Paulo Staibano, ad instantiam Gubernatorũ Arrendamenti piscium, præuio decreto Collateralis Consilij, sub die 18. Augusti 1659.*referente Dom. Regente D.Felice Vlloa*,penès *Iannarium de Amico.Regium Scribam à mandatis.* D. Franciscus Caracciolus Marchio Macchiagodenæ, & D. Carolus Capycius Latro Dux Seiani, duo ex Gubernatoribus,instetere prouideri,quod non interueniret in omnibus causis proprijs, & eorum vxorum, vigore *mem.prag.*& S.C. scito,sub die 8. Nouemb. 1659.relatore existente doctissimo *D.Cons.D.Ioanne Valanilla*, prouisum fuit,*quod propositis formitèr nullitatibus prouidebitur*, & deinde emanauit aliud decretum *eodem relatore*, sub die 5. Decembris 1659.*quod, visis instantijs Ill. Marchionis Macchiagodenæ, & Ducis Seiani, R.Consiliarius Paulus Staibanus non interueniat in causis prædictorum tantùm, & proindè restituantur deposita*, penès *Secretarium.*

99 Et adeò remouetur Iudex suspectus declaratus, & iurisdictio ab eo abdicetur totaliter, vt si succedat ei alter non suspectus, causa ad illum non redeat, sed remanet coram eo, cui ob suspicionem commissa fuit, *de Franch. dec. 719. R.Rouit.add.cons.10. lib.1.in decis.50. num. 1. & in prag.1. de suspic.offic. n.45. Reg.Capyc.Latr.dec.81. ex num.1. lib.1. Reg.Sanfelic.decis.79. par.1.Consil.Staiban.resol.forens.lib.2. resol.117. num.5.*

100 Vt propterea causa, quæ coram superiori remanet ob grauamen illatum in interloquutoria à Iudice inferiori, *Scacc. de appellat.q. 17. limit. 47. mem.3.num.6. Amat.decis.14. nu.14. Christin.decis.Belgic.18.nu.10. vol.1. Castill. decis. 117. num. 2. de Franch. decis.88. Reg.Rouit.in prag.13. de offic.S.C. Carau.in Ritu 297. n.17.Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. offic. §.1. sub n.43. Thor. in compend. decis. par.1. verbo, Appellatio,R.Sanfelic. in addit.ad decis.321.lib.2. & in increm.ad praxim Iud.in sect.25. n.6. fol.280.(& sub num.8.*indicans stylum, & obseruantiam S.C. in grauaminibus M. C. V. & aliorum Tribunalium in hac Ciuitate existentibus,inquirit,àn Iudex datus à Regni Prorege ab interloqutoria Auditoris Generalis Exercitus pro prætenso grauamine, valeat totam causam ob grauamen apud se retinere) non reddit, etiàm si Iudex, qui

101 grauauit,sit immutatus, *Giurb. obser. 57.nu.10.*aduersùs *Alba cons.221.n.7.* contrarium sentientem,cuius opinionis est *Marta voto 142.* quem laudat *Cõs. Staiban. resol.forens.centur.2.res.110. num.22.*

Interposito itàq; decreto, quod Iudex non interueniat, causa quoq; suspicionis cessante, amplius in dicta causa interuenire non potest,quia suspicio habuit effectum consummatũ, *Didacus Perez.lib.3. ord.Hisp.tit.sub rub.De las Recusaçiones de los Iuezes,q.25.* & nos infrà sub *n.124.*etiã si suspicio nõ fuerit formitèr proposita, nèc latum super ea

de-

decretum;sed solùm Iudex ex suo consensu, & partium, iusta aliqua ratione concurrente,non interuenerit,velquãdo suspicio fuerit proposita per viam simplicis inconfidentiæ, ex *pragm.4. §. Carolus V. in princip. de offic. S.C. Reg. Reuit. in cit.decis.* 50. *nu.*3.*&* 4. & quando quò ad hoc dicatur effectus consummatus,idem *Reg.Reuis.* declarat, necnon *Dom.Reg. Capyc.Latro cit. decis.*81. *num.*7. *Consil.Staiban. mem. resol.*117. *ex num.*25.

Nèc à determinationibus causarum suspicionum appellatio , reclamatio , nullitates , recursus, restitutio in integrum , allegatio notoriæ iniustitiæ admittuntur, tàm à diffinitiuis, quàm ab incidentibus, etiàm si talia forent, quæ per diffinitiuam reparari non possent , & videndi *Fontanell. decis.*26.*lib.*1. *de Franch. decis.*408.*&* 637.quam *decis.* impugnat cum distinctione *Praes.Merlin. tom.*1. *contron.forens.cap.*15.Nullitatem verò prouenientem ex defectu iurisdictionis admitti, iudicatum tradit *Reg.Reuis. in sollemn. decis.*81.

102 Sed non illepidè quæritur, nùm, suspecto patre,filius in causa interuenire possit; Accidit articulus trutinandus in suspicione allegata in personam D. Consiliarij D. Didaci de Soria Morales, etenim , cum mediante rescripto S. E. sub die 18. Aprilis 1641. fuisset demandatum , quod peritissimus vir, & omni æuo laudandus,Dom. Consil. D.Didacus Soria eius pater non interueniret in causis D.Benedictæ Pinellę Principissæ Hyeracij, assumpto ad munus Consiliarij dicto D.Didaco,nomine,& factis dignissimo eius filio, & in eadem Aula, Principissa institit in S.C. declarari illum notoriè suspectum , & *referente Dom.Consiliario Aloysio Gamboa,* sub die 13. Aprelis 1654.fuit prouisum, *quod viso rescripto S.E. expedito sub die* 18. *Aprelis* 1641. *non interueniat Consil. D. Didacus de Soria Morales in causa in suspicione contenta.* Cum enim pater,& filius vna, eademquè sint persona,& pares dicãtur, *Bald. in auth naturalis,n.*2. *C.de naturalibus liberis,Surd. de aliment.tit.*1.*q.*49. *n.*9. iniuria , qua ex recusatione pater affectus fuit,in filium transire videtur, cum certũ sit , Iudicẽ ex recusatione iniuria affici, ad *text.in l.litigatores,ff.de receptis arbitris, Farinac.de testibus,q.*6.*nu.*133. *R Reuis.super cit.prag.*1.*nu.*140. *Giurb. decis.Sicil.*48. *n.*2. *& decis.*54. *n.*1.*Masull. ad Capyc. decis.*138. *n.*3. adeò vt pars actione iniuriarum Iudici allegato suspecto teneatur, *Carau. in hoc Ritu, num.*24. quem laudat *Thor. par.*2. *compend.decis.verbo,Compater , Testai alleg.* 7. *num.* 100.*&* 101. *& alleg.*9.*nu.*76. *Baron.de effect.inimic. effect.*116. *num.*140.

Et àn pater, & filius simùl in eodem tribunali iudicare possint,extricat *Reg. Sanfelic.decis.*67. *num.*9. & filius sitnè suspectus in causa,in qua eius pater in primo iudicio ius dixerat , affirmatiuè *Papon. lib.*7. *tit.*9. *arrest.*8. quem referunt , & sequuntur *Tepat. variar. iur. sentent. tit.de recusat. vers.An filius, Masull. ad Capyc. decis.*146. *n.*7. *Lancellott. de attent. post recusat.n.*50. *Ferd. Vasq. de success. creat.lib* 2.§.20. *par.* 2. *requis.declar.*29. *num.*44. quos laudat *Mastrill.dec.*151.*n.*27. tradens sic decisum,*Ricc.collect.*1612.

103 Causas multas, ex quibus recusari potest Iudex, congerunt *Franc.Marc. decis.*732. *par.*1. *Menoch.de arbitr.Iudic. cas.*152. *Aufrer. Lanfr.de Orian & de Laurent.in suis tract.de recusat. Marant.par.*4.*dist.* 5. *n.*42. *& par.*6. *actu* 2.*à num.*24 *Auus meus ad Capyc. decis.*138.*Bertach.in tract.de Episcopo, par.* 4. *lib.* 4. *q.*11. *Card. Alex.* septuaginta memorat causas,*in cap.postremò, de appellat. Speculat.in tit de Iudic.delegat.* §.*superest videre, Menoch.de arbitr.Iudic.cas.*152. *Finitan. decis.* 28. *par.*2. *nu.*114. *Carol.de Grass.in tract. de except.except.*24. *Farinac.in frag. crimin. par.*2. *num.*685. *Petrus Nundez de Auendano de exequt. mandat. Reg.Hispan par.*2. *cap.* 23. *nu.*7. *Ripa obseru.*197. *Matth.Apicell. qui integr.*

tract. de suspic. offic. post tract. de tutamine pauperum fecit, vbi *Maurit. Apicell. Petr. Fontanell. decis.* 11. *Giurb. decis.* 21. *num.* 11. *Ricc. collect.* 83. *Rebuff. ad Regias Constit. tom.* 3. *tract. recusat. art.* 14. *Ant. de Ripoll. variar. resol. cap.* 2. *de recusat. omn. Iudic. fol. mihi* 65. *Consil. Theodor. allegat.* 87. *num.* 4. *Muscatell. in prax. par.* 5. *Glos. Suspectum, nu.* 8. *Gallup. in prax. par.* 1. *cap.* 4. *Fragos. de Regim. Reipubl. to.* 1. *par.* 1. *lib.* 5. *disp.* 12. *nu.* 214. *Caualcan.* optimè, & omnium succinctiùs, *dec. Finiz.* 28. *p.* 2. octuagenas quatuor indicans causas, quas rescribit *Nouar. in prag.* 15. *collect.* 6. *nu.* 46. *de suspic. offic.*

104 Illæ tamèn quotquot sint, ad duo principia principalia reducuntur, ex quibus cęterę pullulant, ad AMOREM, scilicèt, & ODIVM, vt optimè notat *Dom. Consil. Scipio Theodor. alleg.* 87. *num.* 4. quem laudat *Gallupp. cit. loco.*

105 Sub primo complectuntur, nempè proprium interesse, causa enim est suspicionis, in quo nemo potest esse Iudex; ad *text. in l. vnica, Cod. nequis in sua causa iudicet, l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. Iudic.* quos *text.* exornant *Viu. decis.* 223. *Hyppol. sing.* 405. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 87. *Consl. de Xarto ad cap.* R. *Sardin. lib.* 1. *tit.* 1. *de Parlamen. cap.* 1. *num.* 39. & prò regula statuunt *Soccin. regul.* 243. *Felin. in cap. cum venissent in fin. de Iudic. Christin.*

106 *decis. Belgic.* 152. *vol.* 2. etiàm parte consentiente, *Capyc. decis.* 124 *n.* 1. vèl non opponente, *Dec. in cap. non venisset, num.* 45. *de Iudic. Gallupp. in prax.* S.C. *par.* 1. *cap.* 4. *num.* 14. quibus contradicit *Iason.* doctrina *in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* quod sententia lata in causa propria subsistat, si de eius inualiditate non opponatur, qua de re *Viu. decis.* 222. cum nemo sibi ipsi imperare, vel prohibere valeat, *Surd. decis.* 50. *num.* 8. & rem suam occupare nemini liceat, *l. si quis in tantam, C. vnde vi, l. Iulian. ff. de Iud. Farinac.* latè *in tract. de furt. q.* 175. *à par.* 1. *ad par.* 11. & pactum quod possit propria authoritate capi, an sit validum, & possit practicari, indicat, post alios, *Reg. Sanfelic. in praxi Iudic. sect.* 27. *num.* 35. Legatarius nequit sub pœna legati amissionis legatum capere, *l. non dubium, C. de legatis, Tusc. concl.* 151. *lit.* L. *Menoch. de adipiscenda possessione, remed.* 2. *Diaz reg.* 407. *Clar.* §. *testamentum, q.* 68. Creditori propria authoritate pecuniam sibi debitam exigere haud licet, *l. extat, ff. quod met. causa, l. creditorem, ff. ad l. Iul. de vi priuat. Gabriel concl.* 1. *ex num.* 38. *de acquir. possess. Menoch. de recuper. possess. remed.* 5. & latè *Nouar. add. grau.* 17. *& quæst. forens. to.* 2. *q.* 75. vbi illum extricat articulum, si proprietarius, finito vsufructu, in possessionem ipsius propria authoritate se ponere possit.

107 Baro non potest propria authoritate percipere auditoria à Vassallis, sed debet agere coram Superiore, *Afflict. decis.* 136. *Gramm. decis.* 88. *Auus meus ad Capyc. decis.* 137. *num.* 2. quem laudat *Nouar. de grauamin. Vassall. tom.* 2. *grau.* 17. *num.* 2. *Montan. in tract. de Regalibus,* §. *extraordinaria collatio ad felicissimam, &c. num.* 5. *in fin. pag.* 121. *Danz. ad Gräm. dec.* 88. *ex n.* 34. Verùm prò introitibus Baronalibus valet sibimet iudicare, subditos in vinculis conijciendo absq; citatione, *Bal. in l.* 1. *n.* 31. *C. vnde vi, Auus meus ad Capyc. decis.* 124. *num.* 1. *in nou. Nouar. add. tract. to.* 2. *grauam.* 117. & seruari indistinctè in Cathalonia, scribit *Ripoll. var. resol. cap.* 2. *de suspic. omn. Iudic. n.* 197.

108 Delinquens insupèr in Terra Baronis contrà ipsum Baronem ab eo, & eius Capitaneo mulctari non potest, sed solùm detineri, & ad superiorem remitti, notat *Consil. Carleual disp. Iur. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. 19. *quæst.* 7. *sect.* 1. *num.* 785. *&* 787. allegans post alios *Auum meum ad Capyc. cit. decis.* 124. *Tasson. de antef. vers.* 3. *obser.* 4. *nu.* 37. *Capiblanc. de Baron. prag.* 16. *ex n.* 76. *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 197. *Amend. ad Franch. decis.* 274. *n.* 1.

&

& extricat *Reg. Sanfel.decis. 63. lib.* 1. 109 *& decis.*244. *tom.*2. Quiduè in delictis notorijs, vt puta in iniuria illata ius exercenti, *Gratian. discept. forens. to.*2.*cap.*284. *Segura in director.Iudic. Ecclesiast.*2.*par.cap.*6. *n.*2. *Petr.Greg. lib.* 2.*de Repub.cap.*6.*num.*20. *Decian. tract.crimin. lib.*4. *cap.*42. *Farinac.in prax.q.*17. *num.*45. *Caball.resol.crim. cas.*128. *n.*1.*Carleual add. loco n.*798. *Thor.in compend.decis.Cur. Archiepisc. Neap.to.*2.*verbo, Suspicio*. Executores
110 quando ipsi possint exequi pro eorum salario, extricauimus *in Ritu* 42. *num.*2.*tom.*1.

111 Hinc Princeps in causa propria quamuis Iudex esse possit, nedùm in Ciuili, sed in Criminali etiam, *Salicet.* & cæteri *in d.l.vnic. Abb. & Felin. in cap. cum venissent, de Iudic.* honestius, & consultius faceret, alteri delegando, *Mart.laudat.in tract.de Princip.q.*108. *Borrell.ad Bellug.in Specul.Princ.rub.* 44.*Corrad. in templ.Iudic.lib.*1.*cap.*1. *de Imperatore, vers. Iudicant in causa propria*, *Mart. add. tit. de recusat.* quiduè in feudalibus, *Ardizòn.in sum. cap.*138. *Isern. in cap. Imperialem, §. præterea si inter duos, num.*84. *de prohib. feud. alien. per Federic.*

112 Episcopus verò àn valeat cognoscere causam suæ Ecclesiæ, inquirit *Io: Mar.Bellett. disquisit.Cleric. par.*1. *de exempt.cleric.à statut.secul.*§.1.*ex n.*34

113 Iuxtà propterea recusatur Iudex Gubernator alicuius loci pij in causa eiusdem loci, pro quo, nec testimonium ferre potest, *Farinac. de testib. q.*60. *n.*263. *&* 264. authoritate *Campagn. in eod. tract.regul.*79.*vers. Acconomus*, addo *Innoc.in cap.l.& A. de re Iudic. & Bald. in margarit. in verbo, Testis repellitur à testimonio*.

114 Hi namq; Gubernatores Ecclesiarum vocantur à Iure (ÆCONOMI) *l.iubemus* 15. *C.de Sacros. Eccles.* ibi, *Nullo Acconomo, cui res Ecclesiastica gubernanda mandatur.* Æconomus autem vocatur defensor Ecclesiæ, *l. omnes, §.præterea, C. de Episc.& Cler.* ibi, *Non aliàs quam Ecclesia proprios defensores, seu quos Acconomos appellant*, & *in §.seq.* incipit, *In hac autem*, hæc notantur verba, *seù certè Acconomi, aut Ecclesia defensores*, essent itaquè Gubernatores, Iudices, & defensores,

115 quin istimet Gubernatores, Tutores sunt, & Curatores locorum, qui sunt sub eorum gubernio; ad *text. in clem. quia contingit*, §. *vt autem*, *vers. illi etiam, de relig.domi*, ibi, *Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio, seù administratio committitur ad instar tutorum, & Curatorum, &c.* sequitur hoc ibi *Vital.n.*65.*& Imol.col.*1.*n.*7.*Paul. de Castr. in l. orphanotrophos, C.de Sacrosan.Eccles.Bal.cons.*167. *factum super quo*, per totum, signantèr *in fine*, *vers.istud Hospitale, lib.*4.*Roman.cons.* 389.*num.*3. *vers. nec refragatur*, vbi *Apostill. in vers. temperamus*, dat concordantes, optimè *Abb.cons.*104. *in fin. vers. Venio ad tertium*, *lib.*1. *Soccin. cons.* 181. *visis*, *num.* 1. *& cons.* 213. *num.*2. *lib.* 2 *& Grat. discept. forens. tom.*3. *cap.*522. *num.*16.

Tutor autèm in causa pupilli est suspectus, quia negotia illius dicuntur propria, vt idem *Gratian.tom.*2. *discep. cap.* 214.*num.* 4. Immò posse recusari, etiàm in lite tempore illius gubernij mota, vel agitata, quæ deindè, expleto gubernio, foret terminanda, superioribus diebus, respondi, fretus S.C. determinatione in suspicione allata pro parte Ill.Principis Melphiæ, in personam DD.Consiliariorum Thomæ de Aquino, & Io Baptistæ Musettola, cum Venerabili Ecclesia Sanctæ Mariæ Refugij huius Ciuitatis, sub die 20. Septembris 1651. *referente D.Consil.Io.Baptista Iouino.*

116 Litigans insupèr cum aliqua Vniuersitate iustè recusat Iudicem Ciuem illius, & determinauit S. C. *referente Dom.Consil.Aloysio Gamboa*, sub die 6. Februarij 1653. in personam Domini Consiliarij Ioannis Mariæ Campana, instantibus Comite Francisco Ferdinando, & Ignatio Galasso, in causa cum Ci-

Ciuitate Luceriæ, cuius erat Ciuis dictus IoãnesMaria, qui erat etiã cognatus carnalis Philippi Siliceo, vnius ex Electis dictæ Ciuitatis, penès *Secretarium*.

117 Iudex subditus Aduersarij remouetur, etiàm si sit solus suffraganeus, *Aufrer. de recusat. num.* 13. 14. & 22.

118 vèl etiàm si aduersarius sit Vassallus Iudicis, vt idem tradit *num.* 20. *Reg. Galeot. lib.* 1. *controu.* 39 *nu.* 17. & 18. & *controu.* 60. *num.* 63. hinc è Coll. Conf. manauit decretum sub die 20. Nouemb. 1646. *Quod non interueniat Ill. Marchio Sancti Sebastiani Reg. Antonius Caracciolus in taxatione quantitatis debita per prædictam Vniuersitatem pro Regio seruitio*, teste *Reg. Ioan. Franc. Sanfelic. in incremento ad prax. iudic. ad sect.* 40. *n.* 11. *pag. mihi* 269.

119 Suspicionem prætereà obstare Iudici habenti litem coram illo officiali, cum quo quis litigat, decisum tradit, tribus classibus S.C. iunctis, *Nouar. in pragm.* 15. *collect.* 6. *sub num.* 44. *vers. Necnon*, *de suspic. official.* & firmant *Aufrer. de recusat. art.* 9. *in* 33. *caus. Rebuff. eod. tit. de recusat. art.* 9. *nu.* 34. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 85. subnectens *Hostiens. in summa, tit. de recus. Iud. deleg. num.* 3. vocare tales Iudices taxionarios, hoc est, quod inter ipsos iam sit taxatum, & côuentum, qualitèr vnus in causa alterius sit iudicaturus, quasi inter se dicant, *bona me la fai, che bona te la faccio*, *Reg. Sanfelic. dec.* 81. *nu.* 4. *Maynard. decis. Tholos.* 89. *par.* 1. *Christin. decis. Cur. Belgic.* 149. *volum.* 2. *Io. Baptista Spada consi.* 197. *num.* 5. *lib.* 2.

Etiã si lis sit eius generis, vt decisũ fuit S. C. sub die 12. Aprilis 1660. *referente Dom Consil. Antonio Capiblanco*, in suspicione allegata per Principem Hyeracij, in personam Dom. Consiliarij Honufrij de Palma, in causa cum Dom. Consiliario D. Antonio Nauarrette, Marchione Laterriæ, Viro omni virtutum genere ornatissimo, ex quo idẽ D. Antonius erat Commissarius causæ inter Ducẽ Montis Negri generũ dicti Consiliarij de Palma, contra hæredes D. Caroli Caracciolo de Sancto Eramo: Ideoq; cum tractaretur causa in S. C. inter Marchionem Castriueteris, & Lucretiam de Summa, fuit remotus ab ea vti suspectus D. Consil. Oreficius, quia eius gener contractum emptionis annuorum introytuum fecerat cum dicto Marchione, teste *Thor. p.* 3. *compend. sect.* 3. *verbo, Suspicio Iudicis in militet, pag.* 309. nam etiàm causa, in qua quis hàbet interesse secundarium, vel in consequentiam potest dici causa propria ipsius, ex *Glos. in l. omnibus*, *verbo, in re propria, Cod. de testibus*, *Reg. Capycius Latro decis.* 12. *num.* 9.

121 Hinc est, vt si Iudex tanquam priuatus haberet aliam causam, in qua idem Iuris articulus esset decidendus, de quo coram ipso ageretur, quamuis causæ essent non tantùm separatæ, sed omninò diuersæ, adhùc possit remoueri, vt suspectus, à ferendo iudicio, quod præsumatur, ita illum in ea re prolaturum sententiam, prout in sua causa proferendam fore, exoptaret, vt deciditur in *cap. causam quæ, il* 2. *de Iudic.* quod tanquam mirabile notauit *Glos. ibid.* dum inquit, *Et ità videtur, quod Iudex, qui habet consimilem causam causa sibi commissa possit recusari, quod est mirabile, vt ex eo nascatur suspicio*, quã *Glos.* communiter, ibi *DD.* sequuntur, vt tradit *Maranta par.* 6. *rub. & quandoque appellatur, actu* 2 *principali, nu.* 46. ad cuius arbitrio Iudicis relinquendum, quænam in hac materia dicatur causa consimilis, doceant *Innocen. Hostien. Io: Andr. Abb. & alij, in d. cap. causam, & Ant. de Butrio* relatus per *Abb. ibid. num.* 2. qui indicat, tùnc dici causam similem, quando ex decisione vnius causæ, concluditur ad decisionem alterius. Nèc obstare, ait, *num.* 3. quod Iudex alterius causæ possit diuersimodè decernere, nèc teneatur sequi alterius causæ Iudicium, *nam fateor*, inquit, *quod Iudex non mouebitur ex sententia*

istius,

illius, sed nihilominùs iste redditur suspectus in iudicando, quia affectionem habet ad aliā partē, quam putat æquam, & ideò remoueri debet. Quòd adeò verum est, vt etiàm si Iudex vti Aduocatus defenderet aliam causam, in qua idem Iuris articulus esset determinandus, adhùc recusari possit, tanquam suspectus, vt decisum in causa suspicionis in personam Reg. Consiliarij Vincentij Mastrilli, testatur *Dom. Præs. de Franch. decis. 87. in fine*, quamuis secus esset, si causa, in qua patrocinium præstitit, terminata fuisset, quia præsumitur cessare affectionem, cum possit sententiam mutare, vt refert idem *Præs. de Franch. ibid. n. 18. & D. Consil. Theod. alleg. 87.*

122 In hoc verò suspicionis capite cautè, maximaquè cum circumspectione (proùt, & in alijs) procedendum esse monemus; vndè cum ex parte Ducis Alexani fuisset recusatus Reg. tùnc Cōsiliarius D. Franciscus Antonius Musettula, in causa cum D. Anna Guarino, & D. Antonio Mirobalo coniugibus, vti compater prædicti D. Mirobali, fuit deindè recusatus Dom. Cōns. D. Blasius de Boliaga, vnus ex Iudicibus in causa recusationis, eo colore, quod præfatus Dom. Consiliarius Boliaga habebat litigium supèr reuocatione cuiusdam donationis coram Domino Consiliario Mirobalo, propterea D. Boliaga non posse esse Iudicem in causa, in qua sui Iudicis versabatur interesse, dicebat Dux, & decreto S.C. iunctis duabus aulis, *referente Dom. tùnc Consil.* nùnc dignissimo Fisci Patrono in Supremo Italiæ Senatu, *D. D. Andrea de la Torre*, (Viro omni eruditione refertissimo, atq; eximiarum virtutum prærogatiua conspicuo, quem ad eam supremam dignitatem breùi equidem peruenturum spero, quam diù meruit,) prouisū fuit, *Quod reijciantur capita suspicionis*, sub die 12. Augusti 1655. penès *Secret.*

123 Consanguinitas insupèr, proptèr præsumptam affectionem ad res consanguinei, Iudicem suspectum reddit, *arg. text. in l. humanitatis, Cod. de excusat. tutor. cap. absens, 2. q. 8. Franc. Marc. decis. 723. num. 3. par. 1. Fontanell. decis. Cathal. 11. num. 4. to. 1. Milan. decis. 16. lib. 1. Mastrill. decis. 26. par. 1. Grass. except. 24. num. 45. Farinac. in fragm. par. 2. à num. 83.*

Etiàm si Iudex sit Aduocati litē, & causam patrocinantis, coniunctus, *Sess. decis. Arag. 226. to. 2. & decis. 414. n. 3. tom. 4. Muta post Reg. de Ponte cons. 14. in pragm. 511. tit. 4. de recusat. Iudic. sub num. 61.* (quamuìs alij, relati per *Portales ad Molin. §. Aduocatus, ex nu.* 83. contrarium simpliciter sentiant.) Et in Regno nostro extenditur vsq; ad tertium gradum inclusiuè, tàm consanguinitatis, quàm affinitatis, respectu coniunctionis cum Aduocato, vigore *Reg. pragm. 23. §. 3. de offic. S. R. C.* & alterius 5. §. 4. *de muner. offic.* contrà, scripta à *Reg. Reuerter. in decis. 153.* quod Iudici liceret interuenire, in qua eius vxoris nepos patrocinaretur, *Reg. Rouit. in cit. prag. 23. & Reg. de Marinis lib. 2. quotid. resol cap. 9. num. 6.* & *ad Reuert. cit. decis. 153. num. 2.* quam suspicionem allegari à parte, necesse est, quæ nolit Iudicis consanguinei, vel affinis Aduocati prò Aduersario interuentum, nàm si suum præstat consensum, vel non contradicat, interuenire, haùd prohibetur; vt determinatum fuit in anno 1559. & aduertit *Reg. Tap. decis. S.C. 40. n. 24.* Remouetur quoq; Iudex, si filius, vel cōiuncti nō sint Aduocati in ea causa, sed in alijs causis, ex gratia huic Ciuitati elargita in anno 1583. *cap. 3. in priuil. & cap. Neapol. pag. 173. at.* registrata *in pragm. 7. de suspic. offic.* nèc hic articulus determinatus fuit in causa suspicionis allegatæ à Serio, & Io: Francisco Brancasi in personam Dom. Cōnsiliarij Marcelli Marciani, ex quo Dom. Io. Franciscus, deindè dignissimus Regens Reg. Cancell. erat Aduocatus ordinarius Octauij Serra, quamuìs, non in illa causa, coràm eius patre, siquidem non aliter fuit in illo themate decisum, quod interue-

teruéniat, vt censet, & refert *Thor. p. 3. compend. decis. sect. 3. verbo, Suspectus Iudex, pag. 306.* Sed quod non recipiantur capita, vti proposita extrà terminum à *Reg. Pragm.* præscriptum, & non manauit decretum prædictum, M. C. V. referente in S.C. vt idemmet *Thor.* innuit *in fin.* sed relatore *Dom. Consil. Iosepho Brandolino*, cum interuentu adiunctorum, sub die 25. Octobris 1628. vt ex actis originalibus, penès *Mag. Secr. S.C.* percepi.

Verùm, notandum puto, quod singularitèr docet *Reg. de Ponte in cons. 141. num. 12. tom. 2.* quod quando ageretur de causa coniunctæ personæ cum Aduocato Iudicis consanguineo, quæ coniuncta persona esset nobilis, & magnæ æstimationis, & de ea, tàm Aduocatus, quàm Iudex possent gloriari, tùnc suspicio in aduocato extendatur vsquè ad decimum gradum, & vltrà.

Sic, & Actuarij actitare prohibentur in causis coniunctorum vsquè ad quartum gradum, per *prag. 3. de Actuar.* de qua meminit *Dom. Prosp. Petra Auus meus ad Capyc. decis. 146. num. 1. in fin.*

124 Quòd etiam procedere, si Iudex se coniunctum existimet, licèt re vera non sit, decisum in causa Ducis Ricciæ, cum Duce S. Gemini de familia Vrsinorum, in personam Præsidentis Vrsini, tanquam de memorata familia, testatur *Reg. Sanfelic. decis. 224. tom. 2.* quem refert *Thor. in supplem. dec. verb. Suspectus.*

Sic etiàm affinis redditur suspectus, ex *cap. quamuis, vbi Gloss. verbo, Affinitas, de procur. in 6. Farinac. de testib. q. 54. nu. 57. Marant. in specul. vers. Et quando appellatur, n. 29. Cappell. Tholos. decis. 47. de Franch. decis. 719. Milan. decis. 16. num. 2. lib. 1. & Dom. Reg. Capyc. Latr. decis. 81. par. 1.* ambo affirmantes, Iudici ex causa affinitatis recusato non licere interuenire in causa, quamuis causa suspicionis, & sic affinitatis, cessaret ob dissolutionem matrimonij absq; filijs, effectu tamèn consummato, insequuntur *Fontanell. decis. 11. n. 26. & dec. 13. lib. 1. Gallupp. in prax. S.C. p. 1. c. 3. n. 9.* & ità esse intelligendum, *Reg. Rouit. in pragm. 1. n. 30. de suspic. offic.* notat *Giz. ad memor. decis. Capyc. Latr. 81. num. 8.*

Sed àn suspicio locum habeat in secũdo genere affinitatis magna est DD. altercatio; & vera est opinio affirmatiua, proùt sic decisum, iunctis omnibus Tribunalibus, refert *Dom. R. Rouit. in d. prag. 1. num. 17. ad 34.* & nouissimè determinat *Gallupp. dict. par. 1. cap. 4. num. 32.* de qua *decis.* meminit *Thor. par. 2. compend. verbo, Suspicio officialis*, & hanc esse indubitatam sententiam, audiui à Dom. Andrea Marchesio Præside S.C. in Aula Dom. Consiliarij Vargas die 11. Augusti 1645.

125 Enarrata restringimus quando Iudex vtrique parti esset in eodem gradu coniunctus, vel affinis, nam non redditur suspectus, vt post multos *Reg. Rouit. d. prag. 1. num. 12. Reg. de Ponte cons. 30. nu. 15. D. Ferdinand. Matutæ disquis. legal. forens. 18. n.* etiã *18. Gratian. discept. forens. cap. 101. num. 10. Muta super pragm. tit. de recusat. n. 21.* & alij apud *Giurb. obser. 81. P. Fragos. de Regim. Reipubl. tom. 1. par. 1. lib. 5. disp. 12. sub num. 214. Cost. Sicul. cons. 85. num. 39. Thor. supplem. decis. verb. Iudex*, & refert *Sanfelic. decis. 83. n. 22.*

126 Quod non procedere credimus, si Iudex magis amaret vnam, quam aliam partem; *Glos. & DD. in cap. postremò, de appellat. Dec. in l. qui Iurisdictioni, n. 17. vers. Et dato quod sit, ff. de iurisd. omn. Iudic. Ripoll. d. cap. 2. num. 173. Farinac. in fragm. num. 884.* & sic decisum in S.C. tradit *Reg. Sanfelic. cit. decis. 83. num. 22*, quem laudat *Thor. in supplem. decis. verbo, Iudex recusari, Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 152. nu. 8. lib. 2. Gallupp. d. cap. 4. num. 30.*

Hinc D. Benedictus Emanuel, D. Andr. Muscara, & D. Stephanus Longobardo, Aduocati insignes, *in allegatione* rescripta à *Baronio*, *post tract. de effectib. inimicitiæ, pag. 265.* scripsere, Spect. de Agliata Iudici primarum appel-

pellationum Ciuitatis Panormi non licere interuenire, vti consanguineo D. Franciscæ de Septimo, in causa inter ipsam vertente, & Monasterium Sanctæ Claræ, ex personis sororum Stephaniæ,& Claræ de Viginti millijs monialium in eodem gradu consanguinitatis dicto Iudici coniunctarum, cessante eadem qualitate affectionis in Monasterio, & idem *Baron. pag. 268. at.& pag.269.* contrarias allegationes etiàm adducit.

127 Viros etiàm duarum sororum consobrinarum inter se affines esse, & iustam militare recusationis causam, decisum tradit *Reg.Sanfel.decis.* 254.*n.* 1. *par.* 2. *Phab.dec.66.nu.* 15.quos laudat *Marius Giurba obseru.68.n.*19.quibus repugnare vidétur *tex.in cap.quod super his,de consang.& affin.* & quæ scribunt *Viu.decis.*400.*n.*12. *& Ripoll.cit.cap.*2. *num.*263.

128 Sed àn Iudex recusari possit in causa Ecclesiæ, cuius Thesaurarius, seù Rector consanguineus est Iudicis,quãuis in ea lite de proprio interesse non agatur, sed officij ratione. Affirmatiuè scribit *Giurba mem. obser,68.ex Anfr. de recusat.nu.*8.*Intrigl. lib.*3.*sing.*80. *num.* 61. At negatiuè seruari in Cathalunia, testatur *Fontanell. decis.*15. *num.* 19. *lib.* 1. & ante ipsum *decisionem* compilauit *Reg.Ronitus* 80. quem laudat *Thor.par.*3.*compend.dec.sect.*2. *verbo,Concernens,* & firmauit *Apicell. in tit.de suspic.official. num.*89. *&* 90. *vers.Quod si Iudex est,* insequitur *Reg. de Marinis lib.*2.*quotid.resol.cap.* 114. *num.*3. *&* 4. *& ad Reuert. decis.* 153. *num.*3. id quod *Io.Christophor. Suelues centur.* 1. *cons.* 23. non procedere sibi credit, si non agatur de materia pecuniaria, sed de preeminentia tantùm, decisumq; pro Prelato subnectit; Verũ nostrum S.C. in causa remissionis Clerici Fabritij Buccierij Cusentini, petitæ ab Archiepiscopo Cusentiæ ad eius Curiam Archiepiscopalem, decreuit, *quod Consiliarius Piccolelli non interueniat,* vti consanguineus Archiepiscopi, sub die 7. Aprilis 1631. penès *eundem Secretarium*. Et àn Vicarius Generalis Canonicus recusari possit, si coram eo agatur de causa Capituli, affirmatiuè tradit *Ripoll. iur. resolut. cap.*2.*de recusat. omn. Iudic. num.*2.

Hisquè concinit notabilis *decisio R. de Ponte* 30. quod lis inter aliquos de precedentia, ratione maioris, vel minoris dignitatis in officio præbeat iustam causam, se ad inuicem recusandi in alijs causis, quem insequitur *Thor. par.* 1. *compend. decis.verbo, Suspectus Iudex àn recusari,Reg.Ronit.in prag.* 1. *sub n.* 21. *de suspic.offic. & Iud.Franc. Mar.Prat.lib.*3. *discept.forens.cap.*52. *n.* 15.*&* 16.*ac in suo Nicandro n.*322.

129 Hinc prolata sententia à Collaterali Consilio sub die 29.Ianuarij 1629. *referente Dom. Regente Carolo de Tapia Marchione Belmontis,* cum interuentu D.D. Præsidentium R.C. Didaci de Salinas,& Pompei Battaglino adiunctorum,qua fuit prouisum, *Quod, visis litteris Sua Captolica Maiestatis, datis sub diebus* 27.*Iunij* 1627. *&* 22.*Decẽb. eiusdem anni, quod Regio Consiliario Alphonso de Vargas restituatur,locus in quo sedebat in S.C. antequam contrà ipsum promulgaretur sententia visitationis, ità quod prædictus Regius Consiliarius pracedat, tàm in sedendo in S.C. quàm in omnibus alijs locis, & actibus omnes alios Regios Consiliarios, creatos post diem* 2. *Octobris* 1610. *in quo fuit per S. C. M. electus in Regium Consil.* penès *Lombardũ*. Didacus Varela sentẽtiæ nõ acquieuit, vndè prædictus Alphonsus Vargas Dux Cagnani illum allegauit suspectum in omnibus eius causis, & sub die 18. Maij 1647. *referente Dom. tùnc Consiliario Regente Antonio Miroballo*, cum interuentu D. Reg. D.Benedicti Trelles Marchionis Toraluæ,tùnc similitèr Regij Consiliarij, & Dom. Consil. Io:Bapt.Iouini adiunctorum, è S.C. manauit decretum: *Quod Mag. & Circumspect.Reg. Cons. Didacus Varela Propræsidens S.C. non interueniat in causis Ill. Ducis Cagnani,*

gnani, nèc etiam *in delegando*, *& eodem modo*, *nec etiā interueniat Ill. Dux Cagnani in causis dicti Mag. & Circumsp. Cons. Varela*, penès *de Mercati Secr.*

130 Minimè verò licere tutori recusare Iudicem, qui est suus inimicus, nè in iudicando interueniat in causa sui pupilli, scripsit *Reg. de Marin. add. c.* 114. meminitq; *in memor. obseru.* 153. *nu* 3. *ad Reg. Reuert.* cum nullum in ea interesse tutoris consideretur, sed vtile, & damnum sit pupilli.

131 Sed in causa propria dicebam, non posse interuenire Regium tùnc Consiliariū nùnc Pręsidentem R.C. Dom. Io: Baptistam Amendola, in causis Domini D. Vincentij Petra Patris mei, eò quod multis annis, vti tutor D. Theresiæ Petra eius neptis litem habuerat, vt ex voluminoso processu, in banca nùnc Vincentij Caprilis, & quia affectauit velle interuenire, coactus fuit, formitèr facto deposito, suspicionem proponere, & facta relatione in S.C. à Domino

132 Consiliario Aloysio Gamboa, & cum eo votantibus D.D. Andrea Marchesio S.C. Præside, & RR. Consiliarijs Alphonso Vargas Duce Cagnani Aulæ Decano, Io: Baptista Iouino, & Thoma de Aquino adiuncto, sub die 11. Augusti 1645. fuit decretum, *Quòd non interueniat*, penès *eundem Secret.* me adhùc puero existente, in propria causa patrocinante, & in contrarium DD. D. Carolo Calà inter Aduocatos tùnc Principe, nùnc Duce Diani, àc R.C. Præsidente, & Petro Carauita, deindè Regio Consiliario.

133 Negari enim minimè potest, quòd Iudex cum tutore inimicitiam, & odium contrahat, videns, quod ob eius obstacula optatum finem consequi non valeat: Et indubitati est, quòd inimicus pupilli, inimicus sit tutoris, *Castr. cons.* 46. *lib.* 1. *Reg. Galeot. lib.* 1. *controuers.* 60. *num.* 22. & cum eo litigium habens, litigare videatur cum tutore, cum tutor idem sit, quod Dominus, *l. qui fundum*, §. *si tutor*, *ff. pro empto*, & negotium pupilli tutoris dicatur, *l. si pupilli*, §. *item quaritur*, *ff. de negot. gest. Decian. lib.* 3. *respons.* 20. *in princ. Reg. Galeot. add. loco*, *num.* 9. & procurator pupilli, dicatur procurator ipsius tutoris, *Castrens. mem. cons.* 16. *lib.* 1.

134 Cognatio etiàm spiritualis iusta dijudicatur causa recusationis, non solùm in causa illius, cuius Iudex est cōpater, sed, & in aliorum causis, in quibus cognationem spiritualem contrahi, statutum fuerit per *S.C. Trid. sess.* 32. *cap.* 2. *Marchesan. de cōmission. vtriusq; signature*, 2. *par. cap.* 5. *num.* 33. *Maynard. decis.* 89. *par.* 1. *Ricc. collect. decis.* 445. *Aldobrandin. cons.* 85. *Auendan. de exequend. mand. par.* 4. *cap.* 23. *num.* 7. *vers. Itèm non solùm*, *& Fontanell. decis. Cathal.* 15. *num.* 22. *Christin. decis. Belg.* 149. *num.* 5. *lib.* 3. *tit.* 1. *de Iudic. vol.* 2. *Ripoll. variar. iur. resol. cap.* 2. *de suspic. omn. Iudic. num.* 230. & sic registratum habemus *in pragm.* 15. *cap.* 17. *de suspic. offic. Thor. par.* 2. *compend. decis. verbo*, *Compater*, inquiens, àn possit esse Iudex suspicionis sui cōpatris similitèr Iudicis, idq; parte tamèn aduersa opponente, decisum notat *Cabedo decis.* 20. *par.* 1. *Ripoll. mox cit. loco*, *n.* 31.

135 Quod procedit, vt non solùm reddatur suspectus in causa ab eo baptizati, sed etiàm patris baptizati, sic decisum refert in Coll. Consil. *Reg. Sanfel. dec.* 83. *num.* 21. *par.* 1. quem refert *Reg. de Marin. ad Reuert. dec.* 459. *sub num.* 1. & determinatum similitèr recenset *Fontanell. decis.* 15. *num.* 24. proùt cognationem spiritualem cum patre reddere suspectum Iudicem in causa filij, iudicauit Collat. Cons. teste eodem *Reg. Sanfel. in praxi Iudic. sect.* 22. *sub num.* 4.

136 Cognatio enim spiritualis fortior est, quam carnalis, *Bald. in l. si quis aliēnam*, *C. de nuptijs*, *cap. qui dormierit*, 27. *quæst.* 2. Imò secundùm *Glos. in cap. Pistacium* 30. *q.* 3. plùs est diligendus

137 pater spiritualis, quàm carnalis, & non minus punitur, qui spiritualem, quàm qui carnalem, seù naturalem patrem occidit, *Barbat. in l.* 2. *ff. de verb. si-*

138 *significa*. Sic, sicuti instrumentum via Ritus à filio contra patrem liquidari non potest, *Franch. decis.* 162. ità nèc potest liquidari contrà patrem spiritualem, vt concludit *Reg. Donatus Anton. de Marin. quotid. resolut. lib.* 1. *cap.* 190. *num.* 5. post *Tiraquell. in repetit. l. si vnquam, vers. susceperit liberos, num.* 28. *de reuocand. donat.* Pater spiritualis tenetur alimenta præstare filio spirituali, *Surd. tract. de aliment. tit.* 1. *q.* 11. *n.* 5. *de Marin. d. cap.* 190. *num.* 9.

Sic vnus non potest esse testis pro alio, *Bal. in l.* 1. *C. de accusation. & in l. parentes, C. de testibus*.

139 Sic deficientibus agnatis, & cognatis, ius querelandi competit compatri pro homicidio commisso in personam filij spiritualis, & è contrà, *Bald. in l.* 1. *num.* 36. *C. qui accusar. non poss. Clar. in pract. quæst.* 14. *vers. Quæro, an compater*, *Cotta memor. verbo, Compater*, *Carau. in Ritu* 195. *nu.* 3. *Decian. tract. crim. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 11. quos refert *Paschal. de patria potestate, par.* 2. *cap.* 1. *num.* 78. quidquid in contrarium dicant *Plaz. in epith. delict. cap.* 45. *n.* 11. *Boer. decis.* 233. *n.* 4.

140 Sed àn recusetur Iudex in causa sui confessarij, inquirit plenè *Thorus*, admittens, posse interuenire, *p.* 1. *comp. decis. verbo, suspicio àn militet, Nouar. in prag.* 15. *collect.* 4. *de suspic. offic.* quibus contradicere videtur *Fontanell. decis. Cathalun.* 15. *num.* 23. *par.* 1.

141 An verò compater mariti interuenire possit in causa vxoris, inuicem pugnantes inuenio Reglj Collat. & Sacri Consilij iudicaturas.

142 Etenim in causa Marchionissæ Montagani, cum D. Hieronymo Casanata, qui suspectum allegauit Dominum Regentem Didacum Bernardum Zufia, Præsidentem S.R.C. ex quo eius vxor erat commater dictæ Marchionissæ, & susceperat ex Sacro Fonte eius filiam, sub die 15. Martij 1654. *referente Dom. Reg. D. Benedicto Trelles, Marchione Toralui*, in Coll. Cons. decretum fuit, *quod in causa prædicta interueniat*, suffragia præstantibus D.D. Regentibus Capycio Latro, Soto, Burgos, & Martinez, penès *Ianuarium de Amico à mandatis Scribam*.

Et cum Ill. D. Philibertus de Aragonia, eiusq; vxor, Duces Alexani, in causa cū D. Anna Guarini, vxore D.R. D. Antonij Miroballi, recusassent Dom. Regentem, tùnc Reg. Consil. Frācifcum Antonium Musettula (doctissimi, & integerrimi Dom. D. Michaelis, Iudicis Mag. Cur. Vic. optimum Patrem,) vti compatrem dictorum coniugum, ostēsa supplicatione eidem D. Musettulæ, replicauit, se esse compatrem D. Miroballi, & non D. Annæ, & proposita formitèr suspicione, sub die 16. Septēb. 1655. *referente Dom. Cons. D. Antonio Nauarretta*, fuit prouisum, *quod capita suspicionum reijciantur*, penès *Secret. S. C.* cuius sciti memor est, non explicando tamèn cognomina, *Reg. de Marin. ad Reuerter. dec.* 457. *in fin. vers. Sed ego de anno*. Cognatio namquè spiritualis egredi non potest personas contentas, & explicatas, *in cit. prag.* 15. §. 17. *& in S.C. Trid. in cit. sess.* 24. *c.* 2. *de reform.* quod cognatio spiritualis contrahatur inter baptizatum, & baptizantem, ac patrem, & matrem baptizati, & proindè exclusa videtur persona viri tenentis, & è contrà, quam doctrinam, & dispositionem sic omnes intelligere, testatur *Sanchez de matrim. lib.* 7. *disp.* 54. *in fin. n.* 11. subnectens alios DD. & motum Pij V. sic explicantis. Sed his obstant, quæ notauimus nos *n.* 135. & scripsit *Thor. in suppl. cōp. decis. verbo, Suspicio, fol.* 623. ob amorem, & vnitatem, quam habet vxor, & filius, cum viro, & patre, qui vna, eademquè sunt persona, §. *atque*, vbi *Bar. num.* 1. *instit. de fiduc. tutel.* idem *Bart. in l. si quis duobus, num.* 2. *Cod. de Impuberibus, & alijs substitut* & vir, & vxor sint duo in carne vna, *Genes.* 2. *cap. lex*, 27. *quæst.* 2. Itaùt *Abb. in cap. Martinus, num.* 6. *de cognat. spirit.* dixerit, compaternitatem contractam per virum extendi ad eius vxorem iam cognitam,

gnitam. Vndè orta controuersia inter D.Iosephum Carrafa filium naturalem Ill.Ducis Mataluni cum Ill.D.Antonia Caracciola Ducissa matre,& curatrice Ill.moderni Ducis, super solutione legati facti per Ducem patrem seniorem in beneficium dicti D.Iosephi, introducta causa in S. C. in aula D. Cons. Iouini, fuit ipse allegatus suspectus, ex quo,tàm præfatus Dux mortuus,quàm dicta Ducissa eius vxor curatrix eius filij cognationem spiritualem contraxerat cum dicto D. Iouino, filiam illius de baptismo suscipiendo, & quamuis replicaretur,inter modernum Ducem,cum quo lis agitabatur, vti hærede Ducis patris,& Dominum Iouinum, nullam spiritualem cognationem contractam esse,sed inter Ducem, & Ducissam, nèc de cognatione cum ipsa Ducissa contracta esse habendam rationem,quia ipsa vti curatrix in Iudicio vocata fuit, tamèn per S. C. in anno 1662. fuit prouisum, *quod non interueniat*.Et huic sententię me subscribo, & decisiones adductæ fuerunt prolatæ ob lapsum termini,ad proponendam suspicionem præfixi in sæpiùs *cit.prag. 15.§.6. de suspic.offic.* vt propterea in suspicione Reg. Musettula per S.C. non aliter fuit prouisum, quod interueniat, sed quod non recipiantur capita.

143 Cumq; sancita inter coniunctos vendicent quoquè locum in amicis,*Carol. de Grassis de effect. Amic.num.*84. *Surd.de aliment.tit.6.q.*21.*num.*4. *Ioseph Ludou.decis.Luc.* 110. *num.*12.ex *Bar.in l.alimenta,*§. 1.*ff.de aliment. legat.Ias.in l.exigendi, num.*4. *&* 8. *de procur. Hyppol.singul.* 351. *Maur. de fideiuss.par.* 2. *princ. sect.* 7. *cap.* 22. *nu.*23. *Carau. in Ritu* 160.*n.9. Pres. Merlin. controu.forens.cent.* 2.*cap.*17. *num.*12.*Ricc. in prax.Eccles.decis.666. Golin.de Procur.p.*2.*cap.*5.*nu.*12.

Quin, *Seneca* redarguens quemdam plangentem filium, epist. 103. *Quid faceres*,inquit, *si amicum perderes, ex quo periculum incerta spei sic*

144 *plangis?* Meritò si Iudex sit nimis familiaris vnius ex partibus, poterit recusari, *Bart. in l.sciendum,* §. 1. & ibi *Ias.nu.* 7. *ff. qui satisd. cog.Alex.in l. apertissimi,C.de Iudic.Paul.de Castr.in l. liberi,ff.de inoff. testam.Purpur.cons.* 595. *n.*77.*Osasc.dec.*15.*n.*8.*Grat.cons.* 134.*n.*5.*lib.*2. *Menoch. de arbitr. casu* 152. *num.*3. *Reg.de Marin.ad Reuert. decis.*458.*num.*1. *Marant.in spec. p.*6. *actu* 2.*princ. n.*28. *Reg. Rouit.cons.*8. *num.*6. *Tiraq. de pœn.temper.caus.*21. *n.* 5. *& caus.*22. *n.*2.*Rebuff.de recusat. Glos.vnic. art.*9. *num.*26. *Fragos. add. disp.*12.*sub num.*214. *Larrea dec.*48. *n.*3. *Caroc. ad leg. recop.cap.*9.*nu.*179. *Morla in emporio Iur. tit.de iurisdict. in princ.n.*201.*Giurba obser.*68.*n.*20. *lib.*1. *de Ponte de potest. Proreg. tit.*3. §.6. *n.*1. *de Grass. de except.except.*24. *num.* 60. *Fontanell. decis. Cathal.* 15. *n.*2. *Ripoll. cit. cap.*2. *n.*266. *Io. Bapt. Spada cons.*197.*nu.*15. *tom.*2. *Gerard. Maynard.decis.*82.*lib.*1.*deGrass.in add. trac. de effect.amic.n.*63.*R. Capyc.Latr. dec.*122.*n.*10.*to.*2.quod nota ad ornatum *Text. in l.lata culpa,*§.*amicos,ff.de verb. signif.* maximè cum in conflictu opinionũ communium,liceat ipsi Iudici in gratiam amici votũ proferre,*Rota in antiq.tit.de rescript. dec.*775. *aliàs* 55. *Tiraq. de nobil.cap.*17.*opp.*1. *Menoch. de retinend. poss.remed.*3.*num.*766.*& de arbitr. Iudic.cas.*339. *num* 19. *Ceuall.* latè *commun. contrà commun. in præfat. num.* 101.*&* 102. *Christin. decis.Belgic.* 54. *num* 4. *vol.*2.

Et in Iudice ludĕte cum parte idem *Maynard.*decisum apud Curiam Tholosanam refert,*decis.*80. *lib.* 1. cum ludus frequentèr iteratus causa sit, quò amicitiæ inter homines eiusdem conditionis tantum incrementi capiant, vt ijs aliæ fortiores, firmiores,atq; magis constantes vix deprehendantur.

Et de Iudice commensali alterius partis, loquuntur *Marant. d. act.*2. *princ.num.*38. *Gratian. discept forens. cap.*100.*num.*22. *& cap.*200.*n.*2.*Muta ad pragm.Sicil.tit.*4. *dè recusat.Iud. num.* 12.*Triuisan.decis.Venet.* 64.*n.*6. *par.*

*par.*2. proùt de Scriba causç decisũ tradit *Phabus arrest.*144.*to.*2.*decis.* ex eo quod maior familiaritas acquiritur in cibo sumendo, quam in colloquio, *Glos.in c.omnes*,28.*quest.*1. hac propterea ratione, sal in conuiuijs apponi consueuit, ad denotandam perpetuitatem amicitiæ, *Gratian. discept.forens.*
145 *cap.*217.*nu.*31. Quodq; extenditur, si Iudex, & pars hospitentur, & comedant simùl in accessu pro visura loci differentiæ, *Rebuff.ad Const.Gall.to.*3. *de recusat. art.*9. *Glos.vnica, num.* 33. & 37. *Triuisan. add.loco*, potissimùm de Iure Regni, *Reg.Rouit.in prag.*63. *num.*2. *de offic.S.C.& in prag.*1. *n.*63. *de suspit.offic. Reg.de Marin.lib.*1.*quotid. resol. cap.*190. *num.* 13. quid, si id fecerit, necessitate cogente, *Fab. add. tit.*4. *defin.*3. Videas propterea *Thor. par.*3. *compend.sect.* 3. *verbo, Suspicio proposita*, *pag.* 308. & notandum,
146 quod cum Princeps Noiæ allegasset suspectũ Cõs.D.Gregorium de Angulo, ex quo ille in accessu facto ad Cassanum, instante Iulio Cęsare Pallauicino, cõtinuò comedit cum illo, & quamuis in Terra Francauillæ habitasset in Monasterio, tamèn expensæ fuerunt ab eodem Iulio Cesare illi subministratæ, cum quo etiam comedit, & per S.C. sub die 30.Martij 1628. fuit prouisum, *quod capita non recipiantur*, penès *Secretarium*.

At D. Cons. Petrus Antonius Carauita, vti administrator D Mariæ Caracciolo, cũ allegasset suspectum Dom. Consil. Varela, in causa cum Dom.D. Michaele Salamanca ob summam necessitudinem cum illo, & facta depositione ab eodem Varela acceptante simùl edisse, & dormiuisse, per S.C. sub die 22. Septembris 1633. *visa depositione*, fuit prouisum, *quod non interueniat*, penès S.C. *Secretarium*, relata causa à *Dom.Consil.Io.Baptista Apicella*, Patritio Scalense, dignissimo genitore Dom. Fabij, qui, cum tres supra viginti annos Vicariæ Iudex rerum ciuilium, & criminalium fuisset, eam laudē assequtus est, vt Rex Catholicus D.N. cognita ipsius virtute, & meritis, Consiliarij ipsum dignitate exornauerit, in qua ità se gerit, vt nihil à gentile suo Bernardino Apicella Consiliario in anno 1478. & Parente optimo degenerare videatur, in cuius identicè locum, post annos vigintiquatuor ab eius obitu, quod magis mirandum est, idem D.Fabius suffectus est.

Vnde D. Consil. Alphonsus Vargas allegatus suspectus à Principe Conchę, huius Regni tùnc Magno Admirato, in causa venditionis Terræ Ascoli, ob nimiam, & notoriam familiaritatem cum Principe Vriæ, qui fuit eius fautor, & protector in Curia apud S.M. manauit è S. C. absquè alia probatione, scitum *quod non interueniat*, sub die 12. Augusti 1630. *referente Dom.Consiliario D. Gregorio de Angulo*.

Et D.Francisco Pappacoda, in causa cum Sigismundo Guindano, dante suspectum Dom.Consiliarium Varela, eo quod, tempore quo residebat in alia Aula simùl cum dicto Sigismundo adiuit domum Consiliarij D.Gregorij de Angulo, illum de causa instruens, & petendo expeditionem, & facta ab eodem Varela depositione, non aliter causam informasse, dum illius meritorum erat ignarus, sed tantùm petijsse illius expeditionem, per S. C. sub die 11. mensis Ianuarij 1635. *referente D. Thoma de Franchis, cum adiunctis*, fuit prouisum, *quod non interueniat*, penès *eundem Secretarium*.
147 Antonia Sica recusauit Consiliarium Alphonsum Vargas, in causa Gregorij dello Litto ab ipsa querelati, ex quo Mentia Guerriera illius vxor fuit nutrix, & altrix spatio quatuor annorum eius filij viuentis, qui nimiùm à dicto Consiliario amatur, & à dicta nutrice quotidiè visitatur: Et per S.C. sub die 22. Martij 1628. *referente D. Consiliario D. Flaminio de Costantio*, fuit prouisum, *quod non interueniat*, penès *eundem Secretarium*.
148 Dixerunt propterea nonnulli DD. ma-

magistrum in causa sui discipuli recusari posse, *Philipp. Franc. in cap. postremò, vers. 4. de appell.* post *Specul. tit. de recusat.* §.*Superest*, *vers. Quid magistro*, compatriotam in causa compatriotæ, si in remotis partibus degant, *Abb. in cap. Accedens, 2. num.7. vt lit. non contest. Franc. cit. loco, n.20. vers. 11. & vers. 19. Berett. cons. 138. num. 11.* Neque collegam in causa collegæ, inter quos firma admodum, & constans amicitia esse solet, cum coniunctio Collegij, & publici muneris societas non mediocre vinculum ad voluntates hominum copulandas, afferat, nec vlla iustior, neque grauior necessitudinis causa reperiri possit, quam coniunctio sortis, Prouinciæ, vel officij; propterea peculiaris sanctio (conformis ordini à nobis memorato suprà, *n.75.*) à Carolo Galliarum Rege promulgata fuit, quod lis assessorem sedis præsidialis concernens non in ista, vbi ille assessor est, sed in vicina sede præsidiali agitari, ac iudicari debeat: Si verò Præses, vel Senator alicuius Parlamenti litigare cogatur non in ipsa classe, cui Senator ille, vel Præses adiunctus est, sed in alia eiusdem Parlamenti Camera agi, & iudicari debeat, *Maynard. decis. 82. & 87. par. 1. Fontanell. decis. 15. n. 1. Matut. disquis. legal. 18. num. 14.* in qua sustinet, Iudicem, qui Principis munificentia consequutus est militarem habitum, posse vti suspectum remoueri in causa, liteq; eius, per quem fuit ordine militari insignitus, & habitum suscepit. & àn quis Iudex esset possit in causa sui debitoris, negatiuè sentit *Reg. Capyc. Latr. decis. 164. vers. dicebatur, lib. 2.* & notat *Faber in C. lib. 3. tit. 4. nè quis in sua causa, defin. 9. in add. n. 4.* qui *in corpore* aduertit, posse dominum directum esse Iudicem in causa sui emphyteutæ, dùm nè agatur de re emphyteutica, proùt, & creditorem, nihil vetat, esse Iudicem in causa sui debitoris, dummodò non agatur de re ad ipsum debitum pertinente. Sed cõtrarium decisum in causa magni momenti in S.C. vidi, cuius scito fuit remotus Iudex creditor in causa debitoris, cum semper creditoris intersit locupletem habere debitorem, & qui sit soluendo, *l. nam is, 16. ff. de dolo*. Sicuti etiam Senator iudicare non potest in causa sui inquilini, aut coloni, siuè cuius ipse inquilinus est, *Fab. add. loco, defin. 3. in add. num. 3.* restringens in colono nummario, nèc dominus in causa famuli cum distinctione, apud *de Laurent. add. tract. c. 11. n. 318. & 22. et Apicell. filium in tract. de suspic. sub nu 790.*

149 Sed àn prohibeatur Senator ius dicere in causa, quæ de Aduocati, aùt procuratoris sui iure tractatur, credere, militare suspicionem, cum concurrant magna amicitia, & obligationis vinculum, ad tradita à nobis *num. 144. & à Io. Andrea, & Franc. in cap. legitima, de appell. in 6. Abb. in cap. Accedens, lo 2. n. 8. vt lit. non contest.* quæ nedùm æquant, sed superant fraternam affectionem, *arg. l. verum, in princip.* iuncta *Glos. ff. pro Socio, Ias. in l. qua dotis, col. 13. ff. solut. matrim. l. nemo, §. 1. ff. de hared. instit.* hanequè sustinent aleam *Aufrer. de recus. n. 13. vers. Sed vbi Aduocatus, Farinac. in fragm. crimin. p. 2. num. 858. Maur. Apicell. ad Patris cit. comm. de suspic. Iudic. num 758.*

Tamèn *Ant. Faber in add. tit. 4. defin. 1.* cõtrarium indicat, cũ aduocationis, itemquè procurationis officium publicum magis sit, quam priuatum, & necessarium potiùs, quam voluntarium, & quamuis sermocinari videatur, *Faber num. 2.* de Aduocatis, & Procuratoribus Iudicialibus, quibus solis apud Senatum postulandi Ius est, in *num. 3.* verò in quolibet Aduocato, & Procuratore procedere notat, cum hodiè quisquè Procurator, & Aduocatus in aliquo Tribunali proprio se obstringit iureiurando, quod petenti cuilibet, si nulla erit iusta excusatio, patrociniũ, vel operam suam sit præstiturus; sed, ipsomet *Fabro* aduertente, Senatus ille alitèr, atq; alitèr pro personarum, cau-

causatumq; varietatibus hac de re decernere solet; & meritò cum probi Senatores integerrimi, bonæ opinionis,& in suprema constituti dignitate nō sint remouendi ex quibusuis causis;ad *tex. in l. vnic.ff.de offic.præfect.pretor. Simanc.de Catholic. instit. tit.* 17. *n.* 15. *Intrigliol. decis. Sicil.*47. *num.* 17. *Aluar. Valasc.in praxi partit.cap.*9.*n.*21. *Fontanell.decis.*5.*n.*8.*to.*1.*Gabed.decis. Lus.* 20.*n.*4.*&* 7.*par.*1.*R.Capyc.Latr. add.decis.*164.*nu.*4. *to.*2. *Ciarlin.to.*1: *cap.*16.*num.*23.

150 Sed àn Iudex possit remoueri ex nimia familiaritate cum Aduocato partis. Affirmatiuè multorum DD.authoritate fretus scribit post *Glos.in c.accusatores,*3.*q.*5.quam laudat *Reg.de Ponte cons.* 141. *num.* 10. *to.*2. *Carolus de Grassis de effect.amicit. num.*298. sed contrarium ex *Dec. in l.solet,ff.de iurisd.omn.Iudic.Farinac.in fragm.crim. par.*2.*ver.*856.pluriès decisum testatur *Maurit. Apicell. in add. ad Comment. de suspic.Iudic. eius Genitoris,nu.*759. quem refert *Thor.par.*2. *compend.decis. verbo, Suspicio in personam iudicantis, de Angelis ad Gizzar.decis.*66. *n.*7.& determinatum fuit sub die 5.Iunij *1659.* in personam Dom.Consiliarij Honofrij de Palma, in suspicione allegata à Martio, & Dominico de Biondo, *referente tùnc D.Consil. Antonio Miroballo*, penès *Secretarium Sac.Cons.* etiàm si Aduocatus sit Iudicis cōpater,vt notat *Apicell.pater in cit. tract.subn.*128.*vers.quid si Aduocatus.*

Et Aduocati,qui se amicos Iudicum vendunt,fumi venditores dicantur,maximisq; debeant pœnis plecti, notauimus *in Rit.*3.*n.*17.*tom.*1. & exclamat *Fontanell.decis.Cathal.*15. *n.* 5.*tom.*1.

151 Causa itidèm remouendi Iudicem est patrocinium præstitum in causa, in qua esset iudicaturus, *cap. postremò, de appellat. Glos.in cap.causam qua, de offic. deleg. l.fin. C.de assessor,l.prætor, ff.de iurisd.omn.Iudic.Ripol.add.cap.*2. *num.*233.*de Franch.decis.*87.*num.* 18. *et decis.*222.*num.*8.*Menoch.de arbitr. cas.*121.*Caualcan.add.decis.*28.*n.*114. *par.*2. *Capyc. decis.* 146.*num.*4. *Annes sing.* 8. *Reg. Sanfelic. decis.* 78.*lib.* 1. *Mart.add.tit.de recusat.cap.*29. cum alijs à nobis adductis *in Ritu* 11. à *num.* 7. *tom.* 1. *Fontanell. decis.*8. *sub num.*15. *lib.* 1. adeò quod *pragm.* 15. §.18. *de suspic.official.* sanciuit, vt nec

152 de partiū consensu tacito, vel expressò fieri possit, quod sit in eadem causa Iudex, qui Aduocatus extitit, & ibi *Reg.Rouit. Reg.Galeota respons.Fiscal.* 30. *num.* 7. *Pras.Merlin. add.cap.*39. *nu.*6. *Prat. lib.*3.*discept.forens.cap.*47. *nu.*39. & firmant *Mierez par.*2.*coll.*6. *cap.de profess.iurisperit.& medic.vers. Item nota quod fuit,Xamar.de offic.Iudic.& Aduoc.par.*2.*q.*4. *num.*54. *Mastrill. decis.*151. expressè reijciens effatum *Hyeron. Protol. ad Molin. verbo, Aduocatus, num.* 116. *&* 117.*Reg.Tap. decis.S.C.*40. *Reg.de Marin.lib.*1.*quotid.resol.c.*5. *n.*7.*Thor.par.*3.*compend. decis.sect.* 1. *verbo, Et Aduocatus*, & aliorum, quibus visum fuit,nè dùm expresso,sed,& tacito cōsensu partiū fieri posse,qui in causa fuit aduocatus,Iudex existat, illa ductis ratione, q quilibet actus tendens ad fauorem alterius intelligendus sit, parte opponente,*l.vniuersa,C.de precibus imper. offeren.* vbi *Bart. & Bal. ac Ias. num.* 3. *Barbos. num.*12.*& reliqui Classici, Duen. regul.*86.*ad fin.Gratian.discept.*100.*n.*5. *&* 6. *Roland.cons.*22.*nu.*40.*to.*3.*Scrofa de inualid.profess. dub.*1. *n.*7. *Thomat. decis.* 34. *nu.*36. *Gonzal. cancell. reg.* 8. *Glos.* 9. *contrà nullit. & atten. num.*147.*& glos.*56.*num.*59. 60. 109. *Menoch. lib.* 2. *præsumpt.* 46. *& præsumpt.*73. *Rot. Bonon. decis.* 15. *Surd. cons.*57. *num.*2. *Medic.decis.*26. *nu.* 1. *Osasc.dec.*29. *nu.*12.*Ricc.collect.*1289. *Marta voto* 124.*n.*3. *Giurb. dec.*13.*n.* 8.*& obser.*95.*n.*7. *R.de Ponte cons.*99. *num.* 161. *vol.* 1. quorum obici lepidè quoq; occurrit *Prat. mem. cap.*47. *ex num.*43.

Cuius nostræ peculiaris sanctionis dispositionē etiàm amplexus fuit Senatus

tus

magistrum in causa sui discipuli recusari posse, *Philipp. Franc. in cap. postremò, vers. 4. de appell.* post *Specul. tit. de recusat. §. Supereft, vers. Quid magistro*, compatriotam in causa compatriotæ, si in remotis partibus deganr, *Abb. in cap. Accedens, 2. num. 7. vt lit. non contest. Franc. cit. loco, n. 20. vers. 11. & vers. 19. Berett. cons. 138. num. 11.* Neque collegam in causa collegæ, inter quos firma admodum, & constans amicitia esse solet, cum coniunctio Collegij, & publici muneris societas non mediocre vinculum ad voluntates hominum copulandas, afferat, nec vlla iustior, neque grauior necessitudinis causa reperiri possit, quam coniunctio sortis, Prouinciæ, vel officij; propterea peculiaris sanctio (conformis ordini à nobis memorato suprà, n. 75.) à Carolo Galliarum Rege promulgata fuit, quod his assessorem sedis præsidialis concernens non in ista, vbi ille assessor est, sed in vicina sede præsidiali agitari, ac iudicari debeat: Si verò Præses, vel Senator alicuius Parlamenti litigare cogatur non in ipsa classe, cui Senator ille, vel Præses adiunctus est, sed in alia eiusdem Parlamenti Camera agi, & iudicari debeat, *Maynard. decis. 82. & 87. par. 1. Fontanell. decis. 15. n. 1. Matut. disquis. legal. 18. num. 14.* in qua sustinet, Iudicem, qui Principis munificentia consequtus est militarem habitum, posse vti suspectum remoueri in causa, liteq; eius, per quem fuit ordine militari insignitus, & habitum suscepit. & àn quis Iudex esset possit in causa sui debitoris, negatiuè sentit *Reg. Capyc. Latr. decis. 164. vers. dicebatur, lib. 2.* & notat *Faber in C. lib. 3. tit. 4. nè quis in sua causa, defin. 9. in add. n. 4.* qui *in corpore* aduertit, posse dominum directum esse Iudicem in causa sui emphyteutæ, dùm nè agatur de re emphyteutica, prout, & creditorem, nihil vetat, esse Iudicem in causa sui debitoris, dummodò non agatur de re ad ipsum debitum pertinente. Sed cõtrarium decisum in causa magni momenti in S.C. vidi, cuius scito fuit remotus Iudex creditor in causa debitoris, cum semper creditoris intersit locupletem habere debitorem, & qui sit soluendo, *l. nam is, 16. ff. de dolo*. Sicuti etiam Senator iudicare non potest in causa sui inquilini, aut coloni, siuè cuius ipse inquilinus est, *Fab. add. loco, defin. 3. in add. num. 3.* restringens in colono nummario, nèc dominus in causa famuli cum distinctione, apud *de Laurent. add. tract. c. 11. n. 318. & 22. et Apicell. filium in tract. de suspic. sub nu 790.*

149 Sed àn prohibeatur Senator ius dicere in causa, quæ de Aduocati, aùt procuratoris sui iure tractatur, crederem, militare suspicionem, cum concurrant magna amicitia, & obligationis vinculum, ad tradita à nobis *num. 144. & à Io. Andrea, & Franc. in cap. legitima, de appell. in 6. Abb. in cap. Accedens, lo 2. n. 8. vt lit. non contest.* quæ nedùm æquant, sed superant fraternam affectionem, *arg. l. verum in princip.* iuncta *Gloss. ff. pro Socio, Ias. in l. qua dotis, col. 13. ff. solut. matrim. l. nemo, §. 1. ff. de hared. instit.* hancquè sustinent aleam *Aufrer. de recus. n. 13. vers. Sed vbi Aduocatus, Farinac. in fragm. crimin. p. 2. num. 858. Maur. Apicell. ad Patris cit. comm. de suspic. Iudic. num 758.*

Tamèn *Ant. Faber in add. tit. 4. defin. 1.* cõtrarium indicat, cũ aduocationis, itemquè procurationis officium publicum magis sit, quam priuatum, & necessarium potiùs, quamvoluntarium; & quamuis sermocinari videatur, *Faber num. 2.* de Aduocatis, & Procuratoribus Iudicialibus, quibus solis apud Senatum postulandi Ius est, in *num. 3.* verò in quolibet Aduocato, & Procuratore procedere notat, cum hodiè quisquè Procurator, & Aduocatus in aliquo Tribunali proprio se obstringit iureiurando, quod petenti cuilibet, si nulla erit iusta excusatio, patrociniũ, vel operam suam sit præstiturus; sed, ipsomet *Fabro* aduertente, Senatus ille aliter, atq; alitèr pro personarum cau-

causarumq; varietatibus hac de re decernere solet; & meritò cum probi Senatores integerrimi, bonæ opinionis,& in suprema constituti dignitate nõ sint remouendi ex quibusuis causis;ad *tex. in l. vnic.ff.de offic.praefect.pretor. Simanc.de Catholic. instit. tit.* 17.*n*.15. *Intrigliol. decis. Sicil*.47. *num*.17.*Aluar. Valasc.in praxi partit.cap*.9.*n*.21. *Fontanell.decis*.5.*n*.8.*to*.1.*Gabed.decis. Lus*.20.*n*.4.*&* 7.*par*.1.*R.Capyc.Latr. add.decis*.164.*nu*.4. *to*.2. *Ciarlin.to*.1: *cap*.16.*num*.23.

150 Sed àn Iudex possit remoueri ex nimia familiaritate cum Aduocato partis. Affirmatiuè multorum DD.authoritate fretus scribit post *Glos.in c.accusatores*,3.*q*.5.quam laudat *Reg.de Ponte cons*. 141. *num*. 10. *to*.2. *Carolus de Grassis de effect.amicit. num*.298. sed contrarium ex *Dec. in l.solet,ff.de iurisd.omn.Iudic.Farinac.in fragm.crim. par*.2.*ver*.856.pluriès decisum testatur *Maurit. Apicell. in add. ad Comment. de suspic.Iudic. eius Genitoris,nu*.759. quem refert *Thor.par*.2. *compend.decis. verbo, Suspicio in personam iudicantis, de Angelis ad Gizzar.decis*.66. *n*.7.& determinatum fuit sub die 5.Iunij 1659. in personam Dom.Consiliarij Honofrij de Palma, in suspicione allegata à Martio, & Dominico de Biondo, *referente tùnc D.Consil. Antonio Miroballo*, penès *Secretarium Sac.Cons.* etiàm si Aduocatus sit Iudicis cõpater,vt notat *Apicell.pater in cit. tract.subn*.128.*vers.quid si Aduocatus*.

Et Aduocati,qui se amicos Iudicum vendunt,fumi venditores dicantur,maximisq; debeant pœnis plecti, notauimus *in Rit*.3.*n*.17. *tom*.1. & exclamat *Fontanell.decis.Cathal*.15. *n*. 5.*tom*.1.

151 Causa itidèm remouendi Iudicem est patrocinium præstitũm in causa, in qua esset iudicaturus, *cap. postremò, de appellat. Glos.in cap.causam quæ, de offic. deleg. l.fin. C.de assessor,l.prætor, ff.de iurisd.omn.Iudic.Ripol.add.cap*.2. *num*.233.*de Franch.decis*.87.*num*. 18. *et decis*.222 *num*.8.*Menoch.de arbitr. cas*.121.*Caualcan.add.decis*.28.*n*. 114. *par*.2. *Capyc. decis*. 146.*num*.4. *Anni sing*. 8. *Reg. Sanfelic. decis*. 78.*lib*. 1. *Mart.add.tit.de recusat.cap*.29. cum alijs à nobis adductis *in Ritu* 11. *à num*. 7. *tom*. 1. *Fontanell. decis*.8. *sub num*.15. *lib*. 1. adeò quod *pragm*. 15. §.18. *de suspic.official.* sanciuit, vt nec

152 de partiũ consensu tacito, vel expresso fieri possit, quod sit in eadem causa Iudex, qui Aduocatus extitit, & ibi *Reg.Rouit. Reg.Galeota respons.Fiscal*. 30. *num*. 7.*Pras.Merlin.add.cap*.39. *nu*.6. *Prat. lib*.3.*discept.forens.cap*.47. *nu*.39.& firmant *Mierez par*.2.*coll*.6. *cap.de profess.iurisperit.& medic.vers. Item nota quod fuit,Xamar.de offic.Iudic.& Aduoc.par*.2.*q*.4. *num*.54. *Mastrill. decis*.151. expresse reijciens effatum *Hyeron. Protol. ad Molin. verbo, Aduocatus, num*. 116. *&* 117.*Reg.Tap. decis.S.C*.40. *Reg.de Marin.lib*.1.*quotid.resol.c*.5. *n*.7.*Thor.par*.3.*compend. decis. sect*. 1. *verbo, Et Aduocatus*, & aliorum, quibus visum fuit,nèdùm expresso,sed,& tacito cõsensu partiũ fieri posse,qui in causa fuit aduocatus,Iudex existat, illa ductis ratione, q; quilibet actus tendens ad fauorem alterius intelligendus sit, parte opponente, *l.vniuersa, C.de precibus imper. offeren.* vbi *Bart. & Bal. ac Ias. num*. 3. *Barbos. num*.12. *&* reliqui *Classici, Dnen. regul*.86.*ad fin.Gratian.discept*.100.*n*.5. *&* 6. *Roland.cons*.22.*nu*.40.*to*.3.*Scrofa de inualid.profess. dub*.1. *n*.7. *Thomat. decis*. 34. *nu*.36. *Gonzal. cancell. reg*. 8. *Glos*. 9. *contrà nullit. & atten. num*.147.*& glos*.56 *num*.59.60.109. *Menoch. lib*. 2. *præsumpt*. 46. *& præsumpt*.73. *Rot. Bonon. decis*. 15.*Surd. cons*.57. *num*.2. *Medic.decis*.26. *nu*. 1. *Ossasc.dec*.29. *nu*.12.*Ricc.collect*.1289. *Marta voto* 124.*n*.3. *Giurb. dec*.13.*n*. 8.*& obser*.95.*n*.7. *R.de Ponte cons*.99. *num*. 161.*vol*. 1. quorum obiici lepidè quoq; occurrit *Prat. mem. cap*.47. *ex num*.43.

Cuius nostræ peculiaris sanctionis dispositionẽ etiàm amplexus fuit Senatus

tus

tus Cathaloniæ, testibus *Mier. in Curia Mõtisoni Reg. Pet. 3. tit. de professor. Iurisperitis, & Medicis, n. 14. pag. 38. col. 3. versi. Itẽ nota, colla. 6. Fontanell. dec. eiusdem Senat. 8. num. 18. lib. 1. Io. Paul. Xam. de offic. Iud. & Aduoc. par. 3. c. 5. à num.* 45. illam verò non admittit, accedente consensu expresso partis aduersæ, Regia Audientia Sardineæ, vt obseruat *Consil. D. Ioan. de Xart ad capit. seù acta Curiarum Regni Sardineæ, lib. 3. tit. 11. de salar. & dict. c. 52. num. 3.*

153 *Regens* propterea *Rouit. in prag. 1. num. 49. sub eodem tit. de suspic. offic.* aduertit, acta facta coram illo, tanquam Iudice, nullitati esse obnoxia, etiam si nulla fuerit proposita suspicio à parte aduersa, quia, vt inquit *Reg. Sanfel. decis.* 80. *num.* 11. attenta dispositione *mem. pragm.* Aduocato resistit potentia, vt non possit in eadem causa iudicare, insequuntur *Præs. Merlin. lib. 2. contron. forens. cit. cap. 39. n. 13. Sanfel. decis. 195. num. 13. Iudex Franc. Maria Prat. lib. 3. discept. forens. add. c. 46. ex n. 43.* & iterùm *eod. lib. 3. cap. 47. n. 49.* qui inter cæteras nullitates propositas aduersus scitũ emanatum è iuncta, destinata ordine Suæ Excellentiæ de torquendo (nullis datis defensionibus) ex processu informatiuo V. I. D. Pompiliũ Galiano Baronem Sancti Mauri, postremam subnectit, *in cit. cap. 46. n. 23. versic. Postrema nullitas*, quia in præfato decreto votum suum præbuit, *Dom. Consil. D. Thomas Carauita*, qui per priùs in causa extiterat Fisci Aduocatus, quæquè nullitas fuit admissa, testibus *Dom. Reg. de Marinis lib. 2. quotid. resol. cap. 114. num. 18. & D. Iudice Prato post iudicem 3. tom. discept. forens.*

Moto propterea Iudicio ab Ill. Duce Sermonetæ super solutione legati ducatorum 40 m. cõtrà Principissam Castiglioni, Princeps Petræ Elcinæ eius vir, qui formatum habebat interesse ex causa maioratus, allegauit suspectũ Dom. Consil. Mirobaldum, quia fuit aduocatus, & facta ab eodem depositione, quod extitit tantùm Aduocatus in causa maioratus, per S.C. sub die 8. Febr. 1652. *referente Dom. Consiliario Aloysio Gamboa*, fuit prouisum, *quod non interueniat*.

Siquidem remouetur nedùm in causa, in qua patrocinium præstitit, sed etiàm in alia annexa, & connexa, vel ab illa dependente, *Abb. in c. postremò, de appell.* & ibi *Philipp. Franc. col. 2. Aufrer. de recusat. num. 14. Farinac. in prax. q. 60. num. 176. & seq. Reg. Tap. d. pragm. 5. num. 21. Grass. de except. except. 24. num. 86. Gratian. discept. forens. cap. 100. n. 26. Amend. in add. ad decis. Franch. 87. num. 5. Viscon. in conclus. iur. verbo, Aduocatus, Barbos. Episcop. in collect. ad tex. in cit. l. quisquis, Prat. add. cap. 47. n. 50.*

154 Quin quoquè, si facto scrupulo fuisset prouisum à Collegis, quod interueniret, remoueri potest; vt decreuit S.C. in personam D. Consil. Io. Bapt. Iouini, *referente Dom. Cons. Donato Coppola*, sub die 1. Febr. 1652. super suspicione allegata à Ioanne Baptista Capycio Minutolo, Barone Valentini in causa, quam habebat cum Antonio Siluestro Ferraro, & hæredibus Pauli Gerardi, penès *eundem Secret.*

155 Etiàm si fuit arbiter, vt diximus eodem *in Ritu 11. num. 8.* vèl Assessor, *Ripoll. add. loco*, vèl Consultor, *Farinac. in 2. par. fragm. verbo, Iudex, nu. 849. ex Glos. in cap. si contrà vnum, verbo, Causam legitimam, in add. de offic. deleg. Prat. add. cap. 47. num. 53.* In consultante minutas contractus, de quo insurgit quæstio eodem *in Ritu sub num 9.* indicauimus, & decisum fuit sub die 23. Februarij 1663. *referente Dom. Consiliario D. Ferdinando Moscoso*, in suspicione allegata pro parte filiorum, & hæredum q. Ill. Principis Carpini, in personam Dom. Consiliarij Erasmi de Põte Patricij Neapolitani de Sedili Portæ Nouæ (viri peritia, doctrina, & religione validè conspicui) ex quo consuluerat capitula-

ma-

matrimonialia, vigore quorum Ill. Principissa Carpino instabat pro restitutione dotiū, antefati solutione, ac alimētis. (Sed ān in consultore militent, quæ de Aduocato diximus *n. 64.* vt quandocunquè possit, vti notoria suspicio proponi, & decisum tradit *Prat. ibid.* à nobis laudatus, & memor est *Præs. Merlinus in sæpiùs indicato cap. 37. lib. 2.* culpa (quæ est maxima) impressoris, *cit. in cap. 39.* & quod interuenire haùd possit, etiàm accedente ambarum partium consensu, vt notauimus *n. 152.* & effatum *Muta in decis. 15. & Nouar. in prag. 1. num. 4. de suspic. official.* aiens, recusationis causis pluribus deductis, atque reiectis, non licere in personam eiusdem Iudicis alias causas proponere, non militet in suspicione ex causa patrocinij, vt decisum tradit *Reg. Sanfelic. mem. decis. 80. n. 13. lib. 1.* Cogita, cum Consultor verè Aduocatus dici non possit, ad *Tex. in l. 1. §. Aduocatus, ff. de varijs, & extraordin. cognit.* vbi *Bart. num. 4.* hæc profert verba, *Qui ergo interuenit, vt aliquis contractus fiat inter aliquos, inducendo vtramq; partem, iste non dicitur Aduocatus.* Et in terminis *Pragm. mem. 15. §. 18.* tradit *Præs. Reg. Cam. Gregor. de Ganeuerro decis. 11. num. 30.* ex quo ratio non honesti, non influit in casu Consultoris, qui secretò, & priuatè procedit, sicuti in casu Aduocati, qui publicè coram omnibus causam, lingua, & calamo perorat, & occulti, & publici diuersum est iudicium, *cap. vestra, §. cæterum, extra, de cohabit. Cleric.* vbi *Glos. verbo, Occultum, Innocentius n. 2. Abb. num. 5. & 6.* Maximè, quod statuti recusationum iudicium non fit extensio de persona ad personam, nèc de casu ad casum, etiàm quando ex largo significatu posset cōprehendi, *Gizzarell. cit. decis. 66. Ibandus de Bardaxi Aragonensis in Commentario fororum, f. 10. de Iudicijs, in fine,* & post alios *Gananer. adduct. decis. 11. n. 18.*)

255 Non verò, si causa sit diuersa, vndè Dom. Consil. Franciscus Roccus cùm fuisset Aduocatus in vno tantùm articulo, in quo disceptabatur, àn donatio facta per Io: Franciscum Salernitanum ann. ducatorum 800. supèr fructibus Terræ Frisoloni D. Ferdinando eius filio, fuisset taxatiua, vel demonstratiua, qui fuit decisus, *referente Domino tùnc Consiliario Io. Francisco Marciano,* vt *in responso eiusdē Dom. Rocci 50. lib. 1.* fuit ex causa prædicta allegatus suspectus à Francisco Salernitano filio dicti D. Ferdinandi, in causa cum D. Carolo, & alijs fratribus de Salernitano hæredibus dicti Ioannis Francisci, supèr nullitate venditionis dictæ Terræ, & sub die 20. Maij 1662. fuit prouisū, *Quod interueniat, referente D. Cōs. Antonio Capiblāco* (quē Virum fanè nobilissimū, ac morigeratissimum, munificentia Regis D. N. prò magnis virtutū meritis in amplissimum ordinem recèns relatum, ex animo veneror, sub ipsam enim paginæ huius impressionem, in Supremo Italiæ Senatu Regens renunciatus est; Summo quidem totius huius Ciuitatis gestientis plausu, meiquè in primis incredibili gratulatione, illi non vno nomine addictissimi, felicissimæquè incolumitatis diuturnitatem semper apprecantis.)

Et orta lite inter Ill. D. Troianum Spinellum Principem Scaleæ, & D. Iosephum eius fratrem Germanum fuerunt, post multa, patrocinante Domino Ascanio Raetano, tùnc patrono famigerato, omnes differentiæ extinctæ instrumento transactionis celebrato sub die 26. mensis Iulij 1649. & scito Sac. Consil. conuallato, prçuia informatione, quod expedicbat, in qua prçfatus D. Raetanus, vti Aduocatus deposuit, & ipsius transactionis vigore Princeps pro omnibus à dicto eius fratre prætensis eidem soluere promisit duc. 22428. Oblato postmodum in mense Septembris 1657. à dicto Principe in S. C. eius statu, demandata causa eidem Consiliario Raetano, inter illius credi-

tores insurrexit D. Ioseph Spinellus pro exactione enunciatæ summę in instrumẽto. Vnde Gubernatores S.D.A.G.P. similiter creditores illum recusauerunt, stante notorietate Aduocationis, examine, & replicatione facta à dicto Cõsiliario in calce supplicationis, præuia Regia decretatione, quod ostendatur, & dicebant, in controuersiam haùd dẽduci posse, huiusmodi causam esse annexam, & à prima dependentem, cum in illa vi transactionis actio tantùm fuerat quæsita D. Iosepho pro summa in ea contenta contra Principem, in hac agi de eius solutione, & consummatione præcedentis actus inter easdẽ partes, illud fuisse Iudicium præparatorium, & acquisitionis actionis, in hoc consummari actum solutionis promissæ, ac proindè primum iudicium minimè dici posse transactione extinctum, solutione pendente, ad *tex. in c. maiores, §. Sed adhùc quæritur, vers. Ex parte ext. de Baptis.* cum finis attendatur, non principium in casu requirente actus consummationem, *l. diximus, ff. de excusat. tut. l. si non sunt, §. perueniamus, ff. de auro, & arg. leg.* & connexorum idest est iudicium, *Hippolyt. singul. 251.*

Imò exclamabant nèdùm illam dici dependentem, & annexam cum prima, sed esse identificè eandem, ex *Vulpiani responso, in l. si quis, cum totum, versic. Si ancillam prægnantem petiero, ff. de except. rei indic.* quem *text.* in terminis laudat *Fontanell. decis. 126. num. 14. & 15. tom. 1.*

His tamen minimè refragantibus, ex quo non agebatur de validitate, vel inualiditate initæ transactionis, nèc de existentia crediti, quod in controuersiam à cæteris creditoribus non deducebatur, quorum disceptatio tantùm erat circa anterioritatẽ, *referente Dom: Cons. Paulo Iannectasio,* sub die 24. Maij 1660. me patrocinante vti curatore patrimonij contra suspicionem, decisum fuit, *Quod Dom. Consiliarius Raetanus interueniat,* penès Secret. (quem quidem Dom. Raetanum ad Præsidentis Regiæ Cameræ munus deindè assumptum inuida mors abstulit, die 26. Noueb. 1662. tribus superstitibus liberis, nempè DD. Vincẽtio causarum patrono eximio, Francisco Regio Auditore, & Petro, Viris doctrina, & peritia conspicuis, in cuius Præsidentis locum, dum hæc sub prælo sunt, hodie 3. mensis Octobris 1663. Excell. Penarandæ Comes, huius Regni vigilantissimè, ac sanctissimè, omnium admiratione, clauum sustinens promulgauit, D. Cons. Hortensium Pepi meum Socerum, motu proprio Regis D. N. fuisse suffectum.

Aduocatum propterea, qui patrocinatus fuit pro conualidatione vinculi in re appositi, posse esse Iudicem, vbi tractatur de illa re disuinculanda, & de alijs corporibus in eius locum subrogandis, decisum refert Dom. *Consil. Rocc. respons. 87. lib. 2.*

156 Hinc Aduocatum Fisci non posse in eademmet causa, siuè ab ea dependente, vel connexa ius dicere, deducitur ex *tex. in l. Aduocati, C. de Adu. Fisc. Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit. 2. n. 7. vers. Electus verò,* & ex eo tenetur actione iniuriarum, iuxta tradita per *Cranet. cons. 178. n. 7. & seq.* àc etiam ad damna, expensas, & interesse, *argum. tex. in l. succurritur, ff. de excusat. tutor. l. non est ignotum,* vbi *Io. Fab. C. in quib. caus. tutor. habean. Bart. in l. si postulauerit, §. final. ff. de adult. Berart. in Specul. Visitator. cap. 28. n. 17.* decisum tradit idem *Reg. de Marin. add. cap. 114. sub n. 18.* & notat *Ind. Prat. cit. cap. 48. num. 44. & respons. Fiscal. 41.* inquirit, nùm Iudex, qui pro tempore exercuit officium Fisci Patroni M. C. V. & in decreto interlocutorio apposuit verbum, *Audito Fisco,* nulla præuia instantia, nec voce, nec scripto, possit recusari, nè in causa ampliùs procederet; & ex punctuali determinatione Senatus Cathaluniæ, apud *Fontanell. cit. decis. 8. n. 18.* negatiuam tutatur sententiam, exprobatq; iudicium il-

illorum, qui contrarium tùnc Regenti M. C. consuluerunt, subnectitquè, ipsius Regentis munus in eo consistere, vt causas inter Iudices distribuat, quæ distributio nullam præbet commissionem, seù iurisdictionis concessionem; vt propterea Iudices M.,C proùt Præsidentes Regiæ Cameræ. & Auditores Prouinciales, etiàm vti singulos, esse Iudices ordinarios, Consiliarios verò esse Iudices delegatos, adnotarunt *Frecc.de subfeud.lib.* 1. *tit.de offic. Mag. Iust. num.* 15. *Surgens de Neap. Illustr. lib.*1.*cap.*17. *ex n.*44. *&* *Carau.in hoc Ritu,num.*28. quem laudant, & insequuntur *R.Rouit.in prag.* 1. *de decid. causis, num.* 3. *& in rub. de offic.S.C. num.*4. *& in decis.*13. *n.*20. *ac in decis.*52.*num.*5.*Reg.Galeot.lib.*2. *controuers. iur.* 58. *num.*7. *Auus meus ad Gramm.decis.*9. *nu.*2. *& Prat.add. respons.* 41. *nu.*4 & nos ipsi illius memores fuimus *in Rit.* 53. *num.* 7. incuria typographi allegati *in Ritu* 165. & notat *Gallup. in prax. Sacr. Cons. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 38. In decretis itaquè, quæ ab ipsis Consiliarijs feruntur nominati nominantur ad infrascriptam causam delegari (quamuis *Barbos.ad l cum Prætor,* 12. §. 1. *nu.*75. *ff. de Iudicijs*, putet, Consiliarios esse Iudices ordinarios.) Isthæc veritas patet ex discrimine, nam inter pares numero Iudices, si dissonę proferantur sētię in S. C. alij adiunguntur Iudices, si verò in Regia Camera, profertur sententia pro Reo, vt diximus *in Rit.* 98. *num.* 5. & addimus *Dom. Francisc. Mar.Prat.lib.*3. *discept.for.c.*51.*n.*12. (qui *num.* 8. perpensis traditis à *Præs. de Amato in cons.*27.notat, recusantem dici Actorem,& recusationis iudicium esse de per se, propriam habens instantiam,& iterùm *ad Muscat.p.*3. *Glos.instantia, ad num.* 46. vt non mirum, si diximus *in Rit.* 53. *num.* 11. paribus votis prolatis in Regia Camera in articulo suspicionis contra suspicionem latam fuisse sententiam) quæ discriminis ratio in votorum paritate, ex illo re descendit, sic distincta inter ordinarios Iudices, & Delegatos, *Glos. in l* 4. *C.quando pronocare non est necesse.* Aduerrendum tamèn est Sacrum Consilium esse Tribunalium omnium supremum, vt constat ex *Prag.* 2. 3. 4. *&* 5. *de offic.S.R.C. Afflict. in Constit.Summo periculo,num.*2. *in fin.lib.*2.*rub.*36. *Surgens add. loco,n.*42. *Reg.Tap.lib.*2. *Iuris Regn. rub.* 2. *ex num.* 50. Proindè dicendum est, Regios Consiliarios esse Ordinarios ex aptitudine, delegatos verò ex actu, & sic generales in potentia, singulares autèm in actu, ex *Bald.*(quem omnia scire dicebant *Roman.singul.*380. *Io. Sdrezeler in tract. Bald. nihil ignorasse, sinè manis super vnic.quæst.* cuius meminit *de Grass. de effect.Cleric.in prælud. num.*368.) *in l. præcipimus, C.de appell.* cui distinctioni non inhæret *Cons. Carleual discept.iur. lib.*1. *tit.* 1. *disp.*2.*q.*8. *sect.*4. *ex num.* 1153. putans, Consiliarios quoq; vti singulos vti circa causas sibi commissas iurisdictione ordinaria,& non delegata.

157 Sed àn Iudex, qui fuit in causa criminali vti fisci patronu, patrocinari possit in causa appellationis pro Fisco, affirmatiuè iudicatum in illo facti themate recenset *Reg. de Marinis lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 5. *sub num.* 6. cuius meminit *Thor. par.* 3. *compend. decis. sect.* 1. *verbo, Iudex qui fuit*, & nù m Aduocatus fisci possit recusari, diximus *sup. num.* 88. & addimus *Cabed. decis.*119.*par.*2. *Prat.ad Muscatell. Glos. Sententia, vers.Nō minus,& add.resp. crim.*41. *n.*13. *Baron.cit.esse.*116.*n.*54.

His concinit altera quęstio, nū Aduocatus Fisci, qui deindè Iudex Deputatus fuit recusatus, ac remotus, possit denuò esse Fisci Aduocatus in eadem causa. Accidit rrutināda in causa Pōpilij Galiani inquisiti de auxilio, consilio, ac ope pręstita interfectoribus illorum de Carrafa, larem constituentium in Casali Marianellę. Etenim existente Dom. Cons. Carauita Aduocato in M.C.V. instantias contra fecit, qua de re,

re, dum posteà in Iuncta Iudex fuisset Deputatus, oblato libello recusatorio, manauit è Iuncta decretum, *Quod non interueniat, & restituatur depositum*, votantibus DD. Consil. D. Petro Varays, Iunctæ Proposito, Anello Portio, Ascanio Raetano, D. Gregorio Gallo, & Iosepho de Rosa, & meminimus nos suprà *n.* 153. *et* 156. Et cum nupèr denuò prædictus D. Carauita deputatus fuisset Fisci patronus in eadem causa, ipsum Pompilius iteratò recusauit, & perlectis à religiosissimo viro capitibus suspicionis formitèr propositis, se abstinuit; Siquidem ex priori suspicione allegata, & obtenta, orta est inimicitia inter recusantem, & recusatum, *Glos. in l. si pecuniam, in principio, verbo, Repetetur, ff. de condition. causa dat. Paris. de Syndicat. verbo, Suspicio, num.* 5. *Farin. de Iudic. & tortura, q.* 49. *num.* 65. *& de testibus quæst.* 60. *num.* 133. *Fontanell. decis.* 1. *n.* 4. *&* 28. *num.* 7. *&* 30. *Giurb. decis.* 48. *& decis.* 54. *num.* 1. *Maynard. dec.* 88. *num.* 1. *lib.* 1. *Mastrill. decis.* 214. *n.* 12. *par.* 3. firmantes, Fisci Patronum posse recusari, maximè ex causa inimicitiæ, quæ etiam si sit probabilis remouet Iudicem, vt nos infrà sub *n.* 162. & conferunt à nobis ipsis tradita, *num.* 88. *& à Baron. cit. effect. inim.* 116. *n.* 54.

158 Ille etiam qui fuit testis repellitur à iudicando in illa causa, nè duplici officio fungatur, *Farinac. de testibus, tit. de opposit. contr. person. test. q.* 60. *n.* 89. *& par.* 2. *fragm. crimin. nu.* 795. *Io. Bapt. Thor. in supp. compend. decis. in verbo, Suspicio quando esset notoria.*

Mediator insupèr qui fuit in aliquo negotio repellitur à iudicando, *An-*
159 *frer. de recusat. consil.* 16. Et mediator dicitur nedùm prozeneta, qui mercedem consequitur, sed etiam non salariatus, & gratis operans, præsumitur enim, quod affectet compleri id, propter quod laborauit; & firmum remaneat, nec ei obijciatur, quod non cautè se habuerit, verba sunt *Glos. in §. quomodo verò, ir Glos. magn. vers. si quid si pretium, Auth. de testibus*, quam post *Farinac. de testibus, q.* 60. *illat.* 16. *num.* 409. refert *Reg. Galeota lib.* 1. *controu. forens. cap.* 39. *num.* 30. & in specie in eo, qui sub amici nomine partes ad transactionem deduxit, vt repellatur, notauit *Fab. in C. de testib. defin.* 56. & quando admittatur in testem, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *cap.* 72. *n.* 29.

160 Sub alterius verò principij clypeo aliæ militant causæ, potissimùm inimicitia, ob quam Iudex recusari potest, *Dambod. in prax. select. sentent. verbo, Inimicus, Valenz. consf.* 44. *sub n.* 186. *& consf.* 161. *n.* 3. *&* 7. *Ricc. coll.* 453. *Barbos. in cap. secundo requiris*, §. 3. *n.* 7. *de appell. Schrad. de feud. par.* 9. *cap.* 5. *sub n.* 18. *Intrigliol.* post multos, *singul* 80. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 3. *& consf.* 33. *nu.* 10. *Bursat. consf.* 65. *num.* 9. *lib.* 3. *Andr. de Barul. in l.* 1. *C. si propt. inimic. lib.* 10. *Angel. in §. Item si propter, n.* 4. *inst. de excusat. tutor. Cacher. decis.* 15. *num.* 7. *Giurb. obser.* 95. *n.* 9. *in fine, Fontanell. decis.* 13. *et dec.* 14. *n.* 1. *Mut. super prag. de recus. Iudic. n.* 40. *Carau. Rit.* 265. *n.* 33. *Apicell. de suspic. offic. sub n.* 96. *causa* 8. *Baron. cit. effect.* 116. *Alex. Ambros. decis.* 50. *à num* 46. *Ghiliser. de Iudic. regul. cap.* 12. *num.* 6. *& c.* 14. *num.* 17. *Grass. de except. except.* 24. *num.* 24. *& except.* 120. *num.* 5. *Maynard. decis.* 92. *Sanfelic. decis.* 81. *nu.* 1. *Castil. decis.* 231. *num.* 2. *Escobar. Corr. de vtroque for. art.* 4. *defect. depont. decis.* 30. *num.* 2. *&* 3. *Ment. Legisl.* §. 4. *num.* 209. *Milan. decis.* 15. *n.* 18. *lib.* 1. *Mart. add. tit. de recusat. cap.* 30. *Capyc. Latr. consult.* 101. *num.* 5. *lib.* 2. *Capyc. decis.* 138. *num.* 1. *Pasch. de patr. pot. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 41. *Rebuff. de recusat. artic.* 9. *glos. vn. n.* 10. *Petrus Gregor. Tholos. syntagm. Iur. q. vn. lib.* 49. *cap.* 3. *num.* 17. *Farin. in fragm par.* 2. *verbo, Iudex, nu.* 862. *La Ratha consf.* 32. *n.* 10. *Coriol. Capuc. de casibus reseruat. p.* 2. *cas.* 5. §. 4. *Mastrill. decis.* 151. *num.* 7. *&* 46. *& decis.* 263 *num.* 2. *Guaz. ad defens. reor. defens.* 1. *ex defect. iurisd. cap.* 21. *num.* 4. *& n.* 9. *Nouarr. coll.* 6.

prag.

prag. 15. *de suspic. offic. sub nu.* 18. *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resol. c.* 211. & *ad Reuert. decis.* 456. *n.* 1. citans *Carauit. in hoc ritu, num.* 23. Vndè *Butrius in cap. dilecti filij, coll.* 1. *in fin. num.* 6. laudatus à *Sigismund. Scacc. in tract. de sent. & re iudic. Glos.* 1. *q.* 1. *n.* 250. *circa fin.* quos refert *Dom. Francisc. Maria Prat. in suo Nicandro, nu.* 317. insinuat, *Ità graue esse habere lupum pro Pastore, Homicidam pro Medico, Dissipatorem pro Custode, Inimicum pro Iudice, sicuti Tyrannum pro Defensore.* Adeò vt à Iudice ex hoc capite notoriè suspecto, & si non recusato sententia lata erit nulla, sicuti, & omnia acta coram ipso facta, *Bal. in cap. Constitutus, de rescript. Praeposit. in cap. cum speciali, num.* 40. *in fin. de appell. Berart in specul. visit. cap.* 6. *num.* 13. *Baron. de effect. inimic. effect.* 117. *n.* 1. dummodò capitalis existat inimicus, declarat post alios *Farinac. in fragm. crim. par.* 2. *num.* 706. necnon *Reg. de Ponte cons.* 99. *num.* 13. & 19. *lib.* 1.

Etiamsi esset paritèr inimicus vtriq; parti, nàm licebit vni ex eis illum remouere altera parte inuita, *Mondit. variar. resolut. dub.* 32. §. *plebe scitum, num.* 4. *Andr ad specul. de Iudic. delegat.* §. *Superest, vers. Item si est Canonicus, Costa Sicul. cons.* 85. *nu.* 42. *Rebuff. lib* 3. *Constit. Gall. tit. de recusat. art.* 6. *glos. vnica, nu.* 18. *Apicell. pater adduct. tract. nu.* 729. *Giurb. obser.* 95. *n.* 12. *Reg. Rouit. in rub. prag. de suspic. official. sub nu.* 14. discrimen tradens inter parem affectionem, & æqualem odiū, nā, vt diximus *nu.* 125. concurrente æquali coniunctione non remouetur Iudex, & tradunt *Tusc. conclus.* 908. *num.* 3. *Ramon. cons.* 3. *nu.* 4. *Minad. cons.* 27. *num.* 9. *Burs. cons.* 265. *num.* 29. *Greg. sintag. par.* 5. *lib.* 49. *c.* 3. *num.* 7. *Giurb. cit. obseru.* 95. *num.* 11. *Apicell. pater add. tract. nu.* 237. vbi inquirit, si Iudex sit æqualiter coniunctus Aduocatis partium àn obstet dispositio *prag.* 9. *cap.* 2. *de offic. Iudic.*

161 Cuius quippè inimicitiæ causam in specie esse exprimendam, notarunt *Farinac. in fragm. par.* 2. *verbo, Iudex. num.* 881. *Capyc. decis.* 178. *num.* 3. *in fin. Grass. except.* 24. *num.* 31. *Bursat. cons.* 265. *num.* 26. *lib.* 3. *Berart. in Specul. Visit. cap.* 6. *num.* 56. & potissimùm contrahitur inimicitia cum tractante, vt quis priuetur officijs publicis, *Decian. in tract. crim. tom.* 2. *lib.* 3. *tit. de inimic. num.* 51. *qui à num.* 39. *ad* 85. aduertit, illam contrahi ex iniuria illata, siuè circa corpus, siuè circa famam, siuè circa nobis adhærentia.

162 Et ad quem vsquè gradum illa extendatur, & quomodò graduum fiat computatio, insinuant *Grass. add. except.* 24. *num.* 27. & 28. *Muta super pragm. de recus. Iudic. n.* 41. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *casu* 152. *Cacheran. decis.* 15. *sub num.* 4. *Reg. de Ponte decis.* 30. *num.* 14. *Mastrill. decis.* 151. *num.* 3. & 48. *Ripoll. variar. iur. resol. cap.* 2. *de recusat. omn. Iudic. ex num.* 256. *Reg. Galeot. lib.* 1. *controu.* 39. *n.* 21. *Reg. Capyc. Latr. consul.* 101. *ex num.* 8. *lib.* 1. *Donad. de renunciat. cap.* 32. *à num.* 74. extatq; in Regno municipalis sanctio, *in prag.* 15. *cap.* 15. *de suspic. official.* sanciens, quod si inimicitia dependeat ex causa, ex qua tota lædatur familia, omnes consanguinei recusantis vsque ad quartum gradum de Iure Canonico, & affines vsque ad tertium, qui litem habent coram illo Iudice, valeant illum vti suspectum remouere. Quod si inmicitia oriatur ex causa, quæ totam non offendit parentelam, sed inimicitiam solùm inducit capitalem, & tùnc tertius tantùm comprehenditur gradus consanguinitatis, & secundus affinitatis, facta semper computatione graduum, secundnm ius Canonicum, vt declarant *Reg. Rouit. in prag.* 1. *in fin. de suspic. official. Nouar. in d. prag.* 15. *collect.* 6. *num.* 23. *Reg. de Marin. ad Reuerter. decis.* 517. *nu.* 3.

Hinc cum Marchio Ciuitatis Vriæ D. Michael Imperialis in causa cum Deputatis multiplici Andreæ Imperialis allegasset suspectum Dom. Consil. An-

Antonium Miroballum, ob inimicitiam contractam inter Principem Schinzani cognatum dicti Consiliarij, & Andream Imperialem fratrem consobrinum Principis prædicti, decreto S.C. *referente Dom. Consil. Don Andrea de la Torre, sub die 23. Octobris 1654.* prouisum fuit, *Quod non interueniat*, penès *Secr. S.C.*

Quamuis esset inimicus reconciliatus, *Bald. in Auth. testis, C. de testibus, Iasfred. decis. 33. Ricc. par. 1. dec. Neap. Archiep. 168. Reg. Capyc. Latr. decis. 81. n. 7.* & ibi *Gizz. num. 19. Apicell. de suspic. offic. n. 89. Fontanella mem. dec. 13. n. 14. & decis. 14. num. 10. Nouar. add. collect. 6. sub n. 46. Baron. de effec. inim. cit. effect. 116. n. 20. Cons. Staib. resol. forens. lib. 2. resol. 117. n. 30. Thor.* decisũ recensẽs, *p. 1. comp. dec. verbo, Officialis recusatus, et in C. rer. indic. ciuil. cas. 57. per tot. Reg. Ronit. in decis. 78.* lepidè inquirens, nùm *prag. 15. §. 15. de suspic.* prohibens, coniunctos litigantium reconciliatorum cum officiali, possit recusare eumdem officialem post sequutam reconciliationem, procedat è conuerso, quando litigans principalis, sequuta reconciliatione, velit recusare officialem coniunctum suo aduersario secum reconciliato. Inimico enim reconciliato non est in æternum credendum, *Crauett. cons. 9. num. 6.* & axioma illud, quod inimicus de inimico semper malum præsumat, ad inimicũ reconciliatum extendunt DD. apud *Danz. de pugna DD. tom. 3. cap. 5. tit. de indicijs proximis, & remotis, n. 17.* cum præsumatur vestigia prioris voluntatis retinere, *Merend. cons. 87. num. 6. cons. 88. num. 50. to. 2. inter cons. crimin. diuers. Reg. de Marin. resol. quotid. cap. 174. num. 4. Giurb. cons. crim. 60. num. 8. Castill. decis. 174. Muta to. 6. cap. Sicil. cap. 92. num. 11.* Sicuti inimici reconciliati testimonium repellitur, cum odij reliquiæ remaneant, *Hyppol. in l. 1. §. præterea, n. 4. ff. de quæstion. Menoch. de arbitr. Iud. q. 28. n. 2. & 8.* idẽ *Hyppol. singul. 168. Reg. Ronit. super pragm. 1. num. 9. de test. refrenat. Lancell. Corrad. de offic. Prætor. in ciuil. tit. de except. sub num. 11. casu 35. Vincent. Ferrett. in tract. de inimicit. §. 19. num. 1.* & decisionem S.C. absq; die, & anno, in personam D. Consiliarij Amendolæ, recusati ex causa inimicitiæ, etsi reconciliatæ per Iosephum de Risis, recenset *Gizz. ad Capyc. Latr. add. decis. 91. num. 19. in fin.* Sed illa manauit sub die 23. Ianuarij 1647. penès *Secret.*

163 Vel inimicus præsũptus, *Anus meus ad Capyc. decis. 138. lit. B. Cacheran. decis. 15. num. 7. Donad. de renunciat. cap. 32. num. 84. Castill. decis. 231. n. 4. Reg. de Marin. quotid. resolut. cap. 211. num. 3.* vel probabilis, *Mascard. de probation. conclus. 953. Viuius decis. 363. Mastrill. decis. 151. num. 46. Reg. Sanfelic. decis. 81. num. 1.* vel si haberet, vel contrahat parentelam cum inimico litigantis, *Bal. in l. liberi, C. de inoffic. testament. Mascard. de probat. concl. 898. n. 35. Reg. Capyc. Latro add. consul. 101. num. 34. Michalor. de fratr. p. 3. cap. 51. num. 4. Baron. cit. loc. n. 22. R. Ronit. in cit. prag. 1. num. 62. Castill. add. decis. 231. num. 3. Schrad. de feud. p. 9. c. 5. sub num. 24.* vel si Iudex esset cum parte riualis, vt puta, quia cum eadem muliere consuetudinem haberet, vt ex allegatis per *Aufrer. cit. tract. num. 47. vers. Aduerte tamen, & Pacian. de probation. lib. 2. cap. 45. num. 55.* notat *Farinac. in fragm. crim. p. 2. num. 800.*

Etiam si inimicitiæ causa ad Iudicis notitiam non veniat, *Ias. in cit. l. apertissimi, num. 7.* vel eam dissimulet, *Millan. decis. 15. num. 20. lib. 1. Reg. Galeota lib. 1. add. contron. 39. num. 23. Reg. de Ponte cons. 30. num. 4. Apicell. add. tract. num. 96.*

164 Quid verò, si recusans fuisset author inimicitiæ, & eam affectasset, data opera ad illum finem, pertractant *Lopez de donat. inter virum, & vxorem, §. 78. num. 29. Franc. Marc. decis. Delphin. 291. par. 2. num. 1. par. 2. R. Valen. cons. 17. num. 14. Roland. à Valle cons. 24. num. 46. vol. 1. Rebuff. cit. artic. 9.*

Glos.vnic. ex num. 12. dicens,Iudicem esse suspectum, sed partem pœna esse mulctandum, *Pasch.de patr. potest. cap.* 3. *par.* 3. *num.* 43. *Gallupp. in praxi par.*1. *cap.*4. *num.*39. *Reg. Capyc. Latr. add. consult.* 101. *num.* 41.*&* 42. *Reg.Sanfel. decis.* 81. *n.* 3. *Ricc. collect.* 445. *Franc.Mar.Prat.cit.c.*52.*nu.*20. *to.*3.*discep.for.*& videndæ sunt municipales sanctiones *in prag.* 15. *n.* 14. *to.* 1.*&* 19.*tom.*2.*de suspic.* quã recusationem ex capite inimicitiæ,ân liceat Vniuersitati proponere, negatiuè decisũ refert *R.Sanfel. decis.*82. *to.*2. *Reg. de Marinis to.*2. *c.* 114. *num.*6. aliud subnectens scitũ, *Dom. Pratus ad Muscatell.p.*1.*gl.*1. *Sententia,vers.Nõ tamen, Baron. cit.tract.de effect. inimicit.effect.* 116.*sub num.*46. *vers. Sed ân possit.*

165 Hinc si Iudex pertinacitèr assumeret sibi causam, ingerendo se animosè ad iudicandum,ex hoc redditur suspectus, *And. in cap.scis,* §.*habita, post num.*16. *vers.Item si Iudex pertinacitèr, de statut. & consuet. contrà libert. Eccles.* ex *text. in l. qua omnia,* §. 1. *vers.Nec ferendus est, ff. de procur. Reg. de Ponte cons.*141.*nu.*8.*lib.*2. *Franc.de Petris in cons.*47.*n.*14.*Reg. Rouit. in rub. prag. de suspic. official.n.*44. *& cons.*19.*n.*11. *vol.*1. *Thor. p.*1.*compend. verbo, Precedi ân debeat, Prat. in suo Nicandro, n.* 338. *& cit.c.*52.*nu.*31. *Consil. Paul. Staib. resol.forens. lib.*1.*resol.*37.*n.*36.

Et si malè versatur cũ aliqua ex partibus, hoc est, protelando audientiam, dissimulando illam, iusta etiam erit causa suspicionis in themate exarato à *Thor.* 3. *par. compend. sect.* 3. *verbo, Suspicio Iudicis,* vel si dixisset, partem non diligere, *Intrigl. singul.* 80. *num.*18. *Baron. adduct. cap.* 116. *n.*108. vel si nolit audire Aduocatum in causa, quamuis clara, *Lanfranc. in clem.sapè,vers.de plano,coll.* 1. *de verbor.signif. Dec. in cap.postremò, col.*4. *verbo,& pro declaratione,et col.* 7.*vers.* 10.*de appell.Apicel.cit.tract.sub n.*106. aut occultè loquatur cum parte, *Lanfranc. in cap. quoniam contra, de prob,* magis fauendo vni, quam alteri parti, *Ludou. decis. Perus.* 108. *num.*7. *Borrel.de magistrat.edict.lib.*12.*c.*2.*n.* 19. *Farinac.in fragm. crim.par.*2.*ex vers.* 747. *&* 785. subnectens,specificè exprimendum fore, in quo magis faueat, Hancq;suspicionis maculam non militare, notamus, si in principio, & medio causæ magis faueat Actori,quam Reonam obstringitur facere;Etenim si reorum est fugere, Iudicis est prosequi, ad *text.in cap. veritatis,* 8. *extrà,de dolo, & contum. Epist. Marant. p.*3.*resp.*78. *n.*116. sicuti in fine magis reo, *Mondit. lib. var. resol.* §.*lex est,dubitat.*11. *n.*22.idtamèn Iudicis relinquit arbitrio *Menoch.de arbitr.cas.*152.*n.*13.quiduè si Iudex esset affectatus, vel à parte petitus, affirmatiuè *Farinac. add. loco, num* 799. *Grass. except.* 24. *num.* 76. *Ann. sing.*28. *Reg. Capyc.Latro decis.* 87. *num.* 19. *lib.*1. vel si Iudex, se impetrari, procurauit, *Speculat. in tit.de offic. deleg.* §. *superest, vers. Item si ipse,* & ex præsumpta mala opinione, deducit *Dom.Reg.Rouit.in cit. prag.* 1. *num.*76. posse,Iudicem recusari,si duo haberent eamdem actionem conueniẽdi aliquem in Iudicium, & ex persona vnius Iudex non posset interuenire, & ad euitandum Iudicis recusationem lis per alium agitaretur,tacito illo,ex cuius persona oritur suspicio, insequitur *Scapp.de Iud. ord. lib.*3. *cap.*8. *num.*3. *Maurit.Apicell.add. tract. num.* 813.

Vndè, si non expectat sibi asportari processum, sed illum sua spontè quærat, & adduci procuret, iusta erit causam recusationis, *Crauett.cons.*270.*n.*2. *Ant.Sol.de antiq. decret.Sabaud.rub.de proseq. appellat. Glos.* 10. *num.* 7. *Mastrill. decis.*129. *num.* 6. *in fin. Rouit. mox cit. loco num.*61. *Reg.de Ponte decis.* 30. *n.*8. *Prat. in Nicandr.n.* 340. *& add. cap.*52. *num.*32. *Apicell. filius cit.loco,nu.*804. *Giurba decis.*21. *n.*11. *& obseru.*95. *num.*112.

166 Quid si Iudex subscribat libellum, siuè memoriale petentis absquè partis citatione,& causæ cognitione? nota, nam

nam huiusmodi prouisiones vim rei iudicatæ non habent, ex *tex. in l. 1. & toto tit. C. cōminationes, Epistolas, programmata, subscriptiones authoritatem rei iudicatæ non habere*, *Consil. Rocc. tom. 2. respons. 78. num. 6.* & conferunt tradita à *Fabr. in Cod. lib. 2. tit. 2. defin. 11. num. 2. in alleg. & Cons. Staib. add. resol. 37. num. 50.*

167 Quod si audactèr procedat in causa, non obstante allegata suspicione, nedùm attentare dicitur, sed, & facere iniuriam parti, ad *text. in l. quæ omnia, §. 1. ff. de procur. Bellam. decis. 18. Lancell. de attent. lib. 2. cap. 1. nu. 104. Nouar. in prax. de elect. & variat. fori, q. 2. nu. 34. sect. 1. in vlt. impress. & de grauam. Vassall. lib. 2. grauam. 136.* & gesta per ipsum sunt nulla, vt diximus *n. 77.* & addimus *Mendez à Castro in prax. Eccles. lib. 2. cap. 7. Vimaranens. in remiss. lib. 3. ordinat. Regia, tit. 21. § 4. num 8. P. Fragos. add. loco n. 220. Borrell. to. 1. tit. 42. de Iudicijs, n. 31.* Suspectus propterea redditur, quamuis causa allegata sit falsa, *Reg. Rouit. in cit. prag. 1. num. 4. Reg. Sanfel. dec. 85. n. 4. tom. 1. Prat. in Nicandro num. 342. & cit. c. 52. n. 33. ex Paris. cons. crim. 8. n. 8. Gorgiar. patroc. 40. Giurb. cons. 9. n. 14.*

Nisi deponeret, nescire allegatā suspicionem, decreuit S.C. sub die 21. Februarij *1629. referente D. Cons. Iosepho Brandolino*, in personam Dom. Consil. Andreæ de Ianuario, suspecti allegati à Regali Conseruatorio Sanctę Mariæ Boni Principij, in causa cum Censuarijs Ducis Grauinæ, vt propterea necesse sit, suspicio Iudici notificetur, vt illius notitiam habeat; ad *text. in cap. cum speciali, de appellat. cap. Suspicionis, de offic. & potest. Iudic. in l. apertissimi, C. de Iudic. Specul. de recusat. §. qualitèrautèm, num. 1.* & in terminis *Marta in compend. decis. tit. de recusat. c. 23. Thomas Triuisan. lib. 1. caus. ciuil. decis. 51. nu. 2. Nouar. in prag. 1. collect. 214. nu. 9. de susp. official. de Laurent. in tract. de Iudic. suspecto, cap. 5. n 1.*

Quæ autèm diximus, vt Iudex suspectus reddatur, si post propositam suspicionem procedat, intelligas, velim, si illa formitèr cum deposito fuerit deducta, iuxtà *prag. 5. & 9. de suspic.* & tradita à *Gizzio ad Capyc. Latro decis. 81. à num. 1.* à quo deposito tantùm pauper excusatur, vt diximus *n. 29.* & nùnc addimus, procuratorem fisci quoquè ab illo esse immunem in suspicionibus, quas tanquam procurator Regius Iudicibus obijcit, *Cabed. 2. p. decis. 119. n. 27. & arrest. 43. Curia Philip. par. 1. Iudic. Ciuil. §. 7. num. 24. Thomas Vaz alleg. 97. num. 12. P. Fragos. cit. tract. de Regim. Reipub. to. 1. par. 1. lib. 5. disput. 12. §. 7. num. 250.*

Nèc depositum sufficit, sed exprimi debet causa suspicionis, attentis nedùm *prag. 1. & 15. adducto tit. de suspic. & pragm. 40. de offic. S.R.C.* & Iure Canonico, quod amplexus fuit noster *Rit.* vt notauimus *num. 10.* & addimus *Ganauer. cit. decis. 11. num. 16. Carauit. in hoc Ritu* memorem, nam aliàs validè, suspicione proposita haud obstante, procedere posse, probarunt *Franch in cap. cum speciali, de appell. lib. 6. Bertrand. cons. 184. Alexand. in l. quia poterat, ff. ad Trebell. Gabriel. tit. de Iudic. concl. 5. Rota Roman.* relata per *Pegn. decis. 1646. num. 1. to. 2. Foller. in addit. ad Marant. q. 3. dist. 16. n. 4. Vāt. de nullit. sub tit. de nullit. ex defectu iurisdict. nu. 140. Gallup. in praxi cit. cap. 5. num. 61. Reg. Sanfelic. decis. 85. lib. 1. & Reg. Tap. in Iure Regni Neap. lib. 3. tit. de suspic. official. in comment. huius Ritus, num. 18. pag. 180. vers. imponendi pœnas*, ibi, *attamèn hodiè, nisi suspicio sit formitèr allegata potest procedere.*

Quid verò dicendum sit in Iudice ex Tribunalibus collegiatis huius Ciuitatis, vti delegato, vel alio modo extra Ciuitatem cōmoráte, in dubium reuocatur in Collaterali Consilio, existente Cōmissario, nobilissimo, doctissimo, ac integerrimo viro, *Domino Melchiore Nauarra*, emeretissimo *Regente*, penès *Ioseph Crinelli à mandatis Scribam,*

bam, in cauſa Ill. Marchionis Serra cum Ill. Principe Cariati (cuius cauſæ adhùc non deciſæ exitum, alibi (Deo fauente) indicabo (meum propterea iudicium interim non dabo.) Etenim, exortis differentijs inter ipſos, ſuper confinibus feudorum Caſtrouillari, & Ciuitatis Caſſani, Excellentiſſimus Comes de Pegnaranda ad ſedandas diſſentiones, præuia delegatione, demandauit Dom. Cõſiliario D. Ioãni de Valſenilla informationem cõtrouerſiarum inter eos vertentium, qui pro exequutione ordinum S.E. de menſe Nouemb. 1662. partibus auditis, incepit adhibere diligentias. Die verò 11. Menſis Decẽbris eiuſdem anni, fuit pro parte dicti Principis allegatus ſuſpectus in partibus abſque depoſito, & ſine expreſſione alicuius cauſæ, qua ſuſpicione non obſtante, vti non formitèr, & non legitimè propoſita, dictus Conſiliarius proceſſit ad vlteriora in diligentijs ſibi commiſſis, vſque ad diem 23. Menſis Ianuarij, quo per S.E. fuit prouiſum, *Quod, ſtante ſuſpicione propoſita in eius perſonam in Collaterali Conſilio, interim ſe abſtineret in procedendo.* & poſteà alio ſcito eiuſdem Collateralis Conſilij, dictum fuit, *Quod abſtineat*.

Prætendit propterea Princeps, omnia acta facta poſt recuſatorium libellum porrectum, coram dicto Conſiliario eſſe nulla, cum hunc caſum Pragmaticæ omiſerint, recurrendum eſſe idcircò ad Ius commune, à quo non debet recedi, etiam ſuper eo, quod non expreſsè, ſed per ſequelam poſſet inferri, vt quominùs poſſit illud corrigatur, *Barz. deciſ. 97. num. 4. Rota Roman. deciſ. 162. num. 3. par. 3. diuerſ.* & refert *Andreol. controu. 168. num. 15. erga finem. Altogradus conſ. 4. num. 19. & 26. to. 1. Genedus conſ. 1. num. 33. vol. 1. Oſaſcus deciſ. 167. n. 2.* Quinimmò, nec etiam poterit intelligi, quod tacitè ſit diſpoſitum, & quod hoc ſufficiat, vt dici poſſit communi Iuri eſſe derogatum, quia tacita derogatio repugnat omnibus Iuris regulis, nèc permittitur, etiam ſi maior ratio conſideretur in tacito, quam in expreſſis, *Ioan. de Imola in conſ. 64. n. 3. Angelus conſ. 107. in princip. Card. Tuſcus concluſ. 663. lit. E. num. 16. 17. tom. 3. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 21. Roman. conſ. 250. n. 5. & conſ. 129. Crauet. de antiq. par. 4. in princ. num. 85. Ganauer. deciſ. 54. num. 15.*

Præterea, nec dici valet in hac ſpecie tacitè per *Reg. Pragm.* prouiſum eſſe, quod acta facta à Iudice non formitèr ſecundum *pragm.* recuſato, ſint valida, quia repugnaret poteſtati naturæ, loquuntur enim *Pragm. Regni de ſuſpicione*, alleganda contra Iudicem in hac Ciuitate commorantem, non verò de ea extrà Ciuitatem, nec præuident caſum, quando Iudex recuſandus extrà Ciuitatem reperitur, & non eſt in Tribunali collegiato, quia aliàs non erit parti recuſanti facultas, qua poſſet ob loci diſtantiam ſtatim, habita notitia, ſuſpicionis, capita proponere, iuxta *Reg. Pragmaticas*.

At Marchio Serra exclamat *pragm.* ſanctiones habere locum tàm intrà, quàm extrà Ciuitatem, ex *Apicell.* in terminis *in cit. tract. de ſuſpic. official. num. 11. & Troyſ. in pragm. de examine teſtium.* eò quod *pragm. 10. num. 2. cit. tit.* expreſsè ſermocinatur de officialibus maioribus, vel minoribus Regni, & *prag.* 18. demandat in fine obſeruantiam quibuſcunque officialibus, & ſemper obſeruatum fuiſse recuſationes in perſonas officialium delegatorum ad capiendas extrà hanc Ciuitatem informationes nunquam admiſſas fuiſſe, nèc admitti abſq; depoſito, tùm propter fauorabilem recuſationis materiam, vt ſentit *Rot. Rom.* per *Farinac. p. 1. deciſ. 93. p. 1.* tùm etiam, quia in pœnalibus ex identitate rationis fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia, ſecundum *Bal. in c. 1. quæ fuit prima cauſa beneficij amiſſ. cap. inter cæteras, de reſcript. in fin. Villant. in tract. de extenſ. l. correct. n. 41. verſ. in pœnalibus, & odioſis*.

Et eò magis, quia militat eadem ratio expressa in *d. pragm.* sanctionibus videlicèt, nè calumniosè causarum cursus impediatur, ac Iudicis dignitas conseruetur, quæ ratio locum vendicat etiàm in Commissarijs Delegatis, prout pluriès refert decisum per Collaterale Consilium, *Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. in add. sess.* 40. vbi testatur de communi obseruantia, & de pluribus casibus, nec poterat Iudex ille se abstinere à iudicando ex simplici enunciatione suspicionis, & protestatione, cum ipsius officium necessarium sit, & non voluntarium, *Mastrill. decis.* 151. *n.* 20. *par.* 2. *Castill. decis.* 94. *num.* 1. *Faber definit.* 1. *lib.* 3. *in Codic. tit.* 4. *nè quis in causa sua, Fontanell. decis.* 1. *num.* 1. *&* 7. *lib.* 1. & diximus suprà *num.* 70. nèc à *Reg. Sanfelic.* adductæ praxi simplicitèr contradicere videtur *Præs. de Ganauerr. in decis.* 57. *per tot.* potissimùm, *num.* 38. dùm illam extricat quæstionem, nùm depositum faciendum in recusatione officialium Collateralis, S.C., R.C. & M.C. extendatur ad cętera Tribunalia inferiora Prouinciarum Regni, & Iudicum localium, & interpretationem dans *prag.* 10. *& prag.* 15. §. 3. *mem.* sæpiùs *tit. de suspic. official.* negatiuè sustinet aleam, e[x]tensionem q; nõ fieri in correctorijs dispositionibus, nec admitti coniecturas, sed corporalem requiri verborum expressionem subnectit.

Addit insupèr Marchio, acta à præfato Dom. Consiliario gesta nullitati haùd esse obnoxia, vti facta cum interuentu eiusdē partis, licèt contradicentis, quamq; cõtradictionem parũ prodesse, vti contrariam facto, decisum per *Rotam Romanam* notat *Pegna dec.* 1646. *tom.* 2. *in vna Papiens. bonorum coràm Lancell.* in alia *Hispalen. iuris nominandi coram Seraphin.* & in altera *liquidationis fructuum, cum Puteo decis.* 43. *tit. de Iudicijs.* Quin *Beltram. in addit. ad Ludouis. decis.* 466. obseruat, examen testium fuisse per *Rot. Rom. in vna Tolet. immissionis die* 11. *Decembris* 1617. *coràm R. P. Pirouano*, declaratum validum, ad euitandum circuitum inutilem, & multiplicatas expensas, etiàm si nullitas examinis proueniret ex defectu iurisdictionis, dummodò defectus iurisdictionis non sit totalis, sed aliqualis, quando fuit examen factum cum interuentu partium, etiàm cum expressa protestatione, de non consentiendo in Iudicem.

168 Recusari verò Iudicē non posse, ex quo ad Reum terrendum acritèr locutus fuit, ipsum iuridicè interrogando, *Paris* aduertit *in tract. de Syndic. verbo, Compositio, cap.* 6. *n.* 2. *Reg. Sanfelc. dec* 80. ad tradita per *Oldrad. cons.* 502. non verò si vti priuata persona eum verbis acrioribus vexaret, *Grauett. cons.* 23. *num.* 6. *Capyc. decis.* 124. quos laudat *Ripoll. iur. resol. cap.* 2. *de recusat. omn. Iudic. ex n.* 80. *Menoch. cons.* 94. *num.* 15. *&* 16. *vol.* 1.

169 Testis proptereà, qui fuit in causa criminali contrà aliquem, ab eo recusari potest, *Reg. de Marin. quotid. resol. lib.* 1. *cap.* 211. *in fin.* nam ex hoc inimicus redditur, ad notata *in cap. cum P. Manconella, extr. de accusat.* vbi *Innoc. Reg. Rouit. in prag.* 1. *n.* 54. *de susp. Dom. Francisc. Maria Prat. lib.* 3. *disc. ep. forens. cap.* 48. *n.* 66. (nupèr benignitate Regis D.N. ad Consiliarij munus, quod diù, & maiora, meruit, ascitus) *Thor. in Cod. rer. Iudic. Ciuil. & mixt. cas.* 57. *num.* 1.

170 Remouetur Iudex, eò quod recusans aliàs cum esset Iudex iudicauit cõtrà illum, quamuìs illius votum damnum non attulisset, vt decisum memorat *Reg. de Marinis add. lib.* 1. *cap.* 209. qui soluit, Iudicem, qui protulit sententiam contra aliquem, à qua fuit appellatum, non posse suspectum ab illo allegari in alijs caulis, post *Reg. Rouit. in cit. prag.* 1. *n.* 81. *de suspic. offic. Reg. de Marin.* laudat *Barou. cit. cap.* 116. *nu.* 124. quidquid dixerit *Apitell. in tract. de suspic. sub num.* 100. Nèc recursus habitus ad Principem per viam querelæ, vel pro remouendo Iudicem, vt-

vtpotè, quia causa erat alteri commissa, iusta erunt causa recusationis, vt cōtra *Caualc.* sensum *in dec. cit.* 28. *n.* 76. decreuit S.C. sub die 23. Augusti 1663. in suspicione allegata in personam D. Consiliarij Iannettasij à Duce Gasolarum, in causa cum Iosepho Mezzomomonaco, *referente Dom. Consiliario Io. Baptista Hodierna*, penès *Secret.*

171 Ob litem etiam cum Iudice, ipse redditur suspectus, *Ripa in cap.* 1. *n.* 15. *de Iudicijs*, *Maranta in specul. par.* 6. *actu* 2. *num.* 47. *Mastrill. decis.* 151. *num.* 56. *Intrigl. singul.* 80. *num.* 17. *lib.* 3. *Farinac. in fragm. verbo, Iudex*, *n.* 876. *Vinius dec.* 297. *n.* 4. *Maynard. decis.* 92. *num.* 88. *Apicell. de suspic. offic. num.* 97. *Fontanell. decis.* 14. *nu.* 25. *Reg. de Marin.* memor *Carau. in cit. Rit.* 288. *nu.* 32. *in add. cap.* 114. *n.* 10. quem laudant etiàm *Dom. Reg. Sanfelic. cit. sect.* 40. *num.* 12. *Donad. de renunc. cap.* 32. *n.* 71. *to.* 1. *sub n.* 89. notans, sic fuisse decisum in causa Regalis Monasterij Sanctæ Claræ, in personam Domini Marchionis Olìueti Reg. Consiliarij Marci Antonij Cioffi, *referente Dom. Reg. Sanfel.* sed illam decisionem emanasse, maximè stante declaratione eiusdem Dom. Consiliarij, ipsum nolle interuenire, testatum reliquit idem artifex *Reg. Sanfel. in increm. add. prax. Iud ad sect.* 40 *sub n.* 13. *fol.* 273. & decisum fuit *referente Dom. Consil. Gamboa* sub die 7. Iulij 1655. in personam tùnc Dom. Consil. D. Didaci Moles, instante Collegio Societatis Iesu huius Ciuitatis, in causa cum Monte Octauij de Buono, & iterùm sub die 5. decursi Mensis Iunij 1663. *referente Dom. Consiliario Iacyntho Cangiano*, in suspicione proposita à Dom. D. Vincentio Acquauiua, in personam Dom. Consiliarij Pauli Iannectasij.

Siuè lis sit ciuilis, siuè criminalis, *De Grassis cit. except.* 24. *n.* 63. vt si Iudex esset debitor partis, vel eius patris, quo casu militabit suspicio, tū si ab ipso creditore opponatur, *Thor. p.* 1. *comp. decis. verbo, Nullitatis*, *Maurit. Apicell. cit. loc. n.* 810. *&* *n.* 773. & tùm si ab altera parte, cum debitor, potissimùm maximæ quantitatis, quodammodò sui creditoris seruus sit, vt in terminis notat *Fab. in Cod. lib.* 3. *tit.* 4. *defin.* 9. *n.* 4. etiam si de illa multo temporis spatio non sit tractatum, vt decisum fuit in personam tùnc Regij Consiliarij D. Thomæ de Aquino, sub die 15. Iulij 1651. *referente Dom. Consiliario, deindè Regente, D. Thoma Martinez*, in gratiam D. Ioannis Sanchez de Luna, & D. Hypolitæ Mariæ Musettula. Quid verò si lis fuerit terminata, notant *Vin. decis.* 363. *Mastrill. dec.* 151. *in* 7. *art. Carau. in rit. cit.* 288. *num.* 32. *Franc. Marc. decis.* 727. *num.* 3. *par.* 1. *Maur. Apicell. cit. loc. num.* 806. *Reg. de Marin. mòx add. loco, num.* 10. *vers. Etenim responsum, & R. Sanfelic. add. sect.* 40.

172 Nèc interuenire poterit in causa illius, qui patrocinium contra Iudicem suscepit, decisum notat idem *de Marinis eod. lib.* 1. *cap.* 210. quem laudat *Thor. par.* 3 *compend. decis. sect.* 3. *verbo, Suspectus Iudex allegari.*

Vèl aduersus illius vxorem, determinauit S. C. die 6. Martij 1632. *relatore Dom. Consiliario D. Flaminio de Constantio*, in causa Præsidis R. C. D. Parthenii Petagna tùnc Aduocati, qui allegauit suspectum Dom. Consiliarium Andream de Ianuario, ex quo patrocinium præstitit in gratiam Ducis Zagarolæ contra D. Antoniam de Ianuario eius vxorem, penès *Secret. S. C.* cum Aduocatus incurrat inimicitiam partis ex aduerso, *Glos. in l. si pecuniam, ff. de condit. caus. dat. Paris de syndic. verbo, Suspicio, cap.* 1. *num.* 5. *Xamar. de offic. Iud. & Aduoc. par.* 2. *q.* 4. *n.* 56. *Blanc. de indit. & tortur. num.* 142. *Merend. cons.* 87. *inter consil. crimin. diuers. to.* 2. *Farinac. q.* 49. *in prax. n.* 73. *& in fragm. par.* 2. *num.* 848. *Reg. Rouit. in loco mòx cit. n.* 52. *Auus meus ad Capyc. decis.* 138. *nu.* 2. *Prat. add. cap.* 48. *num.* 5. vel quia est amicus inimici Iudicis, vt notat *Fab. in add. tit.* 4.

*defin.*1. *num.*4. *arg. l. liberi,* 28. *C.de inoff. testam. l.*3. *ff. de testib. l.*1.*§.cum patronus,ff.de inoff. Praf. Vrb.*

173 Num verò fisci Patronus,qui interuenerat in causa criminali inquisiti,effectus Iudex possit recusari, etiàm in alijs causis, affirmatiuè pluriès iudicasse Curiam Archiepiscopalē Neapolitanā,indicat *Ritc.dec.*91.*& collec.*1612. & Concistorium Siciliæ notat *Mastrill. decis.*151. *num.*49. quia censetur effectus quasi inimicus, ex *cit.Glos. in l si pecuniam,in princ. in verbo,Repetetur, ff.de condit. caus. dat. Prat. cit.cap.*48. *num.*9. & relego Lectorem ad tradita à nobis *in Rit.*18. *num.*5. *tom.*1.

174 Si Iudex habitaret in domo cum parte litigante, àn possit recusari, affirmatiuè notant *Specul. in tit. de Iudic. Delegat.* , §. *Superest*, *vers. Quid si sit socius*, *Mascard.vol.*2.*de probat.conclus.*943. *num.*16. *Triuis. in tract.de mod. proced. inter reg.cap.*15. *num.*6. *Donad. de renunciat. cap.*32. *num.* 81. *Baron.de effect. inimic.effect.*116.*num.* 104. quod intelligendum credo,concurrente nimia familiaritate, scilicet, commensalitate, aùt societate, *Dec.in cit. cap. postremò,col.*8. *in princ. vers.* 18.*de appell.*latè *Aufrer.de recus.n.*11. *Farinac. in fragm.par.* 2. *num.* 811. *Apicell. cit. tract.sub num.* 101. *vers. Decimatertia, Reg. Capyc. Latr. decis.* 81.*num.*3.*&* 4. *lib.*1.

Vndè Cæsar Carmignano in causa cum Petro Martino allegauit suspectū D.Consiliariū D.Franciscum Sauium, ex quo ipse cum eius familia habitabar, vti inquilinus in eadem domo propria cum dicto Petro, nimiaq; familiaritate coniūnctus, & commensalis continuò cum ipso erar, in depositione Consiliarius acceptauit habitationem cum solutione pensionis, cetera negauit, & per S.C. *referente Dom. Consiliario Didaco Varela*, fuit prouisum,*quod interueniat*, sub die 18. Nouembris 1630. penès *Secr.S.C.*

175 Iudex insupèr, qui omisit salutare, vel resalutare partē, suspectus allegari potest, vt ex verbis *prag.*15. §. *voleme, che non sia causa bastante*, colligit *Reg.Rouit.in d. prag.*§.*cit.num.*1. *&* 2. quod etiam est de Iure Communi, *Abb. Felin.*& alij, *in cap.cum super, de offic. deleg. Muta ad prag.Sicil.tit.*4.*n.* 46.*p.*1. *Guazzin.add.cap.*21.*sub nu.*5. *Maia obseruat.* 6. *num.*26. *Baldas. de Angel. in l. potioris, C. de off. Rector. Prouinc.Giurba cons.*38.*num.*20. *Gratian. discept.*284. *num.*28. sic in notario, notat idem *Gratian. discept.* 538. *num.*57. nam ex hoc inimicitia præsumitur,proùt ex non alloquutione, *Glos. in Can. Adrianus,*6. *distin. & Ciuil.in l. Ad hoc*, *C. de appell.Mandell.consil.* 770. *num.* 46. *Fusc. in singul. verbo*, *Inimicus,fol.*273. *Mastrill.decis.*151. *n.*46. *par.*2. *Giurb.cit. cons.*38.*nu.*19. *Farinac.cons.*196. *num.*3. *lib.*3.*Marcell. Calà de modo articul. & proband.* §.1.*Glos.*1. *num.* 334. *Surd. cons.*371. *num.* 16. *lib.*3. *Petr.Gregor. de Republic. lib.*8. *cap.*4. *num* 3. *Baron. add. effect.*116. *num.*112.*& de citat. in annot. ad sing.* 27. *num.* 2. *Mascard. de probat. concl.*898. *n.*33. *Gramm. decis.* 23. *Maurit. Apicell. cit. loco*, *num.* 773.

Etiā si non admiserit partē ad actum humanitatis fieri solitum,ex cōsuetudine regionis, puta,ad osculum, *Intrigl. singul.*80. *n.*19. *Farinac. in frag.p.*2. *num.*871.*Baron.add.eff.*116.*n.*109.àc ideò inimicæ censentur duæ mulieres, si deficiant in solito osculo, *Capiblanc. de Baronib.cap.*56.*num.* 16.*lib.*2.etiàm ex vnica non salutatione, quando solitus esset resalutare, *Intrigliol. singul.* 80. *n.*23. *& cons.*33. *sub n.*10. quiduè si resalutet de mala gratia, resolue ex traditis per eumdem *Rouit.in prag.* 1. *num.*72. *de suspic.* quem laudat *Maurit. Apicell. in add. ad cit. tract. Patris*; *num.* 797. *Prat. in Nicandro*, *num.*351. *& lib.*3.*discept.forens.c.*52. *num.* 39. dummodò Iudex non negauerit partem salutantem non vidisse, vt ex *d.pragm.*

176 Et quod sint prompti officiales, àc ma-

magiſtratus ad ſalutandũ ſalutatores, dicit *Gratian. d. diſcept.* 284. *num.6.*

177 & ipſi ſubditi eos venerentur, nè dignitas improbetur, cui debetur reuerentia,etiam ab exemptis, *Bal.in l.fin. C.de don. libert. Caſſan.in Catal. Glor. Mund. conſid.*72.*par.*1. *Bouadill.politic. lib.*2.*cap.*18. *num.*89. *Seſſe de inhibit. cap.*8. §. 3.*n.* 198. Magna enim eſt magiſtratus authoritas, ipſaque timenda, ex *tex. in l. obſeruandum,* 19. *ff.de offic.Præſid. l. omnes,*12. *C.de offic. Rector. Prouinc. l.*1.§.*ſi ſeruus heres,ff.de ventre inſpiciendo,l.*1.vbi *gloſ. verbo, Dignitas, ff.de poſtulando,l.officium,* 13. §.*offic. tribunorum, ff.de re militar. Gabriel Velaſq de priuil.pauper.q.*6. *num.*2. ideòq; qui eos temerè non ſalutat,mulctandus eſt pęna trium librarum auri, *Carol. Rota in ſlorileg. pract. concl.* 30. *num.* 13. improbans *Caran. in Ritu* 5. *num.*3. *& Dom. Capiblanc. de Baronib.in ſingul.*74. affirmantes,eſſe plectendum arbitrio Iudicis, quod datur quando à lege non eſt ſupèr mulcta ſancitum, *Ruginell.pract. quæſt. cap.*47. *num.*651. apudque Romanos grauiùs puniuntur, *Decian.trac. crim.lib.*7. *cap.*5. *num.*29. *to.*2. *Thor. vot.* 87. *num.* 38. & quod facere debeant, cum ſubditi eos non ſalutant,relegamus lectorem ad à nobis exarata mòx *cit.rit.*5.nècnon *Mar.Giurb.conſ. crimin.*38. *per tot.*

178 Suſpectus quoquè Iudex redditur, ſi votum ſuum propalauerit, ex *tex. in l. eos,* C. *de appellat. l.vbi falſum,C.ad l. Cornel. de falſ. Farinac par.*2.*frag. num.*797. ex doctrina *Angeli in l.qui explicandi,in fin. C. de accuſat.*qui monet Iudices, vt caueant animi votum antè ſententiam propalare, nam ſine eorũ culpa recuſãtur,*Lancell. de attent. in breuiar. verſ. Amplia rursùs, n.*19. *de Laurent. de Iudic.ſuſpect. cap.* 11. *num.*18. *Seſſe deciſ.*200. *num.*18.*p.*2. *deciſ.*415. *tom.*4. *Maſtrill. deciſ.*72.*& deciſ.*151. *num.* 54.*& deciſ.*105. *n.*12. *Caſtill. deciſ.*6. *Ricc.collect.*445. *& collect.* 1526. *Chriſtin. deciſ. Belg.* 199. *ſub n.*26. *vol.* 4. *Amat. deciſ.*14. *Gratian. diſcept.* 100. *num.* 57. *Intrigliol. ſingul.*256. *lib.* 1. *& ſing.*79. *nu.*106. *lib.*3. *Dom. Reg. Scipio Rouit. conſ.*8. 9.*&* 10. *lib.*1. *Dom.Reg. Galeot. lib.*1. *controu.* 39. *nu.*23. *Aluar. Velaſc. de partition. cap.*9. *n.* 21. *Ambroſin.deciſ. Peruſ.* 50.*n.*7.*par.*2.*Fontanell.deciſ.*9. *num.*2. *&* 3. *par.* 1. *Dom.Reg.Reuert. deciſ.*219 *Franc.Vin.deciſ.*363.*Dom. Reg.de Ponte conſ.*99. *Giurb. obſer.*95. *num.*2. *Dom.Reg. Io. Franc. Sanfelic. deciſ.* 78. *num.* 1. *& deciſ.* 80.*par.* 1. *Larrea alleg. fiſcal.*118.*num.*6. & alij, quos laudauimus *in rit.* 3. *num.* 11. *tom.* 1.

179 Vincentius propterea Lẽbi allegauit ſuſpectum Dom. Conſil. Scipionem Theodorum,ex quo petẽdo executionem ſententiæ S.C.dixerat,illam eſſe iniquam, & depoſitione facta, dixit: *Che diſſe, che la ſentenza li pareua troppo aſpra, ma non per queſta potena impedirſi l'eſecutione di quella,* & ſub die 23. Ianuarij 1647.*referente Dom. Conſiliario Aloyſio Gamboa,* fuit prouiſum, *Quod,viſa depoſitione,Conſiliarius Theodorus non interueniat,* dùm ipſemet *Theodor.alleg.* 87.*ſub num.*4. *verſ. Ex alia radice,* notat, ſuſpectum reddi Iudicem, qui propalauit votum ſuum impertinentèr.

180 An verò propalatio voti probari teſtibus poſſit,quò ad effectum recuſationis, affirmatiuè deciſum tradit *Ricc. deciſ.*322. & meminit *in collect.*1526. *par.* 5. quo caſu,nùm concedenda ſit audientia teſtium, reſoluas ex traditis à nobis ſuprà *num.*47.*& à P. Fragoſ.de regim. Reipub. cit. diſput.* 12. *n.* 245. & àn teſtis vnicus admittatur, quando veriſimilitèr alij, nèc actu, nèc habitu potuiſſent interuenire, *Franciſc. Marc. deciſ.*488. *num.*9. *par.*1. *Marſil. ſing.*212. *Myſing.cent.*6. *obſer.*67. *Theſaur.lib.*1.*q. forenſ.*15.*n.*4.*Clar.*§. *fin.q.*53. *Farinac.q.*67. *n.* 58.*&* 280. *Laratha conſ.* 114. *num.* 60. *Marcell. Calà de modo artic. & prob.*§.2.*Gloſ.*1. *num.*775. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1364.

1364. *n.* 18. *Mastrill.decis.* 250. *n.* 17. *Triuisan. decis.* 52. *num.* 8. *lib.* 2. *Ricc. collect.* 224. *par.* 1.

181 Et qua pœna mulctentur huiusmodi officiales, scripsit *Ann. singul.* 383. & insinuauimus nos *in rit.* 3. *ex n.* 10. & hoc probro notatum fuisse *D. Consiliarium Marinum Freccia* ibidem scripsimus, qui Marinus fuit clarissimus, ac egregius I.C. & feudorum in Neapolitano Gymnasio professor, ipso teste *in præfat. ad lib. subfeud. in cap. de feud. orig.* & scripsit nedùm *de Subfeud. Baronum, & Inuestituris feudorum.*

182 Sed etiàm *Tractatum de Præsentatione instrumentorum secundum formā Ritus M.C.V.* quem fuisse scriptum à Marino, cum annorum esset viginti, testatur *Abbas V. I. D. Paulus Fuscus Rauellensis*, in dedicatoria ab eodem Paulo facta Scipioni, & Cæsari Freccia, tractatus prædicti, ampliati ab eodem Paulo, impressi Venetijs 1569. in 4. vt refert *Top. de Orig. S. C. par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 101. quicquid alij dicant, opus prædictum Marino non adscribentes, quos retulimus in *Ritu* 166. *sub num.* 3.

183 Quæ non procedunt, quādò Iudex dubitatiuè, vel conditionalitèr loquutus fuerit in aliqua causa, non deliberatè, vt dicendo habere dubitationem in causa, non esse sibi satisfactum ab Aduocatis, si probatur creditum, condemnabitur conuentus, sin minus absoluetur, *Valasc.de partit.cap.* 9. *n.* 21. sic seruari in Concistorio Siciliæ dicit *Mar.Giurb.cit.dec.* 54. *in fin. & P. Fragos. add. disp.* 12. *num.* 215. notat, Auditores Rotæ palàm, quod sentiunt, dicere partibus, scilicèt, tu non habes iustitiam, sententia contra te est ferenda, Rota de causa tua non benè sentit, nèc ob id liberè loquentes solere vti suspectos recusari, proùt Bergami seruari, testatur *Alberic.in cit.l.vbi falsum, C. ad l.Corneliam, de falsis*, quod summè extollit *Farinac.in repert.q.* 42. *num.* 8. *& Bonadill. in polit.lib.* 2. *c.* 5. *num.* 50. dicens, debere à Iudicibus dari dubia Aduocatis, vt respondeant sinè disputatione, nè videantur ostentare scientiam, & ingenij acumen, & in nostro S.C. *Gallupp. in prax. p.* 1. *c.* 4.

Hinc Dorothea Lantaro, & Octauius de Stephano recusauerunt D. Consil. Andream de Ianuario, in causa cum S. Religione Hierosolymitana, ex quo, propositis nullitatibus aduersus decretum S. C. latum in beneficium dictæ Religionis, eaquè expetente sequestrum, oppositum fuit, adesse nullitates, & ipse Consiliarius replicauit, *D. Ottauio, è questo ancora perderete*, & in depositione Consiliarius deposuit, quod actori exclamanti pro sequestro, quod non impediebatur per nullitates, ipse replicauit, *Che hauesse tenuto patiēza, che hauria riferito la causa in Conseglio, doue la Parte haueria potuto perdere anco le nullità, come haueua perso la causa, e questo per via di discorso*, & è S.C. iūctis duabus Aulis cum duobus adiunctis, Cōsiliarijs, nēpè, Camillo de Petio, & D.Christopharo Morales de Toledo, sub die 1. Iulij 1627. manauit decretum, *Quod interueniat, & ex causis restituatur depositum.*

Concinit *Reg.Sanfelic. cit.decis.* 80. in causa recusationis propositæ à Marco Antonio Condo Ciuitatis Litij, in personam tùnc Iudicis in criminalibus Rossini, qui hæc verba protulit: *Merita mille morti, per esser huomo infame, che se era solo nella causa, lo voleua far trouar appiccato vna mattina.* Et tamèn, visa depositione dicti Iudicis negantis omnia, fuit prouisum, *Quod interueniat, & soluat pœnam*, absque termini impertione supèr verificatione verborum; Iustitiæ propterea consonum fuit decretum è Iuncta manatum de anno 1661. *referente Dom. Consiliario Anello Portio*, quo non fuit admissum caput contra D.Reg. tùnc Cōs. Antoniū Capiblancū, qui recusatus fuit ab V.I.D. Pōpilio Galiano, eo quod dixerat, *Se confessa le taglio la testa*, penès *Leodardum de Vino Actor. assumptum.*

184 Et proindè in hac recusationis specie

cie proponenda circumspectè peragẽdum etiàm, monet *Reg. de Marin. ad Reuert. cit.decis.* 219.*sub n.*1. & quamuis Iudices dubiorum motiua, quæ in
185 causis occurrunt, Aduocatis aperire teneantur; vt vel ex facti circũstantijs, quæ aliàs prætermittuntur,& Iudicibus patere non possunt; vel ex probabilioribus doctrinis resolui possint, vt relatis *Gregor, Lopez, Bouadill.*& alijs,notat *Xamar.de offic.Iud.p.*3. *q.*2.*n.*24.*et* 25.& post ipsum, *Pat. de Afft. controu. iur.resol.c.*48.*n.*44.tamẽn cum cautela vti intrepidus, & vir fortis, omnibus animi reiectis propẽsionibus, procedere debet, eodẽ *R.de Marin.*teste *in cit. obser. dec.*219. *Reuer.in fin.* Nõ .n, Iudex prece, pretio, amicorum, affiniũ, ac sanguine iunctorum amore, aut aliorum odio, vel rancore moueri debet, *cap.*1.3.*q.*5.*cap.quicunque*, 11.*q.*3. *cap. cum aeterni, de re indic. lib.* 6. *clement.*1.*de hæred.Tiraquel.de pæn.caus.* 51.*num.*65.*&* 81. vbi nonnulla subnectit ex Platone, & Theophrasto, quod sanguinis intuitu multa fiant à iusto seiuncta,& aliena,adeoùt pauci inueniãtur,qui carnis affectione non ducantur, testatur *Petr. Rebuff.in concord.Franc. tit. de elect. in Rub. verbo, Sanguinis*. Et sicuti amantes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor: ità omnem inquirendæ veritatis rationem Iudex amittit occupatus affectibus, æstu fertur,& veluti rapido flumini obsequitur, vt inquit *Fabius Quintilianus instit.Orator. lib.*6. *cap.* 2. *Commiserationem enim excitant, affectusque mouent vxorum, amicorum, cęterorumque similium inductiones*, teste *Hermogene Tharsensi in Rhetoricis de Statibus,lib.*1.*cap.* 14. Et facere debet illud *Cleonis*, qui cum primùm Rempublicam attingere destinauit, vocatis amicis omnibus, *soluere se*, dixit, *amicitiæ vincula*, vt refert *Plutarchus in Politica*, & iudicare volenti hæc necessaria sunt, quæ scribit *Boet. de consulatu Philosophico, lib.* 1. *metro.* 7.

Tu quoque si vis	*Pelle timorem,*
Lumine claro	*Spemq; fugato,*
Cernere verum,	*Nec dolor adsit,*
Tramite recto	*Nubia mens est,*
Carpere callem,	*Vinctaq; frenis,*
Gaudia pelle,	*Hæc vbi regnant.*

186 Quid si Iudex in aliquo suo tractatu typis mandato circa aliquem articulum iuris suam opinionem fundauerit, àn possit recusari in causa,in qua idem venit discutiendus articulus, tanquam votum suum propalauerit, negatiuè *Reg. Consil. Theodor. alleg.*87.& alij, quos adduximus *in Ritu* 3. *n.*14. *tom.* 1.

En tandèm (mi Lector) manum de Tabula tollo sexta hac die Octobris, duplici nomine sacra Virgini Deiparẽti,reparatæ à Christo anno salutis Anno *1663*. In ducentesimi sexagesimiquinti Magnæ Curiæ Vicariæ Ritus enarratione, alteri suscepti Operis mei parti iustum finem feci; nè vlterior scribentis calami excursus iniustam faceret magni voluminis amplitudinem. Sex supra quadraginta dilucidandi Ritus consummato labori desunt,quos in præsentiarum denego: natura enim eas mihi corporis vires denegat; & ea temporis spatia instantia impedimenta, quæ laboriosa, productioraque litterarum studia postulant. Sed quum domesticarum,& forensium curarum vinculum illud, quo & assiduè astringor, & arctissimè, aliquã ex parte laxabitur; quum corpori inualido firmioris roboris non minus erit, quàm satis sit, Tertiam Partem reliquorum Rituum, quos præteriui, expositionem, aliaque plura, nec ingrata tibi, nec inutilia, complectentem, alacritèr conficiam, & in vulgus dabo. Interim hos meos labores quálescumq; in Reipublicæ litterariæ bonum, è præli angustijs liberatos, quas certè ob typographi parum fauorabilis, & amici oscitantiam, senserunt sibi nimium infelices, æquè æquus Iudex excipe; nec, si non probas, improba. Plurima impressoris totam operam non collocantis errata, mole-

stiæ

ftiæ patiens corrige; Auctori, vel festimanti, vel veriùs impedito menda, complura, quæ exciderunt, clemens emenda, & benignus benignè ignosce. Homo enim sum. *Humani nihil à me alienum puta*. Humanæ conditionis fatum & tu ipse homo identidem respice; nam vetus dictum est: *Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest*. Postremò, quæ in prioris partis vestibulo, vtpotè necessaria præfatus sum, tu ipse relegens (operæ enim pretium non est eadem hic recinere.) Vale, & faue.

FINIS.

R E R V M;

AC VERBORVM OMNIVM

M E M O R A B I L I V M,

Quæ in hoc Secundo Libro Commentariorum ad Ritus M C. V. continentur.

A L P H A B E T I C A M E T H O D O

L O C V P L E T I S S I M V S

I N D E X.

Prior notula Ritum, Secunda numerum, Tertia paginam indicat.

Ac-

INDEX.

Vbi

INDEX.

Al-

INDEX.

Ap-

INDEX.

Au-

Cau-

Citare, & Citatio.

Clau-

Clausula.

Clericatus, & Clericus.

Cle-

INDEX.

Con-

Sit-

Quo-

Quid

Quo-

ex

Ex-

INDEX.

Pos-

He-

INDEX.

Ii-

INDEX.

I

Si

Af-

Tri-

Leges.

Legitimatio .

Libellus .

Libra.

Licentiatus .

Liquidandi,Liquidare,& Liquidatio.

Com-

Li-

Mi-

Pa-

Poſ-

Potestas.

Pragmatica.

Praeambulum.

Quæ

INDEX.

Re-

I Quid

Se-

Senator.

Senex.

Sententia.

Si-

T

Tempus

INDEX.

INDEX.

FINIS.

EL

EL REY.

Ilustre Conde de Peñaranda, Pariente, Gentil hombre de mi Camara, de mi Consejo de Estado, Presidente en el de Indias, mi Virrey, Lugarthenientc, y Capitan General. Por parte de Don Carlos Petra se me ha presentado el memorial del tenor que se sigue. Señor. Don Carlos Petra Baron de la Tierra del Basto, y Abogado en la Ciudad de Napoles. Diçe que ha seruido a V. M. en los alborotos de Napoles, y en todas las de mas ocasiones que se han ofreçido del Real seruiçio, y hauiendo compuesto el Libro, yntitulado Commento sobre todos los Ritos de la Gran Corte de la Vicaria del dicho Reyno de Napoles a su costa, y dudando que no se aya de volber a ymprimir el dicho Libro en otros Reynos de V. M. y en la misma Ciudad de Napoles, en daño del Suplicante que ha tenido el trauajo, y la costa en haçer ymprimir el dicho libro. Suplica a V. M. se sirua de haçerle merced de conçederle Real Priuilegio, que por diez años no se pueda volber a ymprimir el dicho Libro en los Reynos de V. M y si se volbiessen a ymprimir en otras partes, no se puedan vender, sino los impresos, a ynstançia del Suplicante, ymponiendo aquien hiçiere lo contrario pena que se haya de aplicar al Regio Fisco, que en ello reçiuira particular merçed. Y hauiendo visto lo que el Suplicante representa, y suplica en el ynserto memorial, ha pareçido remitiros este negoçio para que sobre ello proueays lo que os pareçiere mas combeniente. La pressente reste al presentante. Dat. en Madrid a veynte y quatro de Mayo de mil y seisçientos y sesenta y dos.

YO EL REY.

Vidit Sobremonte Reg.		*Vidit Ansalone Reg.*
Vidit Bellonus Reg.	Carate Secret.	*Vidit Oca Reg.*
Vidit Gauarrax Reg.		*Vidit Marinis Reg.*

In partium Neap. 28. fol. 93.

PHI.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX.

DON GASPAR de Bracamonte, & Gusman, Comes de Pignoranda, Dominus de Aldeaseca de la Frontera, Eques Ordinis Calatrauæ, Commendatarius de Daymel, vnus ex Regij Cubiculi Clauicularijs Suæ Maiestatis, eiusq; Consiliarius Status, & Belli, Indiarum Præses, & in præsenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Magnifico viro Don Carolo Petra Regio fideli dilecto gratiam Regiam, & bonum voluntatem, nuper, ex tui parte fuit nobis præsentatum infrascriptum memoriale tenoris sequentis, v3. Illustriss. & Excell. Signore. Don Carlo Petra Barone del Vasto Girardi, dice à V. E. come à sue proprie spese dando alle stampe tre Tomi, intitolati: *Commentaria in omnes Ritus Magna Curia Vicaria Regni Neapolitani*, hà supplicato la Maestà del Rè Nostro Signore, Iddio guardi, se seruisse concederli il Priuilgio, che per diece anni non se possano ristampare nelli Regni d'essa Maestà Cattolica, e se forsi si ristampassero in altri luoghi, non se possano vendere in detti Regni, imponendosi pena in caso di controuentione, e S. M. è rimasta seruita rimettere il tutto à V. E. la quale perciò supplica dar l'ordini necessarij per indennità del Supplicante, l'hauerà à gratia. Al Collateral. Consultado a' 22. d'Agosto 1663. Ortermin. Quo tenore supradicti memorialis per nos viso, considerantes dictos libros, intitulatos: *Commentaria in omnes* Ritus *Magna Curia Vicaria* Regni *Neapolitani*, maximam vtilitatem afferre, vestris propterea supplicationibus inclinati. Tenore præsentium de certa nostra scientia, cum deliberatione, & assistentia Regij Collateralis Consilij penès nos assistentis, statuimus, quod nemini liceat per annos decem à die datæ præsentium in anteà decurrendos, supradictos libros, vt supra expressos imprimere, nec vllatenus imprimi facere in Regno, nec alibi impressos in Regnum ipsum immittere, seù vendere, nec immissos vendere, seù tenere, absq; speciali permissione, & vestra licentia, vel vestrorum hæredum, & successorum, dicto tempore perdurante, & si aliquis contra nostram ordinationem facere, vel attentare præsumpserit, ipso facto, ipsoq; iure incurrat, & incurrere intelligatur in pœnam vnciarum auri quinquaginta, vobis, & vestris hæredibus, & successoribus prò medietate, ac pro alia medietate Fisco Regio applicanda, & opera taliter impressa, aut quomodolibet ex qualiber parte in hoc Regnum immissa deuoluantur, & fint vestra, vel vestrorum hæredum, & successorum, mandantes propterea per præsentes omnibus, & singulis Officialibus, & subditis Regijs, maioribus, & minoribus, quocunq; nomine nuncupatis, titulo, officio, auctoritate, potestate, & iurisdictione fungentibus, præsentibus, & futuris, ad quos, seù quem præsentes peruenerint, & fuerint quomodolibet præsentatæ vnicuiq; in sua iurisdictione, quod tibi, seù alijs legitimis personis ex tui parte præstent, & præstari faciant omne auxilium, consilium, & fauorem, necessarium, & opportunum super consecutione dictæ pœnæ pecuniatiæ, ac dictæ operæ impressæ in casibus prædictis tibi deuolutæ. Adeò quod de prædictis ad nos recursum habere tibi necesse non sit, & si secus factum fuerit statim incurrant in iram, & indignationem Regiam, ac pœnam ducatorum mille. In quorum fidem, has præsentes fieri fecimus magno prædictæ Maiestatis sigillo pendenti munitas. Datum in Regio Palatio Neapoli die 30. mensis Septemb. millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio

EL CONDE DE PENARANDA.

Vidit Galeota Reg. Dom. Vicerex, Locũtenẽs, & Capitaneus Gen. mandauit mihi D. Berardino Belprato. *Vidit Vlloa* R.
Vidit Nauarra Reg.

Franciscus Lombardus Reg. à mand. Scriba.

ER

ERRATORVM CORRECTIONES.

Menda.			Emenda.
æqualem odnim	Rit.265.n.160.verſ.Etiamſi.	537.	æquale odium
a noſtro Canit.	Rit.173. n. 7.	132.	a noſtro Carauit.
canſis ſuſpicionis	Rit.265. n.39.	525.	cauſæ ſuſpicionis
cenſus vitali	Rit.237. n.29.in fin.	359.	cenſus vitalitij
cum viro præmutatis	Rit.235. n.15.	329.	cum viro petmutatis
creditot	Rit.166. n.65	27.	debitor
deducitur nifeſte	Rit.248. n.65.	411.	deducitur manifeſtè
debitor pudiauetit	Rit.228. n.36.	282.	debitor repudiauerit
extollit	Rit.167. n.23. in fin.	92.	adde in *allegat.* quam transcripsit, & in lucem emiſit Iudex M.C. *Baldaxar de Angelis in addit. ad Conſil. Gizzar. dec.64. fol.279.*
fruen- enarrant	Rit.233. n. 9. verſ.Alias.	309.	fruentes enattant
in bubiè	Rit.166. n.130.	49.	indubiè
in exarceratione	Rit.187. n. 7. in fin.	165.	in excarceratione
l.procula, C. de probat.	Rit.167. n.10. in med.	87.	*l.procula,ff.de probat.*
menſis talem	Rit.198. in cor.	195.	menſis talis
natos	Rit.188. in cor.	166.	notus
ob omnipotente	Rit.204. n. 5. in fin.	213.	ab omnipotentè
prromemedum	Rit.166. n.201.vet.Ex *tex.*	72.	propemodum
per annona	Rit.173. n. 2.	128.	prò annona
quælibet in inſtrumenta	Rit.166. n.148.	54.	quælibet inſtrumenta
tyronimus	Rit.251. n. 1.	423.	tyronibus

Cętera ſuppleat benignitas candidi Lectoris.

REGESTVM.

a b c d A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu
Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm
Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz Aaaa Bbbb
a b c d e f g h i k l m

Omnes ſunt duerniones præter d *quæ eſt ternio.*